BEATI

PETRI CANISII,

SOCIETATIS IESU,

EPISTULAE ET ACTA.

VOL. II.

BEATI

PETRI CANISII,

SOCIETATIS IESU,

EPISTULAE ET ACTA.

COLLEGIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

OTTO BRAUNSBERGER,

EIUSDEM SOCIETATIS SACERDOS.

VOLUMEN SECUNDUM.

1556—1560.

CUM APPROBATIONE REVMI VIC. CAP. FRIBURG. ET SUPER. ORDINIS.

FRIBURGI BRISGOVIAE.

SUMPTIBUS HERDER,

TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.

MDCCCXCVIII.

VINDOBONAE, ARGENTORATI, MONACHII, S. LUDOVICI AMERICAE.

Cum opus, cui titulus est: *Beati Petri Canisii, Societatis Iesu, Epistulae et Acta. Collegit et adnotationibus illustravit Otto Braunsberger, eiusdem Societatis sacerdos. Volumen secundum,* censores, quibus id commissum fuit, recognoverint et edi posse iudicaverint, facultatem concedimus, ut vulgetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo muneris nostri munitas dedimus.

Exaeten, die 1. Novembris 1897.

Henricus Haan S. J.

(L. S.)

Praep. Prov. Germ.

Imprimi permittitur.

Friburgi Brisgoviae die 10. Decembris 1897.

† **Fridericus Justus Knecht** vic. cap.

Protestatio editoris.

Ut legibus ab Urbano VIII. summo pontifice 13. Martii 1625, 5. Iunii 1631 etc. latis ac decretis Sacrae Rituum Congregationis satisfiat, editor profitetur quaecumque in hoc volumine narrantur de hominum illustrium virtutibus, miraculis, revelationibus, et si quae alia referuntur, quae naturae vim et condicionem excedere videantur, ita se velle intellegi, ut a privata tantum auctoritate profecta et humana tantum fide digna esse censeantur, nisi a sancta ecclesia approbata sint.

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae.

PRAEFATIO.

Quibus diebus volumen hoc in lucem prodit, saeculum tertium ab obitu Beati Petri Canisii († 21. Decembris 1597) expletur. Notum est summum pontificem LEONEM XIII. de hac „memoria saeculari B. Petri Canisii“ Roma kalendis Augustis a. 1897 ad archiepiscopos et episcopos Austriae, Germaniae, Helvetiorum praeclaras edidisse litteras encyclicas, in quibus Canisium nostrum „virum eximiae sanctitatis“ et „hominem sanctissimum“ atque „alterum post Bonifacium Germaniae Apostolum“ vocare non dubitavit. Communibus quoque litteris pastoralibus m. Maio a. 1897 datis beatissimi viri memoriam apud fideles suos instauraverunt episcopi Confoederationis helveticae, in qua terra ille postremos 17 vitae annos exegit supremumque diem obiit. Iidem episcopi Friburgi Helvetiorum, quae urbs Canisii sepulcrum se habere gloriatur, congregati sunt, quo tempore quartus doctorum catholicorum „congressus internationalis“ ibidem habitus sollemnes honoris significationes Beato Petro Canisio exhibuit. Cui alia quoque multa sub idem tempus officia obsequiaque pia praestita sunt: Ex plurimis Helvetiae pagis, atque etiam ex Germania et Neerlandia piae peregrinationes — indulgentia plenaria instar „iubilaei“ a sede apostolica oblata — ad Canisii tumulum, Friburgi in templo sancti Michaëlis positum, institutae, quibus multa milia intererant hominum. Tota respublica friburgensis, reverendissimo et illustrissimo domino Iosepho Deruaz, episcopo lausannensi et genevensi, atque omnibus magistratibus et ecclesiasticis et civilibus adstantibus, sollemniter Beato Petro Canisio consecrata. Eiusdem sacrum corpus compluries ex altari depromptum laetaque pompa per urbis plateas delatum. Multis quoque aliis locis Canisii nomen celebratum est, vel fidelibus per reverendissimos episcopos ad tantum patronum colendum et invocandum excitatis (ut reverendissimus D. Dr Paulus Leopoldus Haffner, episcopus moguntinus, Moguntia 15. Augusti 1897 ea de re emisit litteras pastorales), vel conventibus virorum catholicorum ad hoc indictis, vel ludis scenicis actionibusque musicis habitis,

vel commentariis de eius laudibus in foliis publicis libellisque periodicis vulgatis, vel contionibus extraordinariis aliisque sacris officiis institutis. Gallis Belgisque Canisii vita gallico sermone ante oculos posita est opera R. P. Ludovici Michel S. J. grandi biographia, centum fere imaginibus historicis eleganter expressis ornata. In vulgarem quoque usum biographiae breves, cantiones, imagines, libelli precationum Canisii honoris causa sat magno numero evulgati sunt. His volumen hoc adiungo.

Iamvero cum canisianum hunc librum anno Canisii saeculari in lucem emitto, mentem recordatio subit duorum virorum vita iam functorum, qui, inter vivos agentes, eximia in Beatum Canisium pietate ferebantur: Doctissimus ille et reverendissimus Ioannes Janssen et vehementer optabat, ut Canisii epistulae in lucem ederentur, et editioni tum consiliorum et commendationum frequentia, tum donationum liberalitate quasi viam stravit; simili liberalitate et hospitalitate excellentissimus et reverendissimus Dominus Dr Ioannes Christianus Roos, Ioanni Janssen vetere iunctus amicitia, et quo tempore limburgensem episcopatum regebat, et postquam ad archiepiscopalem sedem friburgensem ascendit, editorem prosecutus est.

Alii quoque in hoc volumine colligendo et illustrando multis rationibus me adiuverunt; quorum nonnullos in libro ipso suis locis nominabo; omnes nominatim recensere longum est. Hic honoris et grati animi significandi causa nomino eminentissimum cardinalem Franciscum de Schönborn, archiepiscopum principem pragensem, eminentissimum cardinalem Andream Steinhuber S. J., reverendissimum et illustrissimum Dominum Ignatium de Senestrey, episcopum ratisbonensem, reverendissimum D. Adalbertum Dungel O. S. B., archiabbatem gotvicensem, reverendissimum D. Ioannem Ev. Pruner, cathedralis ecclesiae eystettensis praepositum. Humanissime etiam codices et libros mihi suppeditaverunt complures archivorum et bibliothecarum praefecti, et maxime ill. D. Edmundus liber baro de Oefele, archivi regni bavarici director, ill. DD. Dr Henricus eques de Zeissberg et Dr Georgius de Laubmann, palatinae bibliothecae vindobonensis et regiae bibliothecae monacensis supremi moderatores, D. Dr Carolus Augustus Barack, director bibliothecae argentoratensis.

Gratissimo animo haec moneo: Copiosum illum, quem hoc volumen continet, „indicem alphabeticum nominum et rerum“ mihi, per alias occupationes impedito, a reverendo P. Iosepho Martin S. J. subministratum esse, opus certe maximi laboris egregiaeque caritatis. Multum omnino etiam debeo compluribus aliis Societatis nostrae

patribus, imprimis RR. PP. Carolo Sommervogel, Francisco Ehrle, Gerardo Gietmann, omnium vero maxime R. P. Ioanni Baptistae van Meurs.

Repetens, quae in primi voluminis praefatione dixi, omnes impense rogo, ut, si forte epistulam canisianam vel aliquid ad Canisium quacumque ratione spectans deprehenderint, mihi significare ne graventur.

Deo propitio spero fore, ut ex iis, quae hoc volumine positae sunt, litteris monumentisque eluceat, quam vere sapienterque sanctissimus pater noster LEO XIII. in litteris, quas modo laudavi, pronuntiaverit: Beatum Petrum Canisium, „regiam tenentem viam probatorum scholae christianae doctorum“, „arma doctrinae“ „constanter tractasse“, „apte“, „prudenter“, „neque solum opportunis concionibus aut disputandi subtilitate, sed scholis praesertim institutis editisque optimis libris“ de litteris ac religione optime esse meritum.

Exaeten prope Roermond (in Hollandia), die 6. Novembris 1897.

Editor.

I.

CONSPECTUS

totius voluminis et index chronologicus epistularum eius.

II.

PROOEMIUM VOLUMINIS SECUNDI.

I. *Epistularum et monumentorum numerus.* II. *Monumenta „litteraria" et „varia".* III. *Litterae varii generis: ad amicos et ad proceres datae; relationes Romam missae; litterarum commercium cum subditis et cum summo Societatis moderatore.* IV. *Res, quae in his epistulis monumentisque narrantur: 1. Religionis ruinae; morum corruptio. 2. Laudes Sociis tributae. Societatis progressus. Res a Canisio gestae: Cura Sociorum; acta in comitiis et religionis colloquio; contiones; catecheses; libri; monitiones; virtutes; contumeliae toleratae. Alia ad Societatis historiam spectantia; disciplina; privilegia. 3) Res ad reliquam disciplinam ecclesiasticam pertinentes. Res polonicae. „Index". Restauratio religionis.* V. *„Monumenta historica Societatis Iesu."*

I. Volumen hoc continet 283 epistulas canisianas, a mense Augusto a. 1556 usque ad finem a. 1560 scriptas, et 100 „monumenta" sive „acta" canisiana eiusdem temporis. Ex epistulis 160 a Canisio vel eius nomine scriptae, 123 ad ipsum datae sunt. Ex quibus epistulis fere 180 usque huc nondum, quod equidem sciam, typis exscriptae, fere 25 iam antea integrae excusae, reliquarum partes tantum, eaeque fere sat parvae, in lucem emissae sunt. Praeterea tum in monumentis, tum in adnotationibus, quae epistulis subiunguntur, plus quam 400 positae sunt partes vel particulae ex fontibus, quod ego sciam, nondum evulgatis depromptae.

Complures etiam, dum hoc volumen parabam, repperi epistulas et monumenta ad primum volumen spectantia, quae tamen hic ponere nolui, cum praestare mihi videretur, ultimo huius operis volumini commune quoddam „supplementum" addere, quam singula volumina sua appendice gravare.

Doleo certe me, quae huius temporis iniuria est, haud paucas epistulas a Canisio datas, quae autographae vel archetypae supersunt, non potuisse ipsum inspicere, atque earum apographa, quae prae manibus mihi erant, magnam partem ad scribendi et interpungendi rationem nostrae aetatis accommodata esse; nec tamen dubitare possum, quin recentia haec apographa, si res ipsas spectes, satis integra et certa sint.

II. Rationem epistulas monumentaque edendi in prooemio generali (vol. 1, p. xxv—xxxiii) expositam parva quadam in re paululum immutavi: „Monumenta" primum quidem praecipuis locis, quibus Canisius ab a. 1556 ad a. 1560 moratus est, deinde vero non rebus, quas locis illis gessit — id quod in primo volumine prae-

stiteram —, sed ipsis temporibus divisi; neque enim rerum locis illis gestarum tanta erat diversitas vel varietas, ut altera hac divisione uti operae pretium esse videretur. Praeterea ea, quae libros a Canisio scriptos vel ab eo emendatos vel alia ratione ipso iuvante editos spectant, non per loca, quibus id factum est, distribui, sed, ut bibliographis servirem, post monumenta locorum in „monumenta litteraria" eaque temporibus divisa collegi. Quae autem neque ad haec, neque ad prioris generis monumenta pertinere videbantur, in fine libri sub hoc titulo: „Monumenta varia", eaque et ipsa per tempora digesta, complexus sum.

III. Epistulas hasce genere et argumentis valde inter se differre vel obiter inspicienti patet. Aliquae potissimum ad amicitiam et caritatem, quae Canisio cum Sociis, maxime cum coloniensibus, et cum externis quibusdam erat, alendam spectant. Sunt aliae, a Canisio ad episcopos, principes, consiliarios vel ab his ad Canisium datae, quibus praecipue de religione iuvanda agitur. Aliae, paucae tamen, non quidem verae litterae Societatis „quadrimestres", quas vocare solemus, sunt, sed ad hanc rationem plus minusve accedunt. „Relationes ex legatione polonica datas" dixeris litteras illas gravissimas, quas Canisius, a Paulo IV. pontifice cum Mentuato, nuntio apostolico, theologus in Poloniam missus, inter mensem Octobrem a. 1558 et Martium a. 1559 ad Martinum Cromer, Poloniae regis apud Ferdinandum I. oratorem, imprimis autem Romam ad Iacobum Lainium (Laynez), Societatis praepositum generalem, et ad Hieronymum Natalem, eius „assistentem", misit (p. 318—371). Harum similes sunt complures litterae a Canisio anno 1560 Augusta Vindelicorum ad Lainium missae et ab hoc ad curiam pontificiam relatae, quibus Canisius Lainio obsequebatur, 24. Februarii 1560 omnibus Societati Iesu per Germaniam et Galliam praepositis praecipienti, ut, quae protestantes scriberent molirenturque et quae catholici contra eos agerent, singulis mensibus praeposito generali renuntiarent, ad pontificem eadem relaturo (infra p. 599—600). Ex litteris, quas Canisius, Sociorum per Germaniam superiorem praepositus provincialis, negotiorum causa ad subditos, maxime ad collegiorum rectores, dedit vel ab his accepit, quasque ad litteras „quadrimestres" („menstruas", „annuas") complendas valde necessarias esse constat, haud ita multae mihi praesto erant. Permultae vero huius voluminis epistulae, eaeque longissimae et gravissimae, ad commercium illud pertinent, quod inter Canisium praepositum provincialem et Iacobum Lainium, totius Societatis primum quidem vicarium (praepositi munere vacante), deinde praepositum generalem, intercedebat. Quamquam fateri me oportet ex hac quoque epistularum serie multas perisse; ac quod ad epistulas a Canisio ad Lainium datas attinet, annus 1560 valde magnas exhibet lacunas; econtra litteras a Lainio vel ipsius nomine a Ioanne de Polanco, Societatis secretario, ab a. 1556 ad a. 1559 datas perpaucas repperi; inde vero a mense Aprili a. 1559 usque ad exitum a. 1560 fere singulis hebdomadis una pluresve huiusmodi epistulae exstant. Atque ex his, id quod iam in prooemio generali me monui facturum,

priores, speciminis exhibendi gratia, integras pono; posteriores, quia longiores sunt et multa, quae nullius fere sunt momenti, continent, partim in „regesta“ contraho.

IV. Iam ad res ipsas propius accedamus!

1. Incipit hoc volumen ab eo tempore, quo Sanctus Ignatius, Societatis Iesu institutor, mortem obiit (31. Iulii 1556), et Canisius munus, quo Ignatius paulo ante mortem (7. Iunii 1556) eum ornaverat, praepositi provincialis Societatis Iesu per Germaniam superiorem administrare coepit. Provincia illa Germaniae superioris tunc etiam Austriam, Bohemiam, Hungariam, Tirolim complectebatur et tria Societatis collegia habebat: vindobonense, a. 1551 a Ferdinando I. Romanorum rege institutum, et pragense atque ingolstadiense, quorum utrumque Canisio iuvante ipso anno 1556, prius ab eodem Ferdinando, alterum ab Alberto V. Bavariae duce, institutum erat. Iam si res a Sociis hoc tempore gestas consideramus, eos magnis cum difficultatibus et externis et domesticis in ea regione sedes figentes atque augentes cernimus. Notius est, quam ut repetamus, quo loco fuerint res religionis tunc in Germania[1], quanto morum dissolutio fuerit in populo et in ipso clero, protestantes quam audaces, catholici principes quam destituti auxiliis et pecuniis fuerint, quam multi e nobilitate in barbariem quandam abierint.

Haec ex ipsis his Canisii litteris illustrantur. Scribit is de theologorum protestantium summis dissidiis, de principibus protestantibus monasteria exspoliantibus, de vitiis in Lutheranorum terris vulgatis, de ludo scaenico Argentorati in celebri illo gymnasio sturmiano summa cum fidei catholicae irrisione acto (infra p. 630) etc. Attamen longe etiam abest, ut Canisius catholicorum peccata diffiteatur: „In Germania protestantes catholicis diligentiores sunt.“ „Germanorum animi a romana curia aversi.“ Sacerdotes ministros protestantes superant crapula, immunditia, cupiditate. „Clerus non vult vere reformari“. Episcopi in septentrione spem reformationis efficiendae fere abiecerunt. Desunt contionatores. Episcopi „dissimulant“. Multa monasteria monachis destituta sunt. Pauci sacerdotium suscipiunt. Iuventus saepe admodum male educatur. Adulescentes, qui collegium germanicum ingredi eiusque leges observare parati sint, difficile est invenire. In episcopatu augustano „infinita scandala“, „clerus deformis“. In urbe augustana multi de rebus sacris temere iudicant, nec dies festos, nec templa reverentur, non ieiunant, fenerantur. Bavaria in protestantismum ruit. Monachium Lutheranis abundat. In Franconia clerus

[1] Notatu certe digna sunt (quamquam veritatem nonnihil egrediuntur) ea, quae Fridericus Badoero, Venetorum orator, de Germania — loquitur de anno 1557 — ad reipublicae suae senatum refert: „Delle dieci parti della popolazione le sette sono de' luterani, due dell' altre opinioni, e una de' cattolici“ (*Eug. Albèri,* Le Relazioni degli Ambasciatori Veneti al Senato. Serie I., Vol. 3 [Firenze 1853], p. 182).

impius, populus haeresi corruptus. Vindobona in dies magis altera Vitemberga et Geneva effici videtur.

2. In hac difficillima rerum condicione quid profuerit ecclesiae et rebus publicis recens tunc orta Societas Iesu, constat ex laudibus, quibus Socii a summis Germaniae viris extollebantur. Ut v. g. Doctor Ioannes Agricola, medicinae professor in universitate ingolstadiensi praeclarus et eiusdem universitatis „camerarius“ sive quaestor, in litteris sub a. 1558 ad Albertum V. Bavariae ducem datis, postquam Sociorum ingolstadiensium in docendo et contionando diligentiam laudavit, sic prosequitur: „Sye seindt sonst viri boni exempli, seindt fromme vnd aines guetz wandels, ich wais nichts böss, das ihnen zu verheben were, so leben sye kharglich vnd messig, fasten vill etc.“ [1] Atque ipse Albertus dux de primis collegii monacensis Sociis Monachio 27. Iunii 1560 ad Lainium praepositum generalem scripsit: „Ita se primo statim aditu composuerunt, vt et vitae sanctimonia, et in docendo mira felicique alacritate, caeteros suos fratres Collegas Ingolstadienses laudabili quadam, et Ecclesiae Catholicae vtilissima aemulatione vincere velle viderentur.“ [2] Ferdinandus I. imperator anno 1558 Societatem Poloniae regi valde commendavit atque in litteris fundationis collegii pragensis Praga 15. Martii 1562 datis: „De Almae Societatis Jesu“, inquit, „insigni pietate aliisque innumerabilibus virtutum meritis, nec non sedula et incomparabili eorum in instituenda Juventute tam moribus christianis, quam in bonis omnis generis literis diligentia, in habendisque concionibus ad populum ipsum assiduitate, multorum fide dignorum relatione atque experimentis exemplisque Caesarei Collegii Societatis ejusdem quod multis ante annis Viennae ... instituimus, edocti sumus.“ [3] Simili ratione Ioannes Fabri, ordinis Praedicatorum, cathedralis ecclesiae augustanae contionator, a Sociis germanis iuventutem probe pieque institui et educari anno 1558 in libro germanice edito asseruit (infra p. 907). Eodem fere tempore episcopi complures iique pietate et doctrina insignes, velut Otto Truchsess de Waldburg cardinalis et episcopus augustanus, Daniel Brendel archiepiscopus et elector moguntinus, Nicolaus Olahus archiepiscopus strigoniensis, Ioannes Przerembski archiepiscopus gnesnensis, Michaël de Küenburg archiepiscopus salisburgensis, eosdem Socios germanos ad collegia in dioecesibus suis constituenda invitabant vel etiam vehementer urgebant; multi viri graves, docti, vere catholici eorum amicos se aperte profitebantur, ut Antonius Brus de Muglitz, Martinus Cromer, Ioannes Gropper, Gerardus

---

[1] *Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius (Freiburg i. Br. 1865) p. 163[2].

[2] *Matth. Raderus* S. J., De vita Petri Canisii de Societate Iesu (Monachii 1614) p. 96—97. *Ioannis Adlzreitter* Annalium Boicae Gentis Partes III, Ed. 2 (Francofurti ad Moenum 1710), P. 2, l. 11, n. 15 (col. 269). Vide infra, monum. 194.

[3] *F. B. von Bucholtz*, Geschichte der Regierung Ferdinand des Ersten. Urkunden-Band (Wien 1838) p. 669; et vide infra, monum. 158. 159.

Hammontanus, Wiguleus Hundt, Iacobus Ionas, Henricus Schweicker, Henricus Scribonius; alii, velut Simon Thaddaeus Eck, Bavariae ducis cancellarius religionis studiosissimus, et Marcus Welser „senior“, patricius augustanus, etiam singularem bonorum spiritualium communionem cum Societate Iesu inibant; quae omnia in ipso hoc libro copiosius exponuntur.

Societas ipsa in Germania superiore ab anno 1556 ad annum 1560 Canisio duce continuos progressus faciebat. Collegio ingolstadiensi schola puerorum, amplior reditus, pars bibliothecae Aventini addita. Collegium monacense, ubi anno 1559 ab Alberto V. duce constitutum est, valde florere coepit. Idem dux collegiorum Landishuti et Straubingae condendorum iam tunc consilium cepit. Antonius Quadrius, Ferdinandi I. caesaris chirurgus, eiusque uxor magnam ampli patrimonii partem collegio in Valle Tellina instituendo donant. Ipse Ferdinandus magnificum Societati collegium Oeniponte parat, collegii vindobonensis reditus auget eique typographiam addit. Collegiis pragensi et vindobonensi domus quaedam coniunguntur, pauperibus litterarum studiosis, qui postea sacerdotes futuri sint, destinatae. Complures archiepiscopi, de quibus iam dixi, episcopus herbipolensis, cathedrale capitulum argentoratense de Societate in dioeceses suas inducenda agunt. Helvetii catholici collegium Societatis petunt. Cardinalis augustanus eidem Societati addictissimum se praebet. Antonius Fugger Augustae Vindelicorum Sociis sedem constituere in animum inducit. Ioannes Albertus Widmanstadius, consiliarius regius et summae vir eruditionis, libro Ingolstadii edito Ignatium eiusque Socios defendit laudatque. Delfinus et Commendonus, nuntii apostolici in Germaniam missi, arte iunguntur cum Sociis germanis. Quos in ipsam etiam Maximiliani II. aulam penetrantes videmus.

Ceterum „Homines“, inquit Canisius in litteris 28. Iulii 1557 datis, „et nos sumus, non angeli, peccare possumus miseri.“ „Habuit Christus in suo illo sanctissimoque collegio qui peccarent, habuit quae displicerent.“ Certe Canisius ipse de Sociis aliquot interdum queritur, idque fere in litteris, quibus pro munere, quod gerit, praepositi provincialis Germaniae superioris de Societatis negotiis ad summum eius praesidem refert; praefectorum sane est, imprimis invigilare in errata, ea resecare, superioribusque etiam praepositis, ne malum latius serpat, interdum ea revelare. Ut e. g. ex 44 illis Sociis, quos sub medium a. 1559 in collegio vindobonensi fuisse ex eiusdem catalogo Romam misso constat, fere 7 aliqua, quae emendari corrigique opus sit, in se habere censet sanctus ille vir; qui ceteros laudat vel eo tegit silentio, ex quo eos officia praestitisse merito concluseris. Nec mirum iuvenes aliquos, ex gente illa quidem aetate adeo corrupta ortos, in scholis pravis educatos, malis exemplis circumdatos, mores, quos in Societatem intulerant, non statim penitus exuisse et in domo religiosa quaedam, quae vitam communem turbarent religiosamque perfectionem

impedirent, designasse. Dubitari quidem poterat, utrum haec lectori ante oculos ponere operae pretium esset necne. Re tamen mature perpensa placuit omnes, quae in manibus erant, Canisii epistulas et omnes earum partes — tribus tantum particulis, quarum locus infra p. 264. 375. 643 punctis interpositis designatur, exceptis; hae enim de iis rebus sunt, quae ex ipsa sua natura ad internum tantum forum pertinent neque ad historicam cognitionem admodum valent — in hoc volumine proponere. Aliqua sane iam ab aliis quibusdam Societatis historicis, ut Francisco Sacchino et Ioanne Schmidl, ex parte saltem, enarrata erant; ac de reliquis quoque eius generis rebus me cum Sacchino, ubi de domesticis quibusdam Societatis procellis agit, dicere posse censeo: Haec „vulgare posteris operaepretium erit, vt Dei patrocinium intelligant, quo assidue ab intestinis externisque oppugnantibus suam hanc Sodalitatem defendit; tum vt ii, qui praesunt, si quid huiusmodi in sua administratione tempus ferat, non modo antiquis et alienis hominum sanctissimorum, contra quos seditiones acerrimae exstiterunt, sed etiam domesticis ac recentibus exemplis se consolentur: caeterorum vero, qui moderatorum regimini subiecti sunt, quisque consuescat crucem Domini arcte complexus, in sancta humilitate simplicique obedientia religiosi viri munus explere, duces suos loco Christi Domini venerari, et eam vitae formam adamare, quam sancti Spiritus ductu complexus est.“ [1]

Haec inter prospera et adversa Canisius firma manu tenebat gubernaculum navemque certo tramite dirigebat. Ut praepositi provincialis officio, quod tenebat, satisfaceret, $4^1/_2$ hisce annis collegia sibi subiecta semel atque iterum invisebat, nova collegia parabat; bis Romam ad Societatis negotia curanda venit: collegia romanum et germanicum pecuniarum subsidiis sublevat; apud principes, ut vitae necessaria suis subministrentur, instat; Sociorum valetudini et studiis litterariis diligenter prospicit; maxime vero de hoc sollicitus cernitur, ut in pietate perpetuo conserventur et crescant.

Etiam maiorem Canisio curam de religione apud externos conservanda atque augenda fuisse dixeris. Huius rei gratia per $4^1/_2$ hos annos quasi in continuo apparet motu. Inter comitia imperii annis 1556 et 1557 Ratisbonae et anno 1559 Augustae Vindelicorum habita Ferdinandum I. ad iura ecclesiae tuenda exhortatur. episcopos ad clerum reformandum excitat iisque ecclesiarum „visitationem“ commendat. Anno 1557 in „colloquio religionis“ vormatiensi partis catholicae fere princeps exsistit. In cathedralibus ecclesiis coloniensi, vormatiensi, argentoratensi contionatur. Contionibus in summo templo ratisbonensi habitis etiam adversarios „in sui admirationem rapit.“

[1] *Franciscus Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars secunda, sive Lainius (Antverpiae 1620) l. 1, n. 73.

Augustae Vindelicorum mense Iulio anni 1559 munus contionatoris ecclesiae cathedralis auspicatus, eodem anno plus 40, et anno 1560 novem mensibus 90 sermones sacros habet, eosque tam prospere, ut iam vere anni 1560 capitulum cathedrale testari possit Canisii contionibus 900 homines ad ecclesiae oboedientiam reductos esse. Straubingae quoque contionibus frequentibus per sex hebdomadas a. 1558 habitis populum a protestantismo retrahere conatur. Tabernis Alsatiae festis natalitiis a. 1557 parochum agit. Catechismum Vormatiae, Tabernis, aliis locis pueris explicat. Friburgi Brisgoviae, Selestadii, Colmariae, Rubeaci etc. catholicos consolatur et confirmat. „Parvum catechismum Catholicorum“, librum precum germanicum, libellum de colloquio vormatiensi conscribit. Stanislao Hosio, episcopo varmiensi, et in libris edendis et in legatione Pii IV. Vindobonae obeunda operam navat. Urbanum Austriacum, episcopum gurcensem, ne in contionibus coram aula caesaris habendis fidem dissimulet neve protestantium libros, Scriptura patribusque neglectis, studiosius legat, Ottonem cardinalem augustanum, ne beneficia ecclesiastica „splendoresve“ profanos augere studeat, Albertum V. Bavariae ducem, ne consiliarios in fide „claudicantes“ audiat, apostolica quadam libertate hortatur. Eundem Albertum monet, ut libros pravos arceat, in haereticos animadvertat, in locum „consilii religionis“ ex laicis constituti consilium quoddam ecclesiasticum substituat, quod ex clericis laicisque componatur; „nulla enim pestis“, inquit, „in Ecclesia nocentior“, quam laici in episcoporum officium se ingerentes. Gravissima etiam sunt, quae Canisius romanae curiae subministrare non veretur, consilia: Romae collegium adulescentibus anglis, polonis etc. instituendis condendum; inter episcopos septentrionales et curiam bonum commercium instituendum; nuntios indigenas et vere apostolicos in eas regiones mittendos; beneficia ecclesiastica mensibus „apostolicis“ in indigenas conferenda; germanica ingenia commode tractanda esse. Maxime autem Canisium, ut concilium oecumenicum iterum resumatur, identidem insistentem cernimus.

Singularem etiam curam Canisius Coloniensibus, licet huius urbis Socii ipsi non subsint, impendit: Cum Sociis coloniensibus continuum habet litterarum commercium, archiepiscopo libros mittit, catechismum suum Coloniae excudendum, iubilaeum ibidem promulgandum, privilegia caesarea compluribus typographis coloniensibus concedenda curat, senatui operam offert etc.

Quae magna cum prudentia a Canisio dicta gestaque esse non diffitebitur, qui legerit, quae Canisius in his epistulis etc. pronuntiat de locorum consuetudinibus, patriis moribus, parochorum voluntatibus observandis, de reverentia et oboedientia clero etiam vitioso praestanda, de linguae germanicae studio colendo. „Leniter et placide“ contionatur. Superiores suaviter subditis praeesse, doctos in protestantibus refutandis molli scribendi genere uti vult.

Interea Melanchthon Canisium scienter errores defendere affirmat, Scalichius eum „delatorem iniquissimum“ dicit, Flacius Illyricus eius „castitatem“ commaculare conatur, Dathaenus calvinista, Iacobus Schmidelinus lutheranus, lutherani contionatores mansfeldienses, megalopolitanus dux, protestantes alii contumelias et crimina ei affingunt. Ipse tamen, a Lainio praeposito generali haereticos magis benefactis quam libris polemicis iuvandos esse edoctus, P. Goudano scribit eos, quo magis Iesuitas persequantur, eo magis ab his diligendos esse, vir ipse „pius et modestus“, qui a Ruardo Tappero, universitatis lovaniensis cancellario, ut Summam quandam theologicam in locum Lombardi substituendam scriberet, rogatus, illi ne respondit quidem, „quia hoc onus meis est impar humeris“, atque apud Lainium praepositum saepe imprudentiae, caecitatis, neglegentiae se arguebat totumque praesidum arbitrio se permittebat, hoc semper et verbis et rebus professus: „Vocer, revocer, quocumque libet; in auctoritate maiorum summa cum animi mei consolatione conquiesco.“ Haud mirum igitur, capitulum augustanum anno 1559 asserere Canisium „doctrina, vitae sanctimonia, ac omni virtutum genere toti Germaniae notissimum“ esse.

Complura etiam alia ad Societatis Iesu historiam pertinentia in his epistulis occurrunt; ut quae in iis referuntur de Lainio a. 1558 et 1559 omni opera contendente, ut Paulum IV. iratum Ferdinando I. caesari reconciliet, de Sociis romanis Ferdinandi nomine cum Pio IV. res religionis germanicas tractantibus, de Sociis famosae illius „Censurae coloniensis“ auctoribus, de monasteriorum desertorum vel fere desertorum bonis per principes magna pecuniae inopia laborantes Societati attributis vel etiam quasi obtrusis [1], maxime vero ea, quibus interna Societatis disciplina illustratur: Socios magna cum contentione atque etiam cum valetudinis discrimine laborantes, multas pro reipublicae incolumitate preces fundentes, „paenitentiis“ frequenter utentes conspicimus. Comparent ante oculos nostros magna illa atque ad singula descendens sollicitudo ac paterna suavitas, qua superiores, ac maxime Societatis praepositus generalis, subditos regunt; cura paupertatis conservandae; variarum Societatis „regularum“ compositio, promulgatio, impressio; ratio, qua Socii se bonis abdicabant et ad professionem parabant; eorum peregrinationes; initia quaedam communis „Rationis studiorum“; contionatorum institutio; cursus philosophiae breviores; libri scholastici; disputationes, declamationes, repetitiones; censura librorum; facultates privilegiaque et eorum usus etc.

Ad quae duo notare iuverit: a) Ex privilegiis, quae Societati tunc erant, complura postea per concilium tridentinum vel per pontifices romanos abolita, restricta, mutata sunt; alia eo ipso evanuerunt, quod postea vel consuetudo vel mitigata theologorum doctrina omnibus facultates illas tribuerunt. Similia de Societatis legibus disciplinaque dicenda sunt; quae quidem et decretis tridentinis, et constitu-

---

[1] Cf. *B. Duhr* S. J., Jesuiten-Fabeln (2. Aufl., Freiburg i. Br. 1892) p. 236—245.

tionibus, quas pontifices posteriores toti ecclesiae, omnibus ordinibus religiosis, Societati nominatim proposuerunt, et legibus per varias ipsius Societatis congregationes generales sancitis multis modis mutata sunt, salvo semper fundamento ab ipso Sancto Ignatio, Societatis conditore, posito. b) Societatis constitutiones ex ipsa Sancti Ignatii voluntate plenam vim legum non habebant, antequam post medium a. 1558 a prima Societatis congregatione generali approbatae sunt, et variae illae „regulae", quibus Societatis constitutiones in compendium rediguntur et ad varia munera applicantur, ante annum 1560 in singulorum Sociorum manus non pervenerant; ipsae „regulae rectoris" (revisae) a. 1561 primum in Germaniam illatae sunt; unde certe fiebat, ut et praefectorum iura et subditorum officia obscuriora essent. Atque hoc etiam ad Socios illos, de quorum inconstantia Canisius nonnumquam queritur, referendum est. Nemo eorum „professus" vel „coadiutor formatus" (ut videtur), aliqui, ni fallor, novicii tantum [1], plerique vel simplicibus illis votis, quae „scholasticorum" vocari solent, vel saltem voto Societatem ingrediendi obstricti erant [2]. Iam vero ex bulla Gregorii XIII. „Ascendente Domino", Romae 25. Maii 1584 data, intellegitur vel ipso hoc Gregorii tempore non defuisse, qui assererent: Scholasticos Societatis Iesu non religiosos, sed „mere saeculares" homines esse; Societatem ex votis ab ipsis nuncupatis ius in eos nullum acquirere; eos etiam invitis superioribus ad alios quosvis ordines religiosos transire posse, nec, si vota illa laederent vel oboedire detrectarent, Societati iniuriam inferre etc. [3] Neque multo ante inter ipsos Socios in Gallia degentes reperti sunt, qui Societatis regulis „monachismum" in eam induci, singulos suam supellectilem, bibliothecam etc. habere posse, pecuniae acceptionem et usum iis permittendum esse censerent [4]. Ceterum ex inconstantibus illis aliqui, animi viribus recuperatis, cum virtutis laude in Societate obierunt, alii, cum ea reconciliati et votis legitime soluti, in clero saeculari bonam ecclesiae operam navaverunt. Similiter P. Ioannes Cuvillonius, qui hisce annis aegritudine quadam corporis et mentis — lunaticus vel simili malo afflictus fuisse videtur — Canisio et aliis molestias parabat, postea adeo convaluit, ut ab Alberto V. Bavariae duce ad concilium tridentinum mitteretur.

3. Haec de Societatis Iesu historia. Plurima etiam, quae ad reliquam historiam ecclesiasticam spectant, in his litteris monumentisque inveniri ea ipsa ostendunt, quae de afflicto ecclesiae germanicae statu corruptisque Germanorum moribus a Canisio referri supra (p. XX—XXI) notavimus.

Multa etiam Canisius scribit, quae ad illorum temporum disciplinam ecclesiasticam pertinent: ad breviarium, caerimonias sacras, sacros ordines, „salutationem angelicam", maxime vero ad primum illum librorum prohibitorum „Indicem" romanum, quem sapienti sane consilio Paulus IV. inter a. 1558 et 1559 in lucem emisit. Ea tunc in Germania erat librorum bonorum paucitas, ea protestan-

---

[1] Cf. *Canisii* Epistulas I, 653—654.

[2] Ex litteris a P. *Ioanne de Polanco* S. J. Roma 8. Octobris 1549 ad Socios lovanienses datis intellegitur „formulam votorum simplicium" tunc eandem in tota Societate adhibitam non esse. Eam, quam „prae caeteris approbari" Polancus Lovaniensibus scripsit, vide in *Can.* Epp. I, 654[6]. Qua utrum in praesens an in futurum promiserint paupertatem, castitatem, oboedientiam, non ausim definire.

[3] *Litterae apostolicae*, quibus institutio, confirmatio, et varia Priuilegia continentur Societatis Iesu (Antverpiae 1635) p. 233—235. *Magnum Bullarium* Romanum II (Luxemburgi 1742), 507. Vide etiam *Io. de Polanco* S. J., Chronicon Societatis Iesu V (Matriti 1897), 418—419.

[4] *Olir. Manareus* [1523—1614] S. J., De rebus Societatis Iesu commentarius (Florentiae 1886) p. 111—112.

tium in re litteraria et libraria praevalens auctoritas, ut Canisius assereret „Indicem“ in Germania neque promulgatum neque observatum iri. Inter ipsos Socios sunt, qui putent se, si ad litteram eum observare debeant, a scholis cessare debere parumque fructus ex sacris confessionibus relaturos. Quare facultas „dissimulandi“ et aliae dispensationes, eaeque aliae aliis maiores, ipsis conceduntur. Cardinali Augustano permittitur, ut Indice promulgando supersedeat. Canisius ipse in libris edendis eum ex parte neglegit. Pius IV. ipso pontificatus initio multa ex Indicis lege, Lainii opera interposita, remittere statuit.

Nec parvi momenti esse videntur, quae Canisius de rebus polonicis testis et spectator refert: Regis et reginae corpora et animi aegrotant; rex parum strenuus in religione propugnanda; proceres regem ipsum insolenter tractant, papam et episcopos oderunt; protestantes a rege et episcopis honorifice tractantur; episcopi senes, parum periti, tenaciores, cum detrimento religionis a rege nominantur; clerus dives, sed parum doctus; populus pius, sed per „reformationem“ in barbariem quandam retrusus.

Ex altera tamen parte in his Canisii epistulis multa etiam nobis occurrunt, quibus septentrionalis regionis atque imprimis Germaniae restauratio religiosa vel portenditur vel etiam incohatur et efficitur. De Societatis Iesu collegiis eo tempore fundatis vel fundari coeptis iam diximus. „Regimen“ oenipontanum, Iacobus Ionas Ferdinandi I. vicecancellarius aulicus, Fridericus Staphylus et Leonardus Püchler eiusdem consiliarii, Simon Thaddaeus Eck Bavariae ducis cancellarius, Henricus Schweicker eiusdem secretarius, Wiguleus Hundt universitatis ingolstadiensis curator, laici alii complures catholicam religionem manifeste profiteri tuerique non dubitant. Ferdinandus I., Societati amicissimus, Sociorum precibus et sacrificiis vehementer se commendat, a. 1558 Norimbergae, dum Francofurtum ad electionem imperatoris proficiscitur, cum Canisio secretissima sua communicat, a. 1559 Vindobonae Canisium secreto et iureiurando interposito consulit conscientiaeque satisfacere paratus est, saepe per litteras eius consilia exquirit, filio Elisabetham Angliae reginam uxorem ducturo aliquem de Societate confessarium et contionatorem adiungere vult. Phauserus Maximiliani II. contionator lutheranus Vindobona, Balticus ludimagister protestans Monachio amandantur. Archiepiscopi et episcopi insignes, veluti Otto Truchsess augustanus, Stanislaus Hosius varmiensis, Antonius Brus vindobonensis, Georgius Drascovitius quinqueecclesiensis, Ioannes Przerembski gnesnensis, Nicolaus Olahus strigoniensis, Michaël Helding merseburgensis, ac sacerdotes monachique pii et docti, ut Ioannes Gropper, Martinus Cromer, Guilielmus Lindanus, Iodocus Tiletanus, Franciscus Sonnius, Martinus Rithovius, Ioannes a Via, Ioannes Fabri O. Pr., Mathias Cythardus O. Pr., Bartholomaeus Kleindienst O. Pr., Ioannes Gressenicus O. Pr., Wolfgangus Schmidlkofer O. Min. Obs., Wolfgangus Sedelius O. S. B., alii, Canisio amicitia iuncti, pietatis exemplis, contionibus, libris ecclesiam praeclare defendunt atque illustrant.

V. Dicendum superest unum: Ad hoc volumen atque omnino ad totum hoc opus illustrandum et multis rationibus complendum quam plurimum valent „Monumenta historica Societatis Jesu", quae ab hispanis quibusdam Societatis nostrae patribus in modum libellorum periodicorum singulis mensibus Madriti in lucem eduntur: neque iam omnino quisquam Societatis Iesu historiam scribere potest, quin haec „Monumenta historica" diligenter consulat, in quibus permulta eaque gravissima evulgantur, quae usque huc prorsus ignota fuere.

III.

TABULAE CHRONOLOGICAE VITAE CANISII

a mense Augusto anni 1556 usque ad exitum anni 1560.

Quae ad libros Canisii et ad similia pertinent, cursivis litteris descripta sunt. Signo — 2 temporibus interposito (e. g. Febr. — Mart.*) indicatur tempus, quo aliquid factum sit, exacto numero exprimi non posse, sed 2 illis temporibus terminari.*

1556	Aug. 4.	Canisius (Praga) **Ratisbonam** indeque eodem die **Ingolstadium** venit, Socios Roma advectos in collegio incohando adiuturus.
1556	Aug. 15.	**Ratisbonae** in ecclesia cathedrali contionatur.
1556	Aug. 16.	Iterum ibidem contionatur; deinde **Ingolstadium** revertitur.
1556	Aug. 26.	Everardum de Hürnheim, episcopum eystettensem, **Eystadii** (vel prope urbem) adit.
1556	Sept. 3.	*Vicarius generalis dioecesis eystettensis librum suum „parochialem“ Canisio mittit recognoscendum.*
1556	Sept. 8.	Die festo Nativitatis B. Mariae V. Canisius **Ratisbonae** in ecclesia cathedrali contionatur; deinde **Ingolstadium** revertitur.
1556	Sept. vel Oct.	Ab episcopo argentoratensi rogatur, ut eam ecclesiam adiuvet collegiumque instituat.
1556	Oct. 4.	Primam quasi provinciae Germaniae superioris S. J. congregationem **Passavii** celebrat.
1556	Octobri	Cum P. Nicolao Lanoio, collegii vindobonensis rectore, iter ingreditur ad conventum generalem Societatis Romae habendum.
1556	Oct. 31.	Canisius et Lanoius **Patavium** adveniunt.
1556	Nov. 3.	Canisius, conventu romano in aliud tempus reiecto, Patavio **Oenipontem** proficiscitur.
1556	Novembri	Oeniponte, per **Augustam** transiens, **Dilingam** venit ibique octo dies cum cardinali Augustano versatur.
1556	Novembri	*Dilingae libellos quosdam antiquos typis describendos curat, comitiis ratisbonensibus utiles futuros.*

1556	Novembri	Cum cardinali Augustano Ratisbonam petente **Ingolstadium** venit ibique (ut iam Dilingae) ex stomachi morbo decumbit.
1556	initio m. Decembris	Cum cardinali Augustano **Ratisbonam** curru vehitur.
1556	Decembri	Per „adventum domini“ festis diebus itemque ter hebdomade in ecclesia cathedrali, compluribus episcopis audientibus, contionatur.
1556	Decembri	Ab Alberto V. Bavariae duce ad mensam invitatur.
1556	Decembri	Cum archiepiscopo salisburgensi de Societatis collegio ab eodem instituendo agit.
1556	Decembri	*Scripto dissuadet, ne „religionis colloquium“ fiat.*
1556	Decembri	*Episcopis Germaniae cleri reformationem scripto suadet. Cardinali Augustano instante de officio et reformatione episcopi scribit.*
1556	Decembri	Episcopus argentoratensis a Ferdinando rege petit, ut Canisium collegii condendi gratia ad se mittat.
A. 1556, aut ineunte a. 1557		*Canisii catechismus minimus primum editur germanice. Quocum „Ritus communionis“ (latine et germanice) et sermo ante communionem habendus (Canisii opera intercedente?) typis exscribuntur.*
1557	sub initium anni	*Hosii „Confessio“ (pars prior), Canisio plagulas emendante, Dilingae castigatius editur.*
1557	—	*Canisii „Summa“ latine et Lovanii et Leodii, gallice versa Antverpiae editur.*
1557	Ianuario	Canisius **Ratisbonae** in coetu quodam theologorum a rege convocato sedis apostolicae iura tuetur.
1557	a Ianuario ad Martium	Diebus dominicis et festis (aliquibus exceptis) in cathedrali ecclesia contionatur.
1557	Febr. 1.	Ioannes Albertus I. dux megalopolitanus „furorem“ Canisii damnandum proponit.
1557	Februario	Canisius Romam evocatur ad congregationem Societatis generalem mense Aprili celebrandam.
1557	Febr. 2. (ut videtur)	Ratisbonae de B. Mariae V. laudibus et de caelibatu in summo templo dicit.
1557	Febr. (12., ut videtur)	Iudaeum in domum suam recipit sacro baptismo praeparandum.
1557	Februario	*Catechismum in usum puerorum a se compositum aliosque libellos typis exscribendos curat.*
1557	Febr. — Mart.	De caelibatu cum Gallo, Scalichio, Nydpruckio etc. disserit.
1557	Febr. vel Martio	In comitiis ratisbonensibus collocutor ab ordinibus imperii catholicis designatur pro colloquio Vormatiae de religione cum Lutheranis habendo.

1557	Mart. (18., ut videtur)	Cum P. Nicolao Goudano S. J. iter romanum ingreditur.
1557	Apr. 2.	**Patavium** adveniunt; Canisius sequenti nocte, ut videtur, **Venetias** navigat.
1557	Apr. (5., ut videtur)	Venetiis **Florentiam** proficiscuntur.
1557	paulo post 18. Apr.	**Romam** adveniunt ad congregationem Societatis a vicario generali indictam.
1557	Apr.	*„Summae" canisianae compendium quoddam latinum (Canisii catechismus minimus, ut videtur) Coloniae typis exscribitur.*
1557	ab Apr. ad Iun.	Canisius germanici et romani collegiorum alumnos publicis privatisque sermonibus ad opem Germaniae ferendam incendit.
1557	Iunio exeunte	Congregatione ob bellum impedita Canisius et Goudanus Roma discedunt.
1557	Iun. 29.	Canisius **Perusium** advenit ibique collegium Societatis invisit.
1557	Iun. 30. (ut videtur)	Florentiam proficiscitur.
1557	Iul. 2.	**Florentiam** advenit. Per aliquot dies lecto tenetur.
1557	aestate	In turbis domesticis a PP. Bobadilla et Gogordano excitatis partes sustinet Lainii vicarii generalis.
1557	sub Iul. 6.	**Bononiam** advenit.
1557	Iulio	E collegio bononiensi aliquos pro collegiis Germaniae sibi deligit.
1557	Iul. 8. (ut videtur)	Bononia discedit.
1557	Iul. 8. — 12.	Per **Ferrariam**, ubi unum diem subsistit, et **Patavium** transiens Venetias cum P. Goudano venit.
1557	Iul. 13.	**Venetiis** in collegio Societatis moratur.
1557	Iul. (14. vel 15., ut videtur)	Cum Goudano aliisque tribus Sociis **Patavium** redit.
1557	a 16. ad 27. Iul.	Per **Tridentum, Oenipontem, Monachium** Ingolstadium proficiscitur.
1557	Iulio	*Canisii „Lectiones et Precationes ecclesiasticae" Ingolstadii iterum evulgantur, auctae et recognitae.*
1557	sub Iul. 25.	Canisius **Monachii** cum Alberti V. consiliariis de collegio ibi instituendo agit.
1557	Iul. 27.	**Ingolstadium** cum duobus Societatis fratribus advenit.
1557	aestate	Canisio colloquii vormatiensis negotiis occupato P. Victoria „viceprovincialis" adiungitur.
1557	aestate et autumno	*Canisii „Summa" Romae a P. Emmanuele Sa S. J. recognoscitur.*
1557	Aug. (16., ut videtur)	Canisius e Ferdinandi I. regis et Pauli IV. papae mandato Ingolstadio ad „religionis colloquium" vormatiense proficiscitur.

1557	sub Aug. 19.	Elvangae Ottonem cardinalem augustanum invisit.
1557	sub Aug. 23.	Cum P. Goudano et Fr. Villario **Vormatiam** advenit.
1557	Aug. 29.	In ecclesia cathedrali primum contionatur.
1557	Sub m. Sept.	*Ioannes Goossens, parochus ad S. Iacobi antverpiensis, „Summam" Canisii recognoscit et approbat.*
1557	Sept. 5. vel 8. (ut videtur)	Canisius Vormatiae iterum contionatur.
1557	Sept. 11. hora 7. matutina.	Prima sessio colloquii vormatiensis. Canisius inter collocutores catholicos quintum locum tenet.
1557	Sept. 13. h. 7. mat.	Sessio II. Canisius cum ceteris colloquii hominibus data dextra promittit se silentium observaturum ac pie et amice se gesturum.
1557	Sept. 14. h. 7. mat.	Sessio III.
1557	Sept. 15. h. 7. mat.	Sessio IV.
1557	Sept. 16. h. 2. postmerid.	Sessio V. Canisius recitat responsum catholicorum ad scriptum protestantium in sess. IV. recitatum. Melanchthon ei pauca respondet, longo sermone in pontifices, doctores scholasticos etc. invehitur.
1557	Sept. 20. h. 2. postmerid.	Sessio VI. et ultima. Canisius catholicorum nomine ad ea respondet, quae Melanchthon 16. Sept. protulerat. Hic ei largam promittit „remunerationem".
1557	Sept. — Nov.	*Canisius theologorum lovaniensium suasu cum Goudano „Summae" suae epitomen facit.*
1557	Sept., ante 29.	Cum legatis archiepiscopi treverensis de collegio Treveris condendo agit.
1557	Sept. 30.	*Philippus II. Simoni Coco et Ioanni Verwithagen, typographis antverpiensibus, catechismi canisiani evulgandi privilegium tribuit.*
1557	Oct. 6., 7., 8.	Quinque theologis lutheranis per ceteros protestantes ex colloquio exclusis, reliqui utriusque partis theologi ter congregantur.
1557	Oct. 8.	Protestantes ad orationem Canisii 20. Septembris habitam respondent.
1557	sub 25. Oct.	Colloquio interrupto, Canisius, coloniensium amicorum rogatu, Coloniam proficiscitur.
1557	Oct. 29.	**Coloniam** advenit et in collegium Societatis devertitur.
1557	Oct. 30.	Ab Ioanne Groppero praeposito bonnensi ad prandium vocatur.
1557	Oct. 31.	Efficit, ut Sociis facultas fiat in templo S. Ursulae contionandi.
1557	Oct. 31.	Apud Ioannem Gebhardum de Mansfeld ecclesiae metropolitanae „chorepiscopum" prandet.
1557	Nov. 1.	Festo Omnium Sanctorum mane in monasterio S. Ignatii sacrum facit et contionatur.

1557	Nov. 1.	Meridie in summo templo contionatur, adstantibus fere 3000 hominibus.
1557	Nov. 2.	Senatus coloniensis Canisium, vino „honorario" misso, salutat.
1557	Nov. 2.	Canisius apud Carthusianos prandet, contionatur, stipe donatur.
1557	Nov. 3.	Iterum apud Gropperum prandet.
1557	Nov. 3. (h. 4. vesp.)	In schola dialectica de studiis liberalibus latine dicit.
1557	Nov. 6.	Navigium conscendit Vormatiam reversurus.
1557	Nov. 7.	**Bonnae** subsistit.
1557	Oct. — Dec.	*Antverpiae Canisii „Summa" editur, ab Ioanne van Hemert vlamice versa.*
1557	Oct. vel Nov.	Per Saxoniam e suggestu pronuntiant Canisium, e suo cum Melanchthone congressu ad contionem redeuntem, subito exstinctum esse.
1557	Oct. vel Nov.	Canisius **Vormatiae** cum theologis lovaniensibus de collegio lovaniensi iuvando agit.
1557	a 18. ad 21. Nov.	PP. Salmeron, Ribadeneira, Adriani, S. J., in Belgium tendentes Canisium Vormatiae salutant.
1557	Dec. ineunte	Canisius contionatur et pueros instituere incipit.
1557	Dec. 8.	Colloquio abrupto, Vormatia abit.
1557	Dec.	*Canisii et aliorum hortatu Bartholomaeus Latomus libellum conscribit contra Melanchthonem eiusque in colloquio collegas.*
A. 1557 exeunte et 1558 ineunte	—	Canisius ab Erasmo de Limburg, episcopo argentoratensi, rogatus cum eo fere per mensem degit **Tabernis Alsatiae**, ibique *„Parvum catechismum Catholicorum" conscribit* et pueris explicat, eorum confessiones excipit, contionatur; per ferias natalitias parochi munus subit.
1557	Dec. 16.	*Philippus II. Bruxellis edicit, ut in Germania inferiore solus catechismus Canisii adhibeatur.*
1557	Dec. 21.	*Nicolaus Zegerus O. S. Fr. suam „Summae" canisianae versionem vlamicam „in eremo Botentalica" absolvit.*
1557 (vel ineunte a. 1558)	—	*Canisii „Lectiones" („Epistolae et Evangelia") Lovanii evulgantur.*
1557 vel 1558	—	*Protestans quidam carmen probrosum in Canisium evulgat.*
1558	—	*Canisii „Summa" latine Antverpiae (bis), Lovanii, Venetiis, Vindobonae evulgatur; eadem vlamice versa Lovanii editur.*
1558	Ianuario	Canisius Tabernis **Argentoratum** venit, unde per **Selestadium**, **Colmariam**, **Rubeacum**,

		Brisacum curru vehitur **Friburgum Brisgoviae**, catholicos in iis urbibus consolans et excitans.
1558	sub Ian. 6.	*Summae canisianae compendium coloniense ibidem iterum prelum subit.*
1558	Ianuario	Friburgi Glareanum Canisius salutat. Qui ab universitate honoratur et mandata accipit ad Ferdinandum regem.
1558	Ian. 17.	**Argentorati** in summo templo contionatur.
1558	Ianuario (et Dec. 1557)	Ad moniales monasterii dominicani SS. Margaritae et Agnetis sermones sacros habet.
1558	Ianuario exeunte	Per **Wurtembergam** revertitur **Dilingam.**
1558	Ianuario exeunte	Dilingae cardinalis Otto Truchsess eius pedes lavat et Societati universitatis suae gubernationem offert.
1558	Ian. 29. (vel paulo ante)	Canisius **Ingolstadium** venit.
1558	Febr. 12.—15.	**Norimbergam** venit ad Ferdinandum regem; qui „secretissima sua" cum eo communicat.
1558	Februario	*Canisius Confutationem Brentii ab Hosio scriptam in libros et capita dispertit ac praefatione etc. auget.*
1558	Febr. (24., ut videtur)	Ab Alberto V. arcessitus **Monachium** proficiscitur.
1558	Febr. 25.—28.	A duce exoratur, ut Straubingam ministeriis sacris adiuvare statuat. De collegiis monacensi, ingolstadiensi, georgiano cum consiliariis agit.
1558	Febr. 28. — Mart. 7.	**Ingolstadium** redit; paulo post **Dilingae** paucis diebus cum cardinali Ottone de collegio condendo agit.
1558	Mart. (9., ut videtur)	**Straubingam** advenit.
1558	Martio	*Libellum suum „Vom Abschiedt des Colloquii zu Wormbs MDLVII" evulgat.*
1558	fere a Mart. 9. ad Apr. 19.	Canisius urbem straubingensem sacris ministeriis excolit. Ter quaterve singulis hebdomadis contionatur.
1558	(Martio, ut videtur)	*Canisii catechismus minimus denuo germanice editur Dilingae.*
1558	Mart. 25. (ut videtur)	Festo Annuntiationis B. M. V. Canisius Straubingae de evangelio diei, dignitate B. M. V., praestantia salutationis evangelicae dicit.

1558	Mart. 27. (ut videtur)	Dominica Passionis de evangelio diei dicit.
1558	Apr. 3. (ut videtur)	Dominica Palmarum de evangelio diei (et de paenitentia?) dicit.
1558	Apr. 5. et 6.	De sacra eucharistia ad populum dicit.
1558	Apr. 7.	In „Coena Domini" mane de eucharistia sub una specie sumenda, vespere de passione Christi dicit.
1558	Apr. 8.	In „Parasceve Domini" mane de passione Christi dicit.
1558	sub 20. Apr.	Canisius **Ingolstadium** revertitur.
1558	Apr. (24., ut videtur)	**Dilingam** abit, de collegio cum cardinali acturus.
1558	Apr. 28. et 29.	**Augustae Vindelicorum** moratur.
1558	Apr. 29.	Augusta Tridentum versus discedit.
1558	Maio ineunte	In monasterium **Ettal** devertitur ab eiusque abbate reliquiis sacris donatur.
1558	Maio	**Laureti** in collegium a ianitore non admittitur.
1558	Maio fere medio	**Romam** ad primam Societatis congregationem generalem advenit.
1558	Iun. 19.	Congregatio generalis incipitur.
1558	Iun. 21. ad 27.	Congregatio singulis diebus de ratione eligendi praepositi generalis agit.
1558	Iun. 28.	Canisius cum ceteris 19 electoribus quatriduum incipit, quo ad electionem se praeparent.
1558	Iul. 2.	Canisius latinam ad electores orationem habet. Iacobus Lainius creatur praepositus.
1558	Iul. 3. ad 10.	Canisius in templo „Pantheon" disputationibus et declamationibus, quibus Lainii electio celebratur, interest.
1558	Iul. 6.	Lainius cum Canisio et 23 aliis Sociis in Vaticano Pauli IV. pedes osculatur; qui iis benedicit et Societati amorem declarat.
1558	Iulio	*Scalichius lutheranus Canisium scripto calumniatur.*
1558	Iulio	Paulus IV. Camillum Mentuatum nuntium in Poloniam destinat eique duos e Societate, ac Canisium nominatim, adiungit.
1558	Aug. 8. vel 9.	Canisius cum P. Theodorico Aemsterodamo S. J. ante finitam congregationem Roma discedit.
1558	Aug. 15. vel 16.	**Pisaurum** (Pesaro) equestri itinere advenit.
1558	Aug. 25.	Ad Fridericum Petronium domi decumbentem (eius confessione prius excepta) sacram eucharistiam defert.
1558	Aug. 28.	Cum nuntio **Ariminium** (Rimini) navi vehitur.
1558	Aug. (30., ut videtur)	Cum eodem navem conscendit.
1558	ineunte mense Sept. [?]	Collegium ingolstadiense invisit [?].
1558	Sept. — Dec.	*Hosii corrigit „Dialogum", iterum excudendum.*

1558	Sept. 6.	Ferdinandus I. caesar edicit, ut Canisius et, quos ipse miserit, Socii in provinciarum suarum ecclesiis libere contionari sinantur.
1558	Sept. 19.	Canisius **Vindobonam** ingreditur.
1558	paulo post. Sept. 19.	Societatis iuvenem graviter tentatum tentatione liberat.
1558	Sept. 20.—30.	Ferdinandum I. adit eique res quasdam collegii vindobonensis commendat.
1558	Sept. 29.	P. Aemsterodamum extrema unctione munit.
1558	Sept. 29. — Oct. 3.	Caesar Canisio iterum (ac tertio?) excepto arcana conscientiae aperit.
1558	Oct. (3., ut videtur)	Canisius cum nuntio apostolico et P. Dominico Mengino S. J. in Poloniam abit.
1558	Oct. 6.	Canisius totaque Societas a Ferdinando I. Poloniae regi et reginae per litteras commendantur.
1558	Oct. 12.	**Cracoviam** veniunt. Canisius dyssenteria affligitur.
1558	Oct. 17.	Andream Zebrzydowski episcopum cracoviensem adit.
1558	(post Oct., ut videtur)	Ad clerum et universitatem sermonem habet.
1558	Oct. 26.	Canisio auctore Ferdinandus I. ipsi ceterisque Sociis doctoratum theologicum confirmat, ab ipsa Societate vel in exteris academiis acceptum.
1558	Octobri fere exeunte	Canisius cum nuntio **Loviciam** ad archiepiscopum gnesnensem et inde **Piotrcoviam** ad comitia regni proficiscitur.
1558	exeunte anno	*Socii colonienses Canisii „Parvum catechismum Catholicorum" ab auctore missum excudendum curant.*
1558	Dec. 14.	Canisius Piotrcoviae cum nuntio Sigismundum Augustum regem adit.
1559	Ianuario fere medio	Cum novo archiepiscopo gnesnensi et cum episcopo plocensi de collegiis condendis agit.
1559	Febr. 10.	Comitiis absolutis **Pragam** proficiscitur.
1559	a Febr. 21. (?) ad 25.	In collegio pragensi moratur.
1559	a Febr. 21. ad 25.	*Commentarium, quo Bohemos ad domum pauperibus litterarum studiosis constituendam excitet, scribit; qui prelo subicitur.*
1559	Mart. 4.	**Ingolstadium** advenit.
1559	ante Mart. 11.	**Augustam Vindelicorum** ad comitia caesaris iussu venit.
1559	Mart. 23., 24., 25.	Quater postremis tribus hebdomadis sanctae diebus de passione Christi contionatur.

1559	Martio	Apud episcopos pecuniam colligit pro domo in usum pauperum scholasticorum conducenda.
1559	Martio exeunte	**Dilingae** per breve tempus moratur.
1559	Aprili	**Ingolstadii** 14 dies in Societatis collegio manet.
1559	sub Apr. 15.	**Augustam** revertitur.
1559	Apr. et Maio	Cum Antonio Quadrio de collegio in Valle Tellina condendo agit.
1559	Maio	*Libris quibusdam Stanislai Hosii germanice vertendis operam dat.*
1559	Mai 9.	Capitulum cathedrale Canisium summi templi contionatorem a Lainio expetit.
1559	sub initium Iunii	Canisius cum PP. Victoria et Lanoio de rebus provinciae S. J. Germaniae superioris consilia confert.
1559	Iun. 9.	A Ferdinando I. de rebus religionis consulitur.
1559	Iun. (14.?)	Ab Ottone cardinali augustano contionator ecclesiae cathedralis pronuntiatur.
1559	Iun. 24.	Contionatoris munus administrare incipit.
1559	Iunio exeunte	Collegii germanici nomine cardinali Ottoni et principibus supplicat.
1559	Iun. 29.	Die festo SS. Petri et Pauli e summi templi suggestu primatum S. Petri propugnat.
1559	Iul. (2., ut videt.)	**Ingolstadium** abit ad res collegii constituendas.
1559	Iul. 22.	Die festo S. Mariae Magdalenae **Augustae** in summo templo contionatur.
1559	Iul. 25.	Die festo S. Iacobi apostoli ibidem contionatur.
1559	Iul. 30.	Dominica XI. post Pentecosten in aula Ferdinandi caesaris contionatur.
1559	Augusto ineunte	Archiepiscopum salisburgensem ad stipem collegio germanico mittendam adducit.
1559	Aug. 6.	Dominica XII. post Pentecosten in summo templo de iustificatione dicit.
1559	Aug. 10.	Festo S. Laurentii ibidem contionatur.
1559	Aug. 15.	Festo Assumptionis B. Mariae V. ibidem de cultu eiusdem contionatur.
1559	Aug. 24.	Festo S. Bartholomaei apostoli ibidem dicit.
1559	Sept. 8.	Festo Nativitatis B. Mariae V. ibidem contionatur.
1559	Sept. 21.	Festo S. Matthaei apostoli in summo templo contionatur; ieiunium quattuor temporum commendat.
1559	Sept. 29.	Festo S. Michaëlis archangeli ibidem contionatur.
1559	Oct. 1.	Dom. XX. post Pent. ibidem contionatoris munus proprie auspicatur; praecepta decalogi explicare incipit.
1559	Octobri	*Breviarium augustanum recognoscit.*
1559	Oct. 8.	Dom. XXI. post Pent. in summo templo de evangelio diei et de necessitate praeceptorum decalogi dicit.

1559	Oct. 15.	Dom. XXII. post Pent. ibidem de evangelio ac de praestantia et necessitate decalogi sermonem habet.
1559	Oct. 22.	Dom. XXIII. post Pent. ibidem de evangelio diei et de possibilitate decalogi observandi dicit.
1559	Oct. 28.	Festo SS. Simonis et Thaddaei apostolorum ibidem de festo ac de decalogi observandi possibilitate ac facilitate dicit.
1559	Oct. 29.	Dom. XXIV. post Pent. ibidem de evangelio diei et de decalogo sermonem habet.
1559	Nov. 1.	Festo Omnium Sanctorum ibidem de evangelio diei dicit.
1559	Nov. 2.	In „Commemoratione omnium fidelium defunctorum" de iis iuvandis ibidem dicit.
1559	Nov. 5.	Dom. XXV. post Pent. ibidem de altera evangelii illius parte (filia Iairi sanata) dicit.
1559	Nov. 11.	Festo S. Martini episcopi contionatur (ibidem, ut videtur).
1559	Nov. 12.	Dom. XXVI. post Pent. ibidem sermonem habet de altera parte evangelii Dominicae proxime antecedentis (de muliere „haemorrhoissa").
1559	Nov. 19.	Dom. XXVII. post Pent. ibidem de evangelio diei dicit.
1559	Nov. (20., ut videtur)	**Monachii** primos illius collegii Socios excipit.
1559	Nov. 21.	(Festo Praesentationis B. M. V.) eosdem congregatos ad labores alacriter suscipiendos exhortatur.
1559	Nov. 20. ad 26. (ut videtur)	Cum consiliariis de collegii reditu, scholis etc. agit.
1559	Nov. 30.	Festo S. Andreae apostoli **Augustae** in summo templo de evangelio diei dicit.
1559	Novembri vel Decembri	*„Parvus catechismus Catholicorum", a Canisio emendatus, Vindobonae ex typographia collegii Societatis prodit.*
1559	anno exeunte	*Canisii „Summa" Venetiis latine editur.*
1559	—	*Canisii catechismus minor („parvus Catholicorum") Antverpiae et Coloniae latine editur.*
1559 [?]	—	*Idem Pragae latine, germanice, bohemice a Sociis evulgatur [?].*
1559	Dec. 3.	Dom. I. Adventus Canisius in summo templo augustano de ratione sacri illius temporis et de evangelio diei dicit.
1559	inter 4. et 9. Dec.	Duabus contionibus (in templo S. Ioannis?) de decalogo generatim disserit.
1559	Dec. 10.	Dom. II. Adventus de evangelio diei dicit.
1559	inter 11. et 16. Dec.	Duabus contionibus de rebus ad decalogum recte observandum necessariis dicit.
1559	Dec. 17.	Dom. III. Adventus de sacri illius temporis ratione et de evangelio diei dicit.
1559	Dec. 18.—20.	De decalogo sermonem habet.
1559	Dec. 21.	Festo S. Thomae apostoli evangelium diei in ecclesiam eiusque desertores e suggestu accommodat.
1559	Dec. 24.	Dom. IV. Adventus de evangelio diei dicit.

1559	Dec. 25.	In „Nativitate Domini“ de eo die recte intellegendo et servando in summo templo dicit.
1559	Dec. 26.	Festo S. Stephani ibidem de eo et de evangelio diei dicit.
1559	Dec. 27.	Festo S. Ioannis Evangelistae ibidem de evangelio diei et de Ioannis laudibus dicit.
1559	Dec. 31.	Die dominica ibidem de evangelio diei dicit.
1560	—	*Canisii „Summa“ Antverpiae (bis), Coloniae, Lovanii (bis), Parisiis editur.*
1560	—	*Eadem vlamice versa Antverpiae, italice versa Venetiis evulgatur.*
1560	—	*Hosii „Dialogus“ et „De expresso Dei verbo“ liber Canisio (ut videntur) curante Dilingae eduntur.*
1560	—	*Lutheranorum ministri mansfeldienses Canisium ut haeresis Iesuitarum auctorem publico scripto damnant.*
1560	initio	*Melanchthon in „Corpore Doctrinae“ Canisium „blasphemum“ etc. vocat.*
1560	initio	Canisius de collegio Treveris condendo agit.
1560	Ian. 1.	Festo „Circumcisionis Domini“ in ecclesia cathedrali de evangelio diei dicit.
1560	Ian. 6.	Festo Epiphaniae ibidem de evangelio diei dicit.
1560	Ian. 7.	Dom. I. post Ep. ibidem de evangelio diei dicit, parentes ad filios bene instituendos graviter exhortans.
1560	Ian. 14.	Dom. II. post Ep. ibidem a catholicis Christum neque ignorari neque neglegi demonstrat; postea de evangelio dicens, homines ad nuptias sancte ineundas et ad adulterium fugiendum hortatur.
1560	Ian. 21.	Dom. III. post Ep. ibidem evangelium diei exponens doctrinam de „sola fide iustificante“ refellit.
1560	Ian. 25.	Festo Conversionis S. Pauli ibidem de ipso festo dicit.
1560	Ian. 28.	Dom. IV. post Ep. ibidem de evangelio diei dicit simulque, quid de bonis operibus sentiendum sit, exponere incipit.
1560	Febr. 2.	Festo Purificationis B. M. V. ibidem de ratione ipsius diei dicit.
1560	Febr. 4.	Dom. V. post Ep. ibidem evangelio diei exposito de operibus bonis infidelium dicit.
1560	Febr. 11.	Dom. Septuagesimae ibidem de sacri illius temporis ratione dicit et evangelium diei ad bonorum operum necessitatem et utilitatem ostendendam adhibet.
1560	Febr. 18.	Dom. Sexagesimae ibidem de sacro illo tempore et de evangelio diei dicit.
1560	Febr. 25.	Dom. Quinquagesimae et die festo S. Mathiae apostoli ibidem de Mathia, Bacchanalibus, Quadragesima dicit.
1560	Febr. 28.	Die cinerum hora 7. matutina in ecclesia S. Ioannis de eius diei ratione et recto Quadragesimae usu dicit.
1560	Martio	*Eius „Catechismus parvus“ a Sociis romanis recognoscitur.*

1560	Mart. 1.	Canisius (in templo S. Ioannis, ut videtur) de decalogo christianis observando dicit.
1560	Mart. 3.	Dom. I. Quadr. in summo templo de evangelio diei et de ieiunio dicit.
1560	Mart. 4.	Die Lunae de evangelio diei et de duabus illis decalogi tabulis dicit.
1560	Mart. 6.	Die Mercurii de evangelio diei et de primo decalogi praecepto dicit.
1560	Mart. 8.	Die Veneris de evangelio diei dicit.
1560	Mart. 10.	Dom. II. Quadr. de evangelio diei et de primo praecepto dicit.
1560	Mart. 11.	Die Lunae de primo praecepto dicit.
1560	Mart. 13.	Die Mercurii de cultu Dei externo sive de caerimoniis dicit.
1560	Mart. 15.	Die Veneris de evangelio diei et de caerimoniis ac maxime de sacrificio dicit.
1560	Mart. 17.	Dom. III. Quadr. de evangelio diei contionatur.
1560	Mart. 18.	Die Lunae de evangelio diei, ecclesia, caerimoniis dicit.
1560	Mart. 20.	Die Mercurii de evangelio diei ac de ecclesiae traditionibus et caerimoniis dicit.
1560	Mart. 22.	Die Veneris de evangelio diei et maxime de Deo „in spiritu et veritate“ adorando dicit.
1560	Mart. 24.	Dom. IV. Quadr. de eius diei ratione et evangelio dicit.
1560	Mart. 25.	Festo Annuntiationis B. M. V. de ratione diei, B. M. V. colenda, salutatione angelica recitanda dicit.
1560	Mart. 27.	Die Mercurii de evangelio diei, primo praecepto, cultu sanctorum dicit.
1560	Mart. 29.	Die Veneris de evangelio diei dicit et cultum sanctorum defendit.
1560	Mart. 31.	Dom. Passionis de sacro passionis tempore bene adhibendo dicit.
1560	Mart. vel Apr. (ut videtur)	*Ioannem Monhemium, rectorem dusseldorpiensem, de erroribus per eius catechismum sparsis monet.*
1560	Apr. 1.	Die Lunae de evangelio diei et maxime de sacris imaginibus dicit.
1560	Apr. 3.	Die Mercurii de evangelio diei et sacrarum imaginum recto usu dicit.
1560	Apr. 5.	Die Veneris de evangelio diei et de animis per paenitentiam ad festum paschale parandis dicit.
1560	ab Apr. 7. ad 21.	Tempore paschali Augustae 900 homines, Canisii contionibus moti, ad ecclesiam revertuntur.
1560	Apr. 7.	Dom. Palmarum Canisius mane de ecclesia Christum crucifixum honorante et de paenitentiae operibus sponte suscipiendis, post prandium de verae paenitentiae ratione dicit.
1560	Apr. 8.	Die Lunae de evangelio diei et de erroribus contra paenitentiam et peccatorum confessionem divulgatis dicit.
1560	Apr. 11.	In „Coena Domini“ de Christi passione dicit.
1560	Apr. 14.	Dominica paschatis de Christi resurrectione dicit.

1560	Apr. 15.	„Feria II. paschatis" de evangelio diei et de corporum resurrectione dicit.
1560	Apr. 16.	„Feria III. paschatis" evangelium diei exponit et de corporum resurrectione dicit.
1560	Apr. 21.	Dom. „in Albis" de fide, sacerdotum dignitate et potestate, vita emendanda dicit.
1560	post. Apr. 26.	**Ingolstadii** Societatis collegium „visitat".
1560	vere exeunte (Maio vel Iunio?)	Canisio adiuvante Stephanus Agricola „iunior", contionator lutheranus, Ingolstadii ad ecclesiam revertitur.
1560	Maii 6.	Canisius cum P. Lanoio Vindobonam proficiscitur.
1560	Maio	**Vindobonae** cum caesare, Hosio nuntio apostolico, rectoribus collegiorum de Societatis et totius ecclesiae rebus consultat. Ad Socios sermones sacros habet. Compluribus typographis coloniensibus privilegia caesarea comparat.
1560	Maii (29., ut videtur)	**Pragam** ad collegium „visitandum" proficiscitur.
1560	Iun. 15.	**Oenipontem** advenit, de collegio ibi constituendo cum magistratibus acturus.
1560	Iun. (21., ut videtur)	Oeniponte cum Lanoio naviculam conscendit, qua per Oenum in Bavariam vehatur.
1560	Iun. 22.—24.	**Monachii** colleg. Societatis invisit („visitat"?).
1560	Iul. 2.	Festo Visitationis B. M. V. **Augustae** in summo templo de eius diei ratione et fructu dicit.
1560	Iul. 7.	Dom. V. post Pent. ibidem de bonorum operum necessitate et de moribus reformandis dicit.
1560	Iulio	*Societatis apologiam, a Steph. Agricola „iuniore" scriptam, Coloniam mittit et (aliis iuvantibus), ut ibidem archiepiscopi impensis evulgetur, efficit.*
1560	Iul. 14.	Dom. VI. post Pent. e suggestu de evangelio diei dicit, solam ecclesiam catholicam veram Christi ecclesiam esse probans.
1560	Iul. 21.	Dom. VII. post Pent. de evangelio diei contionatur.
1560	Iul. 22.	Festo S. Mariae Magdalenae ex evangelio diei de christiana iustitia dicit.
1560	Iul. 25.	Festo S. Iacobi de diebus apostolis sacris, iustitia, emendandis moribus dicit.
1560	Iul. 28.	Dom. VIII. post Pent. de evangelio diei contionatur.
1560	mense Augusto	*„Summam" denuo excudendam emendat augetque.*
1560	Aug. 4.	Dom. IX. post Pent. ex evangelio diei novos contionatores falsos esse prophetas ostendit.
1560	Aug. 10.	Festo S. Laurentii de eius laudibus simulque de evangelio diei dicit.
1560	Aug. 11.	Dom. X. post Pent. de misericordiae operibus (ex evangelio diei) et de animis ad festum Assumptionis B. M. V. parandis dicit.

1560	Aug. 15.	Festo Assumptionis B. M. V. de eius diei ratione et evangelio dicit.
1560	Aug. 18.	Dom. XI. post Pent. de evangelio diei dicit.
1560	Aug. 24.	Festo S. Bartholomaei apostoli contionatur.
1560	Aug. 25.	Dom. XII. post Pent. ex evangelio diei de precatione dicit.
1560	Sept. 1.	Dom. XIII. post Pent. ex evangelio diei caerimonias ecclesiasticas defendit.
1560	Sept. 8.	Festo Nativitatis B. M. V. et Dom. XIV. post Pent. de die festo et (ex evangelio Dominicae) de misericordia exercenda dicit.
1560	Sept. 15.	Dom. XV. post Pent. ex evangelio diei ieiunium et sacerdotium etc. commendat.
1560	Sept. 16.	A capitulo cathedrali impetrat, ut aedibus suis conclave, in quo pueri instituantur, addatur.
1560	aestate vel autumno (ante Nov.)	*„Parvum catechismum Catholicorum“ germanice versum una cum libro precationum germanicarum primum (Dilingae) evulgat.*
1560	Sept. 21.	Festo S. Matthaei de ieiunio quattuor temporum, ordinis sacramento, feneratione dicit.
1560	Sept. 22.	Dom. XVI. post Pent. de evangelio diei dicit.
1560	Sept. 28.	Festo Dedicationis summi templi de templorum dedicatione et bono usu dicit.
1560	Sept. 29.	Festo S. Michaëlis et Dom. XVII. post Pent. de angelis contionatur.
1560	Oct. 6.	Dom. XVIII. post Pent. de diebus sacris religiose celebrandis dicit.
1560	Oct. 13.	Dom. XIX. post Pent. de evangelio diei contionatur.
1560	autumno	De collegio Moguntiae instituendo tractat.
1560	Oct. 20.	Dom. XX. post Pent. de evangelio diei et de decalogo universo dicit.
1560	Oct. 27.	Dom. XXI. post Pent. de evangelio diei et de primo praecepto dicit.
1560	Oct. 28.	Festo SS. Simonis et Iudae de cultu interno (ex primo praecepto) Deo praestando dicit.
1560	Nov. 1.	Festo Omnium Sanctorum de sanctis et de cultu iis praestando contionatur.
1560	Nov. 2.	„Die animarum“, quid patres de iis docuerint et quomodo iuvandae sint, e suggestu docet.
1560	Nov. 3.	Dom. XXII. post Pent. (ex primo praecepto) de sanctis honorandis et invocandis dicit.
1560	paulo post 3. Nov.	Caesaris iussu **Oenipontem** proficiscitur.
1560	inter 9. et 13. Nov.	Cum P. Lanoio et caesaris „regimine“ de collegio Oeniponte condendo consilia confert.
1560	Nov. 13.	Oeniponte discedit.
1560	Nov. 24.	Dom. ultima post Pent. **Augustae** de evangelio diei et (ex primo praecepto) de „vera et antiqua fide“ dicit.
1560	Nov. 30.	Festo S. Andreae de evangelio diei et (ex primo praecepto) de protestantibus antiquae fidei corruptoribus dicit.
1560	Dec. 1.	Dom. I. Adv. in summo templo de sacri temporis ratione et de Scriptura per Lutheri versionem et per alias bibliorum editiones adulterata dicit.

1560	Dec. 2.	In templo S. Ioannis de „quattuor novissimis“ rebus et maxime de timore Dei dicit.
1560	Dec. 4.	Ibidem de morte contionatur.
1560	Dec. 6.	Ibidem de morte providenda dicit.
1560	Dec. 8.	Dom. II. Adv. in summo templo e suggestu indulgentiam „iubilaei“ pronuntiat.
1560	Dec. 9.	Festo „Conceptionis“ B. M. V. (translato) in templo S. Ioannis de eadem conceptione et de morte dicit.
1560	Dec. 11.	Ibidem de causis modisque, quibus homines ad mortem se parare debeant, dicit.
1560	Dec. 13.	Ibidem de indulgentiis contionatur.
1560	Dec. 15.	Dom. III. Adv. in summo templo contionatur.
1560	Dec. 16. (ut videtur)	Contionatur (ut videtur) in templo S. Ioannis.
1560	Dec. 17.	„Processioni“ indulgentiae „iubilaei“ causa a capitulo cathedrali institutae interest.
1560	Dec. 18. et 20. (ut videtur)	Contionatur (ut videtur) in templo S. Ioannis.
1560	Dec. 21.	Festo S. Thomae ap. in summo templo contionatur.
1560	Dec. 22.	Dom. IV. Adv. ibidem contionatur.
1560	Dec. 23. (ut videtur)	Contionatur (ut videtur) in templo S. Ioannis.
1560	Dec. 25.	Festo Nativitatis Domini in summa aede dicit.
1560	Dec. 26.	Festo S. Stephani ibidem contionatur.
1560	Dec. 27.	Festo S. Ioannis Evangelistae ibidem contionatur.
1560	Dec. 29.	Die dominica ex eodem suggestu dicit.

IV.

CATALOGUS LIBRORUM,

ex quibus saepius in hoc volumine testimonia proferuntur.

Libri, qui una tantum alterave vice adhibiti sunt, suis locis indicabuntur.

Libri, qui operum manu scriptorum instar neque apud bibliopolas venales sunt, praeposito signo † notantur.

Numeris maioribus in ipso hoc opere titulo libri vel nomini auctoris adiciendis non capita nec paragraphi significabuntur, sed paginae vel columnae; cum autem bini numeri commate distinguentur, priore volumina sive partes operis, altero significabuntur paginae vel columnae. Minoribus numeris et litteris adnotationes indicabuntur.

Agricola, Ignatius, S. J., Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris quinque primas annorum complexa decades (Tom. I). Augustae Vindelicorum 1727.

Archiv vide „Steichele".

Aretin, C. M. Freih. v., Geschichte des bayerischen Herzogs und Kurfürsten Maximilian des Ersten. 1. Band. Passau 1842.

Aschbach, Joseph v., Geschichte der Wiener Universität. 3 Bände. Wien 1865. 1877. 1888.

Backer, Augustin de, S. J., Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus. Nouvelle édition. Tome I, Liège-Paris 1869; Tome II, Liège-Lyon 1872; Tome III, Louvain-Lyon 1876.

Bianco, Franz Joseph v., Die alte Universität Köln und die spätern Gelehrten-Schulen dieser Stadt. 1. Theil. Köln 1855.

Boero, Giuseppe, S. J., Vita del Beato Pietro Canisio della Compagnia di Gesù detto l' Apostolo della Germania. Roma 1864.

Boero, Giuseppe, S. J., Vita del Servo di Dio P. Nicolò Bobadiglia della Compagnia di Gesù. Firenze 1879.

Boero, Giuseppe, S. J., Vita del Servo di Dio P. Giacomo Lainez, secondo Generale della Compagnia di Gesù. Firenze 1880.

Boero, Giuseppe, S. J., Vita del Servo di Dio P. Alfonso Salmerone della Compagnia di Gesù. Firenze 1880.

Braun, Placidus, Geschichte der Bischöfe von Augsburg. 4 Bände. Augsburg 1813. 1814. 1814. 1815.

Braunsberger, Otto, S. J., Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu. Freiburg i. Br. 1893.

Bucholtz, F. B. v., Geschichte der Regierung Ferdinand des Ersten. 9 Bände. Wien 1831. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1838. 1838.

[Ciaconius-Oldoinus] Vitae, et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium, Alphonsi Ciaconii O. Pr. et aliorum opera descriptae, ab Augustino Oldoino S. J. recognitae. Tomus tertius. Romae 1677.

† Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae cum earum declarationibus. Matriti 1892.

Corpus Reformatorum. Edidit Car. Gottl. Bretschneider. Vol. IX. Halis Saxonum 1842.

Daurignac, I. M. S., Histoire du Bienheureux Pierre Canisius de la Compagnie de Jésus, apôtre de l'Allemagne. Paris 1866.

[Delplace, L., S. J.,] L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas et la mission du Père Ribadeneyra à Bruxelles en 1556 d'après des documents inédits. Extrait des „Précis historiques" 1886—1887. Bruxelles 1887.

Denis, Michael, Wiens Buchdruckergeschicht bis M. D. LX. Wien 1782.

Döllinger, I., Die Reformation, ihre innere Entwicklung und ihre Wirkungen. 3 Bände. Regensburg 1846. 1848. 1848.

[Dorigny, Jean, S. J.,] La Vie du Reverend Pere Pierre Canisius, de la Compagnie de Jesus. A Paris 1707.

Drews, Paul, Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit. Halle 1892 (Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte Nr. 38).

Eichhorn, Ant., Der ermländische Bischof und Cardinal Stanislaus Hosius. 2 Bände. Mainz 1854. 1855.

Fornerus, Fridericus, Historia hactenus sepulta Colloquii Wormatiensis, . . . Anno M. D. LVII. instituti. Ingolstadii 1624[1].

Häberlin, Franz Dominicus, Neueste Teutsche Reichs-Geschichte. 3. und 4. Band. Halle 1770. 1777.

Hansen, Joseph, Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582. Bonn 1896.

Hartl, Wenzel, und Schrauf, Karl, Nachträge zum dritten Bande von Joseph Ritter von Aschbach's Geschichte der Wiener Universität. 1. Abth. Wien 1893.

Hartzheim, Iosephus, S. J., Bibliotheca Coloniensis. Coloniae 1747.

Heppe, Heinrich, Geschichte des deutschen Protestantismus in den Jahren 1555 bis 1581. Erster Band. Marburg 1852.

Hirn, Joseph, Erzherzog Ferdinand II. von Tirol. Geschichte seiner Regierung und seiner Länder. 2 Bände. Innsbruck 1885. 1887.

Hopfen, Otto Helmut, Kaiser Maximilian II. und der Kompromisskatholizismus. München 1895.

[Hosius, Stan.] Stanislai Hosii S. R. E. Cardinalis Maioris Poenitentiarii Episcopi Varmiensis (1504—1579) et quae ad eum scriptae sunt Epistolae tum etiam eius Orationes Legationes. Tom. I. 1525 — 1550. Editionem curaverunt Dr. Franciscus Hipler et Dr. Vincentius Zakrzewski. Cracoviae 1879. Tom. II. 1551—1558. Edd. Hipler et Zakrzewski. Cracoviae 1886. 1888. (Acta historica res gestas Poloniae illustrantia ab anno 1507 ad annum 1795. Tom. IV. et IX.)

Hurter, H., S. J., Nomenclator literarius recentioris theologiae catholicae. Tomi 3. Ed. altera. Oeniponte 1892. 1893. 1895.

Janssen, Johannes, Geschichte des deutschen Volkes seit dem Ausgang des Mittelalters. Freiburg im Breisgau. I. Bd., 15. Aufl. 1890; II. Bd., 15. Aufl. 1889; III. Bd., 15. Aufl. 1891; IV. Bd., 15. und 16. Aufl., besorgt von Ludwig Pastor, 1896; V. Bd., 13. und 14. Aufl., besorgt von Ludwig Pastor, 1893; VI. Bd., 1.—12. Aufl. 1888; VII. Bd., ergänzt und herausgegeben von Ludwig Pastor, 1.—12. Aufl. 1893; VIII. Bd., erg. und herausg. von L. Pastor, 1.—12. Aufl. 1894.

[S. Ignatius] Cartas de San Ignacio de Loyola, Fundador de la Compañía de Jesus. Tomos VI. Madrid 1874. 1875. 1877. 1887. 1889. 1889.

† Institutum Societatis Iesu. 3 voll. Florentiae 1892. 1893. 1893.

[1] Integrum huius libri titulum vide infra, p. 789—790.

[Kirchenlexikon] Wetzer und Welte's Kirchenlexikon oder Encyklopädie der katholischen Theologie und ihrer Hülfswissenschaften. 2. Auflage, begonnen von Joseph Cardinal Hergenröther, fortgesetzt von Dr. Franz Kaulen. Freiburg im Breisgau 1882 ff.

Knöpfler, Alois, Die Kelchbewegung in Bayern unter Herzog Albrecht V. München 1891.

Lagomarsinius vide „Pogianus".

Lipowsky, Fel. Joseph, Geschichte der Jesuiten in Baiern. 2 Theile. München 1816.

Litterae apostolicae, quibus institutio, confirmatio, et varia Privilegia continentur Societatis Iesu. Antverpiae 1635.

Litterae quadrimestres ex universis praeter Indiam et Brasiliam locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae. Tom. I.—IV. Matriti 1894. 1895. 1897. 1897. (Monumenta historica Societatis Iesu; vide in hoc nomine.)

Lünig, Johann Christian, Des Teutschen Reichs-Archivs Partis Generalis Continuatio. Leipzig 1713.

† Manareus, Oliverius, S. J., De rebus Societatis Iesu commentarius. Florentiae 1886.

Mayer, Anton, Wiens Buchdrucker-Geschichte 1482—1882. 2 Bände. Wien 1883. 1887.

Mayer, Manfred, Leben, kleinere Werke und Briefwechsel des Dr. Wiguleus Hundt. Innsbruck 1892.

Mederer, Ioannes Nepomucenus, Annales Ingolstadiensis Academiae. Partes 4. Ingolstadii 1782.

Migne, J.-P., Patrologiae cursus completus. Series latina, tomi 221, Parisiis 1844 ad 1864; series graeca, tomi 161, Parisiis 1857—1866.

Monumenta historica Societatis Iesu nunc primum edita a Patribus eiusdem Societatis. Annus primus, secundus, tertius, quartus. Matriti 1894. 1895. 1896. 1897. Cf. „Litterae quadrimestres" et „Polanco".

Orlandinus, Nicolaus, S. J., Historiae Societatis Iesu prima pars. Romae 1615.

Pachtler, G. M., S. J., Ratio Studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Jesu per Germaniam olim vigentes. Voll. 4. Berlin 1887. 1887. 1890. 1894. (Monumenta Germaniae Paedagogica. Schulordnungen, Schulbücher und pädagogische Miscellaneen aus den Landen deutscher Zunge. Herausgegeben von Karl Kehrbach. Bd. II. V. IX. XVI.)

[Pogianus, Julius,] Julii Pogiani Sunensis Epistolae et Orationes olim collectae ab Antonio Maria Gratiano, nunc ab Hieronymo Lagomarsinio e Societate Jesu adnotationibus illustratae ac primum editae. Vol. II. Romae 1756.

Polanco, Joannes Alphonsus de, S. J., Vita Ignatii Loiolae et rerum Societatis Jesu historia. Chronicon Societatis Jesu. Tom. I.—V. Matriti 1894. 1894. 1895. 1896. 1897.

Prantl, Carl, Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München. 2 Bände. München 1872.

Python, Petrus, S. J., Vita R. P. Petri Canisii S. J. Gallico idiomate scripta a R. P. Joanne Dorigny, nunc latinitate donata et multarum rerum accessione aucta. Monachii 1710.

Raderus, Matthaeus, S. J., De vita Petri Canisii de Societate Iesu, Sociorum e Germania primi, religiosissimi et doctissimi viri, bono rei Catholicae nati, libri tres. Monachii 1614.

Raynaldus, Odoricus, Congreg. Orator., Annales ecclesiastici ab Anno quo desinit Card. Caes. Baronius M.C.XCVIII. usque ad Annum M.D.LXV. continuati. Tom. XXI. Partes 2. Coloniae Agrippinae 1727.

Reiffenbergius, Fridericus, S. J., Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem. Tom. I. Coloniae Agrippinae 1764.

Riess, Florian, S. J., Der selige Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu. Aus den Quellen dargestellt. Freiburg im Breisgau 1865[1].

Sacchinus, Franciscus, S. J., De Vita et Rebus gestis P. Petri Canisii, de Societate Jesu, Commentarii. Ingolstadii 1616.

Sacchinus, Franciscus, S. J., Historiae Societatis Iesu pars secunda, sive Lainius. Antverpiae 1620.

Salig, Christian August, Vollständige Historie der Augspurgischen Confession und derselben zugethanen Kirchen. 3. Theil. Halle 1735.

Schmidl, Joannes, S. J., Historiae Societatis Jesu Provinciae Bohemiae pars prima ab anno Christi MDLV. ad annum MDXCII. Pragae 1747.

Schrauf vide „Hartl".

Schroeder, Fridericus, S. J., Monumenta, quae spectant primordia collegii Germanici et Hungarici. Romae 1896.

Sickel, Th., Zur Geschichte des Concils von Trient. Actenstücke aus österreichischen Archiven. Wien 1870.

Socherus, Antonius, S. J., Historia Provinciae Austriae Societatis Jesu. Pars prima. Viennae Austriae 1740.

Sommervogel, Carlos, S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Nouvelle édition. Bibliographie. T. I.—VII. Bruxelles-Paris 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896.

Sommervogel, Carlos, S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M. D. LXI d'après un Catalogue rarissime de l'époque. Bruxelles 1892.

Stälin, Christoph Fried., Aufenthaltsorte K. Ferdinands I. 1521—1564, in „Forschungen zur deutschen Geschichte" I (Göttingen 1862), 384—395.

Steichele, Anton, Archiv für die Geschichte des Bisthums Augsburg. 2. Bd. Augsburg 1859.

Steinhuber, Andreas, Cardinal, S. J., Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom. 2 Bände. Freiburg i. Br. 1895.

† Synopsis Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu. Tom. I. Florentiae 1887. Tom. II. Lovanii 1895.

Truchsess, Otto, vide „Weber".

Turba, Gustav, Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe (Dispacci di Germania), herausgegeben von der historischen Commission der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften. III. Bd. Wien 1895.

Wappler, Anton, Geschichte der theologischen Facultät der k. k. Universität zu Wien. Wien 1884.

Weber, Antonius, Literae a Truchsesso ad Hosium annis 1560 et 1561 datae. Ratisbonae 1892.

Wiedemann, Theodor, Geschichte der Reformation und Gegenreformation im Lande unter der Enns. I. Bd. Prag 1879; II. Bd. Prag 1880; III. Bd. Prag 1882; IV. Bd. Prag und Leipzig 1884; V. Bd. Prag und Leipzig 1886.

---

[1] Bene distinguendum est hoc opus a libello, quem ex eo auctor ipse extraxit: „Das Leben des seligen Petrus Canisius . . . für das Volk dargestellt." Freiburg im Breisgau 1865.

V.

DESCRIPTIO CODICUM MANU SCRIPTORUM, IN HOC VOLUMINE FREQUENTIUS ADHIBITORUM.

Praeter codices, qui infra describentur, multi alii codices, fasciculi etc. sunt adhibiti, qui exstant Augustae Vindelicorum, Bruxellis, Francofurti ad Moenum, Gothae, Londini, Madriti, Marburgi, Pragae, Ratisbonae, Romae etc.; sed quia raro adhibiti sunt, hic omittuntur, ubi adhibentur, nominandi vel describendi.

Codices omnes chartacei sunt et (exceptis codicibus Societatis Iesu) ab urbibus denominantur, in quibus nunc asservantur. In descriptione singulorum codicum verba prima, signis „“ inclusa, nomen sive notam illam significant, quae in hoc ipso volumine, post nomen urbanum, codici designando adhibetur.

1. Codex augustanus.

Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis (Ordinariats-Archiv).

„Registr.“ Inscriptio antiqua in pagina priore adversae partis involucri posita: „REGISTRVM LRAR LATIN. | 1560. | 1561 | 1562.“ In ipso libro non est titulus; 2⁰ min. (formae „romanae“); ff. 91 et praeterea nonnulla non signata et alba.

Continet exempla (quae eodem fere tempore atque archetypa scripta sunt) epistularum latinarum, quas Otto Truchsess de Waldburg, cardinalis et episcopus augustanus ac „protector germanicae nationis in curia romana“, inde a die 27. m. Februarii a. 1560 usque ad d. 12. m. Martii a. 1562 dedit ad Ferdinandum I. imperatorem, Sigismundum Augustum Poloniae regem, Maximilianum II. Bohemiae regem, Cardinales Hosium, Seripandum, Granvellanum, Gonzagam, ad archiepiscopos et episcopos bambergensem, bisuntinum, coloniensem, cracoviensem, gnesnensem, leodiensem, naumburgensem, quinqueecclesiensem, ruraemundanum, ad capitulum metense, universitates dilinganam et friburgensem, Fridericum et Gebhardum barones de Truchsess, comites Tarnoffios, Stephanum Agricolam „iuniorem“, Mathiam Cythardum O. Pr., Martinum Cromer, Mauritium de Diesbach, Paulum Eber, Georgium Maiorem, Georgium Sigismundum Seld, Fridericum Staphy-

lum etc. Has litteras cardinalis mandatu composuit Iulius ille Pogianus (Poggiani), sunensis, qui ex praeclarissimis aetatis suae „humanistis“ erat, quique, cum a. 1560—1563 cardinali Augustano in epistulis latinis scribendis operam dedisset, postea Sancto Carolo Borromaeo similem operam dedit atque ad Catechismi romani scriptionem et Breviarii romani reformationem adhibitus est.

In recenti scida codici huic inserta affirmatur — idque recte, ut videtur — eum olim Dilingae (in archivo episcoporum augustanorum) asservatum esse.

Hieronymus Lagomarsinius S. J., cum Romae a. 1756—1762 Pogiani epistulas evulgaret, codicem hunc in manibus habuisse non videtur; qui tamen epistulas in eo positas vel omnes vel fere omnes (ni fallor) aliis ex fontibus hausit. *Antonius Weber* ex augustano hoc codice in lucem emisit „Literas a Truchsesso ad Hosium annis 1560 et 1561 datas“ (Ratisbonae 1892).

2. Codices colonienses.

a) Coloniae in archivo ecclesiae parochialis Beatae Mariae Virginis in coelum assumptae (quae usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu coloniensis fuit).

„Hist. coll. Col.“ (Historia collegii Coloniensis). Codex descriptus in operis huius vol. I, pag. LII—LIII.

Ios. Hansen (Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542 bis 1582 [Bonn 1896]) eundem codicem descripsit (p. XXIV—XXVI) et saepe adhibuit.

b) Coloniae in archivo studiorum fundatorum („Archiv des Verwaltungsraths der Studienstiftungen“, „Archiv des Gymnasial- und Studienstiftungsfonds“).

1. **„Epistt. ad Kessel. I.“** Codex descriptus in vol. I, pag. LIII—LIV.

Hansen eundem descripsit (l. c. p. XXVIII) et saepe adhibuit.

2. **„Kess.“** Titulus antiquus avulsus est. Incipit: „1560. IhS Augustus. Ordo prouinciarum. Prouinciae et Collegia Societatis Jesu .1560.“ 2°; ff. 181 (antiquae foliorum signationes: 1—68, 1—44, 1—35, 1—33); complures plagulae desunt in initio et in fine codicis, qui etiam aliis modis laesus est.

Continet apographa epistularum integrarum et partium epistularum, quae annis 1560—1563 a P. Leonardo Kessel S. J., collegii coloniensis primo rectore, et ad eundem datae sunt, eaque fere ab ipso Kesselio scripta; accedunt catalogi Sociorum et alia monumenta (litterae menstruae, quadrimestres etc.) ad res eodem tempore a Societate, maxime in Germania, gestas pertinentia et partim a Kesselio ipso, partim ab aliis Sociis coloniensibus transcripta.

Dubium non est, quin codex hic inde ab initio usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu coloniensis fuerit.

Hansen codicem descripsit (l. c. p. XXVIII) et saepe adhibuit. Quo usus est etiam *Eb. Gothein* (Ignatius von Loyola und die Gegenreformation [Halle 1895] v. g. p. 748. 759). Ex eodem complura protulit *editor* in „Entstehung und erste

Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius" (Freiburg i. Br. 1893) p. 73. 75. 77 etc.

3. „Litt. Epistt. var." Codex descriptus in vol. I, pag. LIV.

Hansen eundem descripsit (l. c. p. XXVIII—XXIX) et adhibuit.

4. „Reth." Antiquum libri involucrum avulsum est. In pagina priore folii primi, non signati, exstat conspectus rerum, quas codex continet, saeculo XVIII. scriptus; folium sequens, numero 1 signatum, incipit a litteris Pauli III., Roma 1. Februarii 1543 ad capitulum clerumque coloniensem missis; 2⁰; foliorum signatio antiqua: 1—74. 22—24 (sequuntur 2 non sign.). 25—36 (in 4⁰; sequuntur 4 non sign.). 1—364; plagularum ordo a bibliopego nonnumquam neglectus est.

Continentur in hoc codice: 1. Epistularum a Paulo III., Carolo V., Ioanne Poggio nuntio apostolico de rebus Hermanni Wedani ad Colonienses datarum et monumentorum ad gymnasium trium coronarum coloniense spectantium apographa saeculo XVII. a P. Ioanne Grothauss, P. Iacobo Kritzradt, aliis Sociis coloniensibus scripta. 2. Novi gymnasii trium coronarum coloniensis „Ephemerides" sive diarium, a P. Ioanne Rethio (Rhetio, von Rheidt, Ried) S. J. (1532—1574), patricio coloniensi et eiusdem gymnasii primo „regente", ab a. 1557 usque ad a. 1563 perductum et ante medium saeculum XVII. Coloniae transcriptum (quod mox typis exscriptum iri affirmat *Hansen* l. c. p. XXIX[5]. 3). 3. Rethii „Ephemerides" rerum ab a. 1571 ad 1574 a se gestarum; e quibus Ephemerides anni 1571 sub a. 1620 aliis manibus transcriptae, ceterae vero autographae sunt. 4. Commentarium litterarum annuarum collegii coloniensis, Colonia 24. Septembris 1573 datarum, quod a Rethio scriptum P. Leonardus Kessel et alius aliquis Socius coloniensis multis locis correxerunt. 5. Itineris romani a Rethio a. 1573 instituti diarium autographum, in 4⁰. 6. Litterae inde a d. 19. Martii a. 1571 usque ad d. 11. Octobris a. 1574 a Rethio datae et ab eodem ipso nitide, praeposito indice, transcriptae; inter quas sunt litterae datae ad Sanctum Franciscum Borgiam S. J., Gregorium XIII., Gabrielem cardinalem Paleottum, Guilielmum cardinalem Sirletum, Danielem Brendel archiepiscopum moguntinum, Salentinum de Isenburg, archiepiscopum coloniensem, Ernestum Bavariae ducem et episcopum frisingensem, Iulium Echter episcopum herbipolensem, Guilielmum Lindanum episcopum ruraemundanum, Balthasarem de Dernbach abbatem fuldensem, Benedictum Ariam Montanum, Edmundum Augerium S. J., Alanum Copum, Georgium Ederum, Lambertum Gruterum, Aldum Manutium, Marcum Antonium Muretum, Christophorum Plantinum, Antonium Possevinum S. J., Laurentium Surium O. Carth. etc.

Codex hic usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu coloniensis fuit.

Codice (vel partibus eiusdem) usus est P. *Fridericus Reiffenberg* S. J. in conscribenda „Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem" Tomo I. (Coloniae Agrippinae 1764); v. g. p. 145. 146. 154. 155. *Hansen* eundem codicem copiose descripsit (l. c. p. XXIX—XXX) et saepe adhibuit.

3. Codex cracoviensis.

Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae.

„Cromeri epistt.“ Descriptus in vol. I, pag. LIV—LV.

4. Codex eystettensis.

Eystadii in archivo curiae episcopalis („Ordinariats-Archiv“).

„Hist. coll. Ing.“ Titulus antiquus in tergo: „Historia | Collegij | Jngolstad. S. J. Tom. I. | N.° 7.“ Incipit: „SVMMARIVM DE VARI | IS REBVS COLLE- | gij Ingolstadiensis dedicati Societati nominis JESV Do- | mini nostri“; terminatur: „per interualla octiduj illius Borgianj.“; 2°; pp. 519 signatae. Continet historiam collegii Societatis Iesu ingolstadiensis, a primis eius initiis (1548) usque ad a. 1671 perductam, cui accedunt historiae „residentiarum“ biburgensis et monasteriensis (Münchsmünster), quae ad collegium illud pertinebant. Primi anni (1548—1572) sub a. 1572 [1] summatim tantum descripti sunt; quae spectant ad a. 1548—1562, ex codice „Antiqu. Ingolst.“ (de quo v. *Can.* Epp. I, LVIII—LIX) fere ad verbum transcripta esse videntur, compluribus tamen epistulis aliisque monumentis omissis. Ab anno autem 1573 historia collegii per annos digesta et singulorum annorum res gestae ab aequalibus eorum temporum enarratae sunt.

Codex hic usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu ingolstadiensis fuit.

Carolus Prantl in universitatis ingolstadiensis historia conscribenda (Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München. 2 Bände. München 1872) hunc codicem non adhibuit.

5. Codex friburgensis.

Friburgi Helvetiorum in bibliotheca reipublicae (bibliothèque cantonale).

„Hist. coll. Aug.“ Inscriptio antiqua in dorso: „Historia Colleg. Aug. | 1559—1619 | 1.“ Signatura recens: „L 95.“ Incipit p. 1: „ANNALIVM | AV- | GVSTANI COLLE- | GII DECAS | PRIMA.“ Manu posteriore ascriptum est: „Auctore P. Matthaeo Radero“; 2°; 525 pp. sign.

Continet historiam collegii, quod Societati Iesu Augustae Vindelicorum (Augsburg) erat, eamque a primis eius initiis (a. 1559) usque ad a. 1619 (incl.) magna diligentia perductam multisque illorum temporum monumentis ad verbum transcriptis ornatam. Auctor in

[1] „P. Martinus Leubenstein . . . anno 1570 Dilingam . . . missus fuit, relicta gubernatione et cura Collegij P. Henrico Arboreo, qui adhuc hodie in eodem munere perseuerat.“ Hoc autem munere eum a. 1572, P. Ioanne Rabenstein nominato rectore, levatum esse asseritur in * *Catalogo* rectorum collegii ingolstadiensis, sub a. 1724 conscripto, qui exstat Monachii in bibliotheca regia, Cod. lat. 26474 f. 26. 27.

a. 1581 (p. 183) aperte profitetur se Matthaeum illum Raderum esse, qui eodem anno Monachii a P. Oliverio Manareo in Societatem Iesu receptus sit. Notum est Matthaeum Raderum (1561—1634), ex Innichen, pago tirolensi, ortum, Augustae per multos annos rhetoricen tradidisse, ob eximiam litterarum latinarum et graecarum scientiam etiam a protestantibus laudatum esse, multis libris, quos vel ipse composuit („Bavaria sancta“, „Bavaria pia“ etc.) vel a veteribus conscriptos in lucem emisit, rem philologicam et historicam egregie adiuvisse [1].

Raderus, si non integram hanc historiam, saltem maximam eius partem (fere usque ad a. 1614) composuit. Ex ipsa historia (p. 38. 89. 107) intellegitur priorem eius partem (usque ad a. 1581) ante a. 1597 a Radero (propria manu, ut videtur) scriptam esse. Eum, cum a. 1593 in collegio monacensi rhetorices magister fuisset, a. 1594 in collegio augustano idem munus suscepisse ex antiquis **Catalogis* provinciae S. J. Germaniae Superioris, in cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599“ (v. *Can.* Epp. I, LIX) positis, constat.

Codex hic usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu augustani erat neque ante initium saeculi XIX. Friburgum translatus esse videtur.

Usi sunt eodem *Maximus Mangold* (Origo Collegii Societatis Jesu ad Sanctum Salvatorem Augustae Vindelicorum [Augustae Vindel. 1786] v. g. p. 66—67) et *Placidus Braun* (Geschichte des Kollegiums der Jesuiten in Augsburg [München 1822] v. g. p. 3. 4. 5).

6. Codices monacenses.

a) Monachii in archivo regni bavarici („Reichsarchiv“).

1. **„Augsb. Domk.“** In dorso:

„Jesuiten 1559.“ et „Augsburg Domkap. II G 4 n° 33.“ Titulus antiquus in f. 2ª: „Registratür vnnd vleissige beschreib- | ung, was sich allenthalb- | en zwischen Meinem Ge- | nedigisten Herrn Dem Car- | dinal vnnd Bishouen zu | Augspurg etc. vnnd Einem | Erwürdigen Thumbcapi- | tel daselbsten, Des herrn D: Petri Canisij Thumb- | Predigers vnnd der | Societet IESV [2] halben | zugetragen“; 2°; pp. 400 signatae; quas permulta folia vacua nec numeris signata sequuntur.

In p. 2—201 exstant apographa saeculo XVI. scripta „protocollorum“ sive eorum, quae cathedrale capitulum augustanum ab anno 1559 ad 1565 de contionibus aliisque sacris ministeriis a Petro Canisio et aliis Societatis Iesu hominibus in cathedrali illa ecclesia per-

[1] *Franc. Xav. Kropf* S. J., Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris, Pars quinta (Augustae Vindelicorum 1754), Dec. 10, n. 519. *Franc. Ant. Veith,* Bibliotheca Augustana V (Augustae Vindelicae 1789), 149—170; VI (Augustae Vindelicae 1790), 211. *C. Sommervogel* S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Nouv. éd. Bibliogr. VI (Bruxelles-Paris 1895), 1371—1382.

[2] Hoc vocabulum in margine ascriptum est.

agendis et de Societatis collegio in episcopatu augustano condendo egit ac constituit. Accedunt apographa eodem fere tempore scripta multorum monumentorum ad ea spectantium, quae idem capitulum eodem tempore cum Ottone Truchsess de Waldburg cardinali et episcopo augustano, Stanislao Hosio cardinali et episcopo varmiensi, Alberto V. Bavariae duce, aliis iisdem de rebus tractavit. Paginis aliquot vacuis (202—211) interpositis, p. 213—400 similibus apographis proponuntur, quae idem capitulum a. 1573 egit, ne monasterium augustanum „Sanctae Crucis“ per episcopum vel pontificem a canonicis regularibus ordinis S. Augustini ad Socios transferretur; addita sunt exempla epistularum Truchsessii et Hosii cardinalium, Alberti Bavariae ducis etc.

In parte interiore involucri adversi manu antiqua scriptum est: „Ex Registratura Reverendissimi Capituli Ecclesiae Cathedralis Augustanae“. Unde hic codex saeculo XIX. ineunte Monachium translatus esse videtur.

2. **„Ies. Ing. 1359/I.“** Codex ab editore descriptus in vol. I, pag. LV.

Eodem usus est *Gothein* l. c. v. g. p. 699. 700.

3. **„Ies. Ing. 1359/II.“** Signatura recens in dorso: „Iesuitica. Ingolstadt Nro 1359/II“. Inscriptio antiqua in p. 1: „Continuatio | De aò: 1573: usque 1599. | Jngolstatt. | Die ericht: vnd fundierung eines | Neuen Collegij: und Schuelln der | Societät Jesu: dan was yber solchen Pau: vnd in anderweg erloffen. | Pars. 2da“; 2⁰; ff. 374 sign.; quibus complura non signata praeposita et interposita sunt.

Continet permulta monumenta, quae ad noviciatus Societatis Iesu landsbergensis atque ad collegiorum eiusdem Societatis augustani, monacensis, ratisbonensis, maxime vero ingolstadiensis institutionem, augmentum, dotationem a. 1573—1599 facta spectant: epistulas et commentarios — magnam partem autographa haec sunt — Alberti V., Guilielmi V., Maximiliani I., Bavariae ducum, praepositorum provincialium et rectorum Societatis Iesu, professorum ingolstadiensium, aliorum (P. Ferdinandi Alberi, P. Theodorici Canisii, P. Ioannis Cuvillonii, Martini Eisengrein, P. Richardi Haller, P. Pauli Hoffaei, P. Gregorii Roseffii, P. Gregorii de Valentia, P. Wendelini Völckii etc.).

4. **„Resp.“** Signatura recens (in dorso): „Jesuitica in genere Fasc. I. n. 2“. Titulus antiquus: „RESPONSA | PP. Generalium Prouincijs data à | B. P. Nostro Ignatio, P. Laynez | P. Borgia et P. Eberhardo.“ 4⁰; ff. sign. 184.

Continet summaria latina multarum litterarum, quibus quattuor primi Societatis Iesu praepositi generales, S. Ignatius, Iacobus Lainius, S. Franciscus Borgias, Everardus Mercurianus († 1580), vel toti Societati vel compluribus singularibusve quibusdam Societatis provinciis, domibus, hominibus praecepta dederunt vel ad dubia ab iisdem proposita rescripserunt etc. Litteras illas magnam partem italice

scriptas fuisse et verba italica ostendunt, quae in codice verbis latinis haud raro ascripta sunt, et eundem codicem cum Lainii epistulis, quas in hoc volumine pono (v. g. infra p. 384—389), conferenti facile patet. Videtur autem hoc „Reponsorum" corpus ex ipsis litterarum a praepositis generalibus datarum registris antiquis, quae tunc Romae exstabant, ab aliquo vel aliquibus Sociis excerptum esse, quo tempore Claudius Aquaviva, proxime post Mercurianum, Societatem regebat (1581—1615); ex qua re facile intellegitur, cur S. Ignatius, quem Gregorius XV. anno 1622 in sanctorum numerum rettulit, in codice nostro semel atque iterum (f. 2[b]. 34[a]) non „sanctus", sed „reverendus pater noster Ignatius sanctae memoriae" dicatur. Cum tamen codicis nostri, quem totum una manus, eaque (ut omnino videtur) saeculi XVII., scripsit, aliquo loco (f. 178[a]) Ignatius „sanctus pater noster" vocetur, monacense hoc „Responsorum" exemplum post a. 1622 ex antiquiore aliquo eorundem exemplo exscriptum in eaque exscriptione „sanctus" illud positum esse coniecto.

Hic codex certe usque ad a. 1773 Societatis Iesu erat. Quem ex archivo provinciae „Germaniae Superioris" vel „Bavariae" eiusdem Societatis vel ex archivo collegii alicuius, quod Societas in iis terris habebat, provenire patet.

Hansen hunc codicem et breviter descripsit (l. c. p. XXXI) et adhibuit. Eodem usus est *Gothein* l. c. v. g. p. 411. 418. 463. Atque illorum etiam apographorum, quae, ab Ignatio de Döllinger hereditate relicta, *F. H. Reusch* in „Zeitschrift für Kirchengeschichte" XV (Gotha 1895), 98—107. 261—282 evulgavit, partem ex hoc codice descriptam esse censeo.

5. „**Scriptt. coll. Ingolst.**" Codex in vol. I, pag. LV—LVI descriptus.

Quo, praeter alios, usus est *Gothein* l. c. v. g. p. 696. 707—708.

b) Monachii in bibliotheca regia („Hof- und Staats-Bibliothek") „**Lat. 1606.**" Descriptus in vol. I, pag. LVII.

7. Codex romanus.

Romae in archivo collegii germanici et hungarici.

„**All. coll. Germ.**" Descriptus in vol. I, pag. LVII—LVIII.

8. Codices Societatis Iesu.

Notandum est codices infra describendos et ceteros, quorum per hunc librum mentio fiet, Societatis Iesu codices, fasciculos, folia singularia etc. nequaquam uno loco collecta esse, sed in diversis variarum terrarum bibliothecis etc. asservari.

1. „**Annal. Vienn.**" Codex descriptus in vol. I, pag. LVIII.

2. „**Antiqu. Ingolst.**" Descriptus in vol. I, pag. LVIII.

3. „**Aust. Fund. Coll. II.**" Inscriptio recens in tergo: „Austria | Fundat. Colleg. | II." Incipit (f. 1[a]): „Austria Millestadium. Jnformatio compendiosa super exemptione" etc. Terminatur (f. 502[b]): „De

admissione, et gubernatione Alumnorum Collegii Pazmanianj. M. 58." 2⁰; ff. 502 sign., et praeterea in initio aliquot ff. non sign., in quibus index rerum, quae in codice continentur, positus est.

Continet diplomata, epistulas, catalogos etc. a medio saeculo XVI. usque ad medium fere saeculum XVIII. scriptos (partim archetypos, partim apographos), qui spectant ad institutionem, dotationem, gubernationem complurium collegiorum austriacorum Societatis Iesu: sopronieusis, strigoniensis, styriensis, tyrnaviensis, vindobonensis etc. Inter quae monumenta comparent litterae Ferdinandi I., Maximiliani II., Mathiae, Rudolphi II. etc. imperatorum, Melchioris Klesl et Petri Pázmány cardinalium, Ferdinandi Alberi, Ioannis Argenti, Martini Becani, Theodori Busaei, Guilielmi Lamormaini, Christophori Scheineri, aliorum Societatis Iesu sacerdotum.

4. „**Austr. Fund. III.**" Inscriptio recens in tergo: „Austr. | Fund. III." Titulus antiquus in f. 1ª: „Fundationes variorum Austriae Domiciliorum." Incipit f. 1ª: „Pro VI. Parte. Responsa ad Quaesita addantur suis locis." Terminatur f. 233ᵇ: „Ac de restituenda Saganensi fundatione Sprinzensteinij." 2⁰; ff. sign. 233.

Continet breves historias institutionis et dotationis multorum Societatis Iesu collegiorum austriacorum, bohemicorum, hungaricorum, velut brunensis, clagenfurtensis, claudiopolitani, olomucensis, pragensis, quinqueecclesiensis, vindobonensis, easque saeculis XVI. et XVII. atque ex parte ab iis ipsis, qui rebus interfuerant (PP. Nicolao Lanoio, Paulo Hoffaeo, Laurentio Magio etc.), scriptas; accedunt catalogi aliquot et similia monumenta historias illas illustrantia.

5. „**G. Ep. I.**" Signatura recens in dorso: „G | Ep. I | 1560." 2⁰; non conglutinatus; 164 ff. sign.

Continet epistulas et relationes multas easque fere omnes archetypas, anno 1560 ad Iacobum Lainium, praepositum generalem Societatis Iesu, missas a superioribus aliisque Societatis hominibus in Austria, Belgio, Germania degentibus, atque etiam ab aliquibus earum regionum episcopis; inter quas multae litterae „quadrimestres" earumque similes comparent.

6. „**Germ. 1559.**" Inscriptio antiqua in dorso: „German. | Gallia | Flandria | 1559. 1560. | 1561. | V. II." Incipit in p. 1: „yhs Aprile 1559 Bruxellas Vesc.° del Aguila. R.ᵐᵒ Señor." Terminatur f. 335ª: „admettere a quella. Tutti ci racc.ᵐᵒ Di Roma li 17 di Maggio 1561." 2⁰; ff. sign. 39 † pp. 249 (sign. 40—288) † ff. 49 (sign. 289—335).

Continet exempla (aut eorum loco interdum commentaria [„minute"]) eodem tempore scripta epistularum, quas inde ab 1. Aprilis 1559 usque ad 17. Maii 1561 P. Ioannes de Polanco, Societatis Iesu secretarius, nomine Iacobi Lainii (Laynez), eiusdem Societatis praepositi generalis, lingua plerumque italica, interdum autem latina vel

hispanica (castellana) Roma ad multos Socios in Germania, Flandria, Gallia degentes atque etiam ad aliquos earum terrarum cardinales, episcopos, principes, alios dedit.

7. **„Germ. Sup. Cat. 1566. 1599.“** Ab ed. descript. in vol. I, pag. LIX.

8. **„Hist. gymn. tr. cor.“** Ab ed. descript. in vol. I, pag. LIX—LX.

9. **„Scripta B. P. Can. X. N.“** Signatura recens in f. 1ª: „Ser. X. Fasc. N.“ Titulus deest. Incipit in f. 1ª (ex quo multa avulsa sunt): „Scripta V. P. Canisii — · — iatos — · — den heutigen tag.“ Terminatur f. 166ᵇ: „schawet nur auff christum.“ Involucrum antiquum codicis avulsum est; 4⁰; ff. 166 non sign.

Continet commentaria contionum, quas Canisius inde a 24. Iunii usque ad 2. Novembris 1559 Augustae Vindelicorum habuit; in extrema codicis parte adnotationes aliquot theologicae et sermo die S. Andreae apostolo sacro (30. Novembris) habitus addita sunt. Plura de hoc codice vide infra p. 838. 839. 844—845.

Hic codex a Canisio vel ipso curante Friburgum Helvetiorum allatus esse et usque ad a. 1773 collegii, quod Societas illic habebat, fuisse videtur. Eadem de 4 codicibus sequentibus dixerim.

Dubitari non potest, quin Canisius hoc et tribus sequentibus codicibus usus sit, cum Friburgi „Notas in evangelicas lectiones, quae per totum annum Dominicis diebus“ — et „festis Sanctorum diebus“ — „in Ecclesia Catholica recitantur“, conscriberet et a. 1591 et 1593 duobus voluminibus primum in lucem emitteret (*Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius [Freiburg i. Br. 1865] p. 485—487. *Sommervogel,* Bibl. II, 680—681).

Cf. etiam infra p. LVII, n. 13.

10. **„Scripta B. P. Can. X. O.“** Signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii | X. O.“ Incipit in pagina altera involucri adversi: „Confutatio Sectarum in praecipuis erroribus nostri temporis.“ Terminatur f. 95ᵇ: „Jn festo S. Mathiae 92.“ 4⁰; 95 ff. sign., e quibus tamen 6 prima revulsa sunt.

Continet commentaria contionum, quas Canisius a 12. Novembris 1559 ad 25. Februarii 1560 Augustae Vindelicorum habuit, eaque partim ab ipso Canisio, partim ab aliis (Theodorico Canisio, Guilielmo Elderen etc.) scripta. In f. 95ᵇ index contionum chronologicus exstat. Plura vide infra p. 844—845.

Cf. supra n. 9 et infra p. LVII, n. 13.

11. **„Scripta B. P. Can. X. Q.“** Signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii | X. Q.“ Signatura paulo antiquior (saeculo tamen XIX. facta) in f. 1ª: „Scripta V. P. Canisii 27“. Incipit in pagina altera involucri adversi: „Caeremoniae plures olim quam nunc, neque illas nobis congruere.“ Terminatur: „De oratione tractatio 122.“ 4⁰; ff. 144 sign.

Continet commentaria contionum, quas Canisius ab 28. Februarii ad 21. Aprilis 1560 Augustae Vindelicorum habuit, eaque maximam

partem a P. Guilielmo Elderen S. J. scripta; alia ab ipso Canisio scripta sunt; qui etiam omnia recognovit, emendavit, adnotationibus illustravit. Accedunt a) in initio codicis aliqua „Ex uita S. Placidi Benedictini" ab ipso Canisio excerpta, b) f. 140[a]—141[b] commentarius quidam „De Angelis" manu ignota scriptus, c) f. 142[a]—144[a] contio „De usura" eadem manu scripta et a Canisio recognita, post quam d) indices duo et adnotationes quaedam posita sunt. Plura infra p. 844—845.

Cf. supra p. LVI, n. 9 et infra n. 13. Codice hoc usus est etiam *Riess* l. c. p. 277.

12. **„Scripta B. P. Can. X. R."** Signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii | X. R." Signatura paulo antiquior (saeculo tamen XIX. scripta): „Scripta V. P. Canisii 23." Incipit in pagina altera involucri adversi: „Index. Dominica 1 Aduentus." Terminatur in pagina priore involucri aversi: „et gladius meus deuorabit carnes." 4⁰; ff. 202 sign. (folium sextum perperam primo loco positum est) et in fine 1 non sign.

Continet commentaria contionum, quas Canisius a 2. Iulii ad 13. Decembris 1560 Augustae Vindelicorum habuit, eaque maximam partem a P. Guilielmo Elderen S. J. scripta; alia a Canisio ipso, alia tertia quadam manu (Wendelini Völckii S. J.?) scripta sunt. Canisius omnia recognovit. Plura vide infra p. 844—845.

Cf. supra p. LVI, n. 9 et infra n. 13. Codice hoc usus est etiam *Riess* l. c. p. 279. 295.

13. **„Scripta B. P. Can. X. Sa."** Signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii | X. S, a." Incipit f. 1[a]: „Ihesus et Maria. R. P. Natalis, Anno 1557 2 Januarij eximiam habuit ad Fratres Collegij exhortationem." Terminatur in pagina priore involucri aversi: „desiderium perfectionis in nobis et alijs procurande". 4⁰; ff. 211 sign.; praeterea in codicem hunc — nescio quo tempore — ab initio 14 et ad finem 18 folia soluta neque ad ipsum pertinentia imposita sunt.

Continet sermones spirituales sive „exhortationes", quas Canisius Oeniponte et Friburgi Helvetiorum (inter annos 1570 et 1597) ad sodales suos aliosque habuit, varias regulas officiorum domesticorum Societatis, v. g. praepositi provincialis et ministri, privilegia Societatis, institutiones spirituales; quae quidem maximam partem latina (aliqua germanico, alia italico sermone concepta sunt) et variis eiusdem temporis manibus scripta sunt, inter quas ipsius Canisii et P. Sigismundi Ilsung S. J. (de quo vide *Can.* Epp. I, 1[3]) manus comparent.

Cf. supra p. LVI, n. 9.

Ex hoc codice complures „exhortationes" typis exscripsit P. *Georgius Schlosser* S. J. (Beati Petri Canisii S. J. Exhortationes domesticae [Ruraemundae 1876]; v. g. p. 348—353. 401—406).

Codex hic ex iis fuisse videtur, qui, cum Friburgi Helvetiorum „processus apostolicus" beatificationis Canisii ageretur, ibidem 7. Iulii 1741 petente P. Fran-

cisco Xaverio Fegeli S. J., „caussae procuratore", a P. Iosepho Reiff, collegii Societatis archivista, et P. Henrico Possart, eiusdem collegii bibliothecario, iudicibus a sede apostolica delectis oblati et ad virtutes Canisii heroicas demonstrandas adhibiti sunt; nam in processus illius monumentis sive *actis inter codices illos „miscellaneus" quidam, qui 422 paginarum sit, nominatur. Ac cum in eadem acta relatum sit 6 etiam volumina formae, quam dicunt 4°, in quibus Canisii contiones et exhortationes, eaeque partim ipsius manu, scriptae essent, iisdem iudicibus proposita esse, unum etiam alterumve ex codicibus supra sub n. 9—12 recensitis in illo processu inspectum esse coniecto (Cod. „P. II. Process. Apostol. remissor. et comp. de virt. et mir. in specie B. P. Can." f. 1381).

9. Codex vindobonensis.

Vindobonae in bibliotheca palatina (Hofbibliothek).

„Hist. coll. Vienn." Inscriptio antiqua in f. 1ᵃ: „† | HISTORIA COLLEGIJ | VIENNENSIS SOCIETATIS JESV | A PRIMA EIVS ORIGINE." Signatura recens: „8367". Incipit f. 1ᵃ: „CVM SERENISSIMVS ROMANORVM REX postmodum IMPERATOR, FERDINANDVS." 2°; ff. 99 sign. † pp. 80 (sign. „100" — „188"; complures ex iis vacuae sunt); sequuntur multa ff. vacua nec signata.

Continet historiam collegii Societatis Iesu vindobonensis ab ipso eius initio (a. 1551) usque ad annum 1638 incl. per singulos annos digestam, ita tamen, ut complures anni intermissi sint. Pars prior, quae ab anno 1551 usque ad annum 1580 incl. perducta est, unius librarii (qui certe de Societate erat) manu eodemque tempore, saeculo XVI. exeunte (ante a. 1590, ut videtur), ex archetypo, quod perisse videtur, descripta est [1]. Reliqua diversorum Sociorum manibus atque, ut videntur, fere paulo post singulos annos, de quibus disseritur, codici inscripta sunt. Codice hoc usus esse videtur P. *Antonius Socher* S. J. in conscribendo libro „Historia Provinciae Austriae Societatis Jesu. Pars prima" (Viennae Austriae 1740), in quo haud raro „Historiam manu scriptam Collegii Viennensis" a se usurpatam esse scribit, e. g. p. 49⁴. 54¹. 63¹. 65¹. 203⁶ (in a. 1576). 242⁴ (in a. 1580). 286³ (in a. 1583). Videtur autem Socher ab hac „Historia" anonyma distinguere „Historiam manu scriptam Collegii Viennensis a Laurentio Magio circa A. C. 1570 concinnatam", quam et ipsam saepe a se adhibitam testatur, addito semper Magii nomine, v. g. p. 16¹. 23. 24². 27¹ etc.; cf. maxime p. 76¹ et 76⁴. Si quis autem, quae nos ex codice hoc nostro infra p. 304⁹. 641¹ proferimus, cum iis, quae Socher l. c. p. 69—70. 78 ex Magii historia a se affirmat esse hausta, contulerit, ad primam codicis nostri partem conscribendam Magii historiam adhibitam esse dicet; id quod etiam de prima parte codicis „Annal. Vienn." (vide supra p. LIV et *Can.* Epp. I, LVIII) di-

[1] Legitur quidem f. 4ᵃ, in a. 1556: „Vltimo die Julij . . . S. P. Ignatius . . . diem suum obijt"; neque ante a. 1622 Ignatius inter sanctos relatus est; sed in historia archetypa fortasse „R. P. Ignatius" positum erat.

cendum videtur. Magius (brixiensis, † 1605) vir erat summae fidei; qui, anno 1555 ex Iulii III. pontificis familia in Societatem Iesu transgressus, collegia germanicum et neapolitanum atque a. 1563—1566 et 1578—1581 vindobonense rexit, a. 1566—1578 Societatis Iesu provinciae austriacae praefuit, postea gravissima „Assistentis Italiae" et „Visitatoris" munera administravit[1].

Codex hic usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu vindobonensis erat.

Usus est eo, praeter alios, *K. Schrauf* (Nachträge zum dritten Bande von Joseph Ritter von Aschbachs Geschichte der Wiener Universität 1. Abth. [Wien 1893] e. g. p. 27. 28. 137).

---

[1] *Socher* l. c. p. 104. 212. 252. *Sommervogel,* Bibl. V, 312. Card. *Andr. Steinhuber* S. J., Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom I (Freiburg i. Br. 1895), 82.

VI.

EXPLICATIO

notarum („abbreviationum") saepius occurrentium.

Notae quaedam ad complura et sat diversa vocabula significanda adhibentur; attamen quid singulis locis significent, ex contextu orationis dignosci potest. Ex eodem intellegitur, utrum v. g. „P." significet „Pater" an „Patris", „Patri" etc. Hic verba fere casu tantum recto ponuntur.

a. = annus.
b. = beatus, beata.
B. = Beatus, Beata.
B. M. V. = Beata Maria Virgo.
c. = caput.
C. = Caesareus, Cesareo, Canisius, Compagnia.
Cel. = Celsitudo.
cf. = confer.
d. = dies, doctor, dominus.
D. = Divus (ante nomina sanctorum), Doctor, Dominus, Dominatio, Dottore.
D. D. = Dominus Doctor.
D. T. = Dominatio Tua.
D. V. = Dominatio Vestra.
Dec. = Decas, December.
Dr. = Doctor.
E. = Euer, Ewer, Erwürdig.
E. F. G. = Ewer Furstlich Gnaden.
e. g. = exempli gratia.
E. L. = Ewer Lieb (Euere Liebden).
Ex. = Examen.
f. = folium, furstlich.
F. = Furstlich (Fürstlich).
F. G. = Furstliche Gnaden.
ff. = folia.
fl. = florenus, florin.
ft. = freunthschafft (freundschaft).
gn. = gnaden.
Gn. = Gnaden.
h. = heilig.
H. = Heilig.
I. = Iesus.
i. e. = id est.
inscr. = inscriptio.
Io. = Ioannes.
l. = liber.
l. c. = loco citato.
L. g. = Lieber getrewer.
m. = mensis.
M. = Maestro, Magnificus, Maiesta, Maiestas.
Mg. = Magnificus, Magister.
M. V. = Maiestas Vestra.
mai. = maior.
min. = minor.
ms. = manu scriptus.
Mt. = Maiestet.
n. = numerus.
N. = Noster, Nostro.
N. P. = Nostro Padre.
N. S. = Nostro Signore.
O. = Ordo.
O. Min. = Ordinis Minorum.
O. Pr. = Ordinis Praedicatorum.
O. S. B. = Ordinis Sancti Benedicti.

om. = omittit, omittunt.
p. = padre, pagina, pater.
P. = Padre, Pars, Pater, Paternitas, Petrus.
p. m. = piae memoriae.
P. M. = Pontifex Maximus.
P. T. = Paternitas Tua.
p. v. = paternitas vestra.
P. V. = Paternità Vostra, Paternitas Vestra.
pp. = paginae.
PP. = Padri, Patres.
PP. gr. = Patres graeci.
PP. LL. = Patres latini.
r. = reverendo, reverendus, reverentia.
R. = Reverendo, Reverendus, Reverentia.
R. D. = Reverendus Dominus, Reverendissimus Dominus.
R. M. = Regia Maiestas.
R. P. = Reverendo Padre, Reverendus Pater.
R. P. T. = Reverenda Paternitas Tua.
R. P. V. = Reverenda Paternità Vostra, Reverenda Paternitas Vestra.
R. T. = Reverentia Tua.
RR. = Reverendi.
RR. PP. = Reverendi Padri, Reverendi Patres.
Resp. = Respublica.
Rev. = Reverendus, Reverentia.
Rö. = Römisch.
Rom. = Romanus.
S. = Sacer, Sacratissimus, Sancta, Sanctus, Signore, Societas.
S. C. M. = Sacra Caesarea Maiestas.
S. D. = Servus Dei.
S. D. N. = Sanctissimus Dominus Noster.
S. J. = Societas Iesu.
S. P. = Salutem Plurimam.
S. P. N. = Sanctus Pater Noster.
S. R. C. = Sacra Rituum Congregatio.
S. R. E. = Sancta Romana Ecclesia.
sig. = sigillum.
sign. = signatus.
Soc. = Societas.
sq. = sequens.
t. = tuus.
T. = Tomus, Tuus.
tom. = tomus.
v. = vester, vide.
V. = Vester, Vide, Vostro.
v. g. = verbi gratia.
V. I. = Vtriusque Iuris.
V. M. = Vestra Maiestas.
V. P. = Vestra Paternitas, Vostra Paternità.
V. R. = Vestra Reverentia, Vostra Reverenza.
V. R. P. = Vestra Reverenda Paternitas, Vostra Reverenda Paternità.
Ven. = Venerabilis.
Vol. = Volumen.

VII.

EPISTULAE A CANISIO ET AD CANISIUM DATAE 1556—1560.

215.

P. IOANNES DE POLANCO S. J.

nomine Iacobi Lainii, vicarii generalis Societatis Iesu [1],

CANISIO CETERISQUE SOCIETATIS PRAEPOSITIS PROVINCIALIBUS.

Roma 6. Augusti 1556.

Ex *Franc. Sacchini* S. J. „Historiae Societatis Iesu parte secunda“ (Antverpiae 1620) l. 1, n. 22—24.

Munus vicarii generalis Lainio impositum. Societatis congregatio generalis habenda. Eius constitutionibus ultima manus imponenda.

„Lainius“, inquit Sacchinus, „iussit“ sexto Augusti die „ad Prouinciales omnes Polancum dare litteras, quibus significaret communis Parentis migrationem: munus Vicarij, quod nequisset detrectare, sibi impositum: tum vt ad generalem conuentum se rite compararent, futurum ad Nouembrem, si fieri posset, ineuntem: quandoquidem certae causae permissum Constitutionibus semestre spatium cogebant contrahi: item vt Romam iter arriperent: ibi futuro conuentu, quod magis esset legibus Societatis consentaneum. Siquid interim aliter videretur, locum fore nunciandi. Bonum commune familiae, bonamque ac prosperam idonei Praepositi creationem Deo sacrificiis ac precibus commendarent. Denique conarentur quam frequentissimi, quamque paratissimi conuenire,

---

[1] S. Ignatius, Societatis Iesu conditor et primus praepositus generalis, 31. Iulii 1556 vita decesserat. Quia vicarius generalis ab eo nominatus non erat, tridui spatio ab Ignatii morte interiecto, professi, qui tunc Romae agebant, P. Iacobum Lainium, praepositum provincialem Italiae, licet tunc graviter aegrotantem, omnium suffragiis vicarium elegerunt, atque is 6. Augusti id munus suscepit (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu pars secunda (Antverpiae 1620) l. 1, n. 21. 22.

quia haec prima erat futura Congregatio, atque adeo posteriorum omnium veluti exemplar ac forma: tum praeter Generalis creationem res tractandae grauissimae: ac summa erat manus imponenda Constitutionibus." *Quas quoniam Ignatius* „*noluerat omnino ratas haberi priusquam eas experimenti secuta praerogatiuam Societas communi suffragio comprobaret, . . . omnes . . vniuerse admonebantur, id vt secum scriptum afferrent, quod in vita ad promulgatarum legum accommodanda normam vbique gentium pro diuersis nationum moribus, aliaque regionum natura vsus ac dies docuisset.*"

Ad Canisium quoque, qui provinciae Germaniae superioris a S. Ignatio praepositus erat, has litteras missas esse affirmat *Franc. Sacchinus* S. J., De Vita et Rebus gestis P. Petri Canisii (Ingolstadii 1616) p. 115. Cf. etiam epistulam Canisii 13. Septembris 1556 ad Lainium datam. *Iulius III.* in litteris apostolicis, Roma 21. Iulii 1550 datis, quibus iterum Societatis approbavit institutum, constituerat, ut Societatis praepositus generalis „ad plura vota, prout in constitutionibus declarabitur, eligatur" (*Litterae* apostolicae . . . Societatis Iesu [Antverpiae 1635] p. 64). In Constitutionibus autem *S. Ignatius* praescripsit, ut praepositus generalis a Societatis „congregatione generali" eligeretur, ad quam „vendrán de cada Provincia tres . . . el Provincial, y otros dos escogidos por los demás en Congregacion provincial, que se hará ántes de la general para este efecto, juntándose y tuviendo voto todos los Profesos que pueden venir, y Prepósitos de Casas, y Rectores de Colegios, y Procuradores, ó los que en su lugar imbiasen . . . El lugar á donde se llamará la Compañía para la eleccion del Prepósito, parece habría de ser ordinariamente la Curia del Summo Pontífice, donde será su más comun residencia, si no se concertasen los de la Compañía de convenir en otro lugar más á propósito para todos": Constitutiones P. 8, c. 2, n. 1; c. 3, n. 1; c. 5, n. 1. 2 (Constitutiones Societatis Iesu latinae et hispanicae cum earum declarationibus [Matriti 1892] p. 236—241. 243—245. Cf. *Canisii* Epistulas I, 267[3]).

Ex Canisii epistula 13. Septembris 1556 ad Lainium data cognoscitur eodem die 6. Augusti 1556 vel paulo post a Polanco ad Canisium etiam alteram missam esse epistulam eamque non ipsi soli, sed etiam Sociis omnibus, quibus praeerat, destinatam. In qua Polancus dolorem simul et piam quandam laetitiam declaravit, qua Socii romani obitu carissimi et sanctissimi parentis Ignatii affecti essent, eiusdem virtutes, mortem, sepulturam copiose enarravit, Societatis statum brevi in conspectu posuit. Pulcherrimae hae litterae hic non ponuntur, quia non soli Canisio nec soli provinciae Germaniae superioris, sed potius toti Societati destinatae sunt ac multis in libris tum antiquioribus tum recentioribus inveniri possunt. Quorum ut aliquos recenseam, italico sermone vulgatae sunt a *Daniele Bartoli* S. J., Della vita e dell' Istituto di S. Ignatio l. 4, n. 31 (Roma 1650) p. 575—579; latino (ex italico versae) a *Ludovico Ianino* S. J., De vita et instituto S. Ignatii libri quinque, ex Italico R. P. Danielis Bartoli Latine redditi (Lugduni 1665) p. 361—363, et a *Ioanne Pinio* S. J. in „Actis Sanctorum Iulii" VII (Antverpiae 1731), 509—510; gallico a *L. Michel* S. J., Histoire de Saint Ignace de Loyola par le P. Daniel Bartoli, traduction revue et annotée (Bruges 1893) p. 404—410; germanico a *Christ. Genelli* S. J., Das Leben des hl. Ignatius von Loyola (Innsbruck 1848) p. 374—379; quamquam in omnibus fere his editionibus aliquae epistulae huius sententiae omissae sunt. Integra ex archetypo hispanico Roma 6. Augusti 1556 Bruxellas ad Petrum Ribadeneiram S. J. misso transcripta est in „Cartas de *San Ignacio de Loyola* VI (Madrid 1889), 360—366. Hispanice item et valde accurate edita est a *Frid. Schroeder* S. J., Monumenta quae spectant primordia collegii germanici et hungarici (Romae 1896) p. 274—285.

Canisius ad utramque epistulam rescripsit 13. Septembris 1556.

216.

CANISIUS
WIGULEO HUNDT,

ducis Bavariae consiliario et universitatis ingolstadiensis curatori [1].

Ingolstadio sub 6. Augusti 1556.

A. Ex cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 8^b et ex „Leben, kleinere Werke und Briefwechsel des Dr. Wiguleus Hundt . . . von Dr. *Manfred Mayer*“ (Innsbruck 1892) p. 301. Mayer integram Hundii epistulam (de qua infra) typis exscripsit ex autographo, quod est Monachii in archivo regni bavarici (Reichsarchiv) „Iesuitica Lit. 1359 II“, fol. 92.

B. Ex autographo Canisii (2°; $2^1/_2$ pp.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359 II“, f. 86. 87.

Quaenam dux constituere debeat, si collegium ingolstadiense florere cupiat: Socii omnes tamquam capellani ducum bavarorum commendandi; collegium „theologicum“ vocandum; facultas theologica restauranda; disputationes et quaternae cotidie scholae theologicae instituendae; seminarium georgianum reformandum; auxilium Sociis praebendum, cum in vicinis locis contiones et catecheses habere voluerint; paranda eis, quae ad victum necessaria sint; duo ex iis in facultatem theologicam et senatum recipiendi; nova universitatis „reformatio“ serio exercenda; libri haereticorum arcendi; qui in seminarium georgianum admitti velint, diligenter examinandi.

A. Octodecim Societatis hominibus, qui 7. Iulii 1556 ex Italia Ingolstadium advenerant ad collegium incohandum, „tandem“, inquit unus eorum in antiquissima illa collegii historia (Antiqu. Ingolst.), „diu expectatus adest R. P. Canisius 4° Augusti ex Praga, . . qui opera sua et consilio . . . adiumento nobis futurus esset“. Canisius inter alia haec praestitit: Litteras dedit ad Hundium, universitatis curatorem, simulque eidem capita quaedam misit earum rerum, quas a duce per litteras ingolstadiensibus magistratibus et academicis et civicis mittendas praecipi et constitui oporteret, si novum collegium vigere et florere dux vellet. Periit quidem ipsa Canisii epistula; sed eius vestigia supersunt in litteris, quas Hundius 8. Augusti 1556 [2] *Monachio ad Henricum Schweickerum, Alberti V. ducis secretarium, dedit, capita illa mittens et iubens Schweickerum Ingolstadium proficisci et de iisdem capitibus aliisque collegii rebus cum Canisio, universitatis camerario, aliis coram agere* [3]. *Haec enim, praeter alia, Hundius Schweickero scribit: „Welt auff beyligende Puncten, so mir herr doctor Canisius hie Vberantwort zu Inglstat bey D. Peurli* [4] *Vnnd*

---

[1] De hoc vide *Canisii* Epistulas I, 425[1].

[2] Hundii epistulam, cui annus ascriptus non est, anno 1556 datam esse et Mayer coniectat et res ipsae probant.

[3] Cf. caput XIII. pactionis Ingolstadii 7. Decembris 1555 a Canisio et ducis consiliariis de collegio instituendo factae apud *G. M. Pachtler* S. J., Ratio Studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Jesu I (Berlin 1887), 348, et in „Cartas de *San Ignacio*“ VI, 620.

[4] Doctorem Ioannem Agricolam (Peurle, Baürle), medicinae professorem et universitatis quaestorem sive „camerarium“, significat; de quo vide *Canisii* Epistulas I, 695[1].

sonst Vertraute Personen ghaime vnnd guote Erfarung nemen, Mit D. Peurli[a] *der Iesuiten weitern Vnterhaltung halb reden, auch mit Inen den Iesuiten Vnnd sonst allenthalb mit fleys handlen vnnd bedencken, Was zu Irer notturfft, auch zu Aufnemen des Collegii dienen mag, Vnnd der Vnkosten, Darnacht erschwinklich, Solche alsdann auff Eur ankunfft weiter zu beratschlagen und darüber ze schliessen. . . D. Canisius wirt alle vnnotturfft selbs abstellen. . . So verre Euch Canisius antrifft were guot, das Ir ain tag, zween, drey zu Inglstat plibt."*

B. Capita autem illa, quae Hundius a Canisio sibi missa esse scribit, omnino videntur esse illa, quae hic sequuntur.

Summa scribendorum ad Vniuersitatem Jngolstadiensem in fauorem collegij Theologici[b] [1].

1 Quoniam Jllustrissimus Princeps ex certa scientia et voluntate Reuerendos Patres de societate Jesu ex Jtalia conuocari, et ad hanc suam academiam ornandam et promouendam venire curauit, jdcirco semel et semper easdem personas quae nunc adsunt, et posthac cum ijsdem futurae sunt eiusdem collegij et instituti, singulariter commendatas esse vult Rectori et toti Concilio Vniuersitatis, praefecto [2] itidem et senatui urbis suae Jngolstadiensis, ita ut perinde ac ueri et immediati capellani Jllustrissimae domus Bauaricae tuto, libere, quiete et commode ibidem habitare, suisque iuribus et facultatibus uti et frui legittime possint.

2 Locus autem in ueteri collegio his patribus assignatus, quoad conuenientior et commodior alter inuenietur, appellationem habeat, ut dicatur Collegium Theologicum [3].

3 Et quoniam D.D. Canisius ab Jllustrissimo principe ad hoc requisitus ex Boemia nunc adest, consultabit et concludet cum Rectore [4] ac facultate Theologica [5], quibus modis lectiones Theologicae

---

[a] *Sic vel* Paürli *tum hic, tum supra p. 3 legendum esse videtur; Mayer utroque loco:* Paueli; *vide supra p. 3*[4]. *Hundius haud ita litterate scribebat.*

[b] *Singulis capitibus, quae sequuntur, summarium quoddam brevissimum in margine ascriptum est. Haec omitti posse videbantur, quia generale summarium iam supra positum est.*

---

[1] I. e. Collegii Societatis Iesu ingolstadiensis.

[2] Praefectum ducalem, qui „Pfleger" vocabatur, (Georgium de Hasslang?) significat.

[3] Dubitari non potest, quin Canisius novum collegium „theologicum", non „Societatis Iesu", dici voluerit eo consilio, quo facilius Socii invidiam quandam aemulorum et odium eorum evitarent, qui a Lutheri doctrina haud alieni erant. Propterea etiam infra p. 5, cum scripsisset „duos alios de societate", haec mutavit in „duos alios de collegio Theologico".

[4] Universitatis rector tunc erat Ioannes Baptista Weber, iuris utriusque doctor et professor Institutionum ordinarius (*Io. Nep. Mederer,* Annales Ingolstadiensis Academiae I [Ingolstadii 1782], 244—255).

[5] Facultas theologica tunc duos tantum professores habebat: Georgium Thean-

posthac institui, et ad maiorem studiosorum vtilitatem ordinari atque continuari debeant. Nequaquam enim feret Jllustrissimus princeps[a] professorem vnum in vno libro Genesis uel simili tamdiu haerere, sicut factum est hactenus. Dabiturque opera, vt duo Theologi quotidie ante prandium, et duo alij post prandium legant: ita vt qui hactenus fuerunt ordinarij[1], quotidie profiteantur[2] praeter duos alios de[b] collegio Theologico[c]. Poterit hic ratio etiam inueniri de disputationibus et repetitionibus Theologicis, quia seria mens est Jllustrissimi Ducis vt facultas Theologica quae hactenus iacuit, praecipua diligentia erigatur et restituatur ac florescat, vt ita vicini etiam praelati et Episcopi eo[d] lubentius huc suos mittant, quo rectius sacra tractari cognouerint. De his igitur alijsque uolumus authoritatem nunc esse D. Canisio, ut nostro nomine cum Rectore et facultate Theologica deliberare et definire possit.

4 Et quoniam non pauca corrigenda ueniunt in collegio nouo Jllustrissimi Principis[3] siue quod ad mores, siue quod ad studia spectat, uisum est Jllustrissimo Principi, vt Regens noui collegij spetialiter agnoscere, honorare et consulere debeat D. Theologos collegij Theologici. Vnde quandocumque aliqui dictorum Theologorum[e] uel diebus festis declamare, uel in hebdomada priuatim legere et profiteri in nouo collegio uoluerint, Regentis erit studiosos suos conuocare et ad audiendum adstringere: quod si Regens noluerit, Rector authoritatem suam interponet, cogetque stipendiarios Ducis[f], qui ad audiendos Theologos dictos idonei uidebuntur, vt nunquam emaneant, ac omnem

---

[a] *Sequitur:* tamdiu, *a Canisio ipso (linea inducta) deletum.*

[b] *Sequitur:* societate, *eodem modo deletum.*

[c] *Huic periodo (manu Schweickeri vel alicuius academici?) ascriptum est:* Hoc uariandum est.

[d] eo *supra versum scriptum est.*

[e] *Verba* dictorum Theologorum *in margine ascripta sunt.*

[f] *A Canisio correctum; qui prius scripserat:* stipendiarios nouos, ut.

---

drum (Gotzmann) et Michaëlem Wagner; hic simul parochiam S. Mauritii, ille parochiam Beatae Mariae Virginis administrabat (*Mederer* l. c. I, 234. 236. 244. *Eiusdem* *„Geschichte der Stadtpfarrei St. Moritz in Ingolstadt vom Jahre 1234 bis 1757“ f. 46[b] [Ingolstadii in archivo parochiae S. Mauritii]).

[1] Theander et Wagner.

[2] Ingolstadii vetus erat mos, ut singuli theologi per tres tantum horas singulis hebdomadibus sive alternis tantum diebus profiterentur. Vide commentarium antiquum, quem vulgavit *Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius (Freiburg i. Br. 1865) p. 163[2]. Neque Canisium consuetudinem hanc (hoc saltem tempore) abolere potuisse tum adnotatio huic capiti ascripta (vide supra, adnot. c), tum litterae proxime ponendae, tum ipse commentarius modo memoratus ostendunt.

[3] Collegium illud significatur, quod Georgius „dives“, Bavariae dux, a. 1494 pro theologiae studiosis condiderat, quodque, una cum universitate Monachium translatum, nunc „seminarium georgianum“ vocatur. Cuius „Regens“ tunc (1556—1558) erat Stephanus Reittmair rohrensis. (*Andr. Schmid,* Geschichte des Georgianums in München [Regensburg 1894] p. 94.)

insuper obseruantiam et obedientiam ijsdem Theologis principis sui nomine exhibeant, ac sub illorum etiam disciplina tum se, tum studia sua[a] ad dei gloriam et ad Ecclesiae vtilitatem rectius ordinent ac promoueant[b] [1].

5 Vult insuper Jllustrissimus Princeps, vt si opus sit Vniuersitas defendat pios conatus siue Theologorum, siue studiosorum[2] qui sub illis sunt in collegio hoc Theologico, cum hi aliquando in vicinis Ecclesijs et pagis uerbum dei praedicare et populum ad uiam salutis commonefacere, praesertim festis diebus, instituerint. Nam quod ad Ordinarios Episcopos attinet[3], facile curabit Jllustrissimus Princeps, ut illi suam quoque authoritatem nouis his operarijs in uinea domini tribuant.

6 De reliquis in hoc nouo et Theologico collegio parandis urgeat D. Camerarius et alij de Vniuersitate deputandi, vt maturetur structura, ne quid ad hyemem desit necessariorum. Qua in re iubet Jllustrissimus Princeps audiri etiam consilia D. Canisij, cui opem et auxilium praebeant.

7 Et ne inter Theologos ulla sit disceptatio, uisum est Jllustrissimo Principi, ut statim ad facultatem Theologicam recipiantur et connumerentur Doctor Couillonius[4] et Doctor Hermannus[5], Qui

---

[a] *Sequitur:* rectius, *postea deletum, ut supra.*

[b] *Ita Canisius ipse correxit, quod prius scripserat:* ordinare ac promouere possint.

---

[1] *S. Ignatius* in „Instructione", quam mense Iunio a. 1556 Sociis Ingolstadium profecturis dedit, eos alumnis collegii georgiani in litteris et pietate iuvandis operam dare iussit ac nominatim monuit exercitia spiritualia iis tradi posse non solum communia sive „primae hebdomadae", sed etiam ea, quae magis aptis tantum tradi solent (Cartas de *San Ignacio* VI, 505. 508).

[2] Societatis fratres „scholastici" imprimis significantur.

[3] Ingolstadium in dioecesi eystettensi situm est; nec longe ab ea urbe absunt dioeceses frisingensis, augustana, ratisbonensis. Cf. etiam epistulam Canisii 26. Augusti 1556 ad Schweickerum datam.

[4] P. Ioannes Cuvillonius (Covillonius, Couvillon), Insulis (Lille) sub a. 1520 natus, theologiae doctor, a. 1554 in collegio Societatis romano priorem epistulam ad Corinthios datam interpretatus erat. Conimbricae quoque et Lugduni philosophiam et theologiam tradidit; a. 1562 ab Alberto V. duce ad concilium tridentinum missus est; a. 1581 Romae obiit (Cartas de *San Ignacio* VI, 497. *Carl. Sommervogel* S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Bibliogr. II (Bruxelles-Paris 1891), 1594. *Mederer* l. c. I, 273; IV, 291. *Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu pars quinta, tomus prior [Romae 1661] l. 1, n. 56).

[5] „Hermannus Thyraeus", theologiae doctor, cui gentilicium nomen „Dorken" (Dorkens) fuisse testatur P. *Petrus Michaël* S. J.* litteris Spira 8. Iulii 1576 ad Everardum Mercurianum, praepositum generalem, datis (quarum autographum est in cod. „Epp. Germ. 1576" f. 241—244), Novesio (Neuss) ortus, Romae in collegio germanico theologiae operam dederat. Ingolstadii et Treveris theologiam docuit et contiones habuit. Contra Confessionem augustanam Dilingae a. 1567 librum edidit. Collegiis treverensi et moguntino, tum universae provinciae Societatis rhenanae (1571—1578) praefuit. (Card. *Andr. Steinhuber* S. J., Geschichte des Collegium Ger-

etiam hac libertate frui poterunt, vt si quando Concilium celebratur in Vniuersitate de rebus tantum temporalibus, de querelis, debitis et de ijs quae ad forum externum dumtaxat spectant, possint illi suis studijs et praelectionibus uacare, et propter maius bonum emanere. Quod autem hactenus vsque ad aduentum D. Canisij ad auditoria publica non prodierint illi[a] Theologi, ex bona gratia Jllustrissimi Ducis, et propter causas certas[b] factum est[1].

8 Jubet etiam Jllustrissimus Princeps, sicut caetera in ultima Reformatione[2] conscripta et publicata serio et diligenter obseruari, ita grauiter etiam puniri per Rectorem omnes et singulos transgressores, etiamsi professores et Doctores existant. Quare post hasce vacationes[3] iterum praelegi in maiore aula decebit dictam Reformationem, et deinde Rector admoneat Professores sub graui poena, vt diligentius lectiones suas praelegant, ac nunquam cessent, prout in Reformatione satis expressum est[4]. Jtem spetialiter obseruetur biblyopola[5] vt ex instante mercatu Francfordiensi[6] nullos inuehat uendat et exponat libros, nisi accepta primum venia Theologorum, et exhibito illis Cathalogo, sicut ipsa quoque iubet Reformatio[7].

9 Demum ut doctiores et meliores prodeant ex collegio nouo quam hactenus uidemus, visum est Jllustrissimo Principi nullum posthac ad stipendium admittendum esse, nisi examinetur primum a Regente et Theologo vno aut altero collegij Theologici. Quis autem modus examinandi et admittendi nouos stipendiatos esse debeat, Jllustrissimus

---

[a] illi *in margine additum est.* [b] *A Canisio correctum ex* aliquas.

---

manicum Hungaricum in Rom I [Freiburg i. Br. 1895], 38. *Mederer* l. c. I, 258; IV, 291. *Frid. Reiffenbergius* S. J., Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem I [Coloniae Agrippinae 1764], 287.)

[1] S. Ignatius Sociis ingolstadiensibus praescripserat, ut „caniculari" tempore res suas instituerent et ad scholas se pararent (Cartas de *San Ignacio* VI, 504).

[2] Canisius germanicam illam reformationem significare videtur, quam Albertus V. dux Monachii 19. Decembris 1555 universitati dederat; typis descripta est a *C. Prantl*, Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München, II (München 1872), 198—212; in ea condenda Canisii consilia multum valuisse ostensum est in *Canisii* Epistulis I, 582—585.

[3] Vacationes „caniculares" tunc agebantur vel protrahebantur. In novis „Constitutionibus" ab Alberto V. 29. Decembris 1556 academiae datis statuitur, ut vacationes illae a die 20. Iulii usque ad 10. Augusti („a divae Margarethae feriis usque ad divi Laurentii martyris festum") agantur (*Prantl* l. c. II, 220).

[4] De hac „reformatione" ipse dux 3. Februarii 1562: „Hactenus", inquit, „ob varias subincidentes deliberationes ac impedimenta quamplurima . . . sopita atque sepulta jacuit, nec executioni fuit data" (*Mederer* l. c. IV, 296).

[5] Typographi et bibliopolae ingolstadienses tunc erant fratres Alexander et Samuel Weissenhorn (*Mederer* l. c. I, 214. 326).

[6] Francofurti ad Moenum librorum nundinae „autumnales" mense Septembri fiebant (*Friedr. Kapp*, Geschichte des deutschen Buchhandels bis in das siebzehnte Jahrhundert [Leipzig 1886] p. 467. 468).

[7] In capite „Von der druckerei und buchladen" (*Prantl* l. c. II, 211).

princeps paulo post declarabit, missis aliquot articulis qui in examinando proponentur.

Canisius quidem nec locum nec tempus commentario huic ascripsit, sed res ipsae, quae in eo dicuntur, ostendunt scriptum eum esse Ingolstadii paulo postquam Canisius 4. Augusti 1556 eo advenit ad initia collegii iuvanda. Haec si cum epistula Hundii supra memorata conferentur, iam dubitari vix poterit, quin capita modo proposita illa sint ipsa, quae Hundius ante 9. Augusti 1556 a Canisio acceperat.

Haud multo post etiam P. Thomas Lentulus, collegii ingolstadiensis rector, Hundio commentarium quendam misit sive catalogum eorum, quae „in varios vsus vellet" ab ipso „impetrari". In quibus etiam haec sunt: „4 Vt iuxta declaratam Jllust.: principis voluntatem Stipendiati in Collegio nouo compellantur a Regente ad audiendas diebus Dominicis sacras et latinas conciones, quibus raro duo vel tres ad summum interesse conspiciuntur, Regens nonquam. 5 Vt domus aliqua Collegio vicina comparetur ac ordinetur pro recipiendis instituendisque Monachis iuuenibus, aut cuiuscunque forte generis studiosis theologis, quales persaepe nobis commendantur. At eorum votis minime respondendum est, propter Collegij angustiam, aliarumque rerum multarum defectum. 6 Vt Reuerendus pater Abbas in Scheiren expectet aduentum Domini Canisij quem spero propinquum esse. Futurum enim est vt nonnulla pro voto suo et ex dna: vestrae sententia, pie succedant" (Ex *commentario autographo, cui nec locus nec tempus ascripta sunt [Cod. monac. „Jes. Ing. 1359/II" f. 3. post f. 79]). Ex his coniectari licet abbatem illum Sociis ingolstadiensibus aliquem vel aliquos monachos suos instituendos tradere voluisse [1]. Ab anno 1548 ad 1558 monasterio benedictino Scheyern (quod etiamnunc in Bavaria superiore floret) praeerat Ioannes Hirschpeck, sünchingensis, vir pius et doctus (*M. Knitl,* Scheyern als Burg und Kloster [Freising 1880] p. 150—151. *A. M. Kobolt,* Baierisches Gelehrten-Lexikon [Landshut 1795] p. 329). Rectori collegii ingolstadiensis Henricus Schweicker, Bavariae ducis secretarius, Monachio 22. Iulii 1558 scripsit: „Reuerendum p. Abbatem in Scheyrn quod egregie suo officio erga sanctos hospites sit usus commendo : cui omnem operam meam et studium significabitis" (Ex huius *epistulae apographo eodem tempore scripto et Romam misso).

217.

CANISIUS

HENRICO SCHWEICKER,

secretario ducis Bavariae [2].

Ingolstadio paulo ante medium m. Augustum 1556.

Ex autographo (2°); Canisius in una eademque pagina primum „Difficultates", dein „Conclusa" notavit. Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I" f. „post 50" et sq. non signato.

---

[1] Monachii *commentarius quidam superest ab ignoto quodam Alberto V., ut videtur, missus et sic (tempore non ascripto) inscriptus: „Verzaichnus der Religiosen so diser Zeit alhie in dem Neuen Fürstlichen Collegic zu Inglstatt seind." In quo primo loco positi sunt duo Benedictini schyrenses: „F. Sigmund vnd F. Wolff Peürl" (Cod. „Ing. Univ.-Sachen T. III", post f. 103. In archivo provinciae Bavariae superioris).

[2] Hundius, universitatis curator, 8. Augusti 1556 Schweickero mandaverat, ut Ingolstadium proficisceretur, de rebus collegii cum Canisio et universitate coram acturus (vide supra p. 3. 4). Quem id praestitisse litterae Agricolae, quae proxime subicientur, ostendunt.

De horis scholarum theologicarum, schola puerorum a Sociis aperienda et loco eidem assignando, seminario georgiano Sociorum ope reformando, pecunia collegio a duce solvenda; qua ratione Sociorum bibliotheca et cubicula instrui debeant; quibus epistulis collegium primoribus ingolstadiensibus a duce commendari oporteat; contionandi libertatem Sociis tribuendam esse.

Difficultates circa collegium Theologicum Jngolstadij.

1 Quando profiteri debeant duo noui Lectores?[1] Visum est, cum alijs professoribus Theologis[2] agendum esse nomine Principis, vt sinant praelegendi[a] horam, qua vtentur, etiam post meridiem incidere. Alioquin noui Theologi qui quotidie lecturi sunt, non ut ipsi, successiuis horis[3], satis grauarentur legendo semper a prandio. Lectionum Theologicarum ordo non sinit, vt[b] plures una[c] legant ante prandium, idque propter causas rationabiles. Post prandium autem horae commodiores videntur, 12 usque ad primam, et secunda vsque ad tertiam[4]. Jtaque tres quotidie lectiones essent Theologorum, duae nostris, vna ueteribus Theologis[d] tribueretur.

2 An schola pueris aperietur? Parrochi [*sic*] causas obtendere videntur[5], cur non aperiri debeat, et Rector consulit, mediam sectandam

---

[a] prelaegendi *autogr.*

[b] *Sequuntur verba:* praeter vnum legatur ante prandium; *quae Canisius ipse (lineis inductis) delerit.*

[c] *Sic corrigendum esse videtur autogr., quod habet:* uno; *nisi supplere malimus:* uno tempore. [d] *Sequitur:* inseruire, *a Canisio deletum, ut supra.*

---

[1] Ioannes Cuvillonius et Hermannus Thyraeus, S. J., theologiae professores.

[2] Michaële Wagner et Georgio Theandro. [3] Cf. supra p. 5[2].

[4] Mirari non oportet horam duodecimam „commodam" dici ad scholam theologicam habendam. Nam prandium tunc prius fiebat quam nunc. Ita v. g. sub medium saeculum XVI. atque etiam postea in scholis principum saxonum („Fürstenschulen") contubernales hora nona prandebant et hora quarta vespertina cenabant (*Fried. Paulsen*, Geschichte des gelehrten Unterrichts auf den deutschen Schulen und Universitäten vom Ausgang des Mittelalters bis zur Gegenwart I [2. Aufl., Leipzig 1896], p. 292).

[5] Iam mense Decembri a. 1555 consiliariis ducis cum Canisio convenerat, ut Socii etiam „puerorum scholam" publicam haberent, quam „quicunque pueri" tum oppidani tum externi gratis frequentare possent (*Pachtler* l. c. I, 346. Cartas de *San Ignacio* VI, 618). Ac „primo post ingressum Collegij tempore", inquit *collegii historicus* eorum temporum aequalis, „cum [Canisius] de schola puerorum instituenda tractare apud Patronos et huius Vniuersitatis Professores coepisset (nihil enim maius [*sic*] in uotis erat tametsi hoc Collegium praecipue studio Theologiae dedicaretur, quam ut Iuuentutem hanc Bauaricam ad pietatem atque Catholicae religionis cultum promoueremus)", animi multorum, „qui ante amicj et fautores et promotores Societatis uidebantur", ab ea aversi sunt. Timebant enim sibi magistri artium quidam et „Hypodidascali", qui „nobilium aliquot et optimatum filios uenabantur", quibus instituendis victum sibi ac patrocinium compararent. Timebant etiam parochi, ne, „cum ipsi a cantilenis abstineamus, neque in cantando pueros erudiamus, eosque ad scholam nostram omnes eo quod gratis doceamus prolicerenus", divinus cultus et antiquus ecclesiae mos „diminueretur" et exstingueretur. Atque cum ita et multi professores et senatus civium censerent, dissensio facta est

esse viam, ita ut et cultus diuinus per pueros conseruetur, et nostri minore laborent inuidia, pluresque ad se auditores recipiant. Cupimus hoc negotium a Rectore tractari cum ipsis Parrochis[a] nomine Principis, et deinde concludi.

3 Quae domus scholae tribuetur? Quidam putant studiosos Vniuersitatis aegre laturos, si per eandem portam ingrederentur pueri abecedarij. Alium igitur ingressum parandum esse pueris hisce ad scholam, quae esse debeat aut domus illa prope puteum, redimi a D. Theandro possit florenis quinque quotannis, aut vna ex classibus illis inferioribus.

4 Quomodo Regens noui collegij per vnum nostrorum Theologorum adiuuarj debeat circa nouos stipendiatos rectius instituendos? Videtur non satis esse, si Theologus ex nostris hic adhibeatur, nisi adiuncto vno Rectore uel Camerario ob maiorem authoritatem.

5 Vnde soluentur quae supersunt ante hyemem tum in lectis, tum in hypocaustis, tum in uestibus comparanda?[1] Nam Camerarius grauiter queritur euacuari aerarium Vniuersitatis, vt ita consultius videatur si Jllustrissimus princeps usque ad festum S. Michaelis[2] tribuere pro sua clementia uelit quae interea erunt necessaria, deinde uero, id est, in angaria post festum Sanctae crucis[3] persolui curet primam prouisionem, id est 200 florenos et sic consequenter singulis angarijs numeretur[4].

Conclusa[5] coram Rectore et Camerario[6]

1 Vt bibliotheca ordinetur prope maius hypocaustum[7].

---

[a] *Sequuntur verba:* et deinde resp , *a Canisio ipso deleta.*

---

inter eos et „nos nostrosue Patronos quosdam Aulicos, nonnullos Academiae Doctores (quorum e numero fuerunt Magnificus Dominus Doctor Hondius Vniuersitatis Patronus et Jllustrissimi Principis Consiliarius supremus, aut si mauis ipse Jllust: Princeps singulariter post aduentum nostrum puerorum curam nobis iniungens, quemadmodum ipsius ad Vniuersitatem literae ostendunt, tum egregius et singularis Societatis amicus Dominus Doctor Veltmillerus medicus, et clariss. vtriusque iuris Doctor Zoannettus, et maximi nominis authoritatisque vir Dominus Doctor Joannes Agricola Camerarius, insignisque iuris professor Doctor Nicolaus Frysius") (*Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 8b—9a. Cf. *Mederer* l. c. I, 247).

[1] Collegium in his initiis male instructum fuisse cognoscitur etiam ex epistula Canisii 26. Augusti 1556 ad Schweickerum data, quae infra ponetur.

[2] Festum „dedicationis S. Michaëlis archangeli" d. 29. Septembris agitur.

[3] Illa „angaria" sive ieiunium „quatuor temporum" eo anno erat 16., 18., 19. Septembris.

[4] Inter Canisium et consiliarios ducis 7. Decembris 1555 convenerat, ut collegio praeter certam frumenti copiam 800 floreni rhenenses quotannis dotis loco a duce darentur. Vide *Canisii* Epistulas I, 586.

[5] A Canisio et Schweickero „conclusa" sunt; vide supra p. 4 et litteras Agricolae proxime ponendas.

[6] Ioanne Baptista Weber et Ioanne Agricola.

[7] Collegii „veteris"; quae erat domus universitatis; cf. *Canisii* Epist. I, 586. 723[4].

2 Vt superiora 4 cubicula sub tecto instruantur.

3 Vt lectisternia[1] monasterij huc importata concinnentur et restituantur[2]. licet in hac parte D. Camerarius queratur de magnitudine sumptuum.

4 Vt non grauentur franciscani[3] circa panem et cereuisiam nostram.

5 Vt pro residuis florenis Alexandri Weissenhorn libri emantur, maxime in humanioribus.

6 Vt obligentur stipendiati saltem aliqui[4] ad audiendam Theologiam.

7 Vt literae mittantur Jllustrissimi Principis ad senatum Jngolstadiensem etc. sicut in primo articulo continetur[a][5]. 2 literae ad Vniversitatem hanc, ut nostri commendentur facultati Theologicae, sicut ostendit 7us et 3us articulus[6] deinde ut collegium hoc dicatur Theologicum, sicut est in 2° articulo[7]. Jtem vt nostris facultas adsit declamandi festis diebus in collegio nouo, et stipendiatos illos promouendi, sicut habet 4 et 9 articulus[8]. Jtem ut sit liberum praedicare sicut est in articulo 5[9].

In pagina quarta huius scripti altera manu eiusdem temporis, quae Schweickeri esse videtur, scriptum est: „Tractata Jngolstadij de Mense [*sic*] Augusti cum Jesuitis 1556.“ Canisius ipse nec locum nec tempus adnotavit nec nomen eius, cui hoc scriptum destinasset. Sed quia tota res fere inter Canisium, Schweickerum, rectorem, camerarium tractabatur, et quia Canisius in scripto ipso de rectore et camerario ita loquitur, sicuti de „tertiis personis“ quas dicimus loqui solent, dubium esse vix potest, quin Canisius Schweickero scriptum hoc miserit vel coram tradiderit, ita tamen, ut ab eo etiam cum academicis id communicari voluerit vel saltem cum camerario academiae; huius enim supersunt litterae, quibus ad scriptum hoc respondet, proxime a nobis ponendae. Nisi dicere malis Canisium eadem compluries scripsisse, ut aliud eorum exemplum Schweickero traderet, aliud camerario etc.; Schweickerus ante 9. Augusti Ingolstadium venisse non videtur (v. supra p. 3—4); 20. Augusti dux ex arce sua dachoviensi Canisio scribere potuit datas iam esse epistulas illas, quas Canisius Ingolstadium mittendas esse in hoc scripto asserit; quare paulo ante medium mensem Augustum Canisium haec scripsisse dixeris.

---

[a] *In margine:* de literis Ducis.

---

[1] Lectisternium = lecti apparatus et instrumentum vel lectus ipse (*C. du Cange*, Glossarium mediae et infimae latinitatis, ed. *L. Favre*, V [Niort 1885], 52).

[2] Desertum monasterium Biburg, ordinis S. Benedicti, dicere videtur, ex quo lecti Ingolstadium translati erant. Vide *Canisii* Epistulas I, 723[8].

[3] Monasterium ordinis S. Francisci significat, quod Ingolstadii exstabat.

[4] Collegii „novi“ sive georgiani.

[5] Supra in „Summa scribendorum“ p. 4.

[6] [7] [8] [9] Ibidem p. 4—8.

218.

IOANNES AGRICOLA,

universitatis ingolstadiensis camerarius et professor medicinae,

SCHWEICKERO ET CANISIO.

Ingolstadio sub medium m. Augustum 1556.

Ex autographo (2°; pp. 2). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I" f. non sign., quod est ante f. 51.

Rescribit ad ea, quae Canisius proposuit. De horis scholarum theologicarum et schola litterarum humaniorum a Socio aliquo habenda. Cantum conservandum et scholis parochialibus suos pueros relinquendos esse; plerosque pueros ingolstadienses quam primum matriculae inscribi. De alumnis seminarii georgiani approbandis et pecunia collegio solvenda.

Responsio ad difficultates nonnullas camerarij [1].

Si primum articulum recte intelligo Domini volunt vt theander et Wagnerus legant a meridie. Ego non conueni ipsos, timeo tamen ipsos non esse facturos. Parochus S. Mauritij [2] impeditur saepe reb. domesticis et ecclesiae, fortassis ita irritaretur ut raro praelegeret. D. theander itidem est irritabilis, non libenter cessurus est. Mihi videretur si vllo modo persuaderi possent domini, ut quotidie duab. horis legeretur ante prandium et vna post prandium, nempe in hyeme Septima et Nona in Aestate sexta et octaua Post Prandium semper hora secunda. Ita enim tum parochi tum lectores de Collegio Theologico ante prandium legerent et vnus tantum a prandio profiteretur, et conseruaretur inter Professores amicitia. Faciant domini periculum quod si succedat bonum est sin contra ineant aliam rationem.

Secundus articulus. Recte consulit d. Rector ut cultus diuinus et cantus ecclesiae conseruentur. Dimittamus in Vniuersum Scholis suos pueros. Magister ille ex Iesuitis uel e Collegio Theologico praelegat in Lectorico aliquo, quodcunque aptum videbitur siue sit Aula Magna siue illud in quo M. Gothardus praelegit siue illud in quo M. Zetelius [3]. Ita multa commoda sentiemus. Primum pueros non distrahemus ab Ecclesia .2. non indigebimus nouis aedibus, 3 Ex aedibus conductitijs non eijcietur Miles lauergerus [4] ante tempus, 4, non permiscebuntur pueri Bacchantes [5] cum Studiosis et nomen dantib. Rectori Academiae

[1] Scribendum erat potius: „Camerarii responsio ad difficultates nonnullas"; camerarius enim respondet ad difficultates a Canisio propositas; quae sunt supra p. 9—10. [2] Michaël Wagner.

[3] Wolfgangus Gotthard grammaticae latinae et Ciceronis, Wolfgangus Zettl dialecticae et philosophiae aristotelicae professores erant ordinarii (*Mederer* l. c. I, 224).

[4] Nobilis vir Laubenperger? Cf. *Mederer* l. c. I, 106.

[5] „Bacchantes" saeculis XV. et XVI. dicebantur, qui et ex pueris excesserant, necdum in universitatis album relati erant, adulescentes rudes impolitique (*Jacob und Wilhelm Grimm,* Deutsches Wörterbuch I [Leipzig 1854], 1060).

.5. euitabuntur iurgia lites, contentiones, et contemptus horum inter se. Nunquam enim facietis, dico uobis, ut illi inter se conueniant et pueros inuenietis longe plurimos sub rectore militantes, qui nunquam vna cum bacchantib. iungi se patiantur. Et inde fieret ut dominus professor talis destitutus a Studentib. tantum bacchantes suas lectiones frequentare experiretur. Neque opus est nobis frequentia illorum Bacchantum. Siquidem M. Gotthard semper habet auditorium plenissimum in praelectione consimili. Id porro magis honorificum erit illi praelectori qui e Collegio Theologico se pueris praefici patietur. Et ut summam habeatis hic longo usu introductus mos est ut Ingolstadij plerique omnes pueri quam primum possint Matriculae Vniuersitatis se inscribi curent. Qui hoc nondum consequuntur, seruiant interim ecclesiae dum melior eos Fortuna afflauerit. Aut si etiam illis aliquo modo consultum esse volunt, mittantur discipuli dominorum iesuitarum ad vtrasque Scholas [1] atque ibidem duo ante prandium exerceant cum illis pueriles lectiones ad horam, propter cantus enim ecclesiae non videntur plures horae superesse. Deinde a prandio ijdem duo aut alij duo praelegant itidem ad horam alter in Schola Mariana alter Mauritiana, et merebuntur a Deo reportare non contemnendam mercedem.

Quartus Articulus, Non vnus Theologus adhibeatur ad approbandos Stipendiarios [2] Verum duo aut tres huic muneri praeficiantur e Contubernio Theologico, Et quoniam Rector et Camerarius alijs infinitis negotijs plerumque sunt obruti. Rectius assumetur D. Regens et vnus ex Parochis siue Theander siue Vuagnerus is sit, item et D. Decanus Facultatis Artium.

Quintus Articulus. Vnde soluentur quae supersunt comparanda? Mihi videtur vt serium scriptum transmittat Collegium Theologicum ad Illustriss. Principem vel ad Magnificum D. Patronum Academiae [3] vel ipsos Consiliarios camerae, uti soluant aliquid, et non ita statim ab initio grauatim soluant, Inde enim facile praesagire animus posset nescio quid inconstantiae, in re tam ardua tantum stertere.

Septem conclusa in praesentia dominorum theologorum Rectoris domini Sueicker et camerarij [4] servari possunt quemadmodum praeiacent [?] [a].

Responso hoc quis cui responderit, adnotatum non reperio; tempus quoque ac locus tacentur. Agricolam rescripsisse et res ipsae suadent, et patefit conferentibus hanc responsionem cum epistulis Agricolae autographis, quae sunt in cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." n. 55. 57. 58. 59. 60 etc. Clare etiam res ipsae ostendunt Agricolam ad „difficultates" respondere, quas Canisius proposuerat, quamquam Agricola fortasse recta solum Schweickerum vel hunc ac rectorem universitatis appel-

[a] *Vocabulum obscurius scriptum.*

[1] Scholas parochiales dicit, parochiae Beatae Mariae Virginis et parochiae S. Mauritii. [2] Alumnos collegii georgiani.

[3] Wiguleum Hundt. [4] „Conclusa" illa posita sunt supra p. 10—11.

lavit, qui Canisii „difficultates“ ei miserint. Quod autem ad huius „responsionis“ tempus attinet, vide quae supra p. 11 adnotata sunt.

Haud multo post Albertus V. ad universitatem ea rescripsisse videtur, quae summatim nec die ascripto ponuntur a *Max. Freih. von Freyberg*, Pragmatische Geschichte der bayerischen Gesetzgebung und Staatsverwaltung seit den Zeiten Maximilian I. Bd. III (Leipzig 1838), p. 228—229: Singulis ex novis istis theologis [de Societate] binas cotidie scholas habendas esse; atque oportuisse quidem Socios etiam puerorum scholam habere, praesertim cum scholarum parochialium tam parva esset frequentia; at ne officia divina cantusve sacer detrimentum paterentur, in praesens eam rem omittendam et universitati ad ducem de ea referendum esse.

219.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

P. PETRO CANISIO, praeposito provinciali, et P. THOMAE LENTULO, rectori collegii S. J. ingolstadiensis[1].

Dachovia[2] 20. Augusti 1556.

Ex archetypo, ab Alberto subscripto (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et sig.). Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst.“ f. 16[a]. Eiusdem epistulae commentarium exstat in cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I“ f. „post 55“.

Edidit *Mederer* l. c. IV, 290—291.

Se magistratibus ingolstadiensibus, quae ad collegium illud adiuvandum augendumque utilia fore visa essent, scripsisse et praecepisse. Sociis strenue pro religione laborandum esse.

Albertus Dej gratia Comes Palatinus Rhenj, Vtriusque Bauariae Dux etc.[a]

Reuerendi patres Dilectj fideles. mittimus in presentiarum mandata nostra tam ad Rectorem Camerarium totumque Senatum Academiae nostrae Ingolstadianae, quam praefectum et Consules ipsius oppidj nostrj, quibus vestrj tutelam et defensionem ipsis[b] vniuersis et singulis serio iniungimus, praeterea et alia nonnulla, quae ad promouendum societatis vestrae per nos institutum Collegium facere visa sunt scribimus. Prout ab exemplis literarum his coniunctis intelligetis. Nihil autem dubitamus . quin vocationj ac officio vestro, magnaeque spej nostrae de vobis conceptae sedulo sitis satisfacturj: ac eam operam daturj, vt magna ex parte collapsa et labefactata in his partibus SS.[c] religio nostra tam verbo quam exemplo restituatur: pluresque operarij dignj in messem copiosissimam e schola vestra breuj

[a] *Mederer post* Albertus Dux *verba illa* (Rdis PP. nobis dilectis *et reliqua*) *ponit, quae in archetypo non hoc, sed inscriptionis, quam dicimus, loco comparent.*
[b] istis *Med.* [c] Sacro Sancta *commentarium.*

[1] De Thoma Lentulo, noviomagensi, plura infra dicentur.
[2] Dachau, Bavariae superioris oppidum; in quo Bavariae duces arcem habebant.

mittantur. Ea de causa vobis omnem gratiam et fauorem nostrum pollicemur, nulla in re defuturj qua comodis vestris consulj posse videatur. Datae ex arce nostra Dachouiensj[a], die XX Augustj Anno a Christo nato M.D.LVI. Albertus dux Bauariae. etc.

pro manu propria.

Reuerendis patribus nobis dilectis fidelibus Petro Canisio praeposito, et Thomae Nouiomago Rectorj S. Theologiae Doctoribus societatis Jhesu, in Collegio nostro Theologico Ingolstadij.

Inscriptioni harum litterarum altera manu antiqua adnotatum est: „venerunt 5. Septembris anno 1556".

Litterarum Alberti exempla illa, quae cum hac epistula ad Canisium mitti ipse scribit, nunc exstant in cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 16[b]—20. Cf. supra p. 4. Universitati praeter alia *Albertus* haec praescripsit, litteris Monachio 19. Augusti 1556 datis: Ut ilico rector, unus ex theologiae professoribus antiquioribus, unus ex collegio Societatis, decanus artium, regens collegium novum perscrutarentur et deinde de singulis stipendiatis ad se referrent; ne autem in posterum quisquam in illud reciperetur, priusquam ab iisdem professoribus coram regente examinatus esset (Ex harum * litterarum apographo, saeculo XVIII. scripto. Monachii in archivo provinciae Bavariae superioris, Ingolst. Univer. Fasc. 18. Georgian. betr. n. 3). Eodem tempore vel paulo post dux „serio praescripsit, ut stipendiatis suis ad quos accedere quibusuis alijs liceret qui honesta studia et sectari et consequi uellent, aliquis ex nostris [i. e. Societatis hominibus] praeficeretur repetitionum tantummodo et quarundam lectionum in humanioribus litteris curam habens, duabus horis quotidie". Disputationibus quoque philosophicis, quae singulis hebdomadibus in eo collegio habebantur, aliquis de Societate praesidebat. (* Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 9[b]—10[a].)

220.

CANISIUS

HENRICO SCHWEICKER,

Bavariae ducis secretario.

Ingolstadio 26. Augusti 1556.

Ex autographo (2°; 1½ pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359 I" f. 56. 57.

Apographum saec. XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 20.

Sociorum ingolstadiensium nomine pro litteris ducis gratias agit. De scholis et contionibus a Sociis habendis. Eos vestium, nummorum etc. magna inopia laborare. De contionibus Ratisbonae a se habitis et de P. Wolfgango Sedelio O. S. B.

†

Pax Christi nobiscum aeterna Magnifice domine

Jllustriss. Principis literas desideratas et gratas accepimus[1], tuaeque humanitati et Principali benignitati, ut par est, gratias maximas

[a] arce nostra in Dachaw *Med.*

[1] Cf. supra p. 4—8. 14.

agimus. Expectabimus interim a Mg. Rectore, eiusque gymnasio, vt exequutioni demandent quae Princeps nostra et Reip. iuuandae causa prudenter iniunxit[1]: Admonebimus etiam per literas, si quid difficultatis in illis exequendis uel constituendis (ut fit) suboriatur. Die Jouis proximo[2], si faueat Christus, alter nostrorum Theologorum in Psalterium, sabbato sequente alter in Methodum Theologiae praefabitur[3]. paulo post sequetur Hebraicae linguae professor, qui diebus non ordinarijs ad profitendum doceat[4]. Christus conatus nostros in suam gloriam fortunet. Cum hodie in arce conuenirem Reuerendissimum Eistettensem[5], obtulit is beneuolentiam et authoritatem suam in recipiendis admittendisque nostris ad munus contionatorium in suis circum quaque Ecclesijs: adiunxit tamen gratum sibi fore, si Principis Jllustriss. literis id pro nostris etiam postularetur. Ego recepi me curaturum, breui venturas ad ipsum Principis literas, quae hac de re agerent, ac pro nobis intercederent. Oro igitur etiam atque etiam, vt etsi nobis opus non sit hac Episcopi authoritate, quoniam Pontifex nobis quantum satis est, concesserit[6], tamen quo minus offendamus, gratioresque reddamur offitio istiusmodi submissionis modestiaeque, oro inquam, ut pietas tua nomine nostro et petat, et impetret hanc gratiam ab optimo Moecenate.

D. Camerario difficile sit satisfacere sine nummis, qui nisi mittantur, anxie petere et aegre impetrare pergemus necessaria. Mira-

---

[1] „Jussit quoque" dux „ante Exordium lectionum duos Doctores et Professores Theologiae admitti ad Consilium Vniuersitatis. Philosophum quoque ad facultatem artisticam recipi quidem praecepit ut uidere est in literis, Sed quia tunc non uidebatur e re nostra fore ex Consilio Reuerendi patris Canisij istud praeceptum non quidem neglesimus, sed ad tempus suspendimus": Ita *vetus ille collegii historicus* (* Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 8[b]—9[b]).

[2] 27. Augusti.

[3] P. Ioannes Cuvillonius „praefationem in psalterium . . . publica oratione 28. Augusti instituit et celeberrimo auditorio, quo et Doctor Hermannus [Thyraeus] suam in Magistrum sententiarum, eiusdem Mensis ultimo habuit": Ita *idem historicus* (* L. c. f. 9[b]).

[4] „Magistro Theodoro Peltano" (de quo plura infra) „permissum erat legere graeca et hebraea extraordinarie ne quid inde detrimenti lectores ordinarij sustinerent": *Idem* (* L. c.).

[5] Nescio, utrum Canisius Everardum de Hürnheim, episcopum eystettensem, in ducali arce Georgii „divitis", quae Ingolstadii exstat, an in antiqua illa „arce S. Willibaldi", prope Eystadium sita, in qua episcopi eystettenses sedem habebant, convenerit.

[6] Paulus III. facultatem sermonum sacrorum „in quibusvis ecclesiis et locis" habendorum litteris apostolicis Roma 3. Iunii 1545 datis Sociis tribuerat, licentiae ab episcopis vel aliis petendae nulla facta mentione (*Litterae* apostolicae . . . Societatis Iesu [Antverpiae 1635] p. 25). Ac concilium quidem tridentinum 17. Iunii 1546 constituerat, ut religiosis benedictione episcopi, ut in suis ecclesiis contionari possent, licentia eiusdem, ut in aliis id possent praestare, opus esset (sessio V, cap. 2 de ref.); sed haec constitutio (sicut etiam reliquae) non statim, sed annis 1563 et 1564 a summo pontifice confirmata et promulgari coepta est.

retur humanitas tua si adesset, quam misere nobiscum agatur, quam parum aedificetur. Ne uestes quidem impetrare hactenus possunt noui professores, ut saltem in publicum prodeant[1]. Ego non fallam aut Principis, aut Patroni[2] conceptam de me expectationem: sumptuose nihil parabitur, bibliotheca relinquetur hoc tempore: tantum ne desint uestes, lecti et id genus ad uictum quotidianum nouis praesertim et tam multis hospitibus necessaria. Nec dubito, quin a uobis[a] curabitur vt priusquam ducenti illi ad primam angariam numerentur, contracta iam debita exoluantur[3]. Alioquin eam pecuniae summam minime nostris ad uictum suffecturam asseuerat D. Camerarius. Qui nisi quotidianam hanc inopiam releuet (queritur enim sibi deesse quod numeret) sequar Mag. Rectoris consilium, et mutuo sumam unde sustentemur.

Ait Camerarius consultum uideri sibi, vt impetretur ab Jllustrissimo Duce pars aliqua lignorum, quae in horto Franciscanorum aceruatim asseruantur. Tuae prudentiae fuerit, hoc negotium ut sumptus etiam minuantur, nostra causa promouere.

Cum essem Ratisbonae, plurimum expetiuerunt operam meam ad contionandum in Cathedrali Ecclesia, delectati, ut uideo, duabus contionibus illic a me habitis[4]. Ego non facile dimoueor ab hoc loco absque authoritate. Dominus Jesus ad gloriam suam quicquid et sumus et possumus, vnice conuertat. Jpsi honor, nobis confusio.

In mittendis literis diligentiam tuam amplector, et rogo, vt hae quoque tua cura, quo decet, transmittantur. Scribam ad Mag. Dominum Patronum, cum eum reualuisse audiam. Reuerenter salutari illum cupio, simul et uxorem chariss. tuam: quae nostro etiam, aut Jesu potius nomine opprobrium laeta perfert. Ad R. P. Setelium[5] scribere per otium uelim. salutari et illum opto meis uerbis amanter, si adsit Monachij. Si quid habet humanitas tua Austriacis de rebus, scire aueo. Vtinam diuinam uoluntatem et intelligamus, et impleamus in hoc s e c u l o n e q u a m[6], quando nulla usquam solida pax, aut fides bene secura est. Dominus Jesus gratia sua intellectum affectumque nostrum confirmet ad bene beateque uiuendum. Jngolstadij 26 Augusti 1556.

Seruus in Christo Canisius.

† Magnifico et nobili uiro, D. Henrico Schweickero, Bauariensis Principis Secretario, et Patrono Monachij.

[a] *Haec duo verba supra versum scripta sunt.*

[1] „Vestes Superiores" Sociis deerant (* Cod. „Antiqu. Ing." f. 8[b]).

[2] Wigulei Hundt. [3] Cf. supra p. 10.

[4] Canisius ibi 15. et 16. Augusti 1556 in summo templo contionatus erat. Plura vide infra, p. 20—21.

[5] P. Wolfgangum Seidl sive Sedelium, ordinis S. Benedicti, contionatorem monacensem; de quo plura postea dicentur.

[6] Gal. 1, 4.

221.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 29. Augusti 1556.

Ex apographo huius litterarum (italice, ut videntur, scriptarum) partis saeculo XVI. exeunte vel XVII. ineunte scripto, et sic inscripto: „1556. 29. Aug. P. Canisio.“ Cod. monac. „Resp.“ f. 35.

De monasteriis Dominicanorum pragensi et Carmelitarum vindobonensi Societati attribuendis.

— — De negotio Monasterii S. Clementis Pragae, et Carmelitarum Viennae [1], parum hic informationis reperio: nam Cardinalis Moronus ait id tractasse Reuerendissimum Augustanum, et Agens Cardinalis Augustani [2] nihil certi nob. dicere potest. Fortasse Cardinalis ipse melius dicet . et si S. Sanctitas dixisset viuae vocis oraculo quod consentiret, videtur Reuerendissimis Cardinalibus cum quib. egi, id satis fore, etiam non confecto alio Breui aut Bulla. — —

222.

IOANNES ALBERTUS WIDMANSTADIUS,

Ferdinandi I. Romanorum regis consiliarius [3],

CANISIO.

Ratisbona 31. Augusti 1556.

Ex autographo (2°; p. 1; in p. 4. inscr.). Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst.“ f. 44 et sq. non sign.

Particulam germanice versam edidit *Riess* l. c. p. 184; qui haud recte asserit die 23. Augusti hanc epistulam datam esse.

---

[1] Ferdinandus I. atque ipsi etiam Germaniae Superioris Socii litteras apostolicas („Breve“ vel „Bullam“) impetrare studebant, quibus summus pontifex (id quod iam antea „vivae vocis oraculo“ fecisse videtur) facultatem concederet monasterii clementini collegio pragensi (Dominicanis in desertum monasterium B. Agnetis translatis) et deserti monasterii Beatae Mariae Virginis, ordinis Carmelitarum, collegio vindobonensi attribuendorum. Vide *Canisii* Epistulas I, 650—651. 765.

[2] Nescio, utrum Antonius Lorenzino significetur, quem Canisius in litteris 1. Iulii 1559 ad Lainium datis Ottonis cardinalis procuratorem („fattore“) dicit an (id quod mihi magis probatur) Hieronymus Buslidius, qui tunc et Alberti V. et Ottonis „sollicitator“ fuisse videtur. Cf. *Canisii* Epistulas I, 720. *Ant. Steichele*, Archiv für Geschichte des Bisthums Augsburg II (Augsburg 1859), 152.

[3] Widmanstetter (Widmanstadt; de quo in *Canisii* Epistulis I, 450³ etc.) anno 1556 muneribus cancellarii „regiminis“ Austriae inferioris et „superintendentis“ universitatis vindobonensis se abdicavit atque, Lucretia de Leonsperg uxore sua eodem anno mortua, Ratisbonam profectus est, ubi sacerdos et canonicus factus est (*Jos. von Aschbach*, Geschichte der Wiener Universität III [Wien 1888], 302. *Ant. Schlossar* in „Archiv für Geschichte des deutschen Buchhandels“ IV [Leipzig 1879], 78).

De scholis theologicis Ingolstadii a Sociis fauste incohatis. Se de novo vitae genere deligendo serio deliberare. Canisium rogat, ut iterum Ratisbonam veniat religionis iuvandae gratia.

S. † .D.

Litteras tuas Ingolstadij ad me datas, XIX. Augusti accepi, et quod incolumis ad fratres tuos veneris, iucundissimum nobis omnib. fuit [1]. Quod autem auriga meus quam ipsi dederam pecuniam in curules tantum suosque sumptus expenderit, teque passus sit tuo puerique tui nomine impensas facere, id quidem ingratum mihi fuit. De Pragensis collegij instituto Scriptum accepi [2], et audio tuos isthic [3] nudiustertius auspicatos esse caelestium studiorum tractationem maximo bonorum omnium fauore, laetitia, applausu, ac non sine aduersariorum admiratione. De filiabus meis [4] statuam, vti candide mones, certius aliquid, postquam de vitae meae instituto suscipiendo deliberatum fuerit. versor autem hoc tempore in ea deliberatione non impigre, adhibeoque in consilium, imo in auxilium inuoco Diuinum numen, vt in hac mentis anxietate et perplexitate me ad iter illud ingrediendum impellat, quod animae meae saluti proximum, et ad laudem et gloriam ipsius accommodatissimum fuerit. Vos porro etiam rogo, vt communib. vestris precib. ad Deum me adiuuetis. Collegium Canonicorum Ecclesiae huius pontificalis scribit ad te, vt quamprimum ad nos venias [5], atque apud me diuertas: nolim hanc occasionem abs te negligi. Nam praeter fructus concionatorios, multa cum Reuerendissimo Episcopo [6] alijsque conferemus, quae commodum ingens afferre huic Ecclesiae afflictaeque ciuitati possunt. Vale in Christo, et cura, vt teipsum nobis vno atque altero die restituas. Ratisbonae vltima Augusti MDLVI. D. Jonae nostri vxorem optimam e viuis excessisse [7], Zasius [8] mihi affirmat, tu consolare litteris tuis afflictum fratrem.

Tuus

Joh. alb. Widmanstadius Jurisc.
et Consiliarius Regius.

---

[1] Cf. supra p. 3. [2] Cf. *Canisii* Epistulas I, 608—642. 766—773.

[3] Ingolstadii; v. supra p. 16.

[4] Maria Iacobina, Virginea Cassandra, Hilaria Iustina (*G. E. Waldau*, Johann Albrecht von Widmanstadt [Gotha 1796] p. 53).

[5] Hae litterae proxime ponentur.

[6] Georgio de Pappenheim.

[7] Doctoris Iacobi Ionae, Ferdinandi I. „cancellarii aulici" (consilii aulici vicecancellarii), Societati amicissimi (de quo cf. *Canisii* Epistulas I, 503[4]. 620—622 etc.), uxorem „Annam" 24. Augusti 1556 obiisse asseritur in libello „De Societatis Iesu initiis" Ingolstadii eodem anno edito (f. A II[a]), de quo infra, in Canisii epistula 2. Novembris 1556 Lainio missa.

[8] Ioannes Udalricus Zasius, Udalrici Zasii, iuris consulti valde laudati et professoris friburgensis, filius ac Ferdinandi I. consiliarius, tunc Ratisbonae in imperii comitiis legatum Austriae agebat (*Franc. Dom. Häberlin,* Neueste Deutsche Reichs-Geschichte III [Halle 1770], 147).

Reuerendo et doctissimo viro, Domino Petro Canisio, Theologo, et Societatis Jesu Christi Priori in Germania Generali, Domino et fratri obseruando Ingolstadij.

223.

IOANNES CHRISTOPHORUS A PARSBERG,

decanus, et totum capitulum cathedralis ecclesiae ratisbonensis

CANISIO.

Ratisbona 1. Septembris 1556.

Ex archetypo (2°; pp. $1^1/_3$; in p. 4. inscr. et particulae sigilli); nomina eadem manu subscripta sunt, qua tota epistula scripta est; in paginae quartae parte inferiore Canisius aliqua cursim sibi notavit. Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 45 et sq. non sign.

Particulam posuit *Riess* l. c. p. 184[1].

Rogant Canisium, qui contionibus Ratisbonae habitis ipsis etiam Lutheranis sui admirationem iniecerit, ut eo redeat, Beatae Mariae Virginis honorem contionibus restituturus.

Salutem, et sempiterni numinis protectionem, Venerabilis Domine, amiceque charissime, Cum superioribus diebus, nimirum in festo beatae Mariae Virginis, et consequenti dominica, duas in Cathedrali ecclesia, habuisses ad populum, contiones [1], ad quas ingens hominum multitudo, vndique confluxerat. tanto illae quidem cum applausu, ab omnibus exceptae fuerunt, ut non solum Orthodoxae fidei professos, verum etiam ipsos adeo aduersarios, quodammodo in summam tui admirationem rapueris. His quidem sacris declamationibus adducti, continuo oratam habuimus praestantiam tuam, quo ad Natalem Virginis Matris [2], ad nos redires. Illamque dignissimis Encomijs, coelebrares, pristinoque loco, unde eam Lutherani deiecerunt, restitueres [3]. Hic quidem

---

[1] In liberam imperii urbem ratisbonensem (Regensburg) anno 1542, episcopo obsistere frustra conato, ipsi urbis magistratus protestantismum publice induxerant. Imperii comitiis medio mense Iulio ab Alberto, Bavariae duce, Ferdinandi regis nomine Ratisbonae apertis, Canisius, eodem accitus, diebus 15. et 16. Augusti in summo templo, cuius contionator paulo ante defunctus erat, e sacro suggestu dixerat (*Sacchinus*, Can. p. 114—115. *Riess* l. c. p. 182—184. *Hugo Graf von Walderdorff*, Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart [4. Aufl., Regensburg 1896] p. 38—39). [2] 8. Septembris.

[3] Ratisbonenses praeter imaginem Beatae Mariae Virginis a Benedicto VIII. papa Sancto Henrico imperatori donatam, quam e vetere memoria in ecclesia collegiali „Veteris Capellae" venerabantur, saeculo XVI. imaginem „pulchrae Mariae" („Schöne Maria") summopere colere coeperant. Quae cum a. 1540 in ecclesiam huius cultus augendi gratia aedificatam et catholico more consecratam illata esset, ea ecclesia anno 1542 protestantibus tradita est. Paulo post etiam statua quaedam saxea B. M. V., prope „pulchram Mariam" in columna posita, ablata est (*Leonh. Widman* [† 1557], Chronik von Regensburg, in „Die Chroniken der deutschen Städte vom 14. bis ins 16. Jahrhundert" XV [Leipzig 1878], 163. 197. 211. *Cöle-*

certe, tua pietas suo officio deesse minime voluit, quinimo ex templo acquiescere nostris precibus visa est [1]. Proinde, dedimus isti nuntio nostro, in mandatis, ut conducto nostris sumptibus, idoneo nauigio, ad Diem Veneris proxime venturam [2], vel ad summum sabbato exinde sequenti, tuam excellentiam Ratisponam adducat, qua possit Dominica proxima, quasi [?] [a] praeambula coelebritati Virginis Mariae, contionem suam auspicari.

Dici non potest quanto cum desiderio aduentus tuus ab omnibus catholicis expectetur. Bene valeas vir omnium coeleberrime. Ratisponae calen: Septemb: Anno etc. LVj[to].

Joannes Christophorus a Parsperg. Decanus.
Johannes De Parsperg subcustos, et Senior.
totumque capitulum cathedralis ecclesiae Ratisponensis.

Eximiae eruditionis viro Domino Petro Canisio sacrae Theologiae Doctori, ac societatis Jesu Christi per Germaniam priori generali Domino et amico nostro dilectissimo Ingolstadij.

224.

WILLIBALDUS FRANCKHMAN,

vicarius generalis et canonicus eystettensis [3],

CANISIO.

Eystadio 3. Septembris 1556.

Ex autographo (2°; p. 1; in p. 2. inscr. et sig.). Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst.“ f. 46.

Librum a se conscriptum mittit, petens, ut a Sociis recognoscatur.

†

Salutem in Christo Jesu. Reuerende domine Canisi, mitto hic libellum Parrochialem, sub censuram vestram consultissimam. simulque liberrimam. nam aliud nihil hic quero quam gloriam dei, et animarum precioso Christi sanguine redemptarum salutem. nec erit necessarium, quod istius [?] [b] facultatis Theologicae iudicio submittatur, sufficit enim

---

[a] *Vocabulum obscure scriptum.* [b] *Vocabulum obscure sriptum.*

---

stinus [Vogl] O. S. B., Ratisbona monastica, Erster Theil, oder Mausoleum S. Emmerami [4. Aufl., Regensburg 1752] p. 452. *Walderdorff* l. c. p. 432—437. 441).

[1] Cf. supra p. 17. [2] 4. Septembris.

[3] Willibaldus Franckhman vel Frankemann, iuris utriusque doctor, Eystadii praepositus „novi collegii B. M. V.“ et „canonicus chori S. Willibaldi“ fuit et per 16 annos vicarii generalis munus administravit; vita cessit 16. Decembris 1556. Ita eius epitaphium, quod in ecclesia collegii B. M. V., iam destructa, exstabat (ex eius epitaphii *apographo, quod est Eystadii in archivo curiae episcopalis). Eius vitam enarravit *Andr. Strauss*, Viri scriptis insignes, quos Eichstadium vel genuit, vel aluit (Eichstadii 1799) p. 117—120.

nobis vestrum solius Juditium scilicet, Reuerentie Vestrae. atque eiusdem sotietatis aut Collegarum. Poteritis igitur libere in hoc libello iuxta beneplacitum vestrum. quae placuerint, et quae displicuerint. reformare. expungere. in toto vel in parte. et postea nobis remittere. expectaturi mercedem pro isto labore in aeterna Patria. Interim ego meme ad beneplacitum vestrum totum commendo. ac obsequia mea semper promptissima offero. Datae Eistet Anno MDLVj° die mensis Septembris IIj°.

Wilibaldus Franckhman D.
Vicarius Eistettensis generalis.

Reuerendo Domino Petro Canisio Sacrae Theologiae Doctori eximio simulque viro pietate ac religione plane consummato, Ingolstadij. in aula veteris Collegij.

Franckhman morte, quam hoc ipso anno (vide supra p. 21[3]) obiit, impeditus esse videtur, quominus scriptum cum hac epistula ad Canisium missum prelo subiceret. *Ioseph Georgius Suttner*, dioecesis eystettensis bibliographus, hunc librum non vidit (Bibliotheca Eystettensis Dioecesana [Eichstätt 1866] p. 9, n. 119).

225.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 13. Septembris 1556.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto et postea collato cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ n. 7, p. 331 posito.

Partem italice versam vulgavit *Gius. Boero* S. J., Vita del Beato Pietro Canisio (Roma 1864) p. 146—147, et ex eo aliqua germanice verterunt *Riess* l. c. p. 189[1] et *Paul Drews*, Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit (Halle 1892) p. 81—82. Partem etiam posuit *J. B. Mehler*, Der selige Petrus Canisius (Regensburg 1897) p. 67—69. Epistula iam usus erat *Sacchinus*, Can. p. 114—115.

De S. Ignatii pretiosa morte magnisque virtutibus. Ratisbonae se fauste contionatum esse, a protestantibus ignominiis affici, a catholicis expeti ad contiones tota hieme habendas. De collegiis Societatis in Germania condendis, comitiis imperii, Sociis quibusdam Passaviam a se convocatis, conventu generali Societatis Romae habendo.

Pax Christi nobiscum. Reuerende Pater Vicari.

Tarde quidem ac nimium etiam mature accepimus, quae Reuerenda P. T. de uita dicam an de morte beati uiri et Patris Ignatii ad nos scripta transmisit [1]. Concussit certe hoc nuntium plurimorum animos, et magno moerore grauavit, quia talem tantumque patrem, a quo primitias spiritus [2] in Christo accepissent, coram videre diutius

[1] Vide supra p. 1—2. Litterae Roma 14. Augusti 1556 datae, quibus Socii romani Albertum V. ducem de Ignatii morte certiorem reddebant, exstant in „Cartas de *San Ignacio*“ VI, 532—534. [2] Rom. 8, 23.

uoluissent. Verum ego gratulandum illi in patriam reduci, uereque felici sentio: ita uixit ut male mori non potuerit[1]: sic decessit, ut vivendi cum illo nunc potius quam sic quotidie moriendi[2] desiderium reliquerit nobis. Si potuit in terris suos regere et conseruare, et propagare et ornare, ut certe mirum in modum in Christo potuit, non est nunc desperandum, quin apud coelites idem nos ac nostra curabit, eoque felicius, quo charitate ardentiore, pluribusque donis et fructibus spiritus[3] in illa immortalitate redundat. Utinam talis patris dignus ego filius inter caeteros dici queam, aut utinam vel umbram illius perfecti spiritus ipso etiam intercedente consequar in christo domino nostro.

Scripsi in urbem postremo[4], Ratisbonae magnum ostium apertum esse mihi[5], eoque deinde reuocatus a Clero redii, ut in concionandi munere operam meam darem Christo adspirante. Catholicos hic meus conatus (Christo soli gloria) non parum confirmat et recreat: haereticos autem, quorum illic plena sunt omnia, mihi infensissimos facit. Hinc tot probra, contumeliae, et crimina, quae apud vulgus affingere mihi non cessant: sed authoritate Statuum Imperii, qui ad Comitia illic conuenerunt, deterrentur, quominus aperte saeuiant, et me quoque ad ignominiam[a] extrudant, sicut beatae mem. R. p. Claudii fecerunt[6]. Catholici autem rogant nunc per literas Regem Rom. et Bavariae Ducem, ut in hisce Comitiis curent me aduersus istas pestes gladio spiritus, quod est verbum Dei[7], decertare, ac proinde totam illic hyemem exigere. Commoti enim multorum animi, ut aperte[b] audias, rem lutheranam hic in fumum abituram, si novus concionator ita pergat. Interea haeresiarchae, qui hic adsunt[8], fremunt et frendent, nihil intentatum ut arbitror, relicturi, ut authoritatem tum personae, tum verbis et rebus nostris detrahant pro suo quidem more, qui est conuitiis et maledictis vincere, cum causam malam bene tueri non possunt. Nec ego quidem ab hoc concionandi labore abhorrerem, illis vel maxime inuitis, cum etiam tanto magis Regii et Catholici consiliarii nobis hic faveant et applaudant, adeoque magna spes concipi possit de Episcopis quibusdam Germanis fore, ut ad col-

[a] ad ignominia *apogr.* [b] apte *apogr.*

[1] Canisius per complures menses (annis 1547 et 1548) Romae Ignatii contubernalis et discipulus fuerat. Vide *Canisii* Epistulas I, 42. 47. 252—269.

[2] 1 Cor. 15, 31. [3] Gal. 5, 22.

[4] Hae litterae periisse videntur. [5] 1 Cor. 16, 9.

[6] P. Claudius Iaius (Le Jay) S. J. a. 1542 et 1543 Ratisbonae frustra laboraverat, ut eam civitatem a Lutheranismo retraheret (*Nic. Orlandinus*, Historiae Societatis Iesu prima pars [Romae 1615] l. 4, n. 21—25. *Gius. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Claudio Iaio [Firenze 1878] p. 43—49).

[7] Eph. 6, 17.

[8] Inter hos eminebat Nicolaus Hahn, vulgo Gallus, Lutheri discipulus, qui ab a. 1553 ad 1570 Ratisbonae Lutheranorum „superintendentem" agebat.

legia constituenda sese nobis accommodent, intellecta rei utilitate, quod coram sit facilius quam scriptis explicare [1]. Nec video admodum, quid hoc tempore in Germania possit ad publicam utilitatem maius habere momentum, praesertim cum de statu Religionis sit tractandum, et nemo interim ex catholicis adsit Theologus, aut qui authoritate aliqua polleat. Itaque consilium Reuerendi p. Lanoy [2] fuit ut Ratisbonae in hac functione concionatoria pergerem: idem haud dubie volent Rex et Princeps Bavarus, quorum ego ea de re literas breui venturas puto: idem efflagitant clerus Ratisbonensis, qui nullum habet concionatorem, nec habere potest pro hoc tempore satis commodum, et Episcopus [3] et Doctor Lucretius [4], et Catholici reliqui. Frigent interim Comitia, nec serius progressus fore putatur nisi Rege accedente, quem post mensem unum aut alterum expectant [5]: ideoque legati tantum adsunt, non principes. Reuerendissimus Cardinalis Augustanus, etsi potestatem Romae acceperit me ad comitia ista euocandi, tamen nunquam ad me scripsit, nihil postulauit, neque postulaturus est ut arbitror, cum mihi non videatur Pontificis nomine ad Comitia venturus. Itaque hac in parte video me non admodum urgeri, ut primum tamen fore uerebar, cum iussus essem, ad illius nutum parere.

Haec omnia dixerim, ut statu rerum explicato rectius intelligatur, quid de mea ad generalem in Italia conuentum profectione constituendum sit [6]. Ego quod obedientiae debeo, in primis persoluendum Deo ac uobis fateor, ac mea etiam sponte inclinor ad eam profectionem, quae tot Reuerendos Patres mihi notos, res autem Societatis confirmatiores reddere possit. Non quod in me sit quicquam iudicii, quod reliquis conferre in re tanta et electione sancta possit: sed quod omnem obseruantiae voluntatem etiam incommodissimo tempore declarare semper cupiam. Unde nostros ad 4.^{m} Octobris diem conuocaui Patavii, quae Germaniae ciuitas non procul est a Ratisbona [7], ubi Deo duce sicut admonuistis, inter nos de mittendis isthuc fratribus agemus. Aderit igitur P. Ursmarus ex Boemia [8], P. Lanoyus ex Austria,

---

[1] Aderant iam aut postea advenerunt Ratisbonam: Otto Truchsess de Waldburg, cardinalis et episcopus augustanus, Michaël a Küenburg, archiepiscopus salisburgensis, episcopi: Georgius Fuchs de Ruegheim bambergensis, Melchior Zobel herbipolensis, Everardus de Hürnheim eystettensis, Michaël Helding merseburgensis (*Häberlin* l. c. III, 137).

[2] P. Nicolai Lanoii, rectoris collegii vindobonensis.

[3] Georgius de Pappenheim.

[4] Ioannes Albertus Widmanstadius „Lucretium" se vocabat propter Lucretiam de Leonsperg uxorem suam. Cleri ratisbonensis et Lucretii epistulas v. supra p. 18—21.

[5] Is propter Transsylvaniae defectionem et Turcarum pericula in Austria remanserat. [6] Vide supra p. 1—2.

[7] Patavium, Batava, Passavia, nunc Passau, urbs episcopalis ad Danuvium sita et nunc ad Bavariae regnum pertinens.

[8] P. Ursmarus Goissonius, collegii pragensis rector.

P. Couillonius ex Bavaria, plures enim non expediebat ex medio lectionum suarum cursu nunc euocare, ut mihi quidem visum est. Soluto conuentu, quem Christus prosperet, ad iter nos accingemus statim, et spero fore, ut Regis et Catholicorum favor retineatur, si me ob hanc parendi necessitatem profectum sentiant. Fratrum certe consiliis nihil refragabor, authoritati autem tuae permittam omnia. De fratrum Ingolstadiensium statu multa sunt quae dicerem, nisi aliud expectarem commodius tempus non de iis solum, sed de caeteris etiam Germaniae collegiis coram agendi, si Christus favebit. Responsum iamdiu nullum accepi literarum, quas in[a] Boemia, et deinde ex Bavaria misi. Dominus IESVS fortunet electionem, ut omnes sedulo precantur, et non relinquat nos orphanos[1]. Commendo in primis R. P. T. precibus miserrimum Germaniae statum, deinde fratres hic omnes, postremo me ipsum, qui certe multorum intercessione nunc egeo.

Ingolstadii 13 Septembris 1556

Servus in Christo et Filius
Petrus Canisius.

Reuerendo in Christo patri M. Jacobo Laynes Vicario generali Societatis Jesu patri suo obseruandissimo Romae.

Epistulae manu antiqua adnotatum est eam Romae 6. Octobris 1556 receptam esse.

226.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Patavio 2. Novembris 1556.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto et postea collato cum autographo in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ n. 8, p. 46 posito.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 116—117, et *Gius. Boero* S. J., Vita del Beato Pietro Canisio (Roma 1864) p. 148—149, qui etiam particulam eius italice versam posuit.

Se et Lanoium, congregationem generalem dilatam nescientes, iter romanum ingressos esse. E Ferdinandi regis voluntate se comitiis ratisbonensibus interfuturum. De Societatis constitutionibus examinandis. Socios quosdam rectoribus incommodare. De officiis „collateralis“ et „superintendentis“. Facultatem haereticorum librorum legendorum professoribus quibusdam necessariam esse. Se Argentoratum evocari. Friburgi Brisgoviae collegium instituendum esse. Vindobonae studia litteraria frigere. Libellum mittit a Ioanne Alberto Widmanstadio de S. Ignatio et Societatis instituto conscriptum.

---

[a] *Sic quidem Canisius ipse scripsisse videtur; sed corrigendum esse videtur:* ex.

---

[1] Io 14, 18.

Pax Christi nobiscum. Reverende Pater.

Quoniam de mutata sententia R. P. T. quod ad celebrandum Societatis nostrae conventum generalem spectat[1], nihil in Germania perceperamus, visum fuit P. Lanoyo et mihi (reliquis enim ex hac provincia non licuit abesse) iter in Italiam, uti iussi fueramus, Christo IESV fidissimo duce, ingredi[2], et primum huc deflectere. Quare pridie Calen. Nouemb. Patavium accessimus[3], statimque re cognita Deo gratias diximus, qui nobis author fuisset praestandae huius ex parte obedientiae, quam nunc R. P. T. in Christo debemus. Nec multo post reuerti statuimus, semper parituri, ut primum ad conuentum iam dictum revocabimur. Hoc unum addam, Regiam Maiestatem aegre nos ex Germania dimisisse, et in ipso discessu jussisse mihi, ut non longius quam mensibus duobus abessem, et intra hos menses Ratisbonae adessem, sic enim ob tractandam Religionis causam in Comitiis opus fore[4]. Qua in re video Regi non esse repugnandum, etsi ab ea Religionis tractatione, quae cum summis erit adversariis, ego valde abhorream, nec ignorem infoeliciter hactenus omnia consilia cessisse, quae principes isti tanta de re instituunt. Sunt et alia quae maiorem in modum offendunt et me et catholicos uiros, ita ut Germaniae nunc, si antea unquam, metuere maxime cogamur. Sed adero tamen ita iussus, si non ut aedificem ipse, saltem ut minus destruant alii, et aliqua saltem ex parte succurram collabenti prorsus hic Religioni: cujus causam certe bellum istud italicum multo deteriorem facit. Ex Comitiis porro scribam, quae ad me, fratresque vicinos Ingolstadiensis Collegii pertinere videbuntur.

---

[1] Is propter eius temporis perturbationem — bellum enim inter Paulum IV. et Philippum II. exortum erat — in ver anni proximi dilatus erat (*Sacchinus*, Historia S. J. II, l. 1, n. 44).

[2] Canisius ad diem 4. Octobris patres Nicolaum Lanoium et Ursmarum Goissonium, collegiorum vindobonensis et pragensis rectores, ac P. Ioannem Cuvillonium, „professum quattuor votorum“ ingolstadiensem, Passaviam evocaverat (cf. supra p. 24); atque hic, ut merito ait *Sacchinus* (Can. p. 116), potest dici „Germaniae Prouinciae primus conuentus habitus extra Societatis domicilia, atque ex aequo, bonoque magis, quam ex certa formula institutus“, quamquam inter congregationes provinciales germanicae provinciae non numeratur.

[3] Canisium nomine „Patavium“, quo in epistula superiore Passaviam (Passau) designaverat, hic urbem italicam „Padova“ designasse et omnis rerum, quae hic narrantur, series demonstrat et epistula Canisii Ingolstadio 1. Decembris 1556 ad Lainium data ostendit; in qua scribit se et Lanoium, Patavio redeuntes, „recta“ Oenipontem pervenisse, indeque se Augustam, Lanoium Vindobonam profectos esse. Idem olim *Sacchinus* cognovit (Can. p. 116). Corrigendus est igitur *Boero*, qui scribit Canisium 2. Novembris Passaviae fuisse (Can. p. 148—149). Patavii in Italia collegium Societatis exstabat.

[4] Canisius cum Ferdinando I. coram locutus esse videtur; sed ubi hic mense Octobri a. 1556 degerit, mihi quidem non constat, neque indicatur a *Chr. Frid. Stälin* in „Aufenthaltsorte K. Ferdinands I. 1521—1564“ (Forschungen zur deutschen Geschichte I [Göttingen 1862], 393).

Cum autem iussi fuerimus a R. P. T. si quae nobis et aliis notatu digna circa Bullas Societatis occurrerent, ut ea in scripta redigeremus, videat quaeso R. P. T. quanto consultius fortasse futurum sit, si R. P. Symon [1] et alii ex primis ac exercitatissimis patribus hac hyeme uelut inter se partirentur hoc onus relegendi, iudicandi et examinandi plaeraque scripta, de quibus praecipue post deliberandum et concludendum erit [2].

Habebam multa, quae coram explicare tum de communi Germaniae statu, tum de Collegiis nostris, et certis eorum personis desiderabam. Sed in conventum illum, quem expectamus, multa reijcienda sunt ni fallor, et interea Rectores Collegiorum, ut bene ac sedulo praesint, saepe commonefaciendi. Nam ego quid praestem hic miser et indignus cum nomine tum offitio isto, ut censear provintialis, nescio, qui nec leges unquam de offitii hujus ratione percepi [3], et eiusmodi morbos in hisce collegiorum primordiis sentio, qui peritiorum medicorum, ut P. Lanoy, aut P. Schorichii [4], arte et industria curari rectius possint.

In utroque collegio, Ingolstadiensi et Pragensi non parum negotii exhibent duo non infimi professores. P. Couillon et P. Tilia [5]. Ille

---

[1] Simon Rodericius (Rodriguez), unus ex decem primis S. Ignatii sociis.

[2] Paulus III. et Iulius III. 27. Septembris 1540 et 21. Iulii 1550 duas „formulas“: unam breviorem, alteram enucleatiorem, approbaverant, quibus Societatis „institutum“ explicabatur, ac praeterea varias facultates Sociis per complures litteras apostolicas tribuerant. Quae omnia Lainius, ut videtur, conferri volebat cum ipsis Societatis „constitutionibus“ a S. Ignatio ex pontificum auctoritate conscriptis; quas hic inde ab anno 1552 per omnes Societatis domus evulgandas, declarandas, in usum inducendas curaverat; sed tum demum ratas haberi voluerat, cum eas Societas per experientiam melius cognovisset ac communi suffragio approbasset; id quod postea in prima congregatione generali, anno 1558 habita, factum est (*Sacchinus*, Historia S. J. II, l. 1, n. 24; l. 2, n. 49. *Constitutiones* latinae et hispanicae p. VII—VIII).

[3] Multis quidem Constitutionum locis Ignatius, quae a praepositis provincialibus praestanda essent, definiverat; Canisius autem „regulas Provincialis“ significat, quae postea, variis formis conceptae, partim librariorum manibus, partim typis descriptae sunt.

[4] P. Petri Schorichii, de quo in *Canisii* Epistulis I, 277[7]. 505. 550 etc.

[5] Hic * litteris, quas Florentia 28. Augusti 1557 ad Lainium dedit, subscripsit: „Joanne Tilano“. A P. Leonardo Kessel S. J. (*Litterae* quadrimestres II [Matriti 1895], 683) et in „Ordine lectionum“ collegii pragensis a. 1556 vulgato (*Pachtler*, Ratio Studiorum I, 151) et a P. *Georgio Varo*, collegii pragensis historico († 1582; cf. *Canisii* Epistulas I, 618[7]), „Ioannes Tilanus“ [ex Thiel, Geldriae oppido, ortus?], a *S. Ignatio* (Cartas VI, 453. 460. 463) „Joannes de Tilia“, „Tiliano“, a P. *Oliverio Manareo* S. J. (in * Litteris autographis Laureto 1. Decembris 1557 datis) „Tilia“ [Linden, van der Linden?] vocatur. Cf. etiam *Canisii* Epistulas I, 619[6]. 771 (p. 771[5] corrige „Joannes“ ex „Jacobus“). Doctus ille vir ineunte a. 1556 a S. Ignatio in collegium pragense ad theologiam scholasticam tradendam (Cartas de *San Ignacio* VI, 463) cum primis Sociis missus est. Quam tamen theologiam illi loco et tempore „minime convenire“ videri Canisius 17. Maii 1556 ad Ignatium rettulit (*Canisii* Epistulae I, 620). Ubi igitur Tilanus „a Rectore Ursmaro“ — P. *Ioannis Schmidl* S. J., provinciae bohemicae Societatis Iesu historici, verba pono — „pro Theologia, ad quam anhelabat, Philo-

nuper commouit non parum academiam totam nescio qua satirica dicacitate, sicut ipsius literae ad me missae, deinde aliorum quoque testantur. Sed hoc leuius et condonandum[a] puto: ictus piscator sapiet[1]. Hoc peius est quod sicut antea ut audio, nunc iterum anxie curet de mutando loco, habetque paratas in hoc querimonias de ualetudine[b], quales opinor nunquam deesse sic intus affectis male. Tum aduersus Rectorem multa profundit quae r a d i c e m a m a r i t u d i n i s[2] et rancoris nimium luculenter ostendunt. Qua de re iudicari facile potest, si quis eius literas hic adiunctas, et a me studiose interceptas[3] legat. In Pragensi collegio intollerabilem se fere praestat P. Tilia qui sub hoc praetextu, quod ualetudinarius sit, nihil non indulget sibi, et querendi finem non facit, aliosque exemplo suo ad Rectorem contemnendum pellicere posset. Qua de re scripsit puto non semel P. Ursmarus Rector Pragensis. Non abs re fore arbitror, si R. P. T. scribendum curet Patri Couillon, ut ob professorum penuriam, qua nunc laboramus, expectet commoditatem aliquam substituendi alterius loco suo ac interea pro ratione illius noui collegii quod ipsius lectiones potissimum illustrant, leniter et modeste docendo pergat etc., aut aliud quidem simile ad illum in officio confirmandum illicque retinendum scribatur quaeso[4]. Praecipue autem[c] ad Pragense et Ingolstadiense collegium in utroque homine[5] promouendum illud conferet quantum intelligo, si rectores illi non ita ligatas habeant manus, ut nihil in collaterales[6]

---

[a] condonadum *apogr.* [b] ualetidine *apogr.* [c] aut *apogr.*

---

sophiam accepit, jam tum a Rectore sic alienatus est, ut nunquam postea convenire illi cum eo posset". Rector „cum miti ingenio, ac simplici esset, religiosaque modestia verborum injurias dissimularet, hominis importunitatem magis alebat, et derideiculo habebatur" (Historiae Societatis Jesu provinciae Bohemiae pars prima [Pragae 1747] p. 111—112). Tiliam (qui Pragae etiam valetudine imbecillior fuisse videtur; cf. *Canisii* Epistulas I, 620) resipuisse infra videbimus.

[1] „Piscator ictus sapiet" proverbium est, quod etiam *Erasmus Roterodamus* (Adagiorum chiliades quatuor [Parisiis 1558] p. 32) ponit et Graecorum quoque esse affirmat. *Scholiasta Platonis: Παροιμία „ὁ ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν φύσει" —· κέχρηται Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ λέγων „ἔτ' αὖ ** ὥσπερ ἁλιεὺς πληγεὶς ** ενων διδάσκαλος"* (Poetae scenici graeci. Ed. *Guil. Dindorfius* [Lipsiae et Londini 1830], Aposp. n. 118).

[2] Hebr. 12, 15.

[3] „Si alguno de casa escribiere para alguna parte ó persona, sea con licencia, y mostrando lo escrito á quien el Superior ordenare": *S. Ignatius*, Constitutiones P. 3, c. 1. B (Constitutiones latinae et hispanicae p. 87).

[4] Epistulae sequentes ostendent virum hunc, ceteroquin bene meritum, his annis non solum corporis, sed etiam animi gravibus morbis conflictatum esse ideoque valde clementer de eo iudicari oportere.

[5] Id est: tam in iis, quae ad corpora, quam quae ad animos pertinent.

[6] *S. Ignatius* constituerat, ut rectori adiungi posset „collateralis socius" („un Colateral"), qui ei subditus quidem non esset, sed „reverentiam exhibere" et „verum ac fidelem adjutorem et sublevatorem" se praebere deberet: Constitutiones P. 8, c. 1, n. 3 et D (Constitutiones latinae et hispanicae p. 228—229).

et suprastantes [1] posse videantur. Docet experientia, huiuscemodi exceptionibus rectorum munus non parum impediri [2] et illos frequenter abuti qui gaudent his privilegiis, et aliis post [?] [a] ad contentiones faciendas fenestram aperiri. Itaque rectoribus hic patrocinandum puto, si constare uolumus obediendi ius in collegiis. Verum iuditio et sententiae [b] P. V. per me nihil derogetur [3]. Ingolstadii praeterea plures nunc versantur, quam sit opus, quia scholam nostri instituere non sinuntur. Itaque ex illis quidam mitti Pragam ad classes regendas possent: sed nihil mutare visum est sine authoritate vestra [4].

Valde torquet me scrupulus, de quo Pragae scripsi ad R. P. V. de legendis scilicet libris haereticorum. Nam quidam opponunt [c] ab hoc Pontifice [5] reuocatam esse facultatem, quam priores (ut nosti) concesserant P. Salmeroni et mihi in legendis et iudicandis scriptis adversariorum. Professores nostri Pragae et Ingolstadii queruntur palam, se non posse in docendo pergere, si subtrahatur ipsis facultas legendi. Alios enim libros et authores, quibus utantur, non ad manum esse, quam haereticos. Respondi ego, cessarent potius a docendo, nihilque tanta in re indulgerent sibi cum periculo conscientiae, nisi certo primum a vobis accepto responso. Quare ut cito rescribatur et ipsis hac in re, et mihi, etiam atque etiam rogo.

Egit mecum Cancellarius Episcopi Argentinensis [6], agetque cum Rege Ratisbonae, sicut in mandatis habet a praesule suo [7], nimirum ut Argentinam veniam, partim ad statum illius nobilis Ecclesiae restaurandum, partim ad deliberandum atque concludendum de fundando nostris collegio, quod illi Canonici uidentur Friburgi suis sumptibus erigere velle [8]. Nec est hodie catholicum ullum in Germania

---

[a] *Sic apogr.; sed legendum esse videtur:* quoque.
[b] sentetiae *apogr.* [c] apponunt *apogr.*

---

[1] *S. Ignatius* inter „officiales Rectori necessarios“ recenset „aliquem, qui rebus spiritualibus superintendat“, atque addit hunc „Superintendentem“, si Sociorum copia non suppetat, etiam „curam habere posse eorum, quae ad Rectorem vel Novitios pertinent“: Const. P. 4, c. 10, n. 7 et G (Constitutiones latinae et hispanicae p. 144).

[2] *S. Ignatius* a. 1556 constituerat, ut Ingolstadii Cuvillonius superintendens („soprastante“), Hurtadus Perez collateralis essent (Cartas de *San Ignacio* VI, 499).

[3] Vide infra Polanci litteras 13. vel 14. Novembris 1556 ad Canisium datas.

[4] Canisius nondum compererat scholam illam puerorum a Sociis iam esse apertam; vide epistulam proxime ponendam.

[5] Hoc quidem certum est Paulum IV. litteris exeunte mense Decembri a. 1558 datis omnes facultates imprimendi, legendi, retinendi, vendendi libros haereticos, antea concessas, revocasse, exceptis inquisitoribus generalibus. Quae litterae typis descriptae sunt in „Archivio della R. Società Romana di Storia Patria“ XV (Roma 1892), 448—450. Fortasse iam a. 1556 id meditabatur.

[6] Doctor Christophorus Welsinger; de quo vide *Canisii* Epistulas I, 555².

[7] Erasmo de Limburg; cf. *Canisii* Epistulas I, 386². 555—557.

[8] Friburgi Brisgoviae, quae urbs tunc ad „Austriam superiorem“ pertinebat.

Gymnasium [1] praeter Friburgense, Viennense, et Ingolstadiense [2]. Vincit autem primum, ut audio, Regique nostro subiectum est, ut hinc p. Claudius [3] piae memoriae non semel optarit [a], apud Friburgenses, qui Basileae vicini sunt [4], nostros etiam commorari. Pollicetur ad hanc rem multum fauoris et subsidii Dominus Vicecancellarius Regis Doctor Ionas. Unde non mihi negligenda videtur isthaec occasio, sed arripienda statim, ut si ex Comitiis istis euolare liceat assentiente Rege, iter ego Argentinam ingrediar duce Christo. Audio pecuniam mihi Romae numerandam fuisse, si nunc accessissem, ut viaticum esset Argentinam inde recta proficiscenti. Caeterum haec indico tantum, facturus ut par est, omnia ex obedientia.

Reliqua ex literis P. Lanoy cognoscentur.

Hic primum audivimus, P. Schorichium Viennam remissum esse [5], quem utinam in itinere occurrentem videre licuisset. Illius adventus ut diu optatus, ita multis et Regi quoque non potest non gratus esse, nostris autem non minus etiam Viennae commodus. Studia credo illi minime placitura, siue publica, quae p. Goudano valde molesta sunt, quia infrugifera videntur, et ob Regis tamen voluntatem negligi [a] nobis nequeunt [6], siue domestica, quae mirum est in tanto numero nostrorum ita frigere. P. Lanoyus causam tribuit scholae et classibus, quae non sinant nostros quiescere, et bonos etiam praeceptores in aedibus desiderari. Novit hac de re p. Erardus si rogetur testimonium edere [7]. Semper ego deploravi, tam multos Viennae in studiis versari sine profectu doctrinae, et credo per p. Schorichium deprehendi posse causam, corrigique morbum, ut non semper necesse sit, plerosque Romam amandare, sicut saepe curiosi vereor potius quam sapientes e nostris nonnulli petunt, et [b] optant expectantque.

Adiunxi praeterea epistolam D. D. Lucretii [8], quem probe novit R. p. Salmeron, de rebus Societatis nostrae, nuper editam Ingolstadii. Attingit vitam quoque beati patris Ignatii, dabitque fortassis ansam explicandi plura in eo scripto, quod Romae parari, et propediem typis domesticis excudendum esse de tota ejusdem Patris felicis historia, perlubenter audivimus [9]. Valde rogo, ut excusa quaedam eius libri exemplaria quamprimum ad me Ratisbonam, vel ad nostros Ingol-

[a] optavit *apogr.* [b] ut *apogr.*

[1] „Universitates", quas nunc vocamus, Canisius significat.

[2] Mirum Canisium academiarum coloniensis et dilinganae hic non facere mentionem.

[3] Iaius. [4] Basilea propugnaculum quoddam erat protestantismi.

[5] Hic a. 1553 Vindobona Romam venerat (*Canisii* Epistulae I, 505).

[6] P. Nicolaus Floris, vulgo Goudanus, in universitate vindobonensi theologiam tradebat (l. c. I, 621[1]. 729[2]).

[7] P. Erardus Avantianus S. J. (l. c. I, 451[2]. 528[3] etc.).

[8] Ioannis Alberti Widmanstadii; vide supra p. 24[4].

[9] Vide, quae huic epistulae proxime subicientur.

stadium transmittantur. In hac autem epistola, quam dixi, nihil esse puto quod lectorem offendat, nisi in historia per ignorantiam erret qui scripsit, non Philippus quidem, cui hoc scriptum inscribitur, sed d. d. Lucretius, ut indicaui. Tractantur illic alia quoque ad purgandos nostros, qui Germanis haud parum inuisi sunt. Ego non gravatim tuli quicquid hoc est epistolae, in publicum venire et sentio probari lectionem.

Cum vero multis abhinc mensibus nihil ex urbe scribatur uel respondeatur mihi, cuperem tandem plane cognoscere, quid circa Pragense et Ingolstadiense Collegium me facere oporteat. Nam de Viennensi minus sollicitus esse debeo, quod illius cura mihi demandata non sit, habeatque Rectorem satis per se sapientem, et a provintialis superattendentia liberum. Dominus IESVS in gloriam suam nos omnes conseruet, ac augeat summis bonis. Commendamus nos, Regem, Comitia, Germaniam, et collegia ista vestris ad Christum precibus ardentibus atque continuis.

Patavii 2 Novembris 1556.

Primae[a] literae ad me Ingolstadium mitti poterunt.

Servus in Christo Petrus Canisius.

Al mio molto Reuerendo in Christo Padre M. Jacobo Laynez, Vicario generale della Compagnia de Jesu padre osservandissimo

Jn Roma.

Cum his litteris Canisius libellum de S. Ignatio et eius Societate evulgatum Lainio misit, qui notatu vel hoc ipso dignus est, quod vita S. Ignatii, quam P. Ludovicus Consalvus (Gonsalvez) a Camara († 1575) paulo ante Romae ex ipsius ore exceperat, multo post (a. 1731), per Hannibalem Codrettum latine versa, in „Actis Sanctorum Iulii", tomo VII., ab hagiographis bollandianis evulgata est; vita vero ignatiana, quam sub a. 1558 P. Perpinianus meditabatur, numquam in lucem prodiit (*Sacchinus,* Historia S. J. II, l. 2, n. 163. *Sommervogel,* Bibl. II, 1263—1264; III, 1606. *Bern. Gaudeau* S. J., De Petri Ioannis Perpiniani vita et operibus [Parisiis 1891] p. 138—139); neque etiam compertum est extra Germaniam ullam aliam Ignatii biographiam a Societatis hominibus vulgatam esse ante annum 1572, quo Petri Ribadeneirae „Vita Ignatii Loiolae" Neapoli primum in lucem emissa est. Est itaque hic libellus prima Societatis apologia primaque S. Ignatii biographia atque omnino primus liber, qui de Societatis Iesu instituto evulgatus est. Qui non solum veteres, sed etiam recentes Societatis bibliographos latuit, v. g. *Augustinum de Backer* S. J. (Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus. Nouv. éd. Tomes III. Liège-Paris-Lyon-Louvain 1869—1876) et *Augustinum Carayon* S. J. (Bibliographie historique de la Compagnie de Jésus ou catalogue des ouvrages relatifs à l'histoire des Jésuites. Paris 1864). Inscriptus est: „DE Societatis IESV initijs, progressu, rebus'q; ge= | stis nonnullis, | PHILIPPI IACOBI VVID- | manstadij Academici Viennensis, ad Io- | annem Albertum Vuidman- | stadium fratris filium, | Epistola. | Prouerb. III. | Noli prohibere benefacere eum qui potest: si | uales, et ipse benefac. | INGOLSTADII. | ANNO. M.D.LVI. | Kal. Octob." 4°; ff. 8, addito titulari, non sign. Libellus compositus est in speciem epistulae, datae „Viennae Austriacae · V. Idus Sept. M.D.LVI." Ignatii vita breviter narratur, nisi quod eius

[a] P. S. Primae *apogr. At primae duae litterae a librario appositae esse videntur.*

mors copiosius describitur ex litteris, quas fortasse Polancus Vindobonam miserat (f. B III[b]—B IV[a]). Postea — id quod totius libelli caput est — „Societatis Iesu“ nomen et privilegia defenduntur, atque etiam asseritur vane clericos quosdam timere, ne id spectet Societatis institutio, ut clerus saecularis ad communis vitae rationem, qua olim usus erat, redigatur. Opus „prudenter et docte compositum“ esse censet *Guilielmus Eysengrein* in „Catalogo testium veritatis“ (Dilingae 1565) f. 206[b]. Philippus Widmanstadius, a quo epistula data esse fingitur, frater erat doctoris „Lucretii“ atque sub a. 1552 Sociis vindobonensibus in disciplinam traditus; a quibus, decimum septimum aetatis annum agens, 5. Martii 1556, quo tempore Lucretius cum suis Ratisbonam transmigraturus erat (vide supra p. 19), summis tandem precibus impetravit, ut in Societatem reciperetur; quam postea virtutibus illustravit (*Ant. Socher* S. J., Historia provinciae Austriae Societatis Jesu. Pars prima [Viennae Austriae 1740] p. 62—63. Lituanicarum Societatis Iesu Historiarum libri decem auctore *Stanislao Rostowski*, recognoscente Ioanne Martinov, ejusdem Societatis presbyteris [Parisiis et Bruxellis 1877] p. 88. 156). Ex Canisii litteris nunc primum intellegitur verum opusculi huius auctorem esse doctissimum illum Ioannem Albertum Widmanstadium (vide supra p. 18[3]). Nec tamen dubitari potest, quin Philippus aliique Socii res scribendas ei subministraverint. Unicum, quod novi, libelli exemplum Monachii exstat in bibliotheca regia. Quo obiter usus est *Aug. von Druffel*, Ignatius von Loyola an der Römischen Curie (München 1879) p. 3. 35. 36. De hoc libello anno 1560 partim germanice verso vide infra, monum. 219.

Opusculum hoc Widmanstadii vix in lucem prodierat, cum ad Calvinum delatum est. Die enim 4. Novembris 1557 *Ioannes Sinapius*, episcopi herbipolensis medicus, Calvino praeter alia scripsit: Se gratias agere pro libellis sibi et uxori missis. „Mitto autem iam vicissim ad te, non quidem *χρύσεα χαλκείων*[1] sed *χάλκεα ἀντὶ χρυσείων ἀμείβων*, Apologiam videlicet in gratiam, ni fallor, Canisii Iesuitarum per Germaniam praefecti nuper editam, in quem nescio quis invectus esse fertur *σκώπτων καὶ μυκτηρίζων τὴν ἀλαζονείαν* novi Iesuitarum cognominis, et Iesuitas germanice diviso vocabulo in duas dictiones [Jesu wider], Antichristos interpretatus, praeterea Canisii nomen ad canes detorquens“ (Ioannis Calvini opera, edd. G. Baum, Ed. Cunitz, Ed. Reuss, XVI [Brunsvigae 1877] 375—376).

Altera manu eiusdem temporis huic epistulae adnotatum est: „A Patre Canisio 2. Nouembris — Recepta 12 eiusdem.“

Canisio ad eam 13. vel 14. atque etiam 21. Novembris 1556 a Lainio per Polancum rescriptum est.

227.

P. IOANNES DE POLANCO

nomine **Iacobi Lainii**, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 13. vel 14. Novembris 1556.

Ex apographo huius partis epistulae (italice, ut videtur, scriptae), saeculo XVI. exeunte vel XVII. ineunte scripto, et sic inscripto: „1556. 14. Nouemb. P. Canisio.“ Cod. monac. „Resp.“ f. 35[b].

F. H. Reusch ex apographo, ab Ignatio de Döllinger hereditate relicto, haec protulit in „Zeitschrift für Kirchengeschichte“. Herausgeg. von Theod. Brieger und Bernhard Bess. XV (Gotha 1895), 101.

De „incarceratione“.

[1] „*Χρύσεα χαλκείων*“: *Homeri* Ilias VI, 236.

— — Licet hactenus incarceratione vsi non fuerimus, puto vrgente charitate aliquod [?][a] initium faciendum[b] fore, neque enim[c] professos maxime, ita facile eiicere poterimus. — —

Haec quid sibi velint, quia contextum non novimus, accuratius definire non possumus. Facultatem „Societatis apostatas, ut etiam alios quosvis [Socios] insolentes, et qui id mereri videbuntur", „incarcerandi" Paulus III. litteris apostolicis Roma 18. Octobris 1549 datis Societatis praepositis concesserat (*Litterae* apostolicae . . . Societatis Iesu [Antverpiae 1635] p. 41). Prima autem Societatis congregatio generalis anno 1558 Romae habita „quoad usum" carcerum „nihil esse statuendum, sed eam curam Praeposito relinquendam" censuit (Decr. 116. post elect. *Institutum Societatis Iesu* II, 183). Atque in novissimo „Compendio Privilegiorum" Societatis Iesu notatur: „Apprehensio et incarceratio in usu amplius non sunt in praesenti disciplina Ecclesiae" (*Institutum Societatis Iesu* I, 558).

Dies quidem 14. Novembris huic epistulae et in antiquo codice monacensi et in apographo doellingeriano ascripta est; at Canisius in litteris ineunte anno 1557 ad Lainium datis se litteras 29. Augusti, 29. Septembris, 13. et 25. Novembris a Lainio ad se datas accepisse scribit, epistulae 14. Novembris ad se datae nullam faciens mentionem; ita saltem in canisianae illius epistulae apographo illo, quod mihi praesto erat, scriptum est. Canisius Lainio rescripsit ineunte anno 1557.

228.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 1. Decembris 1556.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto et postea collato cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." n. 10, p. 332 posito.

Epistula usi sunt: *Sacchinus*, Can. p. 117; *Boero*, Can. p. 149; *editor*, Entstehung u. erste Entwicklung der Katechismen des sel. Petr. Canisius (Freib. i. Br. 1893) p. 71.

Se Patavio Dilingam et Ingolstadium redisse. De collegio Oeniponte instituendo et de cardinalis augustani humanitate. Sapientes timere, ne ex comitiis ratisbonensibus religio detrimenta capiat. Quid in iisdem ipse praestare velit. Collegii ingolstadiensis scholas, disputationes, contiones vigere et florere. Ducem favere. P. Cuvillonium melius habere. De fratrum quorundam studiis litterariis. Catechismum suum recognosci cupit. Romae quosdam fortasse non recte iudicare de comitiis futuris.

Pax Christi nobiscum. Reuerende Pater in Christo.

Postremas Patavii scripsi, reddita tum ratione de statu istorum in Germania collegiorum, ac de nostro itidem reditu parando. Hinc p. Lanoyus et ego ad tertium Nouembris Patavio egressi, recta Oenipontum duce Christo peruenimus. Ubi cum amplissimam illam siue collegii, siue monasterii Regii molem intuerer, et informem adhuc structuram illam animadverterem, certo mihi persuasi, vix ante annos duos aedifitia illa provehi posse, ut nostris quidem saltem ad necessarios inhabitandi usus sufficiant. Itaque intempestivum mihi videretur,

---

[a] *Vel:* aliquando. [b] *Reusch haud recte:* tandem.
[c] *Reusch haud recte:* neque nostros.

nunc praesertim exhausto Regis aerario in rem bellicam, hoc apud Regem agere, ut nostros euocet ac mittat Oenipontum. Pater autem Lanoyus ex Oeniponto Viennam deflectens, postea mihi conspectus non est. Ego recta petii Augustam, et hinc Dilingam accedens salutaui Reuerendissimum et Illustrissimum Cardinalem Augustanum, qui me summa cum humanitate tractavit non sanum modo, sed etiam diebus aliquot ex stomacho laborantem. Post octo dies cum Ratisbonam proficisceretur, et Bauariae Ducem Ingolstadii primum salutare vellet, me sibi comitem adjunctum uoluit. Hic ego rursus decumbens obtemperavi Medicis, quum suaderent, Cardinale relicto curandam hic esse ualetudinem, quoad firmior factus Ratisbonam porro sequerer: urgebat enim Cardinalis, ut in eadem secum lectica uenirem ad Comitia, et abiens saepe iussit, ne aliud quam apud ipsum, Ratisbonae hospitium deligerem[1]. Nam etsi satis intelligat, me sic Regi obstrictum manere, ut ius illud quod a foelici Patre nostro acceperat, in me iam exercere non possit, percuperet tamen in hac Theologorum inopia me sibi uelut ad manum esse, ac mecum saepe conferre de statu Religionis. Putant plaerique colloquium, ut antea instituendum esse, ut delecti ex Catholicorum et Protestantium partibus Theologi nescio quod nouum Interim fabricent[2], aut saltem de concilianda Religionis causa inter se amice tractent. Qua de re plura scribam, cum certiora cognouero. Certe sapientes viri ab horum Comitiorum euentu sibi metuunt plurimum, et Germaniae ominantur pessime. Dominus IESVS rebus tam adflictis opitulari dignetur: ego non medicus, sed spectator et testis adesse rogor communis hujus et diuturnae calamitatis, quam vestris quaeso precibus mitigare pergatis.

Nunc vero sic mihi restitutus uideor Dei bonitate, ut haud multo post statuerim progredi Ratisbonam: quacumque tandem in re uti mea opera uelit Rex Serenissimus. Aderunt illic breui complures Episcopi, det mihi Dominus gratiam in oculis eorum[3], ut Societatis nostrae institutum et rectius cognoscant quam hactenus, et propius etiam ipsi aemulentur.

Ut paucis de hoc agam collegio: gratias Deo maximas debemus, qui supra meam expectationem et aliorum opinionem[a] egregie promouet

[a] opinionum *apogr.*

[1] Haec verba et superiores epistulae ostendunt *Agricolam* errasse, cum de Canisio, m. Augusto a. 1556 Ingolstadium advecto, scriberet: „Primum eius Ingolstadio iter Pragam fuit, ac Viennam, inde a Ferdinando Rege ad Comitia Ratisbonensia assumptus“ etc. (Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris P. 1 [Augustae Vindelicorum 1727], Dec. 2, n. 69.)

[2] Compertum sane est ex formulis sive legibus illis, quibus Carolus V. a. 1541 et 1548 in comitiis ratisbonensibus et augustanis („Interim ratisbonense“, „Interim augustanum“) catholicos et protestantes usque ad exitum concilii oecumenici inter se conciliare volebat, magna ecclesiae detrimenta et multas imperio lites natas esse.

[3] Gen. 39, 21. Tob. 1, 13 etc.

nostrorum pios labores. Impetrata est ad pueros instituendos schola, communi accedente fauore Principis et Uniuersitatis [1]. Profitendi munus, quod nostri sustinent, magna cum authoritate tuentur et ornant, ut etiam Lutherani doctos et exercitatos professores esse fateantur. Ad quam rem nouae et frequentes disputationes, quae a nostris instituuntur, permultum sane conferunt. Praeterea Doctor et Patronus Hondius pollicetur Ducis nomine, non solum ad scholam aedificandam sumptus, uerum etiam ad communem Collegii hujus sustentationem ampliores prouentus quam ab initio sunt constituti [2]. Nec parum mouit populares hic animos, quod Principem uident ex uenatione carnes ferinas ad nos mittere, et Cardinalem Augustanum huc sua sponte ad nos visendos venire. Tum sopita prorsus est dissensio, quae nuper ex salsis P. Couillonii lectionibus nata, quorumdam aduersus nos stomachum exercere poterat, ut tunc quidem multi metuebant [3]. Et P. Couillonius, qui manere hic inuitus videbatur, iam queri et de abitu meditari desinit, mensibus abhinc aliquot longe quam antea sanior. Putant omnes ex potu hoc cereuisiae, qui aluum laxat, se non paulo habere melius [4]. Unicus Marsilius [5] quartana sic laborat, ut proximo quem expectabat paroxismo se leuatum Dei gratia senserit. Expetuntur e nostris Germani ad concionandum in pagis, et hoc e pio labore majorem quam in hoc oppido fructum in Christo speremus licet. Confirmet tantum Dominus, quod coepit in servis suis [6], qui

---

[1] Albertus V., spretis consiliis contrariis, mandavit, ut scholae latinae a Sociis haberentur, attamen experimenti dumtaxat sumendi causa atque ita, ut praeceptores veteres in vetere paedagogio docere pergerent, unusquisque, quibus mallet magistris, operam daret, qui in novis scholis educarentur pueri, quoties in utraque parochia mane ac vesperi res divina cum cantu ageretur, si eidem interesse vellent vel solerent, a magistris dimitterentur (*Agricola* l. c. Dec. 2, n. 43. 44). „Promulgatur igitur Schola noua 23 Octobris, statim post electum Rectorem D. Georgium Theandrum“ et in collegio georgiano aperitur: * Cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 9 a.

[2] „Anno 1.° aduentus nostri“, inquit antiquissimus ille collegii *historiographus* (Thomas Lentulus rector?), cum frumentum Sociis in prima pactione constitutum panibus comparandis sufficere non videretur, „ab Hondio quaesitum est, quantum pro eis pecuniae sat esset, respondj centum florenis aequari posse, quod statim libenter annuit:“ * Cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 10 a.

[3] *S. Ignatius* Socios ingolstadienses diserte monuerat: „Tengasi gran cura di mostrar in tal modo la uerità orthodoxa, che li heretici, se ben fussero presenti, sentano charità et modestia christiana, nè li sia detta ingiuria alcuna, nè si mostri spetie di sdegno contra loro errori, ma che si stabiliscano li dogmi catholici, et di quelli si uederà, che li contrarij sono falsi: se al duca paresse che apertamente se impugnassino nelle lettioni et pergoli li errori, si farà, pur a la modestia detta, et significatione d' amore della loro salute“ (*Pachtler*, Ratio Studiorum III, 470—471).

[4] „Vedasi chi postrà beuere cereuosa, chi no“: *S. Ignatius* in „Instructione“ collegio ingolstadiensi data, apud *Pachtler* l. c. III, 466.

[5] „Marsilius de Ulloa Romae natus Patre Hispano“, „latinae linguae studiosus“. Ita „catalogus eorum, quos [a. 1556] Ingolstadium mittendos decernebat Reverendus Pater Ignatius de Societate Jesu“, apud *Agricolam* l. c. Dec. 2, n. 26, et in Cartas de *San Ignacio* VI, 497—498.

[6] Cf. Ps. 67, 29.

nunc etiam Magistrum artium quemdam non indoctum breui ad nos venturum lucrifecerunt. Itaque non possum de Collegii hujus successu non optime sperare, et vellem pragense Collegium, quamquam de illo iamdiu nihil cognoui, sic bonis instructum esse professoribus, atque doctoribus juuentutis. Statuimus autem Magistrum illum, quem dixi, si fidem non fallat, constans in spiritu, una cum Stephano [1] mittere Pragam, postquam et authoritate uestra id mihi licere video, et Ducis animum hinc minime offensum iri confido.

Cum autem hic et Viennae non desint e nostris, qui studiosi quidem habentur [2] et ad lectiones admittuntur, nullam vero vel ingenii vel profectus spem nobis relinquunt, ut Blasius, Iacobus [3] etc. scire admodum uelim, expediat ne hos in tempore a studiis reuocare, et domesticis officiis occupare, omnemque studendi spem illis adimere an non. Putant Rectores, hic esse concedendum aliquid, ut maiora incommoda praecaveantur, alioquin vix nostros pro sua in spiritu debilitate laturos, si praeclusam sentiant viam ad studia, et Ordines sacros. Germanos praeterea potissimum hoc ceu lacte fouendos, et ad meliora paullatim adducendos esse. Sunt alii ad studia tractanda infoelices, qui in domesticis tamen officiis istis ad studia impatienter anhelant, ut isthic quoque forte non raro accidit. Quare quod in his consultissimum videatur, et nosse et sequi percupio.

Catechismum in Flandria probari, auideque legi propter orationes vestras, intelligo [4]. Utinam liber totus doctis viris relegendus et recognoscendus tradatur, efficerem ego, ut noua cum Regis authoritate tersius ederetur, quam hactenus. Qua in re cupio a R. P. V. serio adjuuari.

Allatae sunt huc literae uestrae ad me missae; sed priusquam accederem, Viennam descenderant. Itaque nihil literarum iamdiu a vobis accepi, nisi unicas 7. Octobris subscriptas; expectabo alias Ratisbonae, et commodius eo citiusque perferrentur [?] [a], si tradantur procuratori Cardinalis Augustani [5], qui vel singulis hebdomadibus ad

[a] *Sic apogr.; sed legendum videtur:* perferentur.

[1] „Stephanus Liberius Germanus ex Styria, versatus in humanioribus literis". Ita *catalogus,* de quo supra p. 35[5].

[2] Fratres „scholasticos" hos nunc vocaremus.

[3] „Blasius de Eugubio Italus latinae linguae studiosus . . . Iacobus de Tilia Geldrensis in latinis literis versatus est": *Catalogus* l. c. Alter hic ex Thiel, Geldriae oppido, ortus esse et a. 1554 Coloniae Societatem petisse videtur (*Polancus* in Chronico Societatis Iesu [Vita Ignatii Loiolae et rerum Societatis Jesu historia] IV [Matriti 1896], 272. 278).

[4] Hoc anno 1556 Canisii „Summa doctrinae christianae" etiam prodiit Lovanii ex officina Ioannis de Winghe, cum hac censura Ruardi Tapperi, decani ecclesiae S. Petri et universitatis cancellarii: „Pius est, vtilis, et catholicus hic Catechismus." Cf. *editoris* „Entstehung" etc. p. 46 et *De Backer* l. c. I, 1054 ac *Sommervogel,* Bibl. II, 620.

[5] Antonio Lorenzino, ut videtur. Vide supra p. 18[2].

Patronum suum scribit. Nuper cum idem urgeret Pontificem nomine Cardinalis sui, ut doctos ex Urbe theologos ad Comitia missos acciperet, hoc tulit responsi, satis esse Doctorem Fabrum[1] et me ad hoc Religionis tractandum ac tuendum negotium Ratisbonae. Sic ex illius[a] literis habeo. Quod iudicium certe fallax est, et male consulit (uereor) Germaniae nostrae. Abstinebo tamen, ut nuper constitutum fuit, Regi quicquam suggerere, quod ad alios instituti hujus Theologos huc vocandos spectat. Quamquam si antehac unquam, nunc maxime nostrorum in Germania conspectus merito queat desiderari. Oro inprimis R. P. T. ut me et Collegia ista, totamque Germaniam suis et patrum fratrumque omnium precibus iuuet.

Hoc unum addam, satisne videatur duos ad conuentum illum quem expectamus[2] accedere: alioquin praeter p. Couillonium qui praecipue hic profitendo et concionando regnat[3], vix tertium inueniemus. Dominus IESVS in suam gloriam nostra studia usque convertat. Amen

Ingolstadii Kal. decemb. 1556

Servus in Christo Petrus Canisius

Al mio Reuerendo in Christo Padre M. Jacobo Laynez, Vicario Generale della Compagnia di JESV padre osseruandissimo. Roma.

Manu altera eiusdem temporis epistulae adnotatum est: „1556. Jesus — Recepta Romae 22 Decembris.“

229.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ratisbona initio anni 1557.

Ex apographo recenti descripto ex archetypo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 11—297 posito. Ex postrema archetypi parte cognoscitur Canisium scriptore usum esse P. Ioanne Cuvillonio S. J.; complura tamen sua manu Canisius ascripsit; quae a nobis signis *— —* includentur.

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. p. 117—118. Particulam italice versam posuit Boero, Can. p. 151—152.

De epistulis et thesibus Roma allatis. Qua via epistulae mittendae sint. Ducem Bavariae et cardinalem augustanum Sociis favere. Sociorum scholas ingolstadienses florere. Se Ratisbonae saepe contionari, adstantibus episcopis. Archiepiscopum salisburgensem collegium Societatis meditari. Scripta mittit, quibus „colloquium religionis“

---

[a] illis *apogr.*

---

[1] Ioannem Schmidt, vulgo Fabri, O. Pr., contionatorem ecclesiae cathedralis augustanae.

[2] Societatis congregationem generalem dicit.

[3] Cf. supra p. 35. Cuvillonius latine contionabatur (*Pachtler* l. c. III, 475. Cartas de *San Ignacio* VI, 509), idque in collegio georgiano (* Cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 10[a]).

dissuaserit et cleri reformationem episcopis commendaverit. Ferdinandum regem protestantibus nimis indulgere. Preces fieri cupit pro Germania et rege adversis rebus afflicto. De quibusdam Sociorum et officiorum mutationibus faciendis. Socios in studio abnegationis sui et oboedientiae diligenter adiuvandos esse. De monasteriis quibusdam collegiis pragensi et viennensi attribuendis. Libros et supellectilem Sociis deesse. Regem et Bavariae ducem aere alieno gravari. De P. Petro Schorichio, episcopo labacensi operam dicante. Socios aegrotantes mature alio mittendos esse. Vindobonae fratrum scholasticorum studia litteraria haud bene regi. Collegiis communem quandam rationem studiorum praescribi cupit. Operam suam expeti ab episcopo argentoratensi pro collegio condendo et a rege pro colloquio de religione habendo. Se ad ea, quae Wigandus contra catechismum suum scripserit, modeste responsurum. Rogat, ut summa theologica absolvatur. PP. Olavium et Frusium laudat. Litteras quadrimestres et novicios colonienses petit. Lainium severius Sociis germanis interdicere, ne cum haereticis conversentur. De P. Cuvillonio.

† Iesus †

Pax Christi nobiscum.

Molto Reuerendo Padre. In queste feste del natale di Christo Signor nostro mi son prima venute ale mane le lettere, della Reuerenda paternita V., scrite a XXIX da Augusto, et 29 de Settembre, et 13. et XXV. de Novembre, pur senza il plico, nel qual stanno le conclusione per li collegii [1], Spero tamen de averlo presto, perque e ia arrivato in Augusta, secondo que noi diconno, Donde V. R paternita puo intendere, per quanti mesi le lettere sopraditte sono state nel viaggio, Vorria que se mandasseno le lettere qua, per meso del agente del Reuerendissimo et illustrissimo Cardinale de Augusta in Roma, il qual agente ogni settimana manda le lettere sue qua per via de Venetia, et cosi ancora quello que se scrivera per Ingolstad, havra *— meglio —* recabito, essendo mandato a me per quella medesima via,

---

† Jesus †

Pax Christi nobiscum.

Admodum reverende pater. Natalitiis his Christi domini nostri feriis primum in manus meas pervenerunt epistulae reverendae paternitatis vestrae, datae 29. Augusti, 29. Septembris, 13. et 25. Novembris. Fasciculum autem conclusionum collegiis destinatarum nondum accepi [1]; quem tamen mox me accepturum spero, cum Augustam Vindelicorum allatum iam esse mihi dicant. Ex his rebus reverenda paternitas vestra intellegere potest, quam multos menses epistulae illae in itinere consumpserint. Optarim equidem, ut epistulae huc mittantur per romanum illustrissimi et reverendissimi cardinalis augustani procuratorem, qui singulis hebdomadibus via veneta epistulas suas huc mittit; atque etiam litterae, quae collegio ingolstadiensi destinabuntur, melius eadem via ad me mittentur.

---

[1] Anno 1556 ex typographia collegii romani „assertionum theologicarum", de quibus in eodem collegio sollemniter disputandum esset, duo prodierunt catalogi, quos ponit *Sommervogel*, Bibl. VII, 43. 98. Nescio, num cum his etiam missae sint theses a. 1554 et 1555 Romae typis exscriptae. Cf. Cartas de *San Ignacio* IV, 379 et *Orlandinum* l. c. l. 14, n. 1, ac *De Backer*, Bibl. III, 276—277.

Al fine del Novembre io scrisse in Ingolstad del buono stato di quello Collegio, et per adesso va di bene in meglio, Laudato sia l'autor de ogni bene, Et il duca illustrissimo que me ha invitato a la sua tavola qui, confirma la sua benevolentia in verso di questo suo collegio, havendo buone informationi del progresso et fine, lo que si fa, maxime per li professori et maestri dela scuola deli puti, Scrissi ancora del Reuerendissimo Cardinal de Augusta, con quanta amorevoleza me abraccio prima in Tilinga, dove io fece stampare certi libretti antiqui, et molto convenienti a questa dieta [1]. Et oltra que la sua Signoria Reuerendissima me meno con seco in suo curru a Ingolstad, dove io restai vn poco malato, Subito que io arrivai qua, me fece menare a una bella et commodissima stanza apresso dela sua corte, volendo que io mangiasse et conversasse ogni di con sua Signoria, per tractare tanto piu commodamente, le cose della religione, Pur io essendo poqui giorni restato cosi, fece le mie escuse, mostrando alcune difficultadi per que no pareva conveniente de restare in quella stanza, prima, per non far despiacere a la sua maiesta, se io me mostrasse troppo familiare al Cardinale, poi que sua Maesta *— me havesse —* chiamato et richeduto per suo Theologo [a], Secunda, per haver manco obligatione al Cardinale et per guardare meglio la *— conveniente —* liberta in vivere et stare piu simplicemente, unde io trovai per li Signori Canonici del domo, una casa vacua, con una stufa, nella quale sto adesso con il nostro fratello Stefano [2],

---

Novembri exeunte Ingolstadio litteras ad vos dedi, quibus de prospera illius collegii condicione referebam. Atque idem collegium nunc etiam melius proficit. Laudes sint ei, a quo bona cuncta procedunt. Illustrissimi ducis, qui hic ad mensam me invitavit, animus erga collegium hoc suum propensus confirmatur nuntiis, qui ad eum perferuntur de eiusdem collegii profectu ac de commodis, quae ex eo nascuntur, maxime per professores et scholae puerorum magistros. Scripsi etiam, quam humaniter reverendissimus cardinalis augustanus primum me amplexus esset Dilingae, ubi libellos quosdam antiquos et comitiis hisce admodum accommodatos typis exscribendos curavi [1]. Idem reverendissimus dominus me non solum secum in curru suo Ingolstadium adduxit, ubi paululum aegrotabam, sed etiam, simul atque huc adveni, in cubiculum pulchrum et commodissimum atque aulae suae vicinum induci iussit ac secum cotidie prandere et conversari voluit, quo facilius de rebus religionis agere possemus. Ego tamen, cum paucos dies ibi mansissem, excusavi me, difficultates aliquas proponens, ob quas in cubiculo illo manere non conveniret: primum ne cardinali nimis familiariter utens regi displicerem, qui me theologum sibi evocaverat et expetierat. Deinde ut cardinali minus adstringerer et libertatem convenientem melius mihi servarem atque in maiore versarer simplicitate. Ope igitur dominorum canonicorum ecclesiae cathedralis domum vacuam et fornace instructam inveni, in qua nunc cum fratre nostro Stephano habito [2]; cibi cotidie ex

---

[a] Thelogo *apogr.*

---

[1] Quosnam libellos Canisius tunc evulgaverit, nunc ignoramus; nomen suum iis ascripsisse non videtur.

[2] Stephanus Liberius, collegii ingolstadiensis frater scholasticus; cf. supra p. 36[1].

pigliando il mangiare ogni di, della cocina del Reuerendissimo[1] Ratisvonense[2], et cosi restando nella buona gratia dil Reuerendissimo Cardinal al quale io dico quasi ogni di messa, in sua presentia, et corte, Procedo nel officio de predicare, ogni festa, et nel advento[3] tre volte nella settimana, Vengono per sentirme li Reuerendissimi vescovi, li quali mostranno ancora buona affettione[4], maxime il Reuerendissimo archivescovo Salzpurgense, il qual e piu rico di tutti et ieri molto mi parlava deli nostri collegii, mostrando ancora buona volonta de voler introdure la compagnia nel suo archivescovato, il quale massime se estende per le province del nostro Re, Serenissimo. Il Signore nostro benedetto mi voglia dar la sua gratia, de adiutare questi prelati come li visogna inn questi tempi, et de predicare la sua santa parolla, in questa messe tanto corrotta et desolata,

Circa la dieta vedera la Reuerentia V. come le cose vanno, et come il Re habbia aperta la porta al colloquio, Io mando qui la copia[5] et dappoi una scrittura mia contra quella resolutione[6], Hora

---

culina reverendissimi episcopi ratisbonensis[1] nobis mittuntur[2]; atque ita favere mihi pergit reverendissimus cardinalis, coram quo paene cotidie in eius aula sacrum facio. Contionandi quoque munere fungi pergo omnibus diebus festis, atque per sacrum Adventus tempus[3] ter singulis hebdomadibus sermonem sacrum habeo. Ad me audiendum reverendissimi episcopi veniunt, qui etiam propitios mihi se praebent[4], imprimis reverendissimus archiepiscopus salisburgensis, qui ceteris omnibus ditior est et heri de collegiis nostris multum mihi locutus est ac significavit paratum se esse ad Societatem in archidioecesim suam introducendam, quae per serenissimi regis nostri provincias late protenditur. Optimus dominus noster gratiam mihi tribuat, qua hos praelatos ita, ut haec tempora requirunt, adiuvare et verbum sanctum suum in hac messe maxime corrupta et desolata praedicare queam.

Quae in comitiis agantur, et quomodo rex colloquio illi aditum aperuerit, reverentia vestra ex decreti regii exemplo cognoscet, quod cum his litteris mitto[5] una cum commentatione contra decretum illud a me conscripta[6]. Nunc praelati

---

[1] Georgii de Pappenheim. [2] Cf. infra, monum. 127.

[3] Eo anno prima dominica Adventus erat 29. Novembris.

[4] De his vide supra p. 24[1], et infra, monum. 128.

[5] Dissensionis, quae de religione erat, componendae gratia Ratisbonae consilium quoddam ex delectis ordinibus utriusque partis constitutum, cui catholicorum nomine, praeter alios, Austriae et Bavariae principes, salisburgensis et augustanus episcopi intererant. A die 9. ad 19. Decembris disputatum est, utrum religionis colloquium habendum esset, quod protestantes postulabant, an generale concilium, quo solo ad pacem perveniri posse ordines ecclesiastici asserebant. Maior pars in priorem sententiam ivit, et Ferdinandus (qui iam 7. Decembris Ratisbonae morabatur: *Stälin* l. c. p. 394) eam probavit, ita tamen, ut in colloquio illo delecti consilia tantum inter se amice conferrent et, quae sibi visa essent, ad futura imperii comitia referrent. Partem decreti huius regii ponit *F. B. von Bucholtz*, Geschichte der Regierung Ferdinands des Ersten VII (Wien 1836), 365. Cf. etiam, quae ex horum comitiorum monumentis bambergensibus et augustanis profert *Riess* l. c. p. 190—195.

[6] Libellum illum manu scriptum et ex archivo vel bibliotheca Ottonis, cardinalis augustani, Monachium in archivum regni bavarici translatum, in quo copiosius ostenditur concilio generali, non religionis colloquio controversias ad religionem

trattanno fra se li prelati de volere ogni modo dare resistentia a quella determinatione del Re concio sia cosa que no si possa sperare frutto alcuno per mezo del colloquio, si faccia como si voglia, ansi que ogni modo si ha da temere, un mal successo, de questa trattatione dela religione, si non concurre l'autorita dela sancta sedia, Li catholici temonno molto que la sua Maesta no concedi di nuovo quello que sia preiudicio alla sancta fede, massime volendo essere aiutato delli heretici circa la espeditione contra il Turca. Il quale fa grandissima preparatione, per venire in Alemagna, Prego la Reuerenda paternita V. que al manco ogni settimana, se dica una messa in casa et collegio, et anche per Italia, accio la summa bonta voglia indrissare meglio le cose del Imperio de Alemagna, et dela sua Maesta, non poco afflitta, et priva quasi de ogni humano adiuto, imo et persequitata delli suoi, piu que se crede, Item ho qui adiunnto una scrittura per dare occasione alli prelati Tudeschi, per refornnare il suo Clero [1]. Iddio si servi delle nostre fatiche. Hora per rispondere piu in particulare et comminciando del collegio de praga, molto mi piace quel aviso et capello [2] que si manda dela, tanto per il Rettore quanto per il padre Tiglia [3] il quale senon se portara meglio que fin adesso, io reputarebbe per conveniente de levarlo, et mandare in loco

---

hoc inter se agunt, ut consilio illi regis omni ratione obsistant; neque enim quicquam emolumenti ex colloquio illo sperari licet, quomodocumque instituatur, atque omnino metuendum est, ne infeliciter disceptatio haec de religione fiat, nisi sanctae sedis auctoritas accesserit. Catholici valde timent, ne rex denuo concedat, quae sanctae fidei obfutura sint, praesertim cum ab haereticis in bello iuvari velit contra Turcam gerendo, qui summa vi ad Germaniam invadendam se parat. Peto igitur a reverenda paternitate vestra, ut saltem singulis hebdomadibus unum sacrum domi vestrae et in collegio atque etiam per Italiam fiat, quo summa bonitas faustius disponat res imperii germanici et maiestatis suae, quae magnopere affligitur et omni fere auxilio humano destituitur atque a suis acrius impugnatur, quam credi possit. Ego libellum his litteris subieci eo consilio compositum, ut praelati germani occasionem ex eo caperent cleri sui reformandi [1]. Deus laboribus nostris uti dignetur. Iam ut magis singulatim vobis respondeam et a pragensi collegio incipiam, valde mihi placet admonitio et reprehensio [2] tam rectori quam patri Tiliae isthinc missa [3]; qui nisi in posterum melius quam hucusque se geret, conveniens fore existimarim, ut

---

spectantes componendas esse, quemque a Canisio conscriptum esse *Riess* (l. c. p. 191[3]) probabile esse dicit, a Conrado Braun, Ottonis cancellario, scriptum esse ostendit *N. Paulus* in „Historisches Jahrbuch" XIV (München 1893), 542—543. 543[1]. Canisii „commentatio" prorsus perisse videtur; neque enim equidem existimo ex ipsa transscripta esse, quae ea de re in conventu „Praelatorum quorundam atque Doctorum" regi a Canisio dicta esse scribit *Petr. Python* S. J., Vita R. P. Petri Canisii S. J. (Monachii 1710) p. 120.

[1] Otto, cardinalis augustanus, in litteris 4. Augusti 1557 Elvanga ad Canisium datis scribit de iis, quae Canisius „de Officio et reformatione Episcopi ad meam instantiam Ratisbonae conscripsit". Perisse haec videntur.

[2] De significatione vocabuli „cappello" vide *Canisii* Epistulas I, 633[1].

[3] Cf. supra p. 27—28.

suo il padre Hurtado per leggere la Logica et ancora alcuna volta se bisognasse la grammatica graeca [1], *— Io vedero pur, se lassando la logica, se potra introdur meglio la humanita in Praga. perche pocha speranza e in Ingolstat, che li professori volessino patir et consentire che li nostri insegnassino cose grandi nella humanita alli puti della nostra schola [2], —* Et quanto al collegio de Ingolstat. Non vedo grand detrimento per labsentia del padre Hurtado, il qual anche piu se lamenta adesso que mai inanti della sua indispositione [3], Vero e que tiene ancora l'officio de sentir confessione delli fratelli, Ma questo potrebbe anche fare in praga et credo que sarebbe molto espediente perche poco frutto s'espera del padre Cornelio brughelmans [4], que e troppo remisso, et no bastante a dar remedii contra *— le comuni et —* grande imperfettioni et tentationi, que in Praga occorrenno, Se questa mutatione piacera ala Reuerentia V. se degni informarme que habbiamo de fare con il padre Tiglia, se non facesse grand mutatione delli suoi costumi, poi que avera quel aviso de Roma veduto, perche non avendo de leggere in Praga forse saria meglio mandarlo in un luoco, dove sia adiutato no tanto con parolle quanto per altri mezi piu austeri, non obstante quella infirmita et indispositione sua, sotto dela cui specie et protestu io vedo que se notrisconno molti mali, et se coprisconno le altre pigritie, negligentie et senti-

---

Praga avocetur, eique pater Hurtadus substituatur ad logicam atque etiam aliquoties, si opus sit, grammaticam graecam explicandam [1]. Attamen videbo, num praestet logica relicta humanitatis scholam Pragae aperire. Ingolstadii enim professores vix patientur et concedent nostros scholae nostrae pueris magnas res tradere in humanitate [2]. Nec video collegio ingolstadiensi magna incommoda ex patris Hurtadi absentia oritura; qui etiam nunc magis quam antehac umquam de valetudine conqueritur [3]. Munus quidem etiam tenet confessiones fratrum excipiendi; sed Pragae quoque eodem fungi posset et magna cum utilitate functurum esse puto; pauca enim speramus ex patre Cornelio Brughelmans [4], qui nimis est remissus neque idoneus ad remedia nostris suggerenda contra communes et magnas imperfectiones et tentationes Pragae occurrentes. Quae mutatio si reverentiae vestrae probabitur, edocere me dignetur, quid nos de patre Tilia facere oporteat, cum romana hac admonitione visa mores magnopere non emendaverit; docendi enim munere Pragae vacantem praestabit fortasse eo mittere, ubi non tam verbis quam aliis iisque severioribus rationibus adiuvetur etiam in infirma illa valetudine atque aegrotatione, cuius specie et excusatione permulta video nutriri mala et ceteras contegi pigritias, neglegentias,

---

[1] *S. Ignatius* in catalogo Sociorum ingolstadiensium: „Hurtadus Perez, Hispanus, in latina et graeca lingua versatus, in logica, philosophia naturali et morali, et metaphysica valde doctus, ut etiam in mathematicis" (Cartas de *San Ignacio* VI, 497. *Mederer* l. c. IV, 291).

[2] Cf. supra p. 9—10. 12—13. 35. 39.

[3] Hurtadum infirmae valetudinis esse et aëris ingolstadiensis quasi experimentum facere *S. Ignatius* notaverat in „Instructione", de qua supra p. 35[4] (*Pachtler* l. c. III, 466).

[4] De pio viro Cornelio Brogelmanno, collegii pragensis „ministro" et confessario, vide *Canisii* Epistulas I, 272[1].

menti proprii, con l'amor privato, que repugna poi a la poverta, ubedienza, et professione nostra, Vnde pare molto necessario, de adiutare piu li nostri circa lo spiritu et abnegatione sui, poi que il studio et predicare, et leggere, mai produconno saldi frutti se non prima sianno li nostri ben fundati nella abnegatione et ubedienza simplice, Impero que vorria con il tempo veder li nostri in questa provincia essere mandati di qua et de la, et que per se facessero alcuna demostra per peregrinationi et poenitentie vere in esempio et terrore delli novitii et piu imperfetti et passionati. V. R. vedera qui una lettra dil fratello nostro Iona [1], qui fa bon servitio in esplicare il stato del collegio pragense, Quanto ala applicatione delle intrate, de Oybin ringratiamo al Signor iddio, que il suo vicario consente aquella [2], Cerca il monasterio de Oybin io mi informaro meglio del stato presente, et se fusse possibile, voluntiere io mi partirebbe, a praga per conciar meglio le cose, tanto del collegio, quanto delle altre necessita, et massime per rispetto di questo monasterio, dove vorria que avesimo sopraintendente, De maestro Martino Eckel non ho inteso niente [3], Pur scriviro a Vienna, se forse lui volesse star in quello monasterio, Quanto al luoco vicino dove io predicai, la gente, intende et parla Tudesco communemente [4], Tutti intorno sono

---

sensus privatos cum amore sui, qui paupertati, oboedientiae, professioni nostrae adversatur. Quare valde necesse esse videtur nostri magis adiuventur in iis, quae ad pietatem et sui abnegationem pertinent; neque enim umquam litterarum studia, contiones, scholae solidos ferent fructus, nisi prius nostri in abnegatione sui et oboedientia simplici bene confirmati erunt. Ideo tempore procedente huius provinciae Socios huc et illuc mitti velim atque aliquid in iis comparere peregrinationum et solidarum paenitentiae actionum, quibus exempla praebeantur terrorque incutiatur et noviciis et ceteris, qui magis imperfecti sint ac cupiditates minus coerceant. R. V. epistulam Ionae fratris nostri [1] huic adiunctam videbit, qua is collegii pragensis statum bene exponit. Quod ad reditum oibinensem nobis attribuendum attinet, domino Deo gratias agimus, quod ipsius vicarius applicationem illam probet [2]. De praesenti monasterii oibinensis statu diligentius sciscitabor, ac si possem, libenter Pragam ego proficiscerer, quo melius et rebus collegii et ceteris necessitatibus subvenirem, et maxime huius monasterii gratia, ubi aliquem vellem nobis exstare superintendentem. De magistro Martino Eckel nil audivi [3]; sed litteras Vindobonam mittam, ut cognoscam, num forte ipse in monasterio illo degere velit. Quod ad locum vicinum attinet, quo contionatus sum, homines communiter linguam germanicam intellegunt eaque utuntur [4]. Qui circa sunt, omnes haeretici sunt et Hus-

---

[1] Ionas Adler a. 1555 in collegio vindobonensi pueros docuerat (*Canisii* Epistulae I, 415. 750—751).

[2] Ferdinandus I. a Paulo IV. petierat, ut sibi permitteret, desertum hoc Coelestinorum monasterium, quod in Lusatia prope Zittaviam situm erat, collegio pragensi attribuere (*Canisii* Epistulae I, 615. 650).

[3] Die 5. Aprilis 1554 Romae in collegium germanicum „Martinus Eckl Budbitianus Pragensis Dioecesis“ (Budweis, Bohemiae urbs, nunc sedes episcopalis) receptus erat (Cod. rom. „All. coll. germ.“ p. 5. Cf. etiam Card. *Steinhuber* l. c. I, 41).

[4] Zittaviae? Potius eum contionatum dixeris in aliquo ex vicis, qui monasterio oibinensi suberant; de quibus vide *Canisii* Epistulas I, 630[1].

heretici et peggiori delli Hussite. Maestro Tiglia ne sa Tudesco, ne da speranza de far profito in questa lingoa, ma lege in latino, Pare que ne lui ne dottor Henrico [1] habbino talento per predicare,

Per que V. R. mi concede de mutar la gente di questi collegii per buoni rispetti, avero ladvertenza sopracio de non offendere il duca, Ma vedendo que li nostri in Ingolstad sonno piu et habbianno de fare manco que li altri in Praga, et que senza ogni offensione del duca si possino levare doi o tre, mi pare per la prima comodita sara conveniente de mandar alcuni de Ingolstad a praga, vero e que in questi collegii occorrenno diverse necessita, massime in libri, sacri et prophani, in letti et altre cose de casa. Ma non pare espediente de far cosi presto instantia sive apresso il Re sive apresso del duca de aver denari perque ambe doi si trovanno tanto gravati et indebitati che sia vergongna de dire, basta que per adesso li nostri habbianno il necessario seminando et fruttificando in patientia [2], a poco a poco iddio adiutara: se vede qui in avere et comprare questi libri qualche volta una specie de avaritia [3], Del resto io scriviro alli nostri in Praga.

Quanto á Vienna dice il Reuerendissimo Cardinale Augustano que la sua Santita lasso trattare alcuni circa la dispensa del monasterio Carmelitano in Vienna di modo que non dette certa resposta vive vocis oraculo [4].

---

sitis peiores. Magister Tilia nec germanice scit nec spem praebet in ea lingua proficiendi, sed latina lingua in docendo utitur. Neque ipsi neque doctori Henrico [1] magna contionandi facultas inesse videtur.

Cum R. V. potestatem mihi tribuerit horum collegiorum homines iustis de causis inter se permutandi, cavebo, ne hac in re ducem offendam. Sed cum videam nostrorum ingolstadiensium numerum maiorem et negotia minora esse quam pragensium, et sine ulla ducis offensione duos tresve avocari posse, ingolstadienses aliqui Pragam, ubi primum commodum erit, mittendi mihi videntur. Hoc fatear oportet in his collegiis varia deesse, imprimis libros sacros et profanos, lectos, aliam supellectilem. Nec tamen opportunum esse puto sive regem sive ducem ad pecuniam dandam statim urgere; uterque enim oneribus et aere alieno tantopere premitur, ut vel dicere dedecori sit; satis nunc est nostros necessaria habere seminantes et fructum afferentes in patientia [2]; pedetentim Deus nos iuvabit. In libris hisce habendis et emendis speciem quandam avaritiae inesse hic nonnumquam opinantur [3]. Ceterum nostris pragensibus ego scribam.

Quod ad Vindobonam attinet, reverendissimus dominus cardinalis augustanus dicit sanctitatem suam aliquos de dispensatione, qua Vindobonae monasterium carmelitanum accipere possemus, agere iussisse nec certum responsum vivae vocis oraculo dedisse [4].

---

[1] P. Henricus Blissemius (Blyssem) Pragae theologiam tradebat. De quo vide *Canisii* Epistulas I, 619[5]. [2] Luc. 8, 15. Cf. Ps. 125, 5.

[3] Ingolstadiense collegium a duce iam grandia aliquot opera acceperat; vide infra monum. 208.

[4] De deserto hoc monasterio, quod Ferdinandus I. collegio viennensi attribuere volebat, vide *Canisii* Epistulas I, 446—449. 471—473. 650.

Dottor Scurrikio mi a scritto niente, et non so, como se habbia determinato per andare in Labaco, et servirli al Reuerendissimo Labaccense, quasi per essere Vicario suo et predicatore como io intendo [1]. Et e pericolo che il Reuerendissimo non tanto volontiere lo lassi quando sara lui revocato, ne devemo essere leggieri o facili in acceptare tal cura, come mi pare. Certo lui potrebbe non poco adiutarci massime nel collegio de Praga, dimodo que io mi maraviglio di quella sua determinatione. Pur perque V. R. vole que sia sotto la mia ubedienza, vorria que lui fusse ancora avisato per questo, ut omnia secundum ordinem et in unione spiritus et cum fructu maiore fiant ad gloriam dei [2]. Io me ricordaro delli avisi fatti cerca la sua persona, Intendo que il buon vescovo et lui habbianno grand intrinsechesa insieme, et tengo paüra, que vedendo la indispositione presente dela Austria lui piu volontiere sia partito [3].

Dottor Goudano (como me scrivino de Vienna) va peggiorando con la sua tossi, et e pericolo della pthisi, onde io vorria que a tempo mutasse quella mala area d'Austria, et reparasse la sanita sua; in praga o in Ingolstad, si comme alcuni medici amici nostri ancora conselhanno, Et in tal caso que lui mutasse il luoco, (ancora que andasse al paese per un tempo) il dottor scurrikio potria supplir il luoco suo, in leggere publicamente [4], Qualche volta il Rettore Viennense mi parse mancare in questo, que non mande via quelle persone que non possonno patire quella area, victo, et vino de

---

Doctor Schorichius litteras ad me non dedit, nec scio, cur Labacum petere ibique reverendissimo episcopo operam dicare statuerit; cuius ipsum quasi vicarium et contionatorem fore audivi [1]. Ac timendum est, ut reverendissimus ille vir eum, cum revocatus erit, libenter dimittat, neque equidem existimo huiusmodi curam temere vel facile a nobis esse suscipiendam. Certe ipse multum nos adiuvare posset, maxime in collegio pragensi, atque propterea miror eum ita statuisse. Cum tamen R. V. eum mihi subesse velit, optarim eum etiam hac de re certiorem fieri, ut omnia secundum ordinem et in unione spiritus et cum fructu maiore fiant ad gloriam dei [2]. Memor ero eorum, quae de eius persona mihi scripsistis. Audio optimum illum episcopum et Schorichium arto amicitiae vinculo coniunctos esse, et suspicor hunc, cum Austriam tam male nunc affectam cerneret, eo libentius ex ea discessisse [3].

Socii vindobonenses mihi scribunt doctorem Goudanum in dies peius tussire ac se metuere, ne phthisis eum invadat. Quare equidem vellem eum malo hoc aëre austriaco mature relicto Pragae vel Ingolstadii valetudinem restaurare; id quod etiam medici aliqui nobis amici suadent. Si itaque locum mutaret atque etiam si ad tempus in patriam rediret, doctor Schorichius eius loco publice docere posset [4]. Rector vindobonensis nonnumquam in hoc peccare mihi videbatur, quod eos, qui aërem, victum, vinum austriacum ferre non possunt, alio non mitteret; citius enim

---

[1] Urbanus Weber sive Textor, episcopus labacensis (Laibach, Carniolae caput), unus e primis Societatis patronis germanis erat.

[2] 1 Cor. 14, 40; 10, 31. Cf. Eph. 4, 3.

[3] Vindobona ad „Austriam infra Anisum", Labacum ad Carniolam pertinet.

[4] Cf. supra p. 30[c].

Austria, perque piu facilmente tornarebbono forse a la sanita, se fussino non troppo retenuti nella sua indispositione, Non mi dispiace nessuna cosa piu in Vienna, se non que il padre Rettor, (como pare) no tiene destreza in indrizare li nostri circa il studio, talmente que e una vergongna vedere tanta gente in casa, et non cavar frutto di essa, in rhetorica, dialectica, philosophia, et theologia, etiamsi non tenganno impedimento circa lettioni publique[1], Dottor Scurrikio ha in parte aiutato li novitii circa il studio dela mortificatione et ancora le classi in examinare et promovere li scholari, Vorria que V. R. si mandasse un certo modo de governare le scuole de i putti, et que quel modo fusse medesimo per tutti i Collegii, quanto saria possibile, et que le classi fussino furnite con certi libri et esercitii et leggi,

Quanto a la confirmatione mia in questo officio dil provinciale non me vollo escusare contra la obedientia, ma confesso la mia grande insufficientia, et spero que con il tempo il Signore per il superiore ordinara quello sia a la maggior gloria sua et salute mia, la quale sia siempre commendata ale oratione de V. R.

Del mio andare in Argentina ia e richeduto il Re ex parte Reuerendissimi Argentinensis et spero que concedera sua Maesta questa gratia, de fundare quello collegio in Friburgo, si piace al signore. *— ma heri mi disse la sua Maiesta che ogni modo me vorria adoperar per il colloquio futuro. vederemo pur che se fara, non se nessuno presente delli adversarii che anchora non son deputati. —* Scrissi nella ultima que no pare tempo de sollicitare per il collegio dispruck

---

fortasse recuperarent sanitatem, nisi aegrotantes nimis retinerentur. Neque vero quicquam magis mihi displicet Vindobonae quam patrem rectorem, ut videtur, ad studia litteraria nostrorum regenda minus esse natum: pudet certe tot homines domi nostrae degentes cernere nec fructum ex iis capere, in rhetorica, dialectica, philosophia, theologia, licet ad scholas publicas habendas nullum iis inferatur impedimentum[1]. Doctor Schorichius novicios ex parte adiuvit in iis, quae ad sui vincendi studium pertinent, et scholas quoque scholasticis examinandis et promovendis sublevavit. Opto, ut R. V. certam rationem scholae puerorum regendae nobis mittat, haecque ratio omnibus collegiis, quantum fieri possit, communis sit, et ut scholis certi praescribantur libri, exercitia, leges.

Cum in hoc praepositi provincialis officio confirmatus sim, nolo excusationibus uti adversus oboedientiam; sed me valde ineptum esse confiteor, et spero dominum suo tempore per superiorem ea constituturum esse, quae ad maiorem gloriam suam et meam valeant salutem, quam R. V. precibus suis semper, quaeso, commendatam habeat.

A rege iam petitum est nomine reverendissimi episcopi argentinensis, ut Argentoratum proficisci mihi liceret; quem Deo propitio hanc nobis gratiam concessurum esse spero, ut Friburgi collegium illud condatur. Heri autem maiestas sua mihi dixit se opera mea in colloquio futuro prorsus velle uti. Attamen videbimus, quid futurum sit; ex adversariis usque adhuc nemo adest; nondum enim designati sunt. Postremis litteris scripsi opportunum mihi non videri, de collegio Oeniponte

---

[1] Vel: licet scholarum publicarum nullum sit impedimentum.

poi que in doi anni non sara impiuta et accommodata [la casa][a] alli inhabitanti[1].

Respondero circa il cathecismo aquello heretico con la gratia de christo, pregando que possa essere aiutato per meso delle messe et oratione poi que V. R. iudica cosi espediente, pur mi guardaro siempre de ogni immodestia[2]. Io mi ricordo adesso delle scritture de V. R. Circa il summario della Theologia per l'amor de dio si guarde questa opera et se e possibile si finisca. Io vorria essere degno de vedere quella sancta opera, perque non ardisco de dire que desidero haverla[3]. Come io pur desidero summamente. et voglia Iddio que le scritture delli RR. et doctissimi Theologi Olave[4] et frusio foelicis memorie[5], non si perdino, anzi que se uzino si no per noi indegni, almeno per li altri megliori della compagnia[6].

---

instituendo nunc instare; nam vel post duos annos [domus illa][a] nondum erit absoluta neque incolis nostris accommodata[1].

Quod ad catechismum attinet, haeretico illi, cum reverentiae vestrae ita videatur, respondebo, Christo iuvante; qua in re rogo, ut missis et precibus me adiuvetis. Verum in respondendo ab omni immodestia semper cavebo[2]. Recordor nunc eorum, quae R. V. conscripsit. Quod ad compendium illud theologicum attinet, per Deum vos obtestor, ut asservetur et, si fieri possit, absolvatur. Equidem dignus esse cupio, qui conspiciam sanctum hunc librum; neque enim dicere audeo me eum accipere velle, licet summopere cupiam[3]. Utinam reverendorum illorum et doctissimorum theologorum Olavii[4] et Frusii felicis memoriae[5] scripta ne pereant, sed potius, si non a nobis indignis, certe a ceteris de Societate, qui nobis meliores sunt, in rem nostram convertantur[6].

---

[a] *Haec vel similia supplenda esse res ipsae ostendunt.*

---

[1] Vide supra p. 33—34.

[2] Ioannes Wigand, Lutheranorum magdeburgensium „superintendens", a. 1556 Magdeburgi contra Canisii „Summam doctrinae christianae" vulgaverat librum „Verlegung aus Gottes wordt, des Catechismi der Jhesuiten"; in quo de Canisio, Societate Iesu, tota ecclesia catholica multa maledice et contumeliose dicebat. Cf. *Canisii* Epistulas I, 604—605, et *editoris* „Entstehung . . . der Katechismen" etc. p. 56—59.

[3] Lainius Ferdinando rege postulante et S. Ignatio iubente summam illam theologicam, quae universitatibus vindobonensi et friburgensi usui esset, ineunte anno 1553 parare coeperat, sed „occupationibus urgentibus", ut ait *Polancus*, et maxime generalatu prohibitus est, ne eam absolveret (Chronicon III, 67—68).

[4] Martinus Olave, collegii romani professor et superintendens (de quo vide *Canisii* Epistulas I, 298[3]), 17. Augusti 1556 vita decesserat (*Orlandinus* l. c. l. 16, n. 89).

[5] Andreas Frusius (Des Freux), primus rector collegii germanici, † 26. Octobris 1556; de quo vide *Canisii* Epistulas I, 248[8].

[6] De Frusii operibus, sive manu scriptis sive typis exscriptis, vide *Sommervogel*, Bibl. III, 1046—1049. Qui etiam refert Mediolani in bibliotheca ambrosiana exstare Olavii scriptum „De iustificatione" (l. c. V, 1880). Praeterea superest *codex signatus „Scripta B. P. Canisii. X.C.", quem Canisius olim adhibuit et adnotationibus aliquot ornavit; hic f. 197—226 continet libellum „De Justificatione", cuius extremae parti manu eadem ascriptum est: „Hoc opus imperfectum reliquit R. P. Olauius morte preuentus"; ibidem f. 147[a]—195[a] eadem manu scriptum exstat „Dictatum R. P. Domini Olauij, De ecclesia"; in fine „dictati": „4 Ianuarij anni 1557.

Le cose nove de Colonia et Noviomago et quelle bande qui non potemo sapere, et pur desideriamo nel Signore. io scriviro al padre Leonardo [1] que mandi Stefano de Spira per queste bande, porque V. R. cosi permette [2], et forse non saria male, se il padre Leonardo mandando tanta gente a Roma, anche per licentia di V. R. mandasse alcuni per queste bande, etiam coqui, et spenditori, quando venessero ale mani, per che farebbono in questi collegii buonissimo servitio,

Circa conversare con li heretici scrive V. R. que se puo con intentione daiutarle [3], Ma accade spesso in questi paesi que se conversa con essi o nelli convitti, o nelle piace, et nella quotidiana consuetudine, etiam dove questa intentione cessa, et cossi desideriamo essere ancho liberati di questo scropolo, si sia licito conversare con loro, etiam cessante intentione et speranza de poter adiutarli et conoscendoli quasi per desperati, et obstinati.

*— Fin a qui mi ha servito il P. Covillon, essendo chiamato da me per recrearlo in queste vacantie del studio Ingolstadiense

---

Quid novi acciderit Coloniae ac Noviomagi et in terris illis, hic cognoscere quidem non possumus, sed scire cupimus in domino. Patrem Leonardum [1] per litteras monebo, ut Stephanum spirensem in has regiones mittat, cum R. V. id concesserit [2], et fortasse expediat patrem Leonardum tam multos Romam mittentem etiam in has regiones R. V. permissu mittere aliquos, etiam coquos et dispensatores, si ad manum venerint, utilissimos certe in his collegiis futuros.

R. V. scribit licere cum haereticis conversari, cum quis eos ad fidem catholicam convertere velit [3]. Sed saepe in his terris accidit, ut quis vel in conviviis vel locis publicis et cotidiana consuetudine cum iis conversetur, etiam ubi voluntas ista exstare desinit. Cupimus itaque hoc quoque liberari scrupulo et cognoscere, num liceat cum iis conversari, etiam ubi eorum convertendorum voluntas et spes exstincta est, cum ipsos quasi desperatos et obstinatos esse constet.

Usque adhuc scriptore usus sum P. Cuvillonio, quem huc accersivi per hasce universitatis ingolstadiensis ferias recreandum. Veniam itaque suppliciter peto, si

---

Deo gratias." De „tractatibus" philosophicis, quos idem Olavius in usum scholasticorum Societatis conscripsit, vide *Polanci* Chronicon III, 34.

[1] Leonardum Kessel, collegii coloniensis rectorem, dicit.

[2] Canisius significare videtur piissimum fratrem scholasticum Stephanum Carolum, ex Udenheim (nunc Philippsburg), quod oppidum tunc ad dicionem spirensem pertinebat, ortum ideoque etiam appellatione „Stephani Spirensis" notatum. At is 15. Octobris 1557 Coloniae phthisi consumptus erat (*Reiffenberg* l. c. p. 59). Anno 1554 Romae in collegium germanicum receptus erat (Card. *Steinhuber* l. c. I, 41).

[3] Lainius haec scripsisse videtur, non quod opinaretur conversationem hanc (excepta spe conversionis) iure canonico interdictam esse — neque enim haeretici illi omnes „excommunicati vitandi" erant —, sed quod Socios cum haereticis multum conversari, nisi cum eorum animas iuvare vellent, neque decere neque expedire putaret, praesertim cum inter Socios illos plerique iuvenes, novicii, theologia nondum imbuti essent. Ac mox videbimus eum huiusmodi voluntatem exegisse tantum „generalem" et „habitualem". In Hassia anno 1568 protestantium „superintendentes" Marburgi congregati asseruerunt suis etiam a civili catholicorum consuetudine abstinendum esse, ita ut neque ederent neque biberent cum iis neque occurrentes in viis salutarent (*Heinr. Heppe*, Geschichte der hessischen Generalsynoden

Onde prego perdono humilmente, se la scrittura non sia molto corretta. Io non li darò la litera seriosa, che e mandata per la sua correttione, se non dappoi, et spero sara piu adiutato con questa severità, che con alcuna dolcessa. io lo levaro del' offitio collaterale. V. R. non se cura, se desidera esser levato di qua, et se si lamenta al suo modo, non est compos sui, in querendo et lamentando perpetuus, neque tam debilis videtur, ut praesefert. Authoritatem illi nullam dari velim apud Rectorem, quem plus satis exercet, ut ille iustius conqueri de huius morositate et asperitate possit, quam accusari debeat. In petendo jam hoc, iam illud immodicus. Sed antequam a me redeat Ingolstadium, exhibebo ei literas vestras cum exhortatione.

Il Signor nostro ci dia il lume della sua Santa Sapientia, et il fuocho della sua divina charita per essequir quello besognia al honore suo. De Ratisbona al principio del nuovo anno 1557.

Della R. P. V. Figliolo in Christo
Piedro Canisio.

† Al molto Reuerendo in Christo padre mio, M Giacobo Laynez, Vicario generale della Compagnia de Iesu In Roma. —*

Nota: Inscriptioni altera manu eiusdem temporis adnotatum est: „Iesus 1557 Ratisbona Del Padre Canisio del principio di Gennaio. Riceuuta alli 4 di Febraio."

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 6. Februarii 1557.

---

quid forte haud ita emendate scriptum sit. Graves illas litteras, quae eius corrigendi gratia missae sunt, postea ei tradam, sperans hanc severitatem magis ei profuturam quam suavitatem quamcumque. Ab officio collateralis eum removebo. Cum autem a vobis, ut hinc avocetur, petet suoque more conqueretur, R. V. id, quaeso, neglegat; non est *[etc. ut supra]*.

Dominus noster lumen sapientiae suae sanctae et ignem divinae caritatis suae nobis donet, ut ad gloriam suam, quae oportet, praestemus. Ratisbona initio novi anni 1557.

R. P. V. filius in Christo
Petrus Canisius.

Admodum reverendo in Christo patri meo, M. Iacobo Laynez, vicario generali Societatis Iesu, Romae.

230.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ratisbona mense Ianuario (ante medium) 1557.

Ex apographo recenti, descripto ex autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 76—617 posito. Particulam latine vertit *Sacchinus*, Can. p. 121 (cf. ibid. p. 337), et ex eo deprompserunt *Dorigny, Python, Fuligatti, Boero, Riess* etc.

---

von 1568—1582 I [Kassel 1847], Urkundensammlung 4. Plura ponit *Johannes Janssen*, Gesch. des deutschen Volkes IV [15. u. 16. Aufl., Freiburg i. Br. 1896], 5).

A pontifice licentiam obtinere cupit cum quibusvis haereticis commercium habendi et libros prohibitos legendi. In comitiis protestantes Ferdinandum regem urgent, et sedes apostolica despicitur. Rex Canisium quasi primarium theologum suum habet. Qui in Indiis mendicare mallet, sed in sancta oboedientia conquiescit. Pragense collegium in duobus pagis suis populum habet protestantem et sacerdotes concubinarios; quid agendum? Num in collegii ecclesia cantus abolendus?

†

Confidandomi molto della Reuerenda P. V. io istantissimamente prego una gratia, et spero de poter impetrarla per l'adgiuto della divina misericordia. Vorria adunque in ogni modo star sicuro in coscientia in questa dieta Imperiale in Boemia ed altrovi, doue tuttavia hauemo di conuersare con li heretici siano manifesti o occulti, sia speranza della conversione di loro o no sia humanamente [1]. L'altra è simile, de poter legere li libri heretici o sospetti, sicome già inanzi ho scritto [2]. Et così se la Sua Santita per mezzo de V. R. mi vorria far queste gratie al fine del bene commune (che io desidero promouere insin' al sangue per la fede Catholica) io mi trouerò più contento, et non poco releuato in queste grande fatiche. Altramente se non hauerò questa dispensa et libertà in queste cose che sono di iure positiuo, io tengo questo pezo per insupportabile de poter stare et durare cossì in medio nationis prauae [3], et in questa corte del Re molto pocho sana et catholica. Onde prego con ogni humilità, benchè son indegno figliolo, che la Reuerenda P. V. ex paterna cura et compassione voglia in questo prouedere a me, et, si è possibile, alli altri anchora Theologi che sono in Germania della Compagnia nostra.

Con questo spetialmente io mi reccomendo tutto alle orationi di V. R. P. et desidero anchora, che mi sia licito chiamar alcuno Theo-

†

Magnopere confidens in reverenda P. V. instantissime peto gratiam, quam spero me posse impetrare adiuvante misericordia divina. Vellem secura esse conscientia in his imperii comitiis et in Bohemia atque alibi, ubi semper commercium nobis habendum est cum haereticis, sive manifesti hi sunt sive occulti, sive spes est eos conversum iri, sive, humanis viribus spectatis, id sperari non potest [1]. Altera gratia eaque prioris similis haec est, ut libros haereticos vel suspectos legere mihi liceat; qua de re iam antea scripsi [2]. Itaque si sanctitas sua intercedente R. V. haec mihi concesserit communis utilitatis causa (quam ego augere cupio ita, ut vel sanguinem pro fide catholica effundere paratus sim), magis contentus ero et magnam habebo levationem magnorum horum laborum. Sin autem dispensationem hanc et libertatem in his rebus, quae iuris positivi sunt, non accipiam, onus mihi videbitur non ferendum, degere ita ac perseverare in medio nationis pravae [3] et in hac aula regia, quae ut prorsus sana et catholica sit multum abest. Quare animo maxime demisso, quamvis indignus sim filius, reverendam P. V. rogo, ut pro paterna cura sua et misericordia hac in re mihi ac, si fieri potest, ceteris quoque Societatis nostrae theologis prospiciat in Germania versantibus.

Praeterea me totum precibus R. P. V. singulariter commendo, atque etiam peto, ut liceat mihi theologum aliquem e nostris in Germania haud procul degen-

[1] Vide supra p. 48. [2] Vide supra p. 29. [3] Phil. 2, 15.

logo delli nostri vicini in Germania in quanto paresse coueniente a promovere il bene commune in questa dieta contro li heretici, li quali fanno grand instantia al Re, che se resolvi la cosa della Religione, sicome li è stato promesso nella ultima dieta in Augusta [1]. Et cossì pare che la sua Maiestà me vorebbe adesso adoperare quasi per il suo primario Theologo adgiungendo poi alcuni altri che hanno scritto in Alemania contra queste sette [2]. Non che sua Maiesta vorria far un nuovo Interim [3], ouero disputar molto contro li Lutherani, o preiudicare alla sede Apostolica, la qual certo mai è venuta in tanto dispregio sicom' adesso per mezzo di questa guerra [4], quanto io posso intendere. Ma credo che la sua Maiesta vole hauere questi Theologi appresso di se per esser prouisto meglio de quello che besogniara rispondere alli aduersarii in omne eventu. Onde io cognoscendo la mia pocha sofficientia, et grande infirmità et imperitia, vorria scampare in ogni modo, et più presto mendicar in India che invilupparme

---

tibus arcessere, cum id convenire videbitur ad salutem publicam in his comitiis augendam et contra haereticos defendendam, qui apud regem multum instant, ut causa religionis definiatur, sicut in postremis comitiis augustanis iis promissum est [1]. Videtur itaque maiestas sua me nunc velle uti quasi primario theologo suo, cui deinde aliquot alios adiungat, qui in Germania contra has sectas scripserunt [2]. Non quod maiestas sua novum Interim condere velit [3] vel contra Lutheranos multum disputare vel praeiudicium afferre sedi apostolicae, quae certe (quod equidem intellegere possim) numquam in tantam contemptionem venit, in quantam nunc adducta est hoc bello [4]. Verum existimo maiestatem suam hos theologos secum habere velle, quo magis in omni eventu, quae adversariis respondenda sint, sibi sint praesto. Quare cum parvam facultatem meam cognoscam et magnam infirmitatem atque imperitiam, vellem quocumque modo effugere hinc et potius mendicare in India, quam tot

---

[1] Cum anno 1555 Augustae Vindelicorum in comitiis imperii „pax religionis“ constitueretur, decretum est simul in proximis comitiis de rationibus agendum esse, quibus controversiae religionis componi possent. In ratisbonensibus hisce comitiis principes protestantes a Ferdinando rege hoc maxime et vehementissime poscebant, ut „reservatum ecclesiasticum“ aboleret sive e „pace religionis“ augustana caput illud tolleret, quo statuebatur: Episcopos aliosque ecclesiasticos, si ad lutheranismum transirent, officio, dignitate, reditu ecclesiastico privandos esse, salvo tamen honore suo. Ferdinandus nulla ratione ad „reservatum“ hoc abolendum adduci potuit (cf. *Janssen* l. c. IV, 61—68). Dubium non est, quin Canisius ad regis animum in hoc proposito confirmandum multum contulerit.

[2] Ita factum esse ex epistulis sequentibus cognoscetur.

[3] Libellus significatur a Iulio Pflug, Michaële Helding, Ioanne Agricola compositus, cui titulus: „Der Römischen Kaiserlichen Maiestat erclärung, wie es in der Religion halben im hailigen Reich biß zu außtrag des gemainen Concili gehalten werden soll, auff dem Reichstag zu Augspurg den XV. May im M.D.XLVIII. Jar publicirt“ [Augustae Vindelicorum, sine anno]. Carolus V. libello hoc vel potius lege imperiali protestantes catholicis conciliare frustra conatus est. „Interim augustanum“ — sic enim vocatur — dogma continebat catholicum, sed tenui nonnumquam et vago sermone enuntiatum; protestantibus usque ad futurum concilium generale matrimonium sacerdotum et communionem sub utraque specie permittebat. Haec cum caesar propria auctoritate decrevisset, apostolica sedes ea reprobavit.

[4] Bellum dicit, quod Paulo IV. cum Philippo II. erat.

in tante intriche pericolsissime, per le quale s'acquista spesso un' infamia perpetua, et se preiudica alla Santa Sedia etc. Sed loquetur in me Dominus Deus per servum suum et Superiorem meum. Audiam[1] illud, et non trepidabit cor meum, etiamsi consistant adversum me castra[2], quoniam in obedientia spes et fortitudo mea[3], nec eligam in domo Dei[4] esse aliud quam jumentum apud te[5] omnibus diebus vitae meae[6]. V. R. P. mi perdoni della longezza, et voglia in spetie hauere per reccomendato il nostro Re, che è adesso quasi Re et Imperatore insieme[7]. Iddio l'adgiuti nelli suoi grandissime besognie, sicome tiene d'entra et de fuora. Jdem filius P. C.

In Praga se questa difficultà. Essendo li nostri hora patroni di quello monasterio de Oibin, et consequentemente hauendo de instituire 2 pastori in 2 ville incorporate al detto Monasterio[8], se uiede per la esperientia, che le uille con li suoi pastori fanno comi li vicini suoi, id est nella dottrina, fede et administratione delli Sacramenti sono heretici, et li preti ouero pastori vogliano restare ussorati. Hora se noi voliamo leuar questi pastori, non potemo trouar altri catholici preti, et se li trouassimo (che io penso impossibile) il populo essendo tanto corrotto non se contentarebbe de quelli. Se questo caso pro-

---

involvi periculosissimis tricis, in quibus aeterna saepe subitur infamia, et sedis apostolicae iura laeduntur etc. Sed loquetur in me Dominus Deus per servum suum et superiorem meum. Audiam[1] illud, et non trepidabit cor meum, etiamsi consistant adversum me castra[2], quoniam in obedientia spes et fortitudo mea[3], nec eligam in domo Dei[4] esse aliud quam jumentum apud te[5] omnibus diebus vitae meae[6]. R. P. V. ignoscat mihi, quod prolixior fuerim, et singulariter sibi commendatum habeat regem nostrum, qui nunc quasi simul rex est et imperator[7]. Deus eum in summis necessitatibus adiuvet, quibus et domi et foris affligitur. Jdem filius P. C.

Pragae haec orta est difficultas. Nostri, cum monasterii illius oibinensis nunc sint domini ac proinde duos pastores in duobus vicis monasterio illi attributis instituere debeant[8], vicos illos cum pastoribus vicinorum exemplum sequi experiuntur; haeretici enim sunt in doctrina et fide ac sacramentorum administratione, ac sacerdotes illi vel pastores retinere volunt mulieres, quas tamquam uxores duxerunt. Nos autem, si pastores illos amandabimus, alios sacerdotes catholicos non inveniemus, et si inveniremus (quod ego non puto fieri posse), hi populo illi adeo corrupto non possent satisfacere. Quae si regi proposuerimus, postulabit fortasse,

---

[1] Ps. 84, 9. [2] Ps. 26, 3.

[3] Cf. Ps. 60, 4; 117, 14 etc.

[4] Ps. 83, 11. [5] Ps. 72, 23. [6] Ps. 22, 6.

[7] Carolus V. in Hispania morabatur et imperium in Ferdinandum transferre iam statuerat.

[8] Alterum horum vicorum fuisse Hermsdorf cognoscitur ex litteris Canisii 10. Iunii 1557 datis. Monasterium Oybin plus quam duos vicos habebat: Herwigsdorf, Drausendorf, Olbersdorf, Wittgendorf, Oderwitz, Jonsdorf etc. (cf. *Can.* Epp. I, 630[1]). Nec tamen singuli hi vici suum proprium parochum habuisse videntur.

poneremo al Re, potria dire che, li nostri pigliassino la cura saltem ad tempus, et che circhino persone disposte, le quali tutta via manchino, talmente che se trovino molte città, intorno senza prete alcuno. Vedi V. R. P. se hauemo da supplicar sopra cio alla sua Santita almanco che siamo liberi in conscientia, etiam se quelle uille fussino lassate da noi senza pastore. In tutto io me rimetto alla R. P. V.[1]

Jtem hauendo li nostri commintiato de cantar in Praga alle feste, et essendo li Boemi deditissimi al canto, il qual anchora sempre inanzi è stato in nostra Ecchieza, la qual pocho sarria frequentata leuando il canto della Missa, non so se sia espediente levar per adesso quello che hanno incomminciato per conseglio et instanza delli amici principali[2]. Non altro se non che Iddio sia seruito de noi sempre de tutt' il cuore. Amen.

† Al Reuerendo Padre Laynez

Nota: Hae litterae, quibus nec locus nec tempus ascripta sunt, in codice nostro una cum epistulis anno 1560 datis positae sunt. Attamen ex rebus, quas continent, intellegitur eas datas esse in comitiis imperii, quibus Canisius diu intererat, et quae habita sunt, antequam imperium a Carolo V. in Ferdinandum transferretur; quae comitia certe alia esse non possunt quam ea, quae annis 1556 et 1557 Ratisbonae habita sunt. Praeterea ex ipsis litteris constat eas datas esse, antequam Ferdinandus Ratisbonae coetum quendam theologorum, quem de rebus religionis consuleret, congregasset; hunc autem sub medium mensem Ianuarium a. 1557 coactum esse litterae proxime sequentes ostendunt, maxime si cum proxime praecedentibus componantur. Praeterea Polancus 6. Februarii 1557 Lainii nomine ad dubium de commercio cum haereticis habendo in his litteris propositum rescripsisse videtur. Modus autem, quo Canisius hasce litteras subscripsit („Jdem P. C.") et inscripsit, sat clare indicat eas a Canisio alteri alicui epistulae ad Lainium missae adiunctas esse, atque haec fortasse periit, aut — id quod vero est simillimum — non est alia quam ea, quam initio Ianuarii datam supra, p. 38—49, proposuimus.

Lainius per Polancum Canisio rescripsit 6. Februarii 1557.

---

ut nostri curam illam saltem ad tempus suscipiant et homines idoneos quaerant; qui tamen desunt adeo, ut multae civitates vicinae omni sacerdote careant. Videat igitur R. P. V., num hac in re sanctitatem suam adire debeamus, saltem ut in conscientia liberi simus, etiamsi vicos illos pastoribus carere sinamus. Omnia ego arbitrio R. P. V. permitto[1].

Item nostri pragenses canere coeperunt diebus festis, et Bohemi deditissimi sunt cantui; qui etiam antea semper fuit in templo nostro, quod, cantu ex missae sacrificio sublato, haud multum frequentaretur. Nescio itaque, num expediat nunc abolere, quod ipsi suadentibus et instantibus praecipuis amicis inceperunt[2]. Neque aliud, quod scribam habeo, nisi me optare, ut Deo semper ex animis vereque serviamus. Amen. † Reverendo patri Lainio.

---

[1] *S. Ignatius* collegiis Societatis cura animarum suscipienda interdixerat, ne a litterarum studiis distraherentur (Constitutiones P. 4, c. 2, n. 4; P. 6, c. 3, n. 5).

[2] Eadem de causa S. Ignatius nolebat in ecclesiis Societatis officia divina, ac praesertim missas, cum cantu „figurato vel firmo" fieri (Constitutiones P. 6, c. 3, n. 4 et B).

231.

CANISIUS
SOCIIS VINDOBONENSIBUS.

Ratisbona 19. Ianuarii 1557.

Ex commentario, qui ab aliquo Societatis homine saeculo XVI. vel ineunte XVII. compositus et sic inscriptus est: „Collectanea quaedam facientia ad hystoriam de Collegio Viennensi.“ Vindobonae is conscriptus indeque Romam ad praepositum generalem Societatis missus esse videtur. Cod. „Aust. Fund. Coll. II.“ f. 140—141.

„*Ex literis [P. Canisii] Ratisponae datis 19 Januarij Anno 1557. Reuerendus P. Canisius primarius Theologus ex Regijs eligitur ad colloquium Wormatiense. Socij sunt Vicelius, Staphylus, D. Symon Augustensis, Dominicanus quidam baccalaureus Viennensis, in aula bauariensi Concionator. His accedunt Episcopi duo Merspergensis et Gurtzensis, regius vterque Ecclesiastes. Euocat Vienna socium P. Gaudanum.*“

Haec verba quid significent, ex iis patet, quae Canisius 22. Ianuarii 1557 ad Lainium rettulit: A Ferdinando rege duos episcopos et quinque theologos, inter quos theologos sibi primum tribuerent locum, congregatos esse et regem edocere iussos, num sine sanctae sedis praeiudicio capitum controversorum conciliatio aliqua fieri posset. Horum nomina usque adhuc (ni fallor) ignota erant. Episcopatum merseburgensem tum Michaël Helding (cf. *Canisii* Epistulas I, 39[8]), gurcensem Urbanus Austriacus (de quo plura infra) regebant. De Georgio Vicelio „seniore“ et de Friderico Staphylo vide *Canisii* Epistulas I, 588[3]. 557[1]. Illum his comitiis interfuisse constat ex ipsius litteris Moguntia 15. Maii 1557 ad Iulium Pflugium datis, quae sunt in „Epistolis Petri Mosellani“ etc. „ad Julium Pflugium“, ed. *Chr. Gottfr. Müller* (Lipsiae 1802), p. 83—85. Staphylus Nissa 23. Aprilis 1557 Stanislao Hosio scripsit se „bis e Ratispona“ ei scripsisse (*Stanislai Hosii* Epistolae T. II, P. 2, edd. *Fr. Hipler* et *Vinc. Zakrzewski* [Cracoviae 1886. 1888], p. 815). Doctor Simon Scheibenhart, Friburgo Brisgoviae ortus, cum ab a. 1545 ad 1554 Friburgi Helvetiorum contionator et canonicus ecclesiae S. Nicolai fuisset, Augustae Vindelicorum ecclesiae collegialis S. Mauritii canonicus, contionator, parochus factus est (*Apollin. Dellion* O. Cap., Dictionnaire historique, statistique des paroisses catholiques du Canton de Fribourg VI [Fribourg 1888], 325—326). Dominicanus ille erat Ioannes Gressenicus (Cressenicus, Gresnigg), qui a. 1550 et 1551 in universitate vindobonensi theologiam docuerat (*Aschbach* l. c. III, 89).

232.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ratisbona 22. Ianuarii 1557.

Ex apographo, quod sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scriptum et postea ex autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 12—295 posito, emendatum et suppletum est.

Partem epistulae vulgavit *Boero*, Can. p. 155—156, et ex eo *J. M. S. Daurignac*, Histoire du Bienheureux Pierre Canisius (Paris 1866) p. 166—167. Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 120, et *Paul Drews*, Petrus Canisius (Halle 1892) p. 65—67.

Imperii ordines colloquium de religione instituere decrevisse. Regem conventum convocasse theologorum, quos de ratione colloquii habendi consuleret. Se conventui illi interesse, ut sedis apostolicae iura tueatur. De P. Curillonio, P. Tilano, aliis Sociis.

† Pax Christi nobiscum Reuerende pater in Christo.

Scrissi per l'ultime del mio stare qui nella dieta, et come li stati del Imperio vogliano far un altro colloquio fra li teologi utriusque partis [1]. Per la qual cosa il Serenissimo Re ha congregato 2 Veschoui et 5 theologi, fra li quali mi danno il primo luocho; talmente che V. R. P. po subito giudicare quanta sia la dottrina et sofficientia delli altri [2]. Iddio ci dia la sua misericordia. Pur sappia V. R. P. che tutto questo se fa per il Re solo, il qual uole hauer informatione delli suoi theologi, inanti che se facia il colloquio, si possiamo trovar alcuna moderatione o conciliatione delli articuli controuersi, non preiudicando alla Santa Sedia della Sua Santita. Non dubitate, io benche insofficiente per tal imprezza, staro saldo, non mouendome ad dextram vel sinistram [3] per la gratia del Signor beneditto, cuius causa hic agitur. Et così il Reuerendissimo Card. Augustano giudica necessario, ch' io per impedir la concessione licentiosa delli Theologi Tudeschi (siccome sono tutti) faccia questa obbedientia alla Sua Maiesta [4]. Et sopra ciò ha esso scritto alla

---

† Pax Christi nobiscum. Reverende pater in Christo.

Postremis litteris scripsi me hic comitiis interesse, et imperii ordines novum colloquium inter utriusque partis theologos instituere velle [1]. Hac de causa serenissimus rex duos episcopos et quinque congregavit theologos, inter quos mihi primum tribuunt locum; ex qua re R. P. V. ilico intellegere potest, quam docti et idonei sint ceteri [2]. Deus nostri misereatur. Attamen sciat R. P. V. haec omnia pro rege solo fieri, qui ante colloquii institutionem a theologis suis edoceri cupit, num capitum controversorum moderationem vel conciliationem invenire possint eam, qua nullum sanctitatis suae sacrae sedi praeiudicium fiat. Nolite dubitare, quin ego, quamvis ad hanc rem sim ineptus, mihi constiturus sim, non declinans ad dextram vel sinistram [3], iuvante Deo optimo maximo, cuius causa hic agitur. Reverendissimus itaque cardinalis augustanus necessarium esse censet, ut hac in re regi oboediam ac nimium erga protestantes indulgentibus theologis hisce germanis (quales sunt omnes) obsistam [4]. Qua de re idem cardinalis ad sanctitatem suam scripsit rogans, ut sanctae

---

[1] Imperii ordines ecclesiastici 5. Ianuarii 1557 Ferdinando I. responderunt nolle se colloquio illi adversari, dummodo ne per ea, quae a collocutoribus agenda essent, ullis officiis obstringerentur, ac collocutorum res gestae ad ordines imperii referrentur et concilio generali habendo locus relinqueretur. Die itaque 11. Ianuarii in consilio quodam ex selectis utriusque partis ordinibus constituto deliberari coeptum est, qua forma et ratione colloquium illud habendum esset (*Bucholtz* l. c. VII, 366).

[2] Vide supra p. 54.

[3] Ios. 1, 7. Prov. 4, 27 etc.

[4] Georgius Vicelius „senior", qui ex theologis illis erat, 1. Ianuarii 1557 libellum vel commentarium composuit, qui inscribitur: „Sereniss. Regiae Majest. Seorsim,

Sua Santita ch' ogni modo me voglia confirmare in questa dieta per rispetto della santa religione, non essendo altri instrumenti per le mani a impedir il preiudicio che se potria fare alla Santa Sede Apostolica. Onde con ogni humilità desidero esser adgiutato per mizzo delli santi sacrifitii et communi pregieri della R. P. V. et delli altri RR. Padri et Fratelli[1].

Diro adesso 2 parole del P. Couillon et P. Tielano li quali ci danno piu de fare che tutti li altri in questa prouincia pur in diuersi modi[2] perche il P. Couillon essendo molto radicato nelli suoi antiqui scropoli et phantasmati che torniano alle volte si come se fusse lunatico, ò sotto posto alle mutationi lunari, pare, che non se lassa adiutare, l' altro per sua dura et grossa testa et essendo molto commosso contra il superiore sicome anchora il priore ha de bisogno de esser molto humiliato et mortificato. Con il P. Couillon io mi e portato qui sensa rispetto della sua dottrina et professione[3]. toccando lo ad vivum, et io lo volse mettere sotto il governo del Rettore addendo riprehensione et minazzie, di modo che la sensualita non si poteua occultar et difendere con il pretexto della professione et raggione si come suggerit homo vetus[4]. Lui e pusillanime et pur per la troppo sensualita et qualche superbia rechiede forte me-

---

religionis causa me in his comitiis omnino retineret, cum alii ad manum non essent, quorum opera impediri posset, ne forte sanctae sedi praeiudicium fieret. Quare demisso animo peto, ut R. P. V. et reliquorum RR. patrum et fratrum adiuver sanctis sacrificiis et precibus communibus[1].

Pauca addam de P. Cuvillonio et de P. Tilano, qui plus quam reliqui omnes huius provinciae Socii nobis facessunt negotii, diversis tamen modis[2]. Pater enim Cuvillonius, cum scrupuli et falsae rerum imagines magnopere in eo inveteratae sint (quae nonnumquam redeunt, perinde ac si lunaticus sive sub lunae mutationes subiectus esset), remedium auxiliumque admittere non videtur. Alterius caput cum durum sit et rude atque animus in superiorem vehementer concitatus (sicut etiam eius, de quo prius scripsi, animus), spiritus eius magnopere reprimi frangique necesse est. Erga P. Cuvillonium hic ego ita me gessi, ut nequaquam ob eius doctrinam et professionem parcendum ei esse ducerem: vivas partes secui et in rectoris potestatem eum redegi, reprehensionibus et minis additis ita, ut carnis amor nec se abscondere nec professionis nomine[3] vel iis rationibus, quas homo vetus[4] suggerit, se defendere posset. Licet autem ipse pavidus sit, tamen propter nimium carnis amorem et

---

ubi vacabit, perlegenda. Ratisbonae in comitiis anno 1557." Protestantibus inter alia „clerogamiam" concedi vult, salva tamen concilii oecumenici auctoritate. Wicelii libellus exstat in „Beiträge zur politischen, kirchlichen und Cultur-Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte, herausg. von *J. v. Döllinger*", III (Wien 1882), 175—179.

[1] Quae *Python* a Canisio in hoc vel simili conventu regi dicta esse asserit (cf. supra p. 40[6]), potius ad prius aliquod tempus spectant, quo non de forma colloquii, sed de hoc ipso, utrum colloquium habendum esset necne, disserebatur.

[2] De his videnda sunt, quae adnotavi supra p. 27[5]. 28[4].

[3] Cuvillonium sub a. 1549 sollemnem quattuor votorum professionem fecisse ex * tabulis antiquis certo constat; verisimillimum autem est eum Romae 10. Februarii 1549 id praestitisse.

[4] Rom. 6, 6. Eph. 4, 22 etc.

dicina massime essendo tanto inordinato et queruloso et poco dedito alla oratione, et dappoi dedito alla sensualita in dormire etc. Jl studiar li viene molto in tedio[a] et questo e il principal inganno del Satanasso, et li persuade che non possi far le fatiche e lo perturba mentre che legge con molti scrupoli.

Et credo ch l' inimico viede molto involontieri che il P. ditto resti in Bavaria perche acquista ogni di piu et piu la sua R. de authorita, et tutti non fanno quasi conto delli altri Dottori in respettu di costui, ch e tanto valente in disputar, leggere et eshortar, di modo, che tutti sono affectionatissimi à esso et vengino in bon numero a sentirlo. Ma sicome io dissi lui se tenta in tutti questi essercitii et vorria nessuna cosa far piu volontieri, se non che studiar niente, pensando che il studiar li dia piu impedimento che quella sensualita et volonta propria. Quanto à la littera à lui scritta ex parte de V. R. molti giorni non poteva digirir tal medicina, stando tutto melancholico, et dando la colpa al Rettor M. Thoma. Io lo informava per il contrario, attribuendo la colpa alla sua superbia, che non se rallegrasse per tal risposta, et che non vedesse li suoi manchamenti tanto chiari, li quali anchora non sapesse occultare nelle sue litere tanto piene di passioni. Et cosi al fin lassai sua R. rimandandolo per Ingolstad benche voleva piu presto stare con meco, che tornar alla lettione, et lo ho assolto de ogni cura circa il Rettor, et de casa, che solamente se occupi circa l' uffitio del lettore, disputatore et predicatore. Item ho scritto certi avisi per il suo confessore[b]. et spero che se quietara piu che inanti, essendo li cosi

---

superbiam quandam forti indiget remedio, praesertim cum bonam disciplinam tantopere neglegat et querelarum tam plenus sit neque orationi multum studeat et praeterea carni magnopere serviat dormiendo etc. Valde eum taedet litteris operam dare; qua in re Satanas maxime ei imponit eique persuadet eum laboribus illis ferendis imparem esse, eiusque animum, dum scholam habet, multis scrupulis perturbat.

Inimico vehementer displicere existimo, quod pater ille in Bavaria maneat; in dies enim reverentiae suae auctoritas augetur, et omnes tanti eum aestimant, ut reliquos doctores quasi neglegant; tantum enim valet disputando, docendo, exhortando, ut omnes maxime eum diligant et frequentes sint ad eum audiendum. At ipse, sicut iam scripsi, omnibus his exercitiis ad malum pellicitur, nec quicquam magis desiderat, quam nihil litterarum tractare, ea tractatione magis se impediri opinans quam illo carnis et propriae voluntatis amore. Quod ad R. V. litteras ad eum datas attinet, per multos dies illud remedium concoquere non poterat; omnino aeger erat animo et rei culpam rectori M. Thomae attribuebat. Ego contrarium ei dixi, eius superbia fieri affirmans, ut, quae rescripta ipsi essent, ei non placerent, neque manifestissima errata sua ipse cerneret, quae neque in litteris suis abscondere posset, turbatis animi motibus refertis. Atque ita reverentiam suam Ingolstadium remisi, quamvis ipse mallet apud me manere quam ad scholas redire; et omni rectoris rerumque domesticarum cura liberatum solum legendi, disputandi, contionandi officium eum administrare iussi. Quaedam etiam scripsi, quae confessario eius observanda essent, et tranquilliorem quam antea eum futurum esse spero,

---

[a] edio *apogr.* [b] professore *apogr.*

scritto de Roma, sicome conueniva alle sue grandi imperfettioni. Il Signor li dia la vera abnegatione et lo confirmi nella santa vocatione contra li venti della instabilita et desperatione.

Quanto al P. Tilano, non penso ch sia huomo simile nella compagnia, sicome se viede nelle lettere del R. P. Ursmaro[1] adgiunte. Poi mi scrivino che lui sia andato al prelato Pragense[2] diffamando notabilmente la persona del Rettore, con dire che lui e partiale et perturba tutto il Collegio, et che mai il collegio andara inanti sotto tal Rettore. Item lo prego, che secretamente mandase le sue litere a Roma, et non se confidase in questo da me, etc. di modo che poi sue lamentationi li rispose quello buono preposito. per l'amore de Iddio guardatevi, che non se sappia questa dessensione uostra[a], perche non haberebbino li altri mai creduto tal cosa et tengino fin a qui buono odore de uoi[b] altri. Et sono anchora altri che hanno inteso de questo[3] essendo lui pieno de impatientia et liberta sensuale. Et anchora che Iddio in una notte, quando con furia lui catsio del letto il Maestro Fratello Bartholomeo[4] et linteamina sua Iddio (dico) li

---

cum Roma ita ad eum scriptum sit, ut magnis eius erratis congruum erat. Dominus veram animi moderationem ei tribuat et in sancto vitae genere, ad quod ab ipso vocatus est, contra inconstantiae et desperationis ventos eum confirmet.

Hominem P. Tilani similem in Societate exstare non puto; id quod ex R. P. Ursmari[1] litteris, quas hisce adiungo, intellegetis. Postea scripserunt mihi eum pragensem adisse praelatum[2] et rectoris existimationem graviter violasse dicentem ipsum alterius partis studiosum esse totumque collegium perturbare neque umquam tali sub rectore collegii res fauste processuras esse. Ab eodem etiam petiit, ut litteras suas clam Romam mitteret neve ea in re mihi fideret etc. Auditis itaque eius querelis bonus ille praepositus ei respondit: Per Dei amorem vos rogo, ut caveatis, ne homines vos ita dissentire intellegant; neque enim umquam huiusmodi rem reliqui credidissent, qui usque adhuc bene de vobis existimarunt. Atque etiam alii quidam haec cognoverunt[3]; ipse enim plenus est impatientiae et naturae multum indulget. Et quamquam, cum nocte quadam ipse cum ira et rabie magistrum fratrem Bartholomaeum[4]

---

[a] *Sic legendum esse omnino videtur;* nostra *apogr.* [b] noi *apogr.*

---

[1] P. Ursmari Goissonii, collegii pragensis rectoris.

[2] Henricum Scribonium (Píšek), metropolitani capituli pragensis praepositum et archiepiscopatus pragensis administratorem, dicit; de quo vide *Can.* Epp. I, 599[1] etc.

[3] *Schmidl,* qui omnem hanc tragoediam copiosius enarrat, eum etiam Antonium Brus de Muglitz, ordinis „Cruciferorum cum rubea stella" magistrum generalem, adisse affirmat (l. c. I, 112).

[4] S. Ignatius inter primos Socios, quos anno 1556 Pragam misit, „Bartholomaeum" nominat, qui „in litteris latinis versatus sit" et „in superioribus facultatibus proficere" possit (Cartas de *San Ignacio* VI, 453); qui nescio num idem sit ac „Bartholomaeus Helvetus" ille, quem in collegii pragensis initiis e „rerum domesticarum administris" fuisse *Schmidl* (l. c. I, 93) narrat, atque etiam idem ac „Bartholomeus Bedula Heluecius Diaconus", quem 23 annos natum et Vindobonae „collegii novi" praefectum rhetoricesque studiosum esse P. *Carolus Grim* S. J. litteris sub mensem Maium a. 1559 Vindobona ad Lainium missis asserit (Ex * autographo. Cod. „Austr. Fund. III" f. 160[b]); de quo vide etiam *„Litteras quadrimestres"* III, 537.

messe un tanto horror et tremor alhora con un remorso de conscientia, che quasi forzato domando la perdonanza alla matina con humilita et prego il Rettore, che li facesse gratia, ricognoscendo la fontana de tanti suoi errori essere stata, perche il P. Henrico [1] fusse piu amato et honorato de lui etc. quasi il Rettore tropo se curasse del P. Henrico [2]. Niente dimanco que il Rettore diceva, bisognaria far alcuna satisfattione appresso del Preposito, refutavit iustam humiliationem quia nimium id dedecorum videretur. Poi havendo letto la litera di Roma, non se viede in lui grande emendatione. Ma perche il R. P. Lanoy ad meam instantiam e gia andato in Pragam, ut tantis dissentionibus et difficultatibus collegii succurratur, io mí informaro meglio de tutto.

Hor viede la R. P. V. che questo Dottore oltra che offende il Signor Iddio celebrando tanto indignamente in tal stato della inobedientia et iracundia, et oltra che [?] [a] da tanti scandali fuora et dentro, benche io spero ch di fuora sappiano pochi, io non so se sia espediente lassar questi duoi insieme, cioe il Rettore, et P. Tilano, essendo l' uno contra l' altro passionato benche il Rettor tiene piu causa. Io vedo che il P. Hurtado [4] non sia molto necessario in Ingolstad, et che con buona gratia del Ducha potria essere mandato per

---

eiusque linteamina e lecto eiecisset, Deus eius animo tantum iniecerat horrorem et tremorem ac conscientiae rancorem, ut quasi coactus mane veniam demisso animo peteret rectoremque, ut condonaret sibi facinus, rogaret, tam multos suos errores ex eo ortos esse confitens, quod P. Henricus [1] magis quam ipse amaretur et honoraretur etc. (perinde ac si rector P. Henricum nimis observaret [2]): tamen cum rector ipsi, quae praeposito dixisset aliquo modo corrigenda fore dixisset, refutavit iustam humiliationem, quia nimium id dedecorum videretur. Neque etiam eum, postquam litteras romanas legit, mores multum emendasse cognoverunt. Quia autem R. P. Lanoius me urgente Pragam iam, ut tantis dissensionibus et difficultatibus collegii succurreretur, profectus est, de omnibus iis rebus melius edocebor.

Videt igitur R. P. V. doctorem hunc non solum dominum Deum offendere, cum tam indigne sacrum faciat, huiusmodi inoboedientia et ira occupatus, sed etiam [3] tantae offensioni esse et externis et domesticis, quamquam ego paucos ex externis rem cognovisse puto. Nescio ego, num expediat duos hosce, rectorem et P. Tilanum, quorum alter in alterum concitato est animo (quamquam rector in meliore est causa) simul esse sinere. Video P. Hurtadum [4] Ingolstadiensibus haud ita neces-

---

[a] *Sic apogr.; sed legendum esse videtur:* iracundia, anche.

---

[1] Blissemius; cf. supra p. 44[1].

[2] „Cum Blyssemius“ inter menses Maium et Iulium a. 1556 „de laudibus Theologiae praefatus esset, Tilianus, ut male“ et rectori et Blyssemio „faceret, Praefationem plane ab instituto suo, et Philosophia abhorrentem, ac Philippicam potius in Blyssemium conscripsit, qua omnia, quae Blyssemius attulerat, multa verborum acerbitate refelleret. Et datum fuisset domesticae discordiae publicum specimen, nisi Canisii Provincialis, tum forte praesentis, authoritas valuisset, qui, licet aegre, furentem multis rationibus compescuit“: *Schmidl* l. c. I, 111—112. Cf. *Canisii* Epistulas I, 619—620. [3] Vide supra, adnot. a. [4] Perez.

Praga, per il che la sua Reuerentia potria succedere in luocho del Dottor Tilano in leggere Dialectica et qualche volta il Greco, ó sphera [1], item potria confessare in casa, et se rimandarebbe il P. Cornelio [2] in Ingolstad, et gia il P. Rettore et P. Covillonio hanno consentito che cosi se faccia, et che io mandi 3. ó 4. persone insieme á Praga de Ingolstad, pensando che non solamente se disminuiranno l' spese del collegio, ma anchora che non se notara per preiuditio alla maggior dotatione del collegio Ingolstadiense in questi tempi. Ma tutto questo io represento alla R. P. V. aspettando la determinatione sua. Prima se sia piu suppurtabile il P. Tilano massime non emendandose da vero. 2. se lui habbia de star in questa provintia, in quanto se partirebbe con la volonta delli superiori. 3. si piace mandar il P. Hurtado per adgiutar quello collegio in molti modi, 4:[a] che penitentia se dara al fratello nostro Guilhelmo in Praga, poi che ha violentamente battuto con colpi di pugne il Ministro di casa et predicatore Jona [4], dal qual non pigliava volontieri le penitentie [5], pur [6]

---

sarium esse et cum bona ducis gratia Pragam mitti posse. Posset itaque reverentia sua in locum doctoris Tilani succedere ita, ut dialecticam doceret et nonnumquam graecam linguam vel globi rationes [1] traderet; atque etiam sacras domesticorum confessiones excipere posset; ac P. Cornelius [2] Ingolstadium remitteretur. Pater rector et P. Cuvillonius iam probaverunt consilium meum ita agendi et tres quattuorve homines simul Ingolstadio Pragam mittendi, non solum collegii impensas ita imminutum iri, sed etiam maiori collegii dotationi his temporibus [3] id non obfuturum rati. Verum haec omnia R. P. V. explicata volui ita, ut exspectarem, quaenam ipsa constitueret, ac 1° num P. Tilanus diutius ferri possit, praesertim cum vera morum emendatio in eo non compareat; 2° utrum eidem in hac provincia manendum sit, an superiorum permissu ipse ex ea discedere possit; 3° num placeat P. Hurtadum huc mitti ad collegium hoc multis rationibus iuvandum; 4° quanam poena frater noster Guilielmus pragensis multandus sit, qui pugnis violenter cecidit Ionam [4], ministrum domus illius ac contionatorem, a quo parvas illas multas, quas hic ei irrogabat [5], haud accipiebat libenter. Qui [6] tamen per patrem rectorem excommuni-

---

[a] 2: *apogr.*

---

[1] Ad astronomiam explicandam tunc librum „De sphaera mundi" a Ioanne de Sacrobosco (Halifax, Holywood, † sub a. 1256) scriptum adhibere solebant (*Rud. Wolf,* Geschichte der Astronomie [München 1877] p. 208—211). Cf. *Litteras quadrimestres* III, 610—611.

[2] Brogelmannus. [3] Vel: his temporibus impetrandae.

[4] Ionam Adlerum; qui tunc sacerdos nondum erat.

[5] Canisius parvas illas multas sive „paenitentias" significat, quae maxime ob bonam disciplinam domesticam neglectam a domuum praefectis et imprimis a „ministro", qui rectoris adiutor et disciplinae domesticae custos est, irrogari solent. De quibus *S. Ignatius* in Constitutionibus P. 3, c. 1, n. 15. 28 et N etc.

[6] *Schmidl* (l. c. I, 111) refert „M. Guilielmum", cum „ferociter in Ministrum Domus invectus" esset, „ex aequo castigatum" ac tandem „accepto Superiorum consensu in Flandriam ad suos remissum" esse. Quae ostendunt Guilielmum hunc distinguendum esse a P. Guilielmo Brochaeo vel Limburgio, de quo in *Canisii* Epistulis I, 619[7]; hic enim in Societate (anno 1583, ut videtur) supremum diem obiit.

e stato assoluto della escommunicatione [1] per il P. Rettore. Jona [?][a] dappoi per Vienna torno contra la volonta di tutti in Praga, potendo servir al collegio in predicar inanti del Serenissimo Archiduca [2], che era prima venuto. Se anchora non merita questo una buona penitentia, massime havendo lassato in Praga, come dicono, alcuni scandali.

Il P. Lanoy non po anche laudare questo Jona, che sia tanto dedito alla gula oltra tutti l'altri, che sia scandaloso in mangiare et bere [3].

Il P. Lanoio mi scriue cossi, ut istorum turbatorum alter removeatur et mittatur Ingolstadium versus, mox relegandus (si videbitur) in Flandriam, Alter Viennam veniat: ut sic purgetur area [4] exsufflata palea. Item scrive che mandara à Ingolstad il P. Gaudano

---

catione [1] solutus est. Ionas [?][a] postea Vindobonam rediit invitis Sociis pragensibus cunctis; contionibus enim coram serenissimo archiduce [2] Pragam iam antea advecto habendis collegio illi utilem se praestare poterat. Nonne hic quoque graviter puniendus est, maxime cum mala aliqua exempla, antequam Praga abiret, prodidisse feratur?

Neque etiam Ionam illum P. Lanoius laudare potest, quem scribit plus quam reliquos omnes gulae servire ita, ut manducando et bibendo ceteris offensioni sit [3].

P. Lanoius litteris suis mihi suadet, ut istorum turbatorum alter removeatur et mittatur Ingolstadium versus, mox relegandus (si videbitur) in Flandriam; alter Viennam veniat: ut sic purgetur area [4] exsufflata palea. Idem scribit P. Goudanum Ingolstadium a se missum iri, ut commodioris valetudinis fiat, ac petit, ut in huius

---

[a] *In apographo nostro inter:* Rettore *et* dappoi *signum quoddam positum est, quo* id est *vel* cioè *significari dixeris; at si quis hunc locum cum iis, quae Canisius 11. Februarii 1557 de Iona Adlero scripsit (infra p. 65) contulerit, vix dubitare poterit, quin* Jona *legendum sit.*

---

[1] Guilielmus in excommunicationem inciderat ob violatum „privilegium canonis“, quo in eos, qui clericum percusserint, ea poena statuitur; quod privilegium in religiosos omnes extendebatur. Ceterum considerari oportet, quae de tristibus huiusmodi eventibus monui in huius voluminis prooemio.

[2] Ferdinandus, Ferdinandi I. regis filius, Bohemiae regnum tunc administrabat; de quo vide *Canisii* Epistulas I, 547[6]. 771[6] etc.

[3] Ionam Adlerum, monacensem, paulo post a Societate recessisse, sed mox resipuisse, a. 1560 (sacerdotio ornatum) Roma Treveros cum primis Sociis missum esse infra videbimus. *Reiffenberg* (l. c. p. 85—86) refert eum, cum Treveris in summo templo egregias contiones habuisset, in superbiam elatum a. 1562 turbis excitatis Societatem deseruisse, in „animi aegritudinem“ atque „amentiam prolapsum“ „iugulum sibi praescindere“ voluisse atque „ex alto se dedisse praecipitem“, postea vero, ad mentis sanitatem et sinceram paenitentiam reductum, a Societate veniam obtinuisse, „reditu tamen ad Societatem intercluso“, ac „ritu christiano“ obisse. Anno 1569 Ferdinandi II. archiducis tirolensis contionator aulicus fuit; postea parochus straubingensis creatus esse videtur. Canisius in litteris Roma 17. Iunii 1565 ad Ioannem Iacobum Kuen de Belasi, archiepiscopum salisburgensem, datis eum „eruditum“, „eloquentem“, „castum“, „amicum“ suum vocavit (*J. v. Döllinger* und *Fr. H. Reusch,* Geschichte der Moralstreitigkeiten in der römisch-katholischen Kirche [Nördlingen 1889] I, 657; II, 360).

[4] Luc. 3, 17.

per acquistar meglio la sanita, et che in luocho suo venga il P. Couillon, ma veremmo sopra cio, perche il P. Goudano non e per far tante fatiche in Ingolstad, volendo essere resanato.

Non altro se non che io me reccomendo nelle orationi de V. R.

De Ratisbona 22 Januarii 1557.

Servus in Christo Canisius.

† Reuerendo in Christo Patri, D. Jacobo Laynez, Vicario generali Societatis Jesu, patri suo semper colendo Romae.

---

locum P. Cuvillonius mittatur. Quam rem perpendemus; neque enim P. Goudanus, si sanitatem recuperare volet, tantos labores Ingolstadii in se suscipere poterit.

Aliud, quod scribam, non habeo, nisi quod precibus R. V. me commendo.

Ratisbona 22. Ianuarii 1557.

Servus in Christo Canisius.

† Reverendo *[etc., ut supra]*.

233.

P. IOANNES DE POLANCO S. J.

nomine **Iacobi Lainii**,

vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 6. Februarii 1557.

Ex apographo huius partis litterarum italice (ni fallor) scriptarum, saeculo XVI. exeunte vel XVII. ineunte scripto et sic inscripto: „1557. 6. Febr. P. Canisio." Cod. monac. „Resp." f. 35 b.

De commercio cum haereticis habendo.

— — Scrupulus agendi cum haereticis [1], tollendus est, neque opus est in omni actu particulari habere intentionem illos iuuandi, sufficit generatim et habitualiter eam habere. — —

Canisius Lainio rescripsit 13. Martii 1557.

234.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ratisbona 11. Februarii 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto et postea collato cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 13—306 posito.

In eodem codice ante autographum positum est apographum antiquum, in quo epistula (a Polanco?) nonnihil immutata est eo, ut videtur, consilio, ut vel in romanis,

---

[1] Vide supra p. 48.

vel in aliis Societatis domibus pietatis et caritatis alendae gratia legeretur (cf. *Canisii* Epistulas I, 336—337. 343—346. 358—363).

Alterum apographum antiquum exstat Madriti in bibliotheca nationali, cod. „Q. 317“ (antea „Y. 197“) f. 57a—59a; qui hunc habet titulum antiquum: „Codice de Varios, copiado de la biblioteca del Escorial que fue de Ambrosio Morales“; escuriacensem autem hunc codicem R. P. *Franciscus Ehrle* S. J. anno 1893 in ea bibliotheca non repperit. Apographum hoc (codicis escuriacensis) Roma in Hispaniam eius, quam modo dixi, rei causa missum esse videtur; complura in eo omissa, alia paululum mutata sunt.

Particulam epistulae vulgavit *Boero*, Can. p. 156, et ex eo (gallice) *Daurignac* l. c. p. 167. Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 119—124.

Ordines imperii deliberare, qua ratione colloquium de religione habendum sit. Qui collocutores futuri sint. Se ineptum quidem esse ad id munus et ab eo aversum, sed ad illud suscipiendum urgeri, quo theologi suspecti excludantur. Quid archiepiscopo salisburgensi contionatorem se et scholae rectorem expetenti responsum sit. De Socio quodam a se correcto et de aliis Romam mittendis. In noviciis admittendis maiore cautione opus esse. Collegiis ingolstadiensi et pragensi inopia laborantibus patientiam esse commendandam. Patri Schorichio potius domi laborandum quam foris pietatis alumnas colendas esse. Contionatores germanos petit. De catechismo suo, et de Wigando refutando. Archiepiscopum salisburgensem parochiam Societati offerre. Episcopos cleri reformationem serio meditari. Se Iudaeum instituere, catechismum puerorum et alia typis exscribenda curare. De litteris indicis et collegii romani typographia.

Jhesus. Molto Reuerendo in Christo Padre mio.

La pace di JESV Christo sia con tutti noi. Cominciando dall stato di questa Dieta Imperiale, sappia la R. P. V. come adesso già stà concluso di far il colloquio, pur senza pregiudicio dell' una et dell' altra parte, et anche delli superiori: Ora si tratta delle circostantie, ubi, quando, per quos et quomodo si procederà in questo colloquio [1]. Li catholici vogliono pigliar 4 persone per tale effetto, cioè il Reuerendissimo Numburgense cioè Giulio Plug [a]: il Reuerendissimo Merspergense [b] che è stato prima suffraganeo Moguntino [2]; et il Preposito Coloniense Signor Gruppero, che è stato eletto Cardinale [3]; et me per il quarto. Et si pensa che gli Protestanti faranno il

Jesûs. Admodum reverende in Christo pater.

Pax Iesu Christi sit cum omnibus nobis. Ut a rebus horum imperii comitiorum incipiam, sciat R. P. V. ordines iam decrevisse colloquium illud instituere, attamen ita, ut neque alterutri parti neque etiam superioribus praeiudicium fieret. Nunc deliberant, ubi, quando, per quos et quomodo in hoc colloquio agendum sit [1]. Catholici quattuor viros ad hoc deputare volunt: reverendissimum Iulium Plug [a], episcopum naumburgensem, et reverendissimum episcopum merseburgensem, qui antea suffraganeus moguntinus fuit [2], ac dominum Gropperum, praepositum coloniensem, qui cardinalis electus est [3], quarto denique loco me ipsum.

[a] *Ita etiam apogr. madrit.; scribendum erat potius:* Pflug.
[b] *Ita etiam apogr. madrit.*

[1] Cf. supra p. 55.
[2] Michaëlem Helding, qui titularis episcopus sidonius et suffraganeus moguntinus fuerat et illo tempore episcopus merseburgensis erat.
[3] Ioannes Gropper, praepositus bonnensis et canonicus ecclesiae metropolitanae

simile ordinando altre 4 persone delli suoi Maestri: et già si tratta dell altre circonstantie. Io mi sono iscusato quanto alla mia persona, desiderando che' l luogo mio si servi per altro più esperto nella dottrina, et nelle lingue etc. [1]

Ma è da temere che la Maiesta sua non contradirà, anzi che sarà troppo contenta con questa elettione: Onde io non sò altro rimedio ne rifugio, che nella R. P. V., la quale mi comandi quanto bisognarà, auuertendo che non si faccia alcun dispiacere alla Santa Sede Apostolica con la persona mia. Pensa il Reuerendissimo Augustano, ch' io posso assai far bene per la difensione della santa Sede, restando qui, et lasciando far di me quel che uogliono questi Signori, desiderando loro escludere altri manco sicuri et suspetti Theologi: come anchora quì si ritrovano.

La V. R. adunque per amor d' Iddio mi mandi presto risposta, perchè anche presto credo che si concluderanno questi articoli delle circonstantie. Degnisi Iddio N. Signore concederne che almeno s' impedisca il male per le fatiche nostre. Questo le voglio solo auisare, ch' io tengo grande auuersione di queste cose, oltre l' indispositione, et insufficienza mia grandissima; ma con tutto ció non uedo modo di poter scampare[a], se non per la santa obedientia.

Quanto al Reuerendissimo Argentinense [2], come ho scritto altre volte, molto sollecita con li suoi capitulari Canonici per havermi in Argentina per suo predicatore, et anche per direttore della nuova

---

Et existimant protestantes eodem modo quattuor ex magistris suis delecturos, et iam agitur de ceteris rebus, quae ad hoc colloquium spectant. Ego ne deputarer, reclamavi simulque petii, ut id munus alteri reservaretur, qui dogmatum, linguarum, aliarum rerum esset peritior [1].

Sed periculum est, ne rex non adversetur, immo ne nimis approbet hanc electionem. Refugium itaque et remedium non video nisi in R. P. V., quae, quid me facere oporteat, mihi praescribat, ac caveat, ne quicquam de me statuatur, quod sanctae sedi apostolicae displiceat. Reverendissimus cardinalis augustanus censet me ad sanctam sedem defendendam multum conferre posse, si hic maneam et horum dominorum arbitrio me permittam ad excludendos ceteros, qui minus fidi sunt atque etiam suspecti; nam etiam huiusmodi theologi hic morantur.

Quare per Deum R. V. rogo, ut cito mihi rescribat; nam etiam disceptationem hanc, quae de forma et ratione colloquii est, mox absolutum iri existimo. Deus et dominus noster concedere dignetur, ut saltem mala impediantur laboribus nostris. Hoc tantum R. V. monitam velim me non solum ad hasce res maxime ineptum et inutilem, sed etiam ab iis valde aversum esse; nec tamen video me aliter eas evitare posse quam per sanctam oboedientiam.

Alias scripsi reverendissimum episcopum argentoratensem [2] una cum canonicis capituli sui magnopere instare, ut sibi Argentorati contionatorem agam

---

[a] stampare *apogr. primum.*

---

coloniensis, 18. Decembris 1555 a Paulo IV. cardinalis nominatus, eam dignitatem suscipere noluit. [1] Haec catalogo illo confirmantur, qui ponetur infra, monum. 130.

[2] Erasmum de Limburg dicit.

scuola, la quale vorria fundare per mezzo della Compagnia nostra in Friburgo. Finalmente Sua Maiesta li ha risposto, che ha per bene questa sua santa intentione; ma che non può lasciarmi, essendo predicatore et lettore ordinario in Vienna, et hauendo adesso da trouarme in questo colloquio: et che se pur sua Signoria Reuerendissima uolesse hauer gente della Compagnia et far un collegio, non farebbe allhora difficoltà di mandarmi ad tempus etc. Io penso che essendo finita la Dieta si potrebbe trouare opportunità di visitar il Vescovo detto, quando il colloquio non dara impedimento. Il Signore eterno ci guidi sempre.

Circa li collegii nostri espetto la risposta della R. P. V. Il P. Couillonio et P. Tilano se adgiutino per la seuerita piu che con la dolcezza quanto intendo. Jonas in Vienna [1] e admonito de me in una litera, la qual se leggera in publico, ut saltem confusus corrigatur, et lassi la sua liberta tropo grande. Vorria sapere, si con il tempo se possa mandar alcuno in Roma, massime quando alcuni novitii vengino di buona qualita, pare ch' in pocho tempo piu si giouarebbino in Roma ch' in questi collegii, sia per studiar, ó per adgiutarse in spiritu.

Item pare à me spediente, ch' nelli collegii non se facessino li voti, se non essendo auisato prima il prouintiale, et la R. P. V. vorria ci desse alcuni avisi, con ch' discretione deueressimo pigliare li voti delli novitii. ho paura ch' li fratelli et fortasse li confessori tropo se largino in questo alle uolte circa le shortationi [2].

---

atque etiam novam illam scholam regerem, quam Societatis nostrae opera Friburgi condere vellet. Huic rex tandem respondit placere quidem sibi sancta haec consilia, nec tamen veniam discedendi mihi se posse concedere, cum Vindobonae contionator et professor ordinarius essem et nunc colloquio huic interesse deberem; verumtamen si reverendissimus dominus Societatis homines secum habere et collegium instituere vellet, se haud gravate ad tempus me missurum etc. Equidem puto, cum comitia finita fuerint, episcopi huius adeundi opportunitatem inveniri posse, dummodo ne obstet colloquium. Dominus aeternus semper nos dirigat.

Quod ad collegia nostra attinet, R. P. V. rescriptum exspecto. P. Cuvillonium et P. Tilanum severitate magis quam suavitate adiuvari audio. Ionas ille, qui Vindobonae degit [1], a me admonitus est per litteras, quae publice legentur, ut saltem confusus corrigatur et a nimia sua vivendi libertate desistat. Scire cupio, num qui postea Romam mitti possint, maxime cum novicii aliquot ad nos accesserint bonae indolis; hi enim Romae brevi tempore magis adiuvari posse videntur quam in his collegiis, sive litterarum studiis exercendi sive ad pietatem instituendi sunt.

Neque etiam vota in collegiis nuncupanda esse mihi videntur nisi consulto praeposito provinciali, et optarim a R. P. V. aliqua ad nos perscribi de cautione, quam in noviciis ad vota admittendis nos adhibere oporteat. Timeo, ne fratres et fortasse etiam confessarii interdum nimis homines ad haec adhortentur [2].

---

[1] Cf. supra p. 61.

[2] Cf. *Canisii* Epistulas I, 653—654. *S. Ignatius* Roma initio anni 1554 superioribus Societatis litteras misit, quibus praescribebat, „che nessuno giovane, qual stia sotto la cura degli suoi parenti o tutori, sia accettato nella Compagnia nostra, or

Li fratelli in Jngolstat vorriano esser adgiutati dal ducha, augmentandose il numero delli fratelli et essendo tutte cose molto care. Ma non se puo trovar commodita in procurar et essequirlo, Mi e stato risposto, ch' il Ducha voglia sequitar li pacti, et ch' noi volendo augmentare la gente, providiamo dal necessario, perche li debiti et l' espesse ex parte Ducis sono troppo grandi, di modo ch' per la risposta che mi e stata fatta dal Summo Consigliero [1], vesognia hauer un pocho de patientia et spettare altra opportunita in praticare sopra li beni de alcun monasterio per la Compagnia — In Praga sono molto indebitati li nostri infin a 600 daler, ma spero ch' con il tempo se remediara, questi principi stando in questi termini, no possino fare quanto volemo, et besognia andar in questo tempo et principio con rispettu, seminando in patientia [2], et espettando la gratia del Signor ch' vince ogni malitia et difficulta humana.

Principalmente par che [a] in Praga et Ingolstat li nostri sono impediti, per [b] il mancamento d' uno predicatore Tudescho, Onde non potendo il collegio Viennense dar tanti predicatori; vorria io in ogni modo pregar la R. P. V. che se mandassi alcuno o alcuni de Roma,

---

Fratres ingolstadienses a duce subsidia accipere cupiunt, cum Sociorum numerus augeatur, et omnia pretio valde magno stent. Sed haec providendi atque efficiendi commoditas inveniri non potest. Responsum mihi est ducem pactis stare velle, et nos, si Sociorum numerum augere vellemus, necessaria ipsos providere debere; ducem enim aere alieno et sumptibus faciendis magis premi, quam ut plura dare posset. Ex iis igitur, quae consiliarius supremus mihi respondit [1], concludo paululum patientiae his rebus adhibendum esse atque opportunitatem exspectandam, qua de bonis monasterii alicuius Societati assignandis deliberari possit. — Pragae nostri aere alieno obruuntur, quod usque ad 600 taleros excrevit; sed spero iis postea remedia allatum iri. Principes hi, in tanta necessitate constituti, facere non possunt, quicquid volumus, ideoque hoc tempore atque initio harum rerum rationem nos habere oportet, seminando in patientia [2] et exspectando gratiam domini, qua omnis vincitur malitia et difficultas humana.

Pragae et Ingolstadii nihil magis nostros impedire videtur, quam quod nemo inter eos est, qui germanice contionari possit. Quare cum nec collegium vindobonense tam multos contionatores subministrare possit, a R. P. V. vehementer peto,

---

[a] *Sic legendum esse omnino videtur;* Principalmente per che *apogr. primum.*
[b] *Sic prorsus censeo esse legendum;* et *autogr.*

---

sia nel Collegio, or sia mandandoli in altri luoghi, senza la volontà e consenso di quelli, sotto cui cura sono, e molto manco debbano essortare o movere simili scolari alla Religione nostra". Atque in „instructione", quam 12. Februarii 1556 collegio pragensi dedit, monuit quidem: „Abbiasi avvertenza di guadagnare e acquistare a Cristo gente nuova in Praga e in Boemia"; sed addidit: „Di quelli che vengono alla scuola, non si accetti nessuno senza volontà di quelli, sotto la cui cura stanno: ma si possono esortare a perseverare nei suoi buoni desiderii, nella frequenza dei Sacramenti, e che procurino di avere l' assenso delli suoi" (Cartas de *San Ignacio* IV, 441; VI, 460).

[1] Wiguleum Hundium significare videtur; qui etiam universitatis ingolstadiensis curator erat. [2] Cf. Luc. 8, 15. Ps. 125, 5.

o delle bande vicine per predicar in questi collegii. Et li Signori de Argentina specialmente pregino, che io se non potro uenire, almanco mandi alcune persone per tal uffitio de predicare alli Argentinensi. La gente nostra in Ingolstat e tanto giovane, che non se po fidar de quella. Il P. Hermanno [1] pare che habbia un impedimento naturale, et e solo il P. Couillonio, che po predicar in Latino, et questo fa con grande mortificatione, et vol' esser adgiutato dal P. Theodoro [2], quia vicissim contionantur, pur li scholari non sentino questo volontieri.

Io espetto il P. Goudano circa il principio della quaresima accio mutando l' aera s' adgiuti nella sanita, et vorria ritenirlo con meco ad tempus, et potra anche molto adgiutarme nelli studii, massime per finir la refutatione de quel heretico oppugnatore del Catechismo [3]. Credo che li Santi Padri, che sono gia in gloria della nostra Compagnia ci impertino questa gratia in alemangia, che questa opera sia tanto ben vista, massime in Flandria [4], Tutto il honore sia à Dio, per salute delle anime.

Et de questo gia se viede, come il P. Schorichio [5] potendo et deuendo adgiutarse adesso in questi collegii, ci mostra pocha charita, facendo una elettione propria de star con il Reuerendissimo Labbaciense senza conseglio alcuno del P. Lanoy et mio. Fin a qui non mi scriue ni responde niente, Io me ricordaro del aviso riceputo, et s' intendero, che voglia tornar in Italia, li dechiararo la severa et

---

ut Roma vel ex terris vicinis aliquis vel aliqui in haec collegia ad contionandum mittantur. Ac domini illi argentoratenses singulariter me rogant, ut, si ipse venire nequeam, saltem aliquot alios mittam hoc contionandi munere apud Argentoratenses functuros. Nostri ingolstadienses aetatis tam immaturae sunt, ut iis fidere non possimus. P. Hermannus [1] impedimentum aliquod naturale habere videtur; solus P. Cuvillonius latinos sermones habere potest, iique valde graves ei sunt, et a P. Theodoro [2] iuvari cupit, quia alternis vicibus contionantur; sed hunc scholastici non audiunt libenter.

Spero P. Goudanum sub initium Quadragesimae huc venturum, ut aëris mutatione valetudinem restauret. Quem ad tempus mecum retinere velim. Atque is etiam in litterarum studiis multum me adiuvare poterit, et praecipue in refutatione haeretici illius, qui catechismum impugnavit [3]. Existimo sanctos illos Societatis nostrae patres, qui iam in gloria caelesti sunt, hanc gratiam nobis in Germania versantibus impertiri, ut liber hic optime placeat, maxime Flandris [4]. Omnia Deo in honorem et animabus in salutem cedant.

His ex rebus facile intellegi potest P. Schorichium [5] haud magna nobiscum caritate uti; cum enim nunc nos in collegiis hisce adiuvare et possit et debeat, ultro suaque sponte, P. Lanoio et me prorsus inconsultis, cum reverendissimo Labacensi degit. Neque adhuc quicquam ad me vel scripsit vel rescripsit. Ego, eorum, quae mihi scripta sunt, memor, si eum in Italiam redire velle cognovero,

---

[1] Thyraeus; vide supra p. 6[5]. [2] Peltano; vide supra p. 16[4].
[3] Ioannis Wigandi; vide supra p. 47[2].
[4] Vide supra p. 36[4].
[5] De Petro Schorichio vide supra p. 45—46.

stretta prohibitione. Quanto à ritener[a] le scritture suoe, io ho avisato il P. Lanoy et credo che havera pigliato con seco ogni cosa havendo pocha affettione a questi collegii, dove besognia lavorar altremente che con le figliole spirituali. Il Signor ci dia il vero lume per cognoscere ogni inobedienza, et andar per la via secura nel suo santo servitio.

Il Reuerendissimo Salzburgense[1] vorria sapere, se la nostra Compagnia se contentarebbe de pigliar un bellissimo luogo con l' Ecchieza appresso appresso [*sic*] alla porta di Salzburg, pur con questa conditione, ch' essendo la Ecchieza una parochia di pochi sudditi o parochiani, noi anchora provedessimo a quelli con li sacramenti et prediche ordinarie, come pertiene a vero pastore; perchè in tanta pouertà di preti non se trouino facilmente altri: et noi saressimo padroni delli beni a quella Ecchieza incorporati, li quali hora son mal administrati. Se non pigliamo questa conditione adgiunta, li canonici tengino sempre occasione de impedir il proposito del Archieueschouo; et quanto intendo, non se troua lì un luogo simile tanto a proposito. V. R. P. me vogla informare de quello che besogna. Tuta Austria con le prouintie vicine depende de questo Archieueschouato[2].

Iddio ci ha dato gratia di persuadere a questi prelati et veschoui

---

eum monebo ipsum id facere serio et severe vetari. Quod ad scripta eius nobiscum retinenda attinet, P. Lanoium ea de re iam monui; eum tamen omnia secum puto abstulisse, cum adeo non sit propensa voluntate in collegia haec, in quibus certe plus operae impendi oportet, quam in colendo pietatis illas alumnas. Dominus veram lucem nobis tribuat, qua et omnem inoboedientiam cognoscamus et per securam viam in sancto eius servitio incedamus.

Reverendissimus archiepiscopus salisburgensis[1] scire cupit, num Societas nostra locum quendam pulcherrimum cum ecclesia, qui prope portam urbis salisburgensis situs est, accipere parata sit, ea tamen lege, ut ecclesiae illius parochianis — parochia enim est, paucos habens sibi subiectos — nos etiam sacramenta ministremus et ordinarias contiones provideamus, sicut verum pastorem facere oportet; neque enim in tanta sacerdotum penuria alii, qui id praestent, facile reperiuntur; et nos de bonis ecclesiae illi attributis disponere possemus, quae nunc male administrantur. Quodsi condicionem hanc non admittemus, canonici semper ansam habebunt, ea, quae archiepiscopus conatur, prohibendi; neque alium locum illic esse audio, qui tam idoneus sit. R. P. V. mihi suggerat, quaeso, quid respondendum sit. Austria omnis cum provinciis vicinis archiepiscopatui huic subiecta est[2].

Deo iuvante praelatos et episcopos, qui hic adsunt, ad sententiam nostram

---

[a] riterner *apogr. primum.*

---

[1] Michaël a Küenburg.

[2] In chronico archiepiscoporum moguntinorum, a *Gasparo Bruschio* latine scripto et ab *Ioanne Herold* germanice reddito, hi recensentur archiepiscopatus salisburgensis episcopatus suffraganei: tridentinus, brixinensis, passaviensis, frisingensis, vindobonensis, seckoviensis, goritiensis, lavantinus, chiemensis (Chronick . . . aller Ertzbischouen zu Mayntz [Franckfort 1551] f. A IJ[b]).

presenti[1], che hanno comminciato de far congregatione per Reformar il statu delli Ecclesiastici, sicomme è summe necessario, tanto nelli capi, quanto nelli membri. Di mani pigliarò un Giudeo in casa per insegnare et apparecchiarlo al Santo battesmo, del qual sta desideroso; et il Reuerendıssimo de Augusta lo vole battizzare. Item io faccio stampar adesso certe cosette in Tudescho, et un Catechismo per li putti[2]. Le congregationi con questi Theologi anche non manchanno, oltre le prediche mie ordinarie. Il Signor eterno ci dia la somma sapientia et ardente charità d'indirizzare tutto al magior honor suo et per il bene commune.

Quelle conclusioni della prima stampa[3] già sono mandate alli collegii: Vorria hauer più spesso alcune nuoue in questa Dieta.

Le litere de India se stamperanno in Latino con la gratia di Christo, essendo già transferite dal P. Couillonio[4]. Molto piace quella stampa di casa: vorria che se stampasse alcun opera rara con quella per acquistar maggior authorità nel Signor, Il quale ci conservi sempre nella sua gratia. Prego finalmente che la R. P. V. procuri alcune Misse spetiali per buon stato de Alemangia et del nostro Re, il quale sta molto afflitto, et anche per successu de questo colloquio, et anche per me indignissimo.

De Ratisbona 11. Februarii 1557.

Figliolo de V. R. P. Piedro Canisio.

Al Molto Reuerendo in Christo Padre mio M. Giacobo Laynez Vicario Generale della Comp. di Gesu padre observandissimo

In Roma.

---

perduximus[1]; qui consilia conferre coeperunt ad ordinem ecclesiasticum tum in capitibus tum in membris reformandum; id quod maxime necessarium est. Cras Iudaeum quendam domo mea recipiam, instituendum et ad sacrum baptismum praeparandum, quem ipse cupit, et reverendissimus cardinalis augustanus ei collaturus est. Libellos etiam quosdam germanicos et catechismum in usum puerorum nunc typis exscribendos curo[2]. Congregationibus quoque horum theologorum interesse debeo, praeter contiones meas ordinarias. Dominus aeternus summam sapientiam et caritatem ardentem nobis tribuat, quibus omnia in maiorem eius gloriam et salutem communem convertamus.

Theses istae, typographiae istius[3] primitiae, collegiis iam sunt missae. Saepius nova accipere vellem in his comitiis.

Litterae indicae Christo iuvante latino sermone evulgabuntur; iam enim a P. Cuvillonio versae sunt[4]. Domestica ista typographia valde placet, et optarim rarum aliquem librum in ea excudi, quo maiorem consequamur auctoritatem in Domino; qui nos in gratia sua semper conservet. Rogo denique R. P. V., ut sacra aliquot singulariter facienda curet pro salute Germaniae et regis nostri valde afflicti et etiam ad prosperum colloquii huius successum obtinendum, atque etiam pro me indignissimo.

Ratisbona 11. Februarii 1557. Filius R. P. V. Petrus Canisius.

Admodum reverendo in Christo patri meo M. Iacobo Laynez, vicario generali Societatis Iesu, patri observandissimo. Romae.

---

[1] Vide supra p. 41. [2] Vide infra, monum. 199.

[3] Collegii romani typographiam significat; vide supra p. 38[1], et infra p. 80.

[4] De „Litteris indicis" vide *Canisii* Epistulas I, 119[2]. 475[3] etc.

P. Ewald scribit epistulam hanc anno 1577 datam esse (Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VI [Hannover 1880], 312). Quod haud recte scribi facile patet.

235.

CANISIUS
P. LEONARDO KESSEL S. J.,
collegii coloniensis rectori.

Ratisbona 22. Februarii 1557.

Ex autographo (4°; p. 1; in p. 2. inscr.). Cod. colon. „Epistt. ad Kessel. I." f. 117. Particulam posuit *Jos. Hansen*, Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582 (Bonn 1896) p. 288.

De congregatione generali Societatis. Germaniam se ipsam conficere. A Sociis coloniensibus petit, ut fratres „coadiutores" sibi mittant et pro misera Germania speciales preces faciant.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende in Christo frater.

Scribo per hunc pauperem Episcopum Hyberniae [1], ut mei pro charitate uestra meminisse, pro me et prouintia hac tota Dominum IESVM rogare uelitis. Ad conuentum in Italia rursus indictum, si Christus uires dabit, P. Lanoyus et ego accedemus [2]. Colloquium haud ante Septembrem inchoabitur, de quo plura scribo ad P. Carthusianos. Quid in hisce Comitijs effectum sit, difficile dictu. nunc multum et praeclare fecisse uideatur, qui mala malorumque conatus auertit, aut mitigat. Dominus IESVS animos principum ad meliora conuertat. Germania seipsam conficere pergit. Scribunt ex Vrbe, ut Stephanum Germanum [3] a uobis remitti cupiamus, et acceptum Ingolstadij, si uelimus, nostris adiungamus. nec illum uero solum, sed alios etiam qui seruitoris loco sint [4], libere ut a uobis petamus, monent. Quare pergratum feceritis, eos ipsos mittendo Ingolstadium, inde Viennam et Pragam facile mittentur, ut in culina praesertim inseruiant: talium enim ministrorum ingens est hic inopia. Non licet uobiscum nunc

---

[1] Fortasse is erat Ioannes Quin (Cuyn) O. Pr., episcopus limiricensis (Limerick), qui paulo ante sedem suam, anno 1551 a schismatico sibi ereptam, recuperaverat cuiusque „negotium quoddam" Socii romani a. 1555 gerebant (*Polancus*, Chronicon V, 26); vel Thomas Leverous, episcopus kildariensis (Kildare); vel Guilielmus Walsh, quem Reginaldus Polus cardinalis legatus a. 1554 episcopum midensem (Meath) ea lege designaverat, ut ipse Romam proficisceretur confirmationis obtinendae gratia. Cf. *Alph. Bellesheim*, Geschichte der katholischen Kirche in Irland II (Mainz 1890), 86. 99. 100.

[2] Societatis congregatio generalis (vide supra p. 1. 26) edicta erat primis post Pascha (18. Aprilis) diebus Romae incohanda (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1. n. 45. 46. 67).

[3] Stephanum Carolum, Societatis scholasticum; vide supra p. 48².

[4] Fratres laicos sive „coadiutores temporales" Societatis significat.

multis agere: Christum rogo, ut collegium vestrum bene fortunet, ac uestros conatus in messe tam praeclara prosperet ad gloriam suam. Peto autem obnixe, ut quotidie vnus e sacerdotibus Missam offerat deo patri pro Germania nostra, cuius status uere miserabilis, quocunque spectetis. Prouehite interim tyrones in Domino, qui hanc in messem ueniant operarij tempore suo [1]. Dominus IESVS nobiscum semper. Salutabis amicos omnes, et in his dominum meum Praepositum Gropperum, Regentem etc. [2] Ratisbonae 22 februarij. 1557. praepropere.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendo in Christo fratri, D. Leonardo Kessel, de societate Jesu Coloniae.

236.

CANISIUS

GUILIELMO LINDANO [3],

theologiae professori in universitate dilingana.

Ratisbona 25. Februarii 1557.

Ex autographo (2°; pp. 3; in p. 4. inscr.).

Epistulam *P. F. X. De Ram* primus typis exscripsit in „Annuaire de l'Université Catholique de Louvain. Année bissextile 1852“ (Louvain 1852) p. 310—318 (ex hoc libro lectiones variantes, quas infra ponam, excerpsi) et in „Analectes pour servir à l'histoire de l'Université de Louvain. No. 15.“ (Louvain 1852), p. 144—152. Particulam („Habeo viros doctos“ — „commendentque“) iam posuerant *Sacchinus*, Can. p. 363, et (gallice) *Jo. Dorigny* S. J., La vie du révérend Père Pierre Canisius (Paris 1707) p. 429—430; cf. etiam *Pythonem* l. c. p. 350—351. Ex De Ram maiorem partem germanice proposuit *Riess* l. c. p. 198—200, minorem *Konst. Germanus*, Reformatorenbilder (Freiburg i. Br. 1883) p. 138, et *J. Janssen*, Geschichte des deutschen Volkes IV, 410—411.

De Widmanstadio sacerdotio initiato. Quid ipse aliique sentiant de duobus Lindani libris manu scriptis. Veritatem mature et sobrie defendendam esse. Lindanum reprehendit, quod de sacrae Scripturae versione „vulgata“ liberius scribat.

---

[1] Cf. Matth. 9, 38 etc.

[2] Mathiam Cremerium (Cremer, Kremer, Aquensem), theologiae doctorem et bursae montanae regentem (1526—1557), significare videtur; de quo vide *Canisii* Epistulas I, 163⁹. 248⁵ etc.

[3] Guilielmus Damasi Lindanus sive van der Lindt (1525—1588), Dordraco ortus et Lovanii ac Parisiis theologia excultus, theologiam tunc explicabat in universitate dilingana (cf. supra p. 34). Notum est eum postea decanum hagensem, dioecesis ruraemundensis primum episcopum, denique episcopum gandavensem fuisse, multa pro ecclesia et gessisse et passum esse, in primis aetatis suae scriptoribus theologicis numerari. De eius operibus cf. *H. Hurter* S. J., Nomenclator literarius recentioris theologiae catholicae II (ed. 2., Oeniponte 1892), 62—64; de vita: *„Der Katholik“*, 51. Jahrg. (Mainz 1871) I, 702—733; II, 89—104. 442—450. 659—679. *H. Welters*, Levensbeschrijving van Wilhelmus Lindanus, eersten Bisschop van Roermond (Maastricht 1890). *Jos. Habets*, Geschiedenis van het tegenwoordig Bisdom Roermond etc. II (Roermond 1890), 442—458.

De psalterio carthusiano. Lindanum hortatur, ut theologos lovanienses consulat et scriptionem ad rudiorum captum accommodet. Omnes iam contentionum satietate capi. De libris quibusdam Bibliandri, Calvini, Campani etc. Se partem pecuniae, quae Lindani „Panopliae" typis describendae necessaria esset, ab archiepiscopo salisburgensi impetrasse. De Hosii „Confessione" Dilingae edenda. Se a colloquio religionis Vormatiae habendo abesse cupere. Protestantes inter sese litigare. De Paceo, Noguera, Kleindienstio O. Pr.. „Panopliae" praefationem videre cupit.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende semper Domine Doctor.

Vix tandem otium datur ad respondendum ternis literis tuis, quae me satis in legendo exercuerunt, quod praepropere[a] scripseris. Vt ad orationem Episcopis scriptam[1] accedam, D. Lucretius cui de noua sacerdotij dignitate gratulemur, queritur non sibi sat spatij marginalis relictum esse, ut suas adscriberet annotationes, et characterem desiderat paulo crassiorem. Jgitur parum aut nihil in hoc scripto legit, utpote occupatissimus etiam, cum hic nobis haud liceat feriari. Sed in coetu doctorum hominum ego subinde tuam causam egi, quaedam ex scripto etiam hoc recitaui. de censura postea[2]. Ac vtinam ego tantum iuditij adferre possim, quantum immerenti concedis, ac praeterea tempus et otium vtinam adsit[b], quemadmodum[c] causa ipsa postulat, singula quaeque discutiendi. Tardius quidem respondeo, sed ueniam dabis occupato, meamque nunc responsionem de vtroque scripto[3] non Aristarchicam censuram, sed fraternam[d] admonitionem, qui meus est candor, interpretabere.

Habeo uiros doctos hactenus mihi consentientes, in tuis nimirum scriptis multa dici mollius posse, praesertim ubi falsas allusiones immisces de nomine Caluini, Melanchtonis et similium. Rhetorum[e] est, non huius temporis Theologorum, hisce flosculis luxuriari. non sanamus aegrotos hisce pharmacis, sed potius reddimus insanabiliores. Cordate et mature sobrieque defendenda veritas, ut modestia nostra nota

---

[a] praepore *De Ram.*
[b] adsint *De Ram.* [c] *A Canisio ipso correctum ex:* quod.
[d] paternam *De Ram.* [e] Rethoris *De Ram.*

---

[1] Canisius significare videtur Lindani librum „Glaphyra in Christi Domini apocalypticas ad Episcopos epistolas, quibus Epilogi loco accessit Ecclesiae prosopopeia ad eosdem". Qui liber mortuo Lindano evulgatus est Lovanii a. 1590 et 1602 (*Hurter* l. c. p. 63. *De Ram,* Annuaire etc. p. 310).

[2] Id est: Quid de scriptis tuis sentiam, postea dicam.

[3] Ex iis, quae Canisius infra scribit, concludi potest eum praeter „Glaphyram" modo memoratam significare Lindani opus illud, quod anno 1558 primum evulgatum est Coloniae hoc titulo: „De optimo genere interpretandi scripturas libri tres." Hoc enim opere censura vel refutatio continetur eorum, quae Calvinus, Georgius Maior, Laurentius Valla, Erasmus, Robertus Stephanus vel contra decretum tridentinum, quod de lectione sacrae Scripturae est, vel contra vulgatam eiusdem versionem latinam calumniose et false scripserunt.

sit omnibus hominibus[1], et si fieri queat, testimonium etiam[a] ab ijs, qui foris sunt[2], accipiamus. Quocirca nolim ansam Germanis tribuas, vt iuuenilem potius in hoc scripto alijsque feruorem[b] noui scriptoris incusent, quam grauitatem et lenitatem Theologo pio dignam ament commendentque[3].

Hic de Episcopis admonendis consyderatum esse conuenit, vt zelum cum Christiana prudentia coniungamus, neque cum aedificare uolumus, incauti forte destruamus in hisce tantis Ecclesiae uel ruinis uel reliquijs. Qua de re cum alibi meminerim, dicere supersedeo.

Jam quod ad trium librorum argumentum et Jndicem spectat[4], rursus docti mecum ita sentiunt, diligenter cum Hebraeis et Graecis conferenda esse quae promittis in primo et secundo libro, priusquam edantur. Non enim deesse inter aduersarios, qui si possint, castigationem tuam sint grauiter[c] reprehensuri, etiam argumenti dignitate huc eos instigante. Plus adhuc periculi metuunt ex tertio libro, ubi in dubium sic vocare nostram editionem[5] uideris, ut putent aduersarios pro se rapturos, quod inuidiose nostris adimis de uulgatae editionis integritate[6]. Esto, sint loca quaedam restituenda: sed illud offendit, quod uideri uis tam multa deesse, tam grauiter, tam diu hallucinatos esse Catholicos, quasi ueterum codicum collatio cum nostris facta non sit diligentissime. Sed patres aliter nonnunquam legunt. Atqui patres eadem scripturae loca aliter atque aliter citant, neque statim ad ueram Bybliorum editionem spectat, quod apud veteres clarius et rectius dicitur. Jtaque non est, cur Carthusiano potius psalterio, quam peruetustis Biblijs, quae nostris consonant, credendum putemus[7]. Recte

---

[a] *Sequitur:* accipiamus, *ab ipso Canisio postea deletum.*
[b] *Sequitur:* quam, *a Canisio postea deletum.*
[c] acriter *De Ram.*

---

[1] Phil. 4, 5. [2] 1 Tim. 3, 7.

[3] „Hij was", inquit *Habets* de Lindano, „een galachtige vurige natuur" (l. c. p. 456).

[4] Vide supra p. 72[3].

[5] Sacrae Scripturae latinam versionem „vulgatam" significat. Concilium tridentinum in sessione quarta, 18. Aprilis 1546 habita, decreverat: „Posthac sacra Scriptura, potissimum vero haec ipsa vetus et vulgata editio, quam emendatissime imprimatur." Atque id iussu facultatis theologicae lovaniensis praestare conatus est Ioannes Hentenius O. Pr. mechliniensis, eiusdem facultatis theologus, cuius cura Lovanii a. 1547 primum in lucem emissa sunt „Biblia ad vetustissima exemplaria recens castigata" (*Fr. Kaulen,* Geschichte der Vulgata [Mainz 1868] p. 430).

[6] *Lindanus* in opere „De optimo Scripturas interpretandi genere libri III" l. 3, c. 3 (in editione Coloniae a. 1558 facta f. 100[a]—103[a]) hoc sibi sumit demonstrandum: „Non posse puram putam Latinae versionis lectionem ex solis Latinis codicibus emendari et instaurari."

[7] Canisius psalterium significare videtur, quod ex „correctorio" ordinis carthusiani emendatum sit. *Lindanus* enim ipse: „Tale", inquit, „quondam vidimus [correctorium] peruetustum in Carthusia Zeelhemensi, iuxta Diesthemium sita" (De

quidem facies ea ipsa loca quae obseruasti, proferendo: sed ne relinquatur lectori scrupulus, ueluti scateant Byblia nescio quibus erroribus. Non enim hoc est defendere Tridentinam Synodum, sed incusare potius, ut quae nobis commendet editionem, tam corruptam ac mutilam[1]. Scripsit contra Synodum dictam Bibliander[a] Tigurinus pastor in hoc argumento, quem[b] uelim legas et obserues[2]. Nescio quid Louanij dicturi sint atque Parrisijs Theologi, si Biblyorum [*sic*] editionem[c] receptam tot uitijs laborare audient[d], ut ne corrigi quidem satis possit ex Latinis codicibus omnibus, sicut indicat caput 3. libri tertij[3]. Vt ut sit, sapientem admonere uisum est ex aliorum quoque sententia. De ijs quae ad Haebraea spectant, aliquid difficultatis proposuit D. Lucretius[4], cum Jndicem capitum legerem, et consultum fore duxit, tractationem totam[e] a uobis conscriptam Louanium mittere[5], ut ab eruditis probe expendatur[6].

---

[a] *Sequentia duo verba a Canisio in margine addita sunt.*
[b] quae *De Ram.*
[c] *Sequens vocabulum a Canisio in margine ascriptum, a De Ram omissum est.*
[d] *A Canisio ipso correctum ex:* dicam.
[e] *Duo vocabula sequentia a Canisio supra versum scripta sunt.*

---

optimo Scripturas interpretandi genere l. c. f. 100[b]). De correctoriis biblicis cf. *Rud. Cornely* S. J., Historica et critica introductio in U. T. libros sacros I (ed. 2. Parisiis 1894), 452—455, et *Kaulen* l. c. p. 244—278.

[1] Synodus in sessione memorata hanc versionem „pro authentica haberi" iusserat.

[2] Theodorus Buchmann († 1564), vulgo „Bibliander", e Turgea (Thurgau), Helvetiae pago, ortus, Tiguri (Zürich) diu vetus Testamentum et theologiam dogmaticam explicavit atque ibidem cum aliis quibusdam latinam illam sacrae Scripturae versionem absolvit, quae a Leone Judae (Jud) zwingliano instituta, primum anno 1543 Tiguri in lucem prodiit. Basileae evulgavit a. 1550 librum: „Quomodo legere oporteat sacras scripturas" etc., et a. 1551 „Ampliorem considerationem decreti synodalis Trident. de authentia doctrinae ecclesiae Dei" etc.

[3] Parisiis sodales sorbonici insigne habebant „correctorium" biblicum, quod „sorbonicum" vocatur. Quo usus est Robertus Stephanus, typographus parisiensis, in „Vulgata" typis exscribenda. Cf. *Cornely* l. c. p. 453—455.

[4] Ioannes Albertus Widmanstadius linguarum orientalium peritissimus erat; cf. *Canisii* Epistulas I, 450[3].

[5] Ex extrema huius epistulae parte intellegi potest Lindani socium in hac „tractatione" scribenda fuisse P. Bartholomaeum Kleindienst O. Pr.; de quo plura infra.

[6] Lindanus postea in lucem emisit „Psalterium vetus a sexcentis mendis repurgatum" (Antverpiae 1568, Lovanii 1571, Coloniae 1572). Cum annis 1569—1572 Antverpiae ex typographia plantiniana iubente Philippo II. ac curantibus Benedicto Aria Montano et aliis „Biblia regia" prodissent, Lindanus in iis rationem reprehendit, qua psalterium hebraicum editum esset. Qui complura etiam reliquit opera manu scripta, quae ad sacrae Scripturae editionem spectant: „Cur necessaria SS. Bibliorum castigatio? ad S. D. N. Gregorium XIII."; „Psalterij castigatio ad S. D. N. Gregorium XIII. quae specimen exhibet, quonam modo, ad exemplum D. Damasi, nunc possit vulgata Psalmorum versio plurimis locis emendari, et melius de graecis verti"; „Antirabbinus, siue defensio vulgatae versionis Bibliorum"; „Liber quartus epistolarum (Hebraïcarum questionum, qui habet apologiam LXXII Interpretum)" (*De*

Mihi praeclare facturus uiderere, si[a] oratione ad Episcopos seiuncta, figmenta et mendatia aduersariorum, simplici quadam explicatione proponeres, et in classes omnia redigeres[b], ut Confessionem Augustanam, aut locos Philippi [1] tibi ad confutandum proposuisse uideare. ita labor rudioribus etiam inseruire posset. Nam his maxime nunc laborandum videtur, si quid in Germania scribimus. Aures habent isti[c] pertaesas priorum contentionum: fastidiunt etiam boni si quid amarulentiam sapiat. omnes modestiam cum grauitate et argumentorum pondere coniunctam querunt et probant. quare foro vtendum censeo, sed ita vt rei veritati nihil adimatur.

De Serueto extant libri Caluini et Oecolampadij epistolae [2]. Campanus edidit quaedam prorsus impia, sed mihi nunquam[d] uisa [3]. Osiandri opiniones confutatae circumferuntur [4]. Ego quod de his in spetie

[a] *Quattuor verba sequentia a Canisio in margine addita sunt.*
[b] *Quae sequuntur, usque ad:* uideare *incl., a Canisio in margine addita sunt.*
[c] *A Canisio correctum ex:* Aures habemus.
[d] nusquam *De Ram.*

Ram l. c. p. 314. *Habets* l. c. p. 456—457. *Arnold. Havensius* O. Carth., Commentarius de erectione novorum in Belgio episcopatuum [Coloniae 1609] p. 237—239).

[1] Philippi Melanchthonis „Locos communes rerum theologicarum", a. 1521 primum editos; in quo libro primum Lutheranorum doctrina artificio quodam et via tradebatur.

[2] Calvinus anno 1553 Michaëlem Servede, medicum hispanum, qui ipsum etiam dogma sanctissimae Trinitatis scriptis impugnaverat, Genevae combussit et anno 1554 librum vulgavit, cui titulus: „Fidelis expositio errorum M. Serveti et brevis eorum refutatio, ubi docetur, jure gladii coërcendos esse haereticos." Ioannes Oecolampadius iam sub a. 1530 Basileae, ubi Zwinglianorum pastorem agebat, latinas aliquot Serveto inscripserat epistulas, quibus ei persuadere conabatur, ut filium Dei patri consubstantialem esse profiteretur etc.

[3] Ioannes Campanus, quem alii Kempis (Kempen), alii ex vico quodam dioecesis leodiensis ortum esse censent, novam invenit expositionem verborum Christi „Hoc est corpus meum" et a. 1532 Iuliaci (Jülich) novam instituit formam theologiae, quam regi Daniae dedicavit: „Göttlicher und heiliger Schrift, vor vielen Jahren verdunkelt und durch unheilsame Lehre und Lehrer verfinstert, Restitution und Besserung"; in quo libro asserebat in Deo duas tantum esse personas, Christum etiam in divina natura sua patre minorem esse etc. Lindanus contra eum scripsit: „Responsionem pro vero atque vivo Christi corpore in s. eucharistia contra Jo. Campani blasphemias" (Coloniae 1575).

[4] Cum Andreas Osiander (1488—1552), theologiae lutheranae professor in universitate regiomontana, de iustificatione hominis nova proferret dogmata, eaque non solum cum fide catholica, sed etiam cum Lutheri doctrina multis in rebus discrepantia, multi ex ipsis protestantibus acerrimum contra eum eiusque sectatores bellum gesserunt; ita v. g. Ioachimus Mörlinus contra eum scripsit „Historiam Prutenicam" (Brunsvici 1554), „Treue Warnung" (Magdeburgi 1555), „Dass Osiandri Irrthum in keine Vergessenheit zu stellen oder hinzulegen sei" (Brunsvici 1555), „Sendschreiben an den Vogel" (1556). Imprimis vero Flacius Illyricus multa contra Osiandrum latine et germanice scripsit, e. g. „Wider die Götter in Preussen" (sine loco et anno), „Antidotum auff Osiandri gifftiges Schmeckbier" (Magdeburgi sine anno) etc. (*Ign. Döllinger,* Die Reformation III [Regensburg 1848], 297—437. *J. J. Her-*

dicam, certe[a] non habeo. Liber est quidam Epistolarum editus, ubi Zuingliani egregie regnant, praefatur Theodorus Bibliander. is[b] liber miras ostendit nouatorum opiniones et sectas. Sic habet libri inscriptio: Epistolae doctorum virorum, quibus cum[c] Eucharistiae ac Anababtismi [*sic*] negotium, tum alia religionis capita continentur. Mitto ad te nonnulla de Polonicis rebus, quae Dominum illi regno fauentem ostendunt.

Admonebo iterum atque iterum D. Lucretium, ut respondeat. Apud Reuerendissimum D. Archiepiscopum Saltzburgensem[1] impetraui, ut promiserit typographo[2] sumptus pro 300 exemplaribus Panopliae[3], cum adportarit typis excusa. Discedet hinc opinor ante Dominicam Reminiscere[4][d], aut paulo post, discedent et alij antistites. Quare monendus erit Typographus[e] ad maturandam editionem libri Polonici[5], quem huc allatum cito facileque diuendet, dum in Comitijs erunt praesules. Quid ego de Comitijs autem? Jn septembrem Colloquium reiecturi[f] videntur, Augustae seu Wormatiae coibunt[g] sex et sex vtriusque partis Theologi, incertum qui, superintendentes 5. ex[h] principibus[6], auditores vtrinque[i] sex adiungentur praeter notarios. Dominus JESVS in Ecclesiae vtilitatem isthaec omnia conuertat, et auertat colloquia mala quae corrumpant[k] mores bonos[7], ut hactenus quidem factum vidimus. Ego me cupio et studeo a tota tractatione hac excludere, et ne nescias, intra hebdomadas forte duas hinc discedam in Jtaliam, tractaturus causam quae ad[l] nostri ordinis homines pertinet[8]. Vereor fieri non posse, ut ante discessum isthic conueniamus, quod Saltzburga mihi rectum iter monstret, non Augusta.

---

[a] certi *De Ram.*

[b] *Sequens vocabulum a Canisio supra versum scriptum est.*

[c] quibuscum *De Ram.* [d] *A Canisio ipso correctum ex:* Jnuocauit.

[e] *Hoc vocabulum (quod De Ram omisit) a Canisio in margine ascriptum est.*

[f] reiteraturi *De Ram.* [g] coibant *De Ram.*

[h] superintendentes, scilicet ex *De Ram.* [i] utriusque *De Ram.*

[k] corrumpunt *De Ram.* [l] *De Ram om.:* ad.

---

zog, Real-Encyklopädie für protestantische Theologie und Kirche, 2. Aufl., X [Leipzig 1882], 138. *Wilh. Preger,* Matthias Flacius Illyricus und seine Zeit II [Erlangen 1861], 550—556).

[1] Michaëlem a Küenburg.

[2] Sebaldo Mayer, typographo dilingensi.

[3] Inter Lindani libros clarissimus ille est, qui inscribitur: „Panoplia evangelica, sive de Verbo Dei evangelico libri quinque, contra omnes hujus saeculi haereses" (editus a. 1558 [?], 1577 [Coloniae], 1590 [Coloniae]).

[4] Ea tunc erat d. 14. Martii.

[5] „Confessionem fidei catholicae" significat, a Stanislao Hosio conscriptam, quae, Canisio plagulas corrigente, a. 1557 Dilingae edita est; vide infra, monum. 200.

[6] Statutum est, ut colloquio hi principes interessent: Rudolfus de Frankenstein, episcopus spirensis, nomine Ferdinandi regis, archiepiscopi treverensis et salisburgensis, elector Saxoniae, dux Wurtembergae (*Häberlin* l. c. III, 163—164).

[7] 1 Cor. 15, 33. [8] Cf. supra p. 70[2].

Eoque magis hortor et oro clariss. iuxta et chariss. in Christo Domine, vt me tuis precibus et sacrifitijs apud Christum saepe multumque commendes. Ac doleo certe, in hac festinatione tuis uotis et meritis a me non fieri satis: cogor multa[a] praeterire, quae fortassis expectas, et ego tuo nomine hic praestare debebam. De Tigurino viso[b] nihil accepi, Balthazar bonam spem accepit de impetrando loco. Saxonici inter se litigant grauiter, Philippus oppugnatur ab Illyrico, Gallo, Suenckfeldianis [1], senex ualde perturbatus[c] queritur de tot aduersarijs, et se minus[d] a nostris quam a suis oppugnari ac laedi. Quae concertatio eousque processit, vt pugna irreconciliabilis uideatur, et Ecclesiae causam in futuro saltem colloquio meliorem facit [2]. De his mitto literas saxonicas. Reliqua de Saxoniae statu et Pacaei aduentu in dubio haerent [3]: Jtalia bellorum studijs ardere coepit, nisi pacis author Christus respiciat, summorum malorum iacta sunt certa seminaria. nostri ad Hungaricam expeditionem sese componunt. Panopliam edi cito suademus, praefationem uidere ante discessum cupio; mitigentur oro si loca quaedam incident, asperiora [?][e], vt in spiritu lenitatis [4] admoneamus errantes magis quam exacerbemus, etsi ueterum exemplo zelus alibi laudem suam habeat. Salutat charitatem tuam R. P. Tilanus prouintialis [5] et Decanus Viennensis iam Doctor factus Jngolstadij: [6] salutat et nouus sacerdos D. Lucretius a Car-

---

[a] autem *De Ram.* [b] Niso (?) *De Ram.* [c] probatus *De Ram.*
[d] *Sequitur vocabulum a Canisio ipso deletum ita, ut iam legi non possit.*
[e] *Sic vel:* aspera; *id quod habet De Ram.*

---

[1] Illyricus Melanchthonem titionem infernalem („Höllenbrand") vocavit, qui ad papistas transfugisset. Nicolaus Gallus asseruit eum doctrinam adulterasse, quam Lutherus de „servo arbitrio" proposuisset. Caspar Schwenkfeldius in libro a. 1556 edito affirmavit Melanchthonis discipulos in universitate vitembergensi impie et effrenate se gerere (*Döllinger* l. c. I, 416—418. *Janssen* l. c. III, 746; VII, 186. 436).

[2] Canisium recte sensisse rerum eventus probavit.

[3] Valentinus Frid vel Hartung, vulgo Paceus († 1558), ex Buchonia ortus, cum Querfordiae primus fuisset Lutheranorum minister, Lipsiae contionator et professor fuit. At sub a. 1557, catholica veritate cognita, Ratisbonam venit ad cardinalem Ottonem in comitiis occupatum; qui eum postea universitatis dilinganae professorem constituit (*Andr. Räss*, Die Convertiten seit der Reformation I [Freiburg i. Br. 1866], 413—419).

[4] Gal. 6, 1.

[5] Ioannes Stempel sive Pessel O. Pr., ex Tiel, Geldriae oppido, ortus, anno 1545 provinciae Teutoniae ordinis Praedicatorum „prior provincialis" electus est; Vindobonae aliquamdiu professor universitatis erat. Haec Canisii epistula ostendit, in necrologio monasterii Dominicanorum vindobonensis haud recte scriptum esse Tilanum 7. Octobris 1556 obisse (cf. *Seb. Brunner*, Der Prediger-Orden in Wien und Oesterreich [Wien 1867] p. 5. 15). De Tilano vide *N. Paulus*, „Johann Stempel" in „Katholik", 76. Jahrg., II (Mainz 1896), 475—478; ubi etiam evincitur me haud recte scripsisse (*Canisii* Epistulae I, 100[8]) Stempelium a Pesselio distinguendum esse.

[6] Die 13. Februarii 1557 Ingolstadii doctor theologiae creatus est Iacobus Gilbertus de Nogueras (Noguera, Naqueras), hispanus, qui Vindobonae 20. Novembris

dinali nostro[1] heri consecratus. Ego Reuerendum d. Rectorem[2] vna cum P. Bartholomaeo[a][3] et collegis tuis[4] ex me cupio reuerenter salutari, illorumque pro me preces ambio. P. Bartholomaeo dices me scripsisse ex animo ut sentirem, et non allaturum alia quibus illi repugnare uidear[5]. timeo fortasse, ut pij solent amantes securiorem partem et gradientes regia via[6], et humilibus consentientes[7], nec se altiora quaerentes[8]. Sed sino alios etiam in suo sensu abundare[9]. Dominus JESVS illustret animos nostros, ut solide et incipiamus et promoueamus ea quae[b] uere sunt salutaria. Ratisbonae 25 Februarij[c].

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Reuerendo et doctiss. uiro, D. Wilhelmo Lindano Doctori S. Theologiae, in Christo digniss. amico Dillingae[d].

Canisius huic epistulae, omisso anno, solum ascripsit diem „25 Februarij". Cui manu altera, quam aliquanto posteriorem (saec. XVII. vel XVIII.) esse patet, ascriptum est: „versus 1555". *De Ram* (Annuaire l. c. p. 318): „L'ensemble de la lettre", inquit, „prouve suffisamment qu'elle a été écrite en 1556, pendant la diéte." Ac revera ex ipsa epistula clarissime intellegitur eam a Canisio inter comitia illa imperii ratisbonensia datam esse, in quibus decretum est, ut colloquium de religione anno 1557 Vormatiae haberetur; at ea comitia demum 15. Iulii 1556 aperta sunt (cf. supra p. 20[1]).

Haec etiam ostendunt haud recte a quibusdam affirmari Lindanum iam anno 1556 ex universitate dilingana discessisse.

---

[a] *A Canisio ipso correctum ex:* Balthasare.

[b] *Sequitur:* nos, *a Canisio ipso postea deletum.*

[c] *Vide, quae infra, post ipsam hanc epistulam, notantur.*

[d] *Alia manu antiqua, quae tamen Lindani esse non videtur, additum est:* Epistola R. P. Canisij.

1556 decanus capituli cathedralis creatus erat atque etiam Ferdinando I. a sacris erat; idem a. 1561—1566 episcopus fuit aliphanus (Alife) (*Mederer* l. c. I, 249. Iulii Pogiani Sunensis epistolae et orationes, ed. *Hier. Lagomarsinius* S. J., II [Romae 1756], 205—206. *Herm. Zschokke,* Geschichte des Metropolitan-Capitels zum heiligen Stephan in Wien [Wien 1895] p. 372). [1] Ottone Truchsess de Waldburg.

[2] M. Cornelium Harlemium Rosenthalum (Herlen ex Rosenthal); de quo plura postea.

[3] Bartholomaeus Kleindienst († 1560), ex Annaberga, Saxoniae oppido, ortus, cum opera Philippi Melanchthonis in universitate lipsiensi stipendium accepisset, a Conrado Clingio O. S. Fr. ex lutheranismo ad ecclesiam catholicam conversus, Augustae Vindelicorum ordinem Praedicatorum ingressus, a cardinali Ottone professor universitatis dilinganae constitutus erat. Qui paulo ante a. 1560 a fratribus conventualibus „provinciae Teutoniae" O. Pr. electus est „vicarius generalis" (*N. Paulus,* Der Dominikaner Bartholomaeus Kleindienst, in „Historisch-politische Blätter" CIX [München 1892], 484—502).

[4] Catalogum primorum universitatis dilinganae praefectorum et professorum proposuit *Laur. Stempfle,* Die Universität zu Dilingen in ihrer Gründung und ersten Blüthe (Dilingen 1833) p. 17—21.

[5] Quae Canisius significet, vide supra p. 73—74.

[6] Num. 21, 22. [7] Rom. 12, 16. [8] Eccli. 3, 22. [9] Rom. 14, 5.

237.

CANISIUS

P. IOANNI TILANO (TILIAE) S. J.,

philosophiae professori in collegio pragensi.

Ratisbona inter menses Februarium et Martium 1557.

Ex *Io. Schmidl* S. J., Historiae Societatis Jesu Provinciae Bohemiae Pars prima (Pragae 1747) p. 112.

Tilanum Praga evocat.

„Canisius," inquit Schmidl, de turbis Pragae a Tilano contra Ursmarum Goissonium, collegii rectorem, excitatis [1] *„certior factus, iteratisque literis de re tota admonitus, cupiens Collegium malo hospite quantocyus, et prius, quam Romam discederet* [2]*, liberari, Tilianum Viennam evocat, ubi ejus opera esset utilior. Theologiam docendam ab se rursus somnians Tilianus, Viennam propere advolavit; at cum Canisius post se literas reliquisset, quibus monebatur, ut tantisper Viennae quiesceret, dum Roma, quid fieri placeret, perscriberetur; homo omnis morae impatiens, precibus et minis urgere institit, ut Rectoris Vicarius . . . publicam sibi in illa Universitate lectionem concederet."*

238.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ratisbona 13. Martii 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a. P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, et postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 14—304 posito, collato. Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum in cod. monac. „Lat. 1606" f. 89 exstat; in quo tamen multa omissa sunt.

Partem germanice vertit *Riess* l. c. p. 196—197. Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 122, et *Drews* l. c. p. 67.

De romana Societatis typographia gaudet. Se cum sociis Romam ad congregationem generalem profecturum. De Sociis quibusdam ex uno loco in alium a se migrare iussis. De colloquio religionis Vormatiae habendo; se collocutorem, P. Goudanum „adiunctum" designari; ab eo onere liberari cupit. Pecuniam aegre impetrari. In Sociorum sacris sacrificiis se maxime confidere.

†

Pax Christi nobiscum — Reuerende Pater

Accepi litteras uestras, easque duplicatas, in Ianuario et Februario scriptas, una cum iis, quae de rebus Indiae nouis mittebantur. Accepi

---

[1] Vide supra p. 27—28. 41—43. 58—59. [2] Vide infra p. 80. 82.

et conclusiones, praeli Romani uestri optimas primitias hic multis gratas[1], et quae nobis magnifica quaedam post excudenda opera pollicentur in Christo domino nostro.

Ut a posterioribus incipiam, Dei gratia fulti ad conuentum Patrum indictum tres proficiscemur ex hac Prouincia: P. Lanoius ex Vienna, P. Gaudanus qui nunc mecum est, et ego ex Ratisbona. Veniemus autem Patavium[2], uti monetis, primum, ut de reliqua profectione certo hic intelligamus. Quare non operae pretium videtur nunc multis agere; coram enim, si Dominus annuet, pleraque rectius expedientur.

Ex Collegio Ingolstadiensi Pragam a me missi sunt D. Hurtadus[3], M. Gerardus[4] et Joannes Franzocz[5]: priores duo succedent in munere profitendi Doctori Tielano et Magistro Gullielmo[6]: tertius in schola iuuanda suum quoque locum reperiet. Egi praeterea per litteras, sicuti iniunctum fuit, et blande admoneo euocoque Doctorem Tielanum, ut statim Viennam veniat; tum et M. Gullielmum, ut paullo post, cum alter iam discesserit, Ingolstadium se recipiat. Utrobique, Viennae et Ingolstadii scilicet, meae litterae, cum illi pervenerint, invenientur, ut norint iter ipsis in Urbem petendum esse. Faxit dominus ut hac via collegium Pragense liberetur istis perturbationibus quales alibi ego maiores nondum vidi.

Episcopi e comitiis discesserunt, propediem quae deliberata sunt a statibus promulgabuntur:[7] et quod ad colloquium quidem spectat, designata sunt iam nomina sex collocutorum utriusque partis; nimirum ex catholicis Episcoporum Numburgensis et Merspergensis, Suffraganei Argentinensis D. Ioannis Delphii, Praepositi Gropperi, quos duos Tridenti novit R. P. Alphonsus[8], tum D. Martini professoris Louaniensis in sacris[9]. Me sexto esse loco voluerunt magno Regis et statuum consensu. His succedunt sex alii theologi catholici, quos uocant adiunctos, et qui ad consilia prioribus adhibeantur. In his tertium habet locum Doctor noster Goudanus; sequuntur Wicelius et Staphylus:

---

[1] Vide supra p. 38[1]. 69.

[2] Italicam urbem „Padova" significat; vide epistulam proxime subiciendam.

[3] P. Hurtadus Perez hispanus; vide supra p. 42[1].

[4] „M. Gerardus Werdenus ex inferiori Germania, in latina et graeca lingua, et in philosophicis disciplinis doctus, et theologiae non expers." Ita „catalogus" primorum Sociorum ingolstadiensium (vide supra p. 35[5]), apud *Agricolam* l. c. I, Dec. 2, n. 26, et in „Cartas de *San Ignacio*" VI, 497.

[5] Canisius fratrem illum significare videtur, de quo „catalogus" modo memoratus: „Ioannes Rosanus Gallus in humanioribus versatus est" (*Agricola* l. c. *Cartas* l. c. p. 498). Franzos germanice = homo gallus.

[6] Vide supra p. 60—61.

[7] Ferdinandus I. Ratisbonae 16. Martii 1557 subscripsit „recessum imperii", quo comitia finita, collocutores ad d. 24. Augusti Vormatiam evocati, leges, quibus colloquium regendum esset, constitutae sunt (*J. Chr. Lünig,* Des Teutschen Reichs-Archivs partis generalis continuatio etc. [Leipzig 1713] 1. Fortsetz. p. 8—25).

[8] Salmeron.

[9] Martini Balduini Rithovii, qui postea episcopus iprensis fuit.

reliquorum obscura nomina [1]. Ridiculum sane mihi videtur in tali tractatione Canisium adnumerari. Per Cardinalem Augustanum admonitus Rex fuit, superioris consensum hic mihi necessarium esse, neque possum non metuere, ne Pontifex Maximus hanc improbet electionem. Quare seruabo me, ut possum, Dei gratia liberum ab his vinculis, et expectabo vestram de me sententiam, nihil facturus pene libentius, quam ut ab istorum me consiliis extricem, aliisque permittam hoc colloquendi seu disputandi munus, quod scio meis humeris aegre suscipi et sustineri posse. Dominus IESVS Germaniae tot modis afflictae succurrat. Initium colloquendi in Augusto mense Wormatiae futurum est.

Quoniam Vienna utroque Doctore Nicolao [2] nunc destituitur, visum est regias mittere litteras ad Episcopum Labacensem [3], ut is reddat P. Schorichium et Viennae relinquat in hac necessitate. Quod consilium spero vobis etiam non improbari, etsi metuo, ne vocatus ille moleste ferat hanc reuocationem et meam et Regis. Velim igitur uestris quoque litteris illum admoneri. Nam reliqui Viennae sacerdotes tum prudentia, tum authoritate, tum doctrina P. Schorichii, qualiscumque ea est, adiuvandi hoc tempore videntur.

Litteras ad D. Didacum [4] scriptas cum hic non adsit, Viennam misi. Alias ad Cardinalem Augustanum nullas accepi. Communis omnium querela est non solvi a Rege debita: dictusque D. Cardinalis parum promittit Romano Collegio, etsi a me admonitus de promissione [5].

Quod iubet authoritas tua, me finem expectare comitiorum, dixi parum abesse, quin absoluta hic sint omnia: tantum superest publicare decreta. Dominus IESVS in gloriam suam nostros conatus dirigat, et placabilem se nobis praebeat per sancta, quae offeruntur isthic pro Rege et Imperio, sacrificia. Haec nos bene iubent sperare in summis etiam difficultatibus.

---

[1] Ordines imperii 9. Martii 1557 Ferdinando regi „declarationem" fecerunt de colloquio et de iis, quos collocutores, adiunctos, notarios esse cuperent; adiuncti catholici ab ordinibus catholicis nominati erant: 1. Mathias Esche, vulgo Cythardus (Cithardus, Zittardus) O. Pr., contionator aquisgranensis, 2. Guilielmus Lindanus, 3. Nicolaus Lanoius S. J. „vel" Nicolaus Goudanus S. J., professores vindobonenses, 4. Ioannes Gressenicus (Cressanicus) O. Pr., contionator ducis Bavariae, 5. Georgius Wicelius „senior", 6. Fridericus Staphylus. Ita „*relatio summaria" („Summari Relation") eorum, quae Ratisbonae de colloquio acta et decreta sunt, exstans Vindobonae in archivo aulae caesareae, Reichstags-Akten, Fasc. 35. In *catalogo antiquo hominum ab ordinibus colloquio destinatorum, qui Francofurti ad Moenum inter monumenta comitiorum ratisbonensium asservatur, Lindanus primo loco positus est, Cithardus secundo (Reichstags-Akten, 66. B., 1557, f. 57^b—59^a: in archivo urbano).

[2] Goudano et Lanoio. [3] Urbanum Weber.

[4] Lassum? Cf. *Canisii* Epistulas I, 500. 506 etc.

[5] Collegium hoc in magna egestate erat (*Orlandinus* l. c. l. 15, n. 5).

P. Couillonius quieto tandem esse animo coepit et austeritate illa melior factus uidetur. Confirmet in illo Deus et in nobis hanc salutarem vocationem [?][a].

Commendamus nos et iter nostrum precibus uestris in christo, qui brevi salvos isthic nos coniungat. Non arbitror me posthac esse scripturum. Die 18. Martii iter ingredi P. Goudanus et ego statuimus, bona venia Regis.

Ratisbonae 13. Martii 1557.

Servus in Christo Canisius.

Reuerendo Domino et Patri nostro in Christo M. Jacobo Laynez Vicario Generali Societatis Jesu. Romae.

239.

CANISIUS IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Patavio 2. Aprilis 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* scripto, et postea collato cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 17—269 posito.

Partem italice vertit *Boero*, Can. p. 157—158, et ex eo gallice *Daurignac* l. c. p. 170.

Se mox Venetias et Florentiam profecturum esse. Litteras mittit, quibus Ferdinandus rex Canisii et Goudani operam pro colloquio religionis expetit. Quando, a quibus, quomodo id instituendum sit. Prospicit, ne summo pontifici displiceat. A munere collocutoris liberari cupit.

†

Pax Christi nobiscum — Reuerende admodum in Christo pater.

Ut postremo Ratisbonae scripsi fore, P. Goudanus et ego, fauente duce nostro Christo, iter hoc instituimus et hucusque confecimus prospere. Patrem Lanoyum paullo post ex Austria sequuturum putamus. Etsi autem hodie primum accessimus, tentare tamen sequenti nocte cupio navigationem, quae Venetias ducat, praesertim accedente consensu quoque Reuerendi Patris Simonis[1]. Interea confirmabit vires et valetudinem curabit hic suam P. Goudanus, qui nonnihil adhuc languet, sed ita ut peregrinando rectius habeat, quam Viennae dimorando [*sic*][2]. Ad diem deinde Lunae mox insequentem[3] iter Florentiam

[a] *Sic apogr. prius; sed legendum esse videtur:* mutationem.

[1] P. Simon Rodericius (vide supra p. 27[1]) ab a. 1555 ad 1557 primum Venetiis, deinde Patavii (Padova) contionabatur et confessiones excipiebat (*Gius. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Simone Rodriguez [Firenze 1880] p. 86).

[2] Vide supra p. 45. [3] Ea erat d. 5. Aprilis.

ingrediemur, quando ex acceptis hodie litteris vestris P. Simon sic admonet. Cupimus et hic et in aliis omnibus obedientiae sanctae in Christo facere satis.

Adiunxi regias litteras [1], sed non satis nitide fortasse seruatas, quae ut rectius intelligantur, paucis repetam conclusa nuper in comitiis Ratisbonae. Nam ut omittam, quod ad contributionem seu subsidium attinet, in expeditionem Turcicam ab imperii statibus conferendum, de religionis Causa sic definierunt. Quoniam periculum in mora est, nec inueniri ratio conciliandi et componendi dissidium hoc in religione potest, non per Concilium generale tot annis frustra expectatum, non per Synodum nationalem, quae nouas excitare turbas posset magis quam veteres componere, neque per consilia Principum, quia religionis Causa communis est et a laicis periculose tractatur, idcirco colloquii demum unica ceu via hoc tempore maxime placuit. Locus designatus Wormatiae; tempus in Augusto; praesides colloquii Rex et principes quatuor; ex his Archiepiscopi duo pro catholicis, et Lutherani duo Principes [2]. Utrinque certi auditores deputati: sex collocutores etiam ex utraque parte nominati. Inter catholicos me voluerunt esse collocutorem, licet omnino reclamarem. P. Goudanus inter sex alios theologos nominatus et inscriptus, qui sex catholicis collocutoribus sunt et dicuntur adiuncti. Rex igitur nos discedentes iussit redire ad colloquium hoc Wormatiense in mensem Augustum. Ego petii, ad R. P. T. referret suam sententiam; nos praeter obedientiam nec posse, nec debere quicquam in re tanta attentare. Scribit igitur ea de re litteras, quae nobis, ut spero, si opus sit, apud Pontificem Maximum facile patrocinabuntur, ne putet aliquam conditionem a nobis vel susceptam vel initam esse Sancta hac Sede repugnante [?] [a]. Summa colloquii eo spectat; amicabiliter conferre volunt inter se collocutores, possitne concordia in tantis et [tam] diuturnis dissentionibus fidei reperiri. Quidquid actum fuerit a notariis consignabitur et ad Status Imperii referetur. Vetant enim aliquid concludere, sed solum audire cupiunt amanter tentari, quod Germaniam tot sectis liberet. Interim haec duo proponunt collocutoribus, ut promittant nihil efferre eorum, quae tractauerint; dein ut sincere agant omnia secundum Deum et conscientiam. Reliqui collocutores, ni fallor, in postremis

---

[a] *Sic apogr.;* Sanctae huic Sedi repugnantem?

---

[1] Has vide infra, monum. 131.

[2] Attamen rex ordines imperii in ipso iam comitiorum „recessu" monuerat se, cum aliis negotiis, quominus ipse colloquio praeesset, impediretur, Rudolphum de Frankenstein, episcopum spirensem, suo nomine praeesse iussisse. Huic „assessores" destinati sunt ex catholicis Ioannes a Petra (von der Leyen), elector et archiepiscopus treverensis, et Michaël de Küenburg, archiepiscopus salisburgensis, ex Lutheranis Augustus, elector et dux Saxoniae, et Christophorus, dux wurtembergensis (*Lünig* l. c. p. 11—12).

litteris meis positi sunt nominatim[1]. Dominus IESVS nos juuet [?][a] in suam gloriam et me liberet omnino hoc difficili et insupportabili onere collocutoris.

Patauii 2 Aprilis 1557

Commendo me vestris orationibus in Christo Reuerende pater. Reliqua coram Deo iuvante.

Filius in Christo Petrus Canisius.

Al molto Reuerendo Padre mio in christo M. Giacobo Laynez Vicario della Compagnia di Jesu

Jn Roma.

Ex iis, quae Canisius in his litteris de P. Simone Rodericio et de navigatione a se instituenda scribit, clare patet ipsas non Passavia (Passau) datas esse — id quod *Boero* et *Daurignac* affirmant —, sed ex italica illa urbe Patavio sive Padova, in qua Societatis collegium tunc iam exstabat.

Quo facilius autem haec epistula cum iis, quae mox sequentur, coniungi possit, haec iuverit adnotare: Canisius paulo post Pascha (quod erat d. 18. Aprilis) Romam advenit; cui, dum ceterorum Sociorum adventus exspectatur, praecipua cura erat, „vt et Germanici, et Romani Collegij alumnos publicis priuatisque sermonibus ad ferendam Septemtrioni opem incenderet.“ At iterum Societatis congregatio generalis in aliud tempus differenda fuit. Nam Sociis hispanis et lusitanis iter iam ingressis redeundum fuit, cum, bello inter Paulum IV. et Philippum II. renovato, edictum regium promulgaretur, quo interdicebatur, ne quisquam ex Hispania in alienas terras proficisceretur. Petiit quidem Lainius a pontifice congregationis Barcinone habendae potestatem, neque is ab ea facienda longe aberat; at repente Sociis domesticae ortae sunt tempestates eaeque gravissimae ex imprudentia duorum, qui et antea optime meriti erant et postea errata haec magnis virtutibus et laboribus vere apostolicis compensaverunt: P. Nicolaus Bobadilla, e primis S. Ignatii sociis, et voce et scriptis affirmabat a fundatoribus et primis professis regendam esse Societatem, donec praepositus generalis eligeretur; Lainium haud legitime electum esse vicarium; potestatem supremam ab eo esse arrogatam. Bobadillae sententiam probavit P. Pontius Gogordanus, qui et duobus cardinalibus sibi notis libellum tradidit pontifici porrigendum, in quo docebat Lainium et ceteros patres, ut in Hispaniam concedendi potestas sibi fieret, ideo instare, quo praepositum generalem pro sua voluntate crearent et instituta Societatis, apostolicae sedis iudicio subtracta, prout esset commodum, fingerent. Vehementer itaque commotus Paulus IV. iussit diplomata pontificum, constitutiones regulasque Societatis, quidquid ad eius disciplinam ac regimen pertineret, olim nuperve conditum, ad cardinales quosdam afferri simulque vetuit quemquam de Societate Roma exire. „Itaque nominatim“ pontifex „admonendus fuit, si quidem placeret Canisium, et Gaudanum interesse Wormatiensi Colloquio, vt eis potestatem faceret abeundi: qua facta, Iunio senescente abierunt, cum diligenter ante Canisius prouidisset, conuenissetque cum Patri-

---

[a] protegat? promoueat? *Vocabulum in autographo obscure scriptum.*

---

[1] De catholicis collocutoribus vide supra p. 80. E protestantibus delecti: Philippus Melanchthon; Ioannes Brentius (Brenz) praepositus stugartiensis; Erardus Schneppius (Schnepf), professor et superintendens ienensis; Ioannes Machabaeus, superintendens ducatus holsatiensis; Georgius Carrichus (Karg), superintendens onoldinus; Ioannes Pistorius, pastor nidanus (ita * *Catalogus* francofurtensis, de quo vide supra p. 81[1]). Attamen videbimus neque ex catholicis neque ex protestantibus omnes, qui delecti erant, collocutoris munus reapse gessisse.

bus, vt perpetuo sacrificiorum, ac precum subsidio, quandiu Colloquium teneret sibi praesto essent" (*Sacchinus*, Historia S. J. II, l. 1, n. 67—79; *idem*, Can. p. 124 ad 125. Cf. *Gius. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Nicolò Bobadiglia [Firenze 1879] p. 87—96).

240.

MICHAËL DE KÜENBURG,

archiepiscopus salisburgensis,

CANISIO [1].

Salisburgo 15. Iunii 1557.

Ex archetypo (4°; p. 1; in p. 4. inscr. et reliquiae sig.). Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 47 et sq. non sign.

Se suis sumptibus iuvenem quendam Ingolstadium ad studia philosophica e theologica mittere. Canisium rogat, ut idoneum praeceptorem illi provideat.

Michael Dei gratia Archiepiscopus Ecclesiae
Saltzburgensis Apostolicae Sedis Legatus.

Egregie, nobis in Christo syncere dilecte. Nos praesentium exhibitori Sebastiano Vischer spetiali gratia, et ad augendum diuinum cultum, sustentaculum ad Academiam Ingolstadiensem impensis nostris: quoad nobis aut successoribus nostris placuerit: gratiose annuimus, Ea scilicet conditione, Vt primo ibidem bonis artibus quam sedulo inuigilet, ac singulis diebus, vnam ex Sacra Theologia studijs suis adiungat lectionem, Et si gradum aliquem impetrauerit, exinde omnem operam ad studium Theologicum conferat, adeptaque perfectiori aetate, sacros tam maiores, quam minores ordines suscipiat. Cum nobis itaque de tuo[a] in huiusmodi studiosos praesertim Theologicos fauore, satis constet, Idcirco gratiose petimus, vt eidem nostro intuitu de Praeceptore Idoneo, qui eum ad Diuina et sua competentia studia indefesse teneat, prouidere non dedigneris. Nos enim plane id studemus, vt eiusmodi bonae Indolis Iuuenes, in disciplina ac eruditione Catholica educentur, et ad Presbiterium, quantum cuiuslibet industria et intellectus pati poterit, promoueantur. In eo rem nobis haud ingratam Deoque acceptam praestabis, singulari gratia erga te recognoscendam. Datae in Ciuitate nostra Saltzburgensi XV[a]. Junij Anno. etc. LVII°.

Egregio, nobis in Christo syncere dilecto, Petro Canisio, Sacrae Theologiae Doctori, et Professori Ingolstadiensi.

---

[a] *Correximus pro:* tua.

---

[1] Vide supra p. 40. 76. Michaël de Küenburg vel Khienburg (archiepiscopus electus 21. Iulii 1554, mortuus 17. Novembris 1560) „in diversis Germaniae scholis . . . complura alebat melioris notae ingenia, suo tempore Ecclesiae suae, et Catholicae fidei bono consecranda." In pauperes valde beneficum, et liberalem erga viros doctos se praestabat, quos libenter excipiebat et de rebus sacris disputantes audiebat: *Ios., Franc., Paul. Mezger* O. S B., Historia Salisburgensis (Salisburgi 1692) p. 591—602.

241.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Perusio (Perugia) 29. Iunii 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, et postea collato cum archetypo, quod, a Canisio ipso subscriptum, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 18—238 positum est.

Quomodo sibi et sociis in Germaniam redeuntibus iter succedat. Lainium consolatur.

†

Ihesus. Pax Christi.

Non ho potuto tacere la gratia dil Signor, per la quale hoggi siamo arribati quà, benchè non senza fatica maxima per la indispositione corporale di nostro compagno Leonardo[1], che pur adesso sta meglio. Hauemo trovato quì li carissimi fratelli ben disposti, et speriamo per la medesima gratia del Signore partire domane per Firenza, anchora che io mi trouo per adesso un poco deuole, sia per la causa dil fluxo, over per la fatica del viaggio. Quanto al Padre de Gaudano, si porta bene con il suo braccio, et similmente Vittoria[2] et Alfonso[3]; ringraziato sia sempre il Signore. Pensamo de non poter far questo viaggio insino a Venezia[a] innanzi di dieci o duodici

---

†

Iesus. Pax Christi.

Facere non potui, quin R. V. certiorem redderem domino iuvante hodie huc nos advenisse, etsi maximo cum labore huc pervenimus propter infirmam Leonardi[1] socii nostri valetudinem, qui tamen nunc melius habet. Carissimos fratres hic salvos invenimus, et speramus nos eodem domino iuvante cras Florentiam proficisci posse, quamquam ego nunc debilior sum sive propter alvi profluvium sive propter itineris molestias. P. Goudani bracchium bene se habet; valent etiam Victoria[2] et Alphonsus[3]; domino semper grates agantur. Arbitramur autem nos ante diem decimam vel duodecimam Iulii Venetias venire non posse; ubi omnes nos ad-

[a] Veneia *apogr.*

[1] Hic quis fuerit nescio. Ex sequentibus epistulis coniectari potest in collegio amerino mense Iulio a. 1557 fuisse Leonardum Villarium (Villanum, Villerium) leodiensem, qui eodem anno m. Iulio Ingolstadium et Vormatiam, m. Septembri Coloniam venit (infra p. 117. 125. 127. 134. 139), ibi mense Februario a. 1562 sacerdotio initiatus est, a. 1562 et 1563 coloniensis collegii „ministrum" agebat (*Reiffenberg* l. c. p. 94. *Hansen* l. c. p. 307. 420. 778. 779. 780).

[2] P. Ioannes de Victoria (cf. epistulam Canisii 7. Iulii 1557 ad Lainium datam). De quo vide *Canisii* Epistulas I, 410. 439. 616[4].

[3] Nescio num Alphonsus Pisanus (de quo plura infra) significetur; is certe a. 1553—1559 Panormi, Romae, Laureti erat. De alio quodam Alphonso vide Canisii litteras 13. Iulii 1557 datas.

de Giulio; et spero ch' allora tutti ci trouaramo là con quelli che hanno a venire di Loreto, secondo la commissione de V. Reuerentia. Quasi mi dimenticava del nostro fratello Bartholomeo [1], il quale con li nostri cavalli hauemo aiutato, perchè arrivassi quà con salute. Quanto al resto, molto ci confidiamo nelle sante orationi di V. Reuerentia, la quale anche sarà per noi raccomandata molto strettamente a tutti questi Collegii, acciò il Signore anche de ogni suo travaglio presente et cavi il frutto conueniente ad sua maggiore gloria et nostro commune bene. Di Firenza scriveramo più particolarmente piacendo ala somma Bontà, la quale ci guidi et conservi sempre nella sua gratia. De Peruggia, nella gloriosa festa di beati apostoli Petro et Paulo 29. di Iunio 1557.

De V. R. P.
figliolo minimo Piedro Canisio.

Jhesus. Al molto Reuerendo in Christo Padre M. Giacomo Laynez Vicario Gen. della C. di Gesù in Roma.

Nota. Archetypo manu eiusdem temporis adnotatum est, epistulam Romam allatam esse d. 8. Iulii.

---

futuros spero una cum iis, quos R. V. Laureto illuc venire iussit. Paene oblitus sum fratris nostri Bartholomaei [1], quem equis nostris adiuvimus, ut salvus huc adveniret. Ceterum multum confidimus sanctis reverentiae vestrae precibus, quam etiam omnibus his collegiis enixe commendabimus, ut dominus etiam ex cunctis, quas R. V. nunc patitur, molestiis ea efficiat, quae et ipsi in maiorem gloriam et nobis in communem cedant salutem. Florentia magis singillatim scribemus, cum summae bonitati placuerit, quae nos ducat et in gratia sua semper conservet. Perusio glorioso ac sollemni die beatorum apostolorum Petri et Pauli, 29. Iunii 1557.

R. P. V.
filius minimus Petrus Canisius.

Iesus. Admodum reverendo in Christo patri M. Iacobo Lainio, vicario generali Societatis Iesu. Romae.

242.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Florentia 3. Iulii 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, et postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 20—237 posito, collato.

Testimonium mittit, quo Lainium in controversia quadam domestica adiuvet. De valetudine sua.

---

[1] Bartholomaeus hic alius esse videtur ac „Bartholomaeus“ ille, qui hoc mense Canisium ex Italia superiore Ingolstadium usque comitatus (infra p. 100. 105), cum in Germania aliquamdiu adiutorem domesticum egisset, in Italiam remissus est.

†

Pax Christi nobiscum — R. Pater

Mitto litteras utinam ex sententia R. T. scriptas, quibus complexus mihi videor praecipua quaeque, ni plane fallar, capita negotii [1]. Si quid praeterea scribendum sit, omnem offerimus operam nostram patri et superiori. Commendamus in his collegiis R. Tuam fratrum precibus diligenter, sed de nominibus [?][a] illis mentionem nullam facimus: ipsi utinam non se prodant aliquando turpiter. dominus in pace nos sua adversus ventos et fluctus istos confirmet.

Ex industria non adiunxi ubi et quando scripserim, si forte satius videatur hoc testimonium duorum [2] non Florentiae, sed Romae confectum esse; ut ne suspicentur ulli, me subornatum ad haec notanda descendisse.

Me quidem hic remorari paulisper medicus [3] iubet, nescio quid formidans ob fluxum. Sed precibus R. T. et corporis et animae salutem accurate commendo. Dominus IESVS nobiscum. Florentiae 3. iulii 1557.

Filius indignus

Pet. Canisius.

Reuerendo patri in Christo M. Jacobo Laynez, Vicario Generali societatis IESV patri colendo. Ad manus proprias.

Sacchinus et hanc epistulam et alia monumenta ante oculos habuisse videtur, cum: In his procellis, inquit, „singularem suam aduersus Praesides fidem, et obedientiam Canisius prompsit“ (Can. p. 124—125. Cf. etiam *Boero,* Bobadiglia p. 92). Rei exitus hic fuit: Societatis constitutiones et diplomata a quattuor cardinalibus, quibus Paulus IV. eas recognoscendas tradiderat, prorsus probata sunt, ac prudentia Michaëlis Ghislerii, cardinalis alexandrini (is postea S. Pius V. papa fuit), cui pontifex litis a Bobadilla et Gogordano motae cognitionem commiserat, effectum est, ut hi duo tandem resipiscerent (*Sacchinus,* Historia S. J. II, l. 1, n. 78—89. *Boero,* Bobadiglia p. 91—98).

243.

CANISIUS

P. HIERONYMO NATALI,

collegii romani Societatis Iesu superintendenti [4].

Florentia 3. Iulii 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a. P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, et postea collato cum archetypo (cui Canisius ipse nomen subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 19—238 posito.

[a] *Sic apogr.;* hominibus?

[1] A PP. Bobadilla et Gogordano Lainio exhibiti (v. supra p. 84).

[2] Canisii et Goudani, ut videtur. Testimonium hoc non vidi.

[3] Ioannes de Rosis; v. infra p. 89[1].

[4] De Hieronymo Natali (Nadal) v. *Canisii* Epistulas I, 47[7]. Is, cum anno 1555 cum Ioanne cardinali Morono aliquantisper comitiis imperii augustanis inter-

Epistula usus est *Dan. Bartoli* S. J., Dell' istoria della Compagnia di Giesu, L' Italia l. 2, c. 15 (Roma 1673) p. 218; qui tamen haud recte scribit eam ad Lainium datam esse.

De itinere suo et infirma valetudine. Duo Natali proponit remedia Germaniae adhibenda: 1. magnum scholasticis Germanis collegium Hispanorum ope instituendum; 2. ex Hispania idoneos Societatis homines in Germaniam mittendos.

†

Ihesus. Pax Christi.

Due parole diro alla Reuerentia V. et tanto più que [?] volontieri, quanto più iusto è di ricorrere al suo Padre in Christo et aprirli il cuore. Sapi adunche V. Reuerentia come hieri arrivammo quà, sia laudato Christo, benchè non senza travagli, maxime trovandomi alcuni giorni con uno fluxo mescolato con alcune specie di febre interiore[a], di modo che Maestro Joanne medico nostro[1] mi fa forza restare qui in sua casa domane in letto. Facia il Signore la sua voluntà et si[b] voglia servire di noi tanto nella infermità, quanto de la sanità corporale a maggiore gloria sua; et questo specialmente per mezzo delli santi sacrifici di V. R. et di tutto il collegio.

Hor per conferire un poco di quello che potra seruire al ben commune in Alemana, dello[c] [?] quale V. Reuerentia sta sempre tanto desyderosa, secondo che lo Spiritu con tanti sentimenti inspira,

---

†

Iesus. Pax Christi.

Pauca reverentiae vestrae scribam eaque tanto libentius, quanto aequius est me ad eum, qui in Christo mihi pater est, confugere et pectoris secreta ei aperire. Sciat itaque reverentia vestra nos heri huc advenisse — Christo grates agantur —, quamquam non sine molestiis advenimus; atque imprimis ego per dies aliquot ventris profluvio affligebar, quod cum febri quadam visceribus inhaerente coniunctum erat, ideoque magister Ioannes medicus noster[1] mihi instat, ut cras domi suae in lecto maneam. Faciat dominus, quod ei placuerit, et nobis tam aegrotis quam bene valentibus ad maiorem gloriam suam utatur; id quod maxime R. V. et totius collegii istius sanctis sacrificiis effici cupio.

Iam ut aliqua de iis rebus consilia conferamus, quae in Germaniae bonum verti possint commune, quod reverentia vestra semper tantopere expetit pro eo studio, quo Spiritus sanctus reverentiae vestrae pium animum inspirat et illustrat ac

---

[a] interiori *apogr.* [b] hi *apogr.*

[c] *Ita legendum esse videtur; apogr.:* della.

---

fuisset et deinde Societatis visitatorem Vindobonae egisset, initio anni 1556 a S. Ignatio in Hispaniam missus erat, ut Sociis romanis in summa difficultate nummaria constitutis subsidia quaereret (*Orlandinus* l. c. l. 15, n. 1. 26; l. 16, n. 38). Natalem ex Hispania reversum a Lainio vicario generali in consilium adhibitum et anno 1557 collegii romani „superintendentem" constitutum esse refert *Sacchinus*, Historia S. J. II, l. 1, n. 58. 59.

[1] Ioannes de Rosis (de Rossis), Societatis amicus (*Litterae quadrimestres* I, 41; II, 174. *Polanci* Chronicon III, 65).

et illumina et dilata la mente et deuotione di V. Reuerentia, Io, benchè sia tanto indegno, desidero adeso proponere doi mezzi — —[a] Et dico prima se paressi expediente di fare una letera mostrabile[b] al[c] Serenissimo Re di Romani et ancho ala Serenissima Regina do Bohemia[1]. La somma dela letera sarebbe per alcuni forti ragioni consiliarli di negociare et per li lor agenti si etiam per letere mandate a Spagna. aciò gli Signori principali di Hespagna si confirmasino piu in quello che V. Reuerentia ha cominciato di persuaderli, cioè di dare soccorso di temporale aggiuto per fundare uno collegio grande in utilità delli scholari Tedeschi. Forse sarebbe a proposito che il re e la regina detti non solamente lodassino la sancta impresa et quella bona voluntà che Iddio ad aquelli Signori ha dato per mezzo di V. Reuerentia, ma che anchora dal canto loro prometesino di non manchare in aggiutare et promouere una opera tanto necessaria et diuota [?][d]. De la qual cosa per l' amore di Iddio V. Reuerentia si informi presto, scriuendosi il suo parere et le sue ragioni. Per li quali anche il Padre Victoria si potria aggiutarci [?][e], quando accadesse commodità di parlare sopra di ciò nella corte, maxime sapendo gli nomi di quelli signori che in questo participano delo spiritu de V. Reuerentia, la quale voglia essere sempre il nostro patrono et protectore in Christo Jesù Signore nostro[2].

Uno altro mezzo anche ci ripresenta, cioè che con aggiuto di

---

dilatat, ego licet indignissimus duo nunc proponere cupio remedia — —[a]. Ac primum quidem expedire videtur, ut litterae conscribantur, quae serenissimo Romanorum regi atque etiam serenissimae Bohemiae reginae[1] monstrari possint; harum autem litterarum haec erit summa: gravibus aliquibus rationibus suadebitur iis, ut et per procuratores suos et per litteras in Hispaniam mittendas proceres hispanos in eo magis confirment, quod reverentia vestra iisdem persuadere coepit, ut pecuniis subministrandis nos adiuvent in magno aliquo collegio scholasticis germanis constituendo. Ac fortasse opportunum erit, regem et reginam non solum sanctum illud consilium bonamque voluntatem, quam Deus per reverentiam vestram dominis illis inspiravit, laudare, sed etiam promittere se pro sua parte rei adeo necessariae piaeque[d] iuvandae et augendae non defuturos. Per Dei amorem reverentiam vestram rogo, ut cito ad nos perscribat, quid hac de re sentiat et quas sententiae suae afferre possit rationes. Atque iisdem etiam pater Victoria nos adiuvare poterit, opportunitatem nactus harum rerum aulicis exponendarum, praesertim cum ipse nomina norit dominorum, qui idem sentiunt ac reverentia vestra; quam rogo, ut semper patronus noster sit et protector in Christo Iesu Domino nostro[2].

Alterum quoque remedium nobis occurrit: Reverentia vestra iuvante, ad pa-

---

[a] *Hic pauca aliqua verba a librario omissa esse videntur.*
[b] mostrabili *apogr.* [c] ad *apogr.* [d] *Vel:* diuina. [e] aggiutare?

---

[1] Ferdinandum I. significat ac Mariam, Caroli V. imperatoris filiam, quae Maximiliano, Ferdinandi filio primogenito, nupserat.

[2] P. Ioannes de Victoria, natione hispanus, a. 1558, cum collegii vindobonensis rector esset, Hispanorum ope Vindobonae primum instituit collegium pauperum studiosorum. Cf. *Orlandinum* l. c. l. 9, n. 10 et *Sacchinum*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 117.

V. Reuerentia volesimo scrivere al Padre Comissario Generalle [1] et padri prouinciali di Hespana [2] pregiandoli in visceribus Iesu Christi [3], che secondo la charità, quae non sua quaerit [4], ma il bene commune di tante anime, si movessino a deputare alcuni buoni soggetti delli suoi collegii, li qualli oltre la doctrina, hauesino un poco di eleganza [5], o almancho fusino per edificare gli nostri Todeschi nello spiritu. Et maxime il tempo per conseguire tali soldati et operarii di Christo pare sarebbe molto conueniente adesso, quando [?] [a] a cio venendo gli padri spagnoli alla Congregatione a Roma, menasino seco tali operarii. Ma in tutto questo io suppongo doi cose: prima che il Reuerendo Padre Vicario nostro [6] si contenti di negociar questo con detto Commissario et provincie [b] di Hespanna: 2ª che per questa speranza et impressa non si debbia manchare in Roma circa quelle persone che per il Settembre ci sono promesse et assignate per andare in Alemagna. Et in casu che non hauesimo tante persone di Spagna, quante desiderasimo, come sarebbono dieci o duodici per il principio, almancho non si mancherano, spero, di mandarci buoni professori per il Collegio di Monachio [c], poichè sarà in ordine con l' aggiuto della somma bontà et de V. R., la qualle non voglia cessare dar' buoni speroni et

---

trem commissarium generalem [1] et ad patres praepositos provinciales Sociorum nostrorum hispanorum [2] scribere velimus eosque in visceribus Iesu Christi [3] rogare, ut pro ea charitate, quae non sua quaerit [4], sed plurimarum animarum salutem communem, idoneos aliquot collegiorum suorum homines ad nos mittant, qui praeter doctrinam aliquid elegantiae [5] habeant vel saltem ad pietatem Germanos nostros promovere possint. Atque nunc maxime opportunum tempus esse videtur huiusmodi Christi milites et operarios impetrandi, ut videlicet hispani patres, cum Romam ad congregationem venient, eiusmodi operarios secum adducant. Sed haec omnia ego duabus sub condicionibus dico: 1° ut reverendo patri nostro vicario [6] placeat, cum commissario illo et praepositis provincialibus Hispaniae his de rebus agere, 2° ut propter spem hanc et conatum Romae non desint promissis; aliquos enim nobis assignaverunt, qui mense Septembri in Germaniam profecturi essent. Et si forte ab Hispanis tot homines, quot cupimus, non accipiemus — cupimus initio decem vel duodecim habere — saltem eos nobis non defuturos spero in bonis magistris mittendis pro collegio monacensi, cum institutum fuerit adiuvante Deo optimo maximo et R. V., quam rogo, ne umquam omittat proceres

---

[a] *Ita apogr.; sed* quando *omittendum videtur.* [b] provincia *apogr.*

[c] Lovanio *archet. Sed lovaniense collegium iam diu exstabat, neque ad provinciam Germaniae superioris pertinebat, cui Canisius praeerat. De monacensi collegio instituendo tunc agebatur; vide infra, monum. 189.*

---

[1] S. Franciscum Borgiam.

[2] Provinciae Castellae tunc praeerat Antonius Araozius, Aragoniae Franciscus Strada, Baeticae Bartholomaeus Bustamantius, Lusitaniae Michaël Turrianus (*Sacchinus*, Historia S. J. II, l. 1, n. 12).

[3] Phil. 1, 8. [4] 1 Cor. 13, 5.

[5] Sermonis elegantiam significare Canisius videtur.

[6] Iacobum Lainium dicit.

ardenti ricordi per ogni via possibile ad aquelli Signori di Hespagna, non obstante la indispositione del tempo et la freddezza di quelli che potriano forsi essere più prompti a prometere che ad attendere. Sed sapientem paucis monuisse sat est. Dominus ipse qui est Deus[1], ipsi cura est de nobis[2] et de ovibus etiam erraticis[3]. Non occorre altro che pregare[a] a V. Reuerentia speso consoli gli suoi figlioli sì con le sue lettere, come con le sue orationi, delle quali siamo bisognosi. Il Signore si conservi et aggiuti sempre con la sua gratia. Di Firenza 3. di Iulio 1557.

De V. R.

figliolo Piedro Canisio.

Al Molto Reuerendo in Christo Padre il Padre M. Nadal Preposito del Collegio di Gesù

in Roma.

Nota: Epistula haec notatu dignissima est ob ea, quae de magno collegio scholasticis germanis constituendo in ea dicuntur. Quae ut melius intellegerentur, haec adnotare mihi visum est: Iulio III. anno 1555 mortuo collegium germanicum, quod S. Ignatius Romae condiderat, in summas angustias adductum est; nam et Paulus IV. subsidia ei negavit, et plerique ex cardinalibus a pecuniis, quas quotannis dederant, solvendis destiterunt, et bellum hispanicum magna Romae annonae caritas consecuta est. Itaque et alumnorum, qui iam aderant, pars aliqua in alia Italiae collegia missa est, et per duos annos iuvenes germani Romam venire cupientes collegii aditu prohibiti sunt (Card. *Steinhuber* l. c. I, 31—36). Qua re Canisius permotus fortasse est, ut ab Hispania pecuniam peteret pro collegio aliquo Germanis constituendo; quod tamen non Romae, sed in Germania eum constituere voluisse tum hae eius litterae suadent, tum ea quae 6. Decembris 1557 Lainio scripsit de „Germanis, quibus per collegiorum institutionem consuli facile et efficaciter posset, modo“ ope P. Natalis ab Hispanis „sumptus praeberentur“. Ac 3. Februarii 1558 ipsi Natali Canisius scripsit Germanos illos nullibi commodius quam Friburgi Brisgoviae Hispanorum ope a Sociis educatum iri. Quid autem Lainius ea de re senserit, ex hoc * „regesto“ patet, in „Collectaneis“, de quibus supra p. 54 scripsi, posito: „Ex literis Romae datis xvij Julij [1557.] Scribit P. Vicarius ad Ferdinandum regem Romanorum, Reginam

---

illos hispanos, quacumque ratione possit, excitare et vehementer monere, quamvis incommodum sit tempus, et aliqui fortasse pro suo tepore promptiores futuri sint ad promittendum quam ad promissa perficienda. Sed sapientem paucis monuisse sat est. Dominus ipse, qui est Deus[1], ipsi cura est de nobis[2] et de ovibus etiam erraticis[3]. Aliud, quod scribam, non habeo, nisi quod reverentiam vestram rogo, ut filios frequenter et epistulis consoletur et sanctis precibus, quibus valde indigemus. Dominus gratia sua semper nos conservet et adiuvet. Florentia 3. Iulii 1557

R. V.

filius Petrus Canisius.

Admodum reverendo in Christo patri, patri M. Nadal, praeposito collegii Iesu, Romae.

---

[a] pregari *apogr.*

---

[1] Ps. 99, 3. [2] Sap. 6, 8; 12, 13. 1 Petr. 5, 7 etc.
[3] Cf. Matth. 18, 12. 1 Petr. 2, 25 etc.

Bohemiae, et Reginam Portugaliae. Petit etiam scribi ad regem Philippum et ad alios reges ac principes, pro succursu Germaniae, vt possint sustentari vndequaque per Germaniam pueri, et a nostris institui in vera et Catholica religione" (Cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 141^{a}). Ferdinandus litteris 3. Octobris 1557 Lainio missis curam in se suscepit primores hispanos ad subsidia mittenda excitandi (*Dan. Bartoli* S. J., Dell' istoria della Compagnia di Giesu, L' Italia [Roma 1673] l. 2, c. 15).

244.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Bononia 7. Iulii 1557 [1].

Ex apographo, sub a. 1860 a. P. *Iosepho Boero* S. J., scripto, et postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." n. 21, p. 253 posito, collato.

Colloquium vormatiense fortasse non progressurum. Nolle Lindanum ei interesse. De itinere suo et de fratribus ex Italia in Germaniam mittendis.

†

Pax Christi nobiscum — Reuerende Pater

Scripsit ad me Card. Augustani theologus Dilingae, qui et ipse colloquio adiunctus ex professo fuit [2], hoc institutum colloquii Wormatiensis sua quidem opinione haud progressurum; nouas enim in Germania turbas a quibusdam concitari; ad Martem instrui vires et animos [3]; se denique licet postulatum ut adsit, nolle tamen re tam male ominosa contaminari. quod nuntium ex aula Cardinalis profectum quam verum sit, nescio; scribendum tamen putaui, praesertim ut R. T. litteris in tempore admonerer, quid me facere volet, si quidem ita res habeat [4]. Ego, ut coepi, recta pergam, duce Christo, in Bavariam, P. Victoria in Austriam; uterque suos habebit comites qui Venetiis hac illac iter nobiscum ingrediantur. Nam cur ea quae Romae sapienter constituta sunt, ob incertum, quod dixi, nuntium immutentur, causam ego nullam video, et bono Regi gratificandum puto; ideoque properandum in Germaniam, ut ut colloquii causa procedat. Eadem est patrum, qui mecum hinc cras proficiscentur, sententia: decrevimus enim ad constitutum diem Venetiis adesse; illinc reliqua perscribemus. Nec visum est consultum satis tam longa et intempestiva peregrina-

---

[1] Bononiae (Bologna) iam anno 1546 collegii Societatis prima initia facta erant (*Orlandinus* l. c. l. 6, n. 14. 15).

[2] Guilielmus Lindanus; de quo supra p. 71[2]. 81[1].

[3] Cf. *Janssen* l. c. IV, 77—78.

[4] *Michaël Ignatius Schmidt* censet Canisium ab ipso pontifice Paulo IV., quid sibi Vormatiae esset agendum, secreto edoctum esse (Neuere Geschichte der Deutschen III [Frankenthal 1785], 46); idem sentit *Drews* l. c. p. 69. At in epistulis Canisii nullum huius rei comparet vestigium.

tione fratres, quos abducere licebat, hoc tempore grauare: in Septembri commodius illi sequentur. Sit nobis dominus IESVS propitius per orationes vestras et in gloriam suam omnia succedant. Bononiae 7. iulii 1557.

Filius in domino Petrus Canisius.

Reuerendo in Christo Patri meo Iacobo Laynez Vicario Generali Soc. Jesu.

245.

CANISIUS

P. IOANNI DE POLANCO S. J.

Bononia 7. Iulii 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, et postea collato cum archetypo (cui Canisius ipse nomen suum subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 206 posito.

Epistula usus est *editor* in „Entstehung . . . der Katechismen“ etc. p. 72.

De itinere suo et de pecuniis. Quos iuvenes ex collegio bononiensi sibi delegerit in collegia Germaniae mittendos. De Wendelino Völckio, Tarquinio Rainaldo, Paulo Hoffaeo, Francisco Palmio. Instat, ut catechismus suus a P. Emmanuele Sa recognoscatur. Collegiis bononiensi et perusino novos rectores prospiciendos esse.

†

Ihesus. Pax Christi.

Sia ringraciato il Signore per la cui gratia siamo arribati sani quà, trouando anche gli nostri in buona dispositione. Quanto ali denari, non hauemo pigliato niente in Firenza, vedendo la lor presente streteza et pouertà. Hora il Padre Francesco [1] anchora che deue dare d imprestito assai denari, ci promete dare dieci scuti [2] per il nostro viatico. Credo ci saranno necessarii hauendo si fin quà spesso quasi

---

†

Iesus. Pax Christi.

Domino grates agantur, quo iuvante sani huc advenimus, ac nostros quoque hic bene se habentes invenimus. Pecuniae nihil sumpsimus a Sociis florentinis, cum eos modo tam tenues egentesque cerneremus. Pater autem Franciscus [1], licet sat multos nummos debeat mutuos dare, viaticum nobis decem scutatorum [2] promittit; quae

---

[1] P. Franciscus Palmius (Palmio), collegii bononiensis rector, frater Benedicti Palmii (*Orlandinus* l. c. l. 6, n. 14; l. 14, n. 28. *Sacchinus,* Historia S. J. II. l. 7, n. 33. *Polancus,* Chronicon III, 130—136).

[2] Scutatum (scudo) romanum aequabat 4,33 marcas germanicas, sardicum 5 libras sive francos gallicos. *Polancus* P. Ioanni de Victoria S. J. scripsit Roma 3. Februarii 1560: „Jl scudo d' oro qua uale 11. giulij et tal uolta 2 baocchi di piu o in circa, Jl ducato uale 12. giulij et forsa qualche cosa del agio del oro“ (Ex * apographo eiusdem temporis, quod est in cod. „Germ. 1559“ p. 109).

venti ducati[1] per il viaggio: del resto prouederà il Signore ali suoi serui.

Quanto alle persone che dovebamo pigliare di questo Collegio, non ci è parso di mouer' di quà il Charissimo Vendelino, poi chè va tanto bene inanzi et nel spiritu et nelle lettere, che restando alquanto più tempo quà potrà esser' un suggetto buono per Alemagna et d' importanza[2]. Nè anche ci è parso a proposito Lodovico maxime per dare edificatione in Alemagna agli altri et precipue per esser anchora nouo assai nella Compagnia[3]. Item Pietro, non essendo anchora liberato dalla quartana, non parve expediente che si metessi in viagio tanto longo et in questo tempo[4], Talmente che fra quelli quattro che nomino V. Reuerentia resta solo Filippo[5], benchè mancho instruto sia delli sopra detti per fare una classe, et non troppo forte

---

necessaria nobis fore existimo; iam enim viginti fere ducati[1] itineri impensi sunt. Reliqua dominus servis suis subministrabit.

Quod ad eos attinet, quos ex hoc collegio educere debebamus, visum nobis non est, carissimum Wendelinum nobiscum hinc abducere; hic enim cum et in pietate et in litteris optime progrediatur, spes est eum, si aliquanto diutius hic manserit, Germaniae valde aptum fore et magnopere profuturum[2]. Neque etiam Ludovicus is esse nobis videbatur, qui idoneus esset Germanis iuvandis et maxime ceteris ad pietatem excitandis; cuius rei haec praecipua est causa, quod adhuc sat novus est in Societate[3]. Neque expedire visum est Petrum, febri quartana nondum liberatum, iter ingredi tam longum idque hoc tempore[4]. Quare ex quattuor illis, quos reverentia vestra nominavit, solus superest Philippus[5]; qui quidem minus quam ceteri illi ad scholam habendam instructus neque ita firmae est valetudinis.

---

[1] P. *Theodoricus Canisius* P. Petro Canisio, Dilinga 12. Octobris 1565: „46 flor. Rhen. qui etiam faciunt 30 ducatos in auro, plus minus" . . . „Pallium . . . constitit 8 ducatos siue 12 florenos" (Ex * epistula autographa, cod. „G. Ep. VI" f. 90[a]).

[2] Wendelinus Völckius (Völck) wurtembergensis significari videtur. De quo exeunte anno 1566 in catalogo domus Societatis augustanae, in qua ipse tunc „minister" et „confessarius" erat, refertur eum a. 1556 Vindobonae in Societatem admissum, eodem anno festo S. Magdalenae (22. Iulii) Romae vota nuncupasse (* *Catalogus* archetypus, Romam olim missus, exstat in cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 398[a]). Roma Wendelinus Bononiam missus esse videtur. Postea videbimus eum reapse virum evasisse egregium et Germaniae valde utilem.

[3] Nescio, num „Ludovicus Flander" significetur, quem Pragae a. 1559 theologiae operam dedisse, a. 1561 sacris initiatum esse et scholam habuisse refert *Schmidl* l. c. I, 136. 150.

[4] Significari videtur „Petrus Lovaniensis", de quo in collegii dilingani * *catalogo* 31. Decembris 1566 composito et Romam misso refertur eum triginta annos natum esse, anno 1555 Laureti in Societatem admissum esse, vota scholasticorum Romae fecisse, in Societate per tres annos litteris humanioribus operam dedisse, reliquo tempore grammaticam litterasque humaniores explicasse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 403[a]). Anno 1563 is Ingolstadii litterarum humaniorum magister erat (* *Catalogus* collegii l. c. f. 392, et * cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I" f. 120[a]).

[5] „Philippum Lotharingum" dici puto, quem 24 annos natum esse, a. 1555 Societatem intrasse eiusque vota fecisse, subdiaconum esse, theologiae studere, infirma valetudine uti, Vindobona brevi in aliud collegium missum iri, in collegii vindobonensis * *catalogo* a. 1559 conscripto legitur (Cod. „Austr. Fund. III." f. 160[a]).

de salute corporale. Hor conferendo con li Padri, finalmente si risoluessimo et concludessimo con il Padre Rettore, che si mandassino di questo Collegio per il proximo settembre, il predetto Filippo et con lui Pietro, si algora, come speramo, sarà sano, et con questi duoi Tarquinio pare sarebbe molto al proposito [1]. Et in questo consentete anchora il Rettore, se la Reuerentia V. sarà contenta mandare uno in loco suo per aggiutare de Ministro in questo Collegio. Pur speriamo che V. Reuerentia in questo farà quello che sia possibile; et forsi non saria male, se auanti il settembre, senza che li suoi il sapessino, fussi chiamato à Roma per pigliar il grado di Maestro in arti, et così venesi con Maestro Paulo et li altri maestri delle classe in Alemagna che hauerano a venire con la Iddio gratia [2]. Tutto questo di Tarquinio tanto più volentieri representiamo, quanto più consideriamo, esser etiam a lui grato, piacendo cosi ad la obedientia tanto maggiormente che a lui sarebbe grato allontanarsi di suoi parenti, et che anchora fori di Roma (doue pare che lui non possi stare) non si offerisse luogho, dove possi con maggior frutto spender' i suoi talenti, che in Alemagna, maxime volendo insegnar la philosophia. Quanto alli cogi, non

---

Consultis igitur patribus, tandem decrevimus et cum patre rectore constituimus, ut ex hoc collegio proximo mense Septembri mitteretur Philippus ille et cum eo Petrus, si tunc, ut speramus, sanus esset; et valde commodum nobis fore videtur, si cum his duobus etiam Tarquinius mittatur [1]. Atque id rectori quoque probabatur, dummodo reverentiae vestrae placeret alterum in eius locum subrogare, qui in hoc collegio ministri munere fungeretur. Speramus reverentiam vestram hac in re, quantum fieri poterit, facturam, et fortasse expediet eum ante mensem Septembrem propinquis insciis Romam accersiri ad magisterium in artibus accipiendum et sic cum magistro Paulo et ceteris scholarum magistris, qui Deo propitio ad nos venturi sunt, in Germaniam proficisci [2]. Haec omnia, quae de Tarquinio scripsi, eo libentius vobis proponimus, quo magis nobiscum reputamus ea ipsi quoque, si per sanctam oboedientiam ei indicentur, tanto gratiora fore, quod a parentibus longe recedere cupiat, neque extra Romam (ubi ipse morari posse non videtur) alius locus compareat, quo maius emolumentum ingenio et virtute sua parare possit, quam in Germania, maxime cum philosophiam tradere velit. Quod ad coquos attinet, nescimus,

---

[1] Significatur Tarquinius Rainaldus (de Reynaldis, Rainaldi) romanus († 1571), qui, anno 1553 Romae in Societatem admissus, sub a. 1569 ibidem collegii germanici rector fuit, postquam (a. 1560) collegium Societatis in Valle Tellina (Veltlin) incohare frustra conatus est et ex ea reiectus comense collegium rexit (*Polancus*, Chronicon III, 63—64. Card. *Steinhuber* l. c. I, 83. *Sacchinus*, Historia S. J. II, l. 4, n. 56. 57; l. 5, n. 94. 95).

[2] Paulus Hoffaeus, „dioecesis Moguntinensis", anno 1552, Leonardo Kesselio auctore, Romam in collegium germanicum venerat (Card. *Steinhuber* l. c. I, 41). In * *catalogo* collegii monacensis, qui ibidem 1. Ianuarii 1565, Hoffaeo collegii rectore, conscriptus est, refertur Hoffaeum ortum esse ex „Monster", palatinatus rhenani loco („Münster bei Bingen" [aut „Münster am Stein?"]), 18. Novembris 1554 Societati nomen dedisse, 14. Aprilis 1555 vota fecisse, in collegio romano officium „ministri" per aliquot menses administrasse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 376^a). Hoffaeus postea summis in Societate muneribus functus est.

sapemo, se il Rettore di Ameglia [1] ci manderà quello Leonardo, perchè hauemo intesso sia molto debile, nè fino quì hauemo potutto trouare alcuno in questi trei Collegii di Perugia, Firenza et Bologna, di modo che restamo anchora con desyderio de cercarli et hauerli delli Collegii, per ii quali pasaremo. Et sopra ciò daremo auiso a V. Reuerentia di Venezia.

Domane ci parteremo di quà con la gratia di Christo per andare più presto che potremo a trouarci con li fratelli, che in Venezia forse già ci aspettano.

Quanto al Catechismo nostro, prego la Reuerentia V. vogli spingere il D. Emanuel per fare [?][a] diligentia in reuederlo et castigarlo con la gratia de Iddio [2].

Quanto ala balissa nostra ci marauigliamo come non sia arribata [3], essendo che douendo partire di Roma alla più longa il lune seguenti doppo la nostra partita, sono già pasati dieci giorni et perho non sapendo che cosa le sia travenuta, ci sarebbe grato che il Padre Rettore dil Collegio [4] mandasi alcuno al Signore Messer Vincentio

---

num rector amerinensis [1] Leonardum illum nobis missurus sit; valde enim debilem eum esse audivimus; neque usque adhuc ullum invenimus coquum in tribus hisce collegiis perusino, florentino, bononiensi; ideo avide quaerere pergimus et a collegiis, per quae transibimus, accipere studemus. Qua de re Venetiis ad reverentiam vestram referemus.

Cras Christo iuvante hinc proficiscemur, quam primum congressuri cum fratribus, qui Venetiis fortasse iam nos exspectant.

Quod ad catechismum nostrum attinet, urgeat, quaeso, reverentia vestra D. Emmanuelem, ut ei recognoscendo et castigando diligenter operam det, Deo iuvante [2].

Quod ad sarcinam nostram attinet, miramur eam huc nondum portatam esse [3]; Roma enim cum tardissime die lunae discessionem nostram proxime secuto asportari debuit; cum autem decem iam transierint dies nec, quid ei intervenerit, sciamus, gratum nobis accidet, si pater rector collegii vestri [4] ad dominum magistrum Vincen-

---

[a] per acciò fari *apogr.*

---

[1] Societatis sedes vel collegium amerinum (Amelia, Ameria, oppidum Umbriae) sub a. 1556 incohatum est (*Orlandinus* l. c. l. 16, n. 4. *Alfr. Hamy* S. J., Documents pour servir à l'histoire des domiciles de la Compagnie de Jésus [Paris s. a.] p. 59).

[2] Emmanuel Sa (Saa) lusitanus († 1596), postquam in Hispania aristotelicam philosophiam et publice in academia complutensi et privatim S. Francisco Borgiae (tunc Gandiae duci) tradidit, Romam venit et anno 1557 in collegio romano prophetias Oseae et „primam secundae" S. Thomae explicare coepit. Postea S. Pii V. iussu bibliorum editioni corrigendae interfuit et ecclesiam magnopere adiuvit tum contionibus et scholis habitis, tum adnotationibus conscriptis, quibus universam Scripturam sacram illustravit (*Orlandinus* l. c. l. 7, n. 59. *Phil. Alegambe* S. J., Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu [Antverpiae 1643] p. 102—103. *De Backer* l. c. III, 445—447. 2461. *Sommervogel*, Bibl. VII, 349—354). De eius „Aphorismis confessariorum" correctis vide *Hurter*, Nomenclator I, 78—79.

[3] Ex epistula Canisii 29. Iulii 1557 ad Polancum data cognoscitur in hac sarcina libros fuisse a Canisio Romae coëmptos.

[4] Hieronymus Natalis significari videtur, quem a. 1557 romani collegii „praesidem" fuisse scribit *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 91.

maestro de casa de Monsignor Reuerendissimo [1] per intender un poco da lui quello che saperà sopra di ciò. Lasciamo pure la nostra [?] [a] qui al Padre Rettore, aciò soliciti insieme con Petronio [2] cameriere dil Reuerendissimo Augustano, qualle hauemo trouato qui ci sia mandata in Alemagnia a buono recapito.

Quanto al resto io scribo al Reuerendo Padre Vicario domandando presto risposta, in quanto il colloquio non andasse innanci, sicome qui hauemo intesso per letere mandate di Alemagna. expettaremo le letere di V. Reuerentia sino a 12. o 13. di questo mese in Venecia, sperando poi subito partirsi doppo con la gratia di Christo.

Fino qui non hauemo reciputo lettere nessune de V. Reuerentia, nè sapemo se sia speranza de hauere quelli 50. ducati. Sia sempre in noi fatta la voluntà dil Signore nostro Gesù Christo benedetto, per la cui grazia stiamo adesso più sani, che per insino qui siamo stati.

Quanto ale cose che costà passano, haueressimo tanto più desyderio di saperli, quanto più ci racordiamo del' stato presante [?] [b], nel qualle erano quando partesimo [3].

Quanto al Padre Paulo [4] pregiamo li sia data commodità di attendere a gli suoi studii et finirli quanto è possibile con maggior fruto per il settembre, et sarà buono quanto più presto si potessi designare li altri, che hanno a venire, aciò loro etiam si potessino agiutare piu in questo mezzo. Resta de dire una parola circa il Rettore di questo Collegio [5], il quale senza dubio in temporalibus agiuta assai et quasi

---

tium, reverendissimi domini [1] dispensatorem mittet aliquem quaesiturum paululum ex eo, quid hac de re noverit. Nos quoque patri rectori hoc mandatum [?] [a] relinquimus, ut una cum Petronio [2], cubiculi reverendissimi cardinalis augustani praeposito, quem hic invenimus, ei in Germaniam mittendae probeque nobis afferendae insistat.

De ceteris rebus ad reverendum patrem vicarium scribo rogans, ut cito rescribat, si colloquium illud non procedat; id enim hic ex litteris e Germania allatis intelleximus. Reverentiae vestrae litteras usque ad diem 12. vel 13. huius mensis Venetiis exspectabimus, sperantes nos postea, Christo iuvante, statim proficisci posse.

Nullam adhuc reverentiae vestrae epistulam accepimus nec scimus, num spes sit accipiendi quinquaginta illos ducatos. Fiat semper in nobis voluntas Iesu Christi domini nostri optimi maximi, quo iuvante melius nunc valemus, quam usque adhuc valuimus.

De rebus, quae isthic geruntur, certiores fieri eo magis cupimus, quo magis angustiarum [?] [b] recordamur, quibus, nobis discedentibus, premebamini [3].

Facite, quaesumus, ut pater Paulus [4] commode studiis suis operam dare eaque quam maximo cum fructu mense Septembri absolvere possit, atque expediet ceteros ad nos mittendos quam primum designari, quo magis et ipsi hoc, quod interiacet, tempore sibi providere possint. Superest, ut pauca dicam de huius collegii rectore [5];

---

[a] *Sic apogr.;* la nostra commissione?
[b] *Sic, vel:* pressante *legendum esse censeo;* presente *apogr.*

---

[1] Bernardi Salviati, episcopi S. Papuli? Cf. *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 1, n. 91.
[2] Zanelo? Cf. *Can.* Epp. I, 452[2]. [3] V. supra p. 84. [4] Hoffaeus.
[5] Is erat P. Franciscus Palmius; vide supra p. 94[1].

solo sostiene questo Collegio nel Signore, pur vorrebbono amici buoni della Compagnia si mandasi uno altro capo di maggiore autorita, et dottrina appreso questi di Bologna et cusi la Compagnia pare potria molto piu guadagnare tanto d' dentro come di fuori. Item circa il Collegio di Peruggia mi occorre dir questo, che saria buono prouederli di un buono Rettore, in quanto, come io spero, il Padre Euerardo [1] presto si leuarà di lì per andare in Alemagna o Fiandra; et questo pare [?] [a] expediente, se non necessario, ala sua sanità corporale. Il Signore ci conserui in sua gratia. Di Bologna 7. di Julio 1557.

Servo in Cristo Piedro Canisio.

Al Molto Reuerendo in Christo Padre Maestro Joanne Polanco della Compagnia di Gesù.

Nota: Epistulae antiqua manu eiusdem temporis adnotatum est: „Riceuuta 14 detto" [Luglio].

---

qui certe rem familiarem sat bene administrat et fere solus collegium hoc in domino sustentat; attamen viri Societati valde amici optant, ut alius, qui auctoritate et doctrina plus valeat apud hosce Bononienses, collegio praeficiatur; sic enim Societas longe maiorem utilitatem tum domi tum apud externos percipere posse videtur. Item de collegio perusino hoc mihi occurrit dicendum: Expediet bonum ei rectorem prospici; patrem enim Everardum [1] mox inde in Germaniam vel Flandriam missum iri spero; quod quidem corporis eius valetudini, si non necessarium, certe utile esse videtur [?] [a]. Dominus in gratia sua nos conservet. Bononia 7. Iulii 1557.

Servus in Christo Petrus Canisius.

Admodum reverendo in Christo patri Magistro Ioanni Polanco Societatis Iesu.

246.

CANISIUS

P. IOANNI DE POLANCO.

Venetiis 13. Iulii 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, et postea cum archetypo (cui Canisius nomen subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." posito, collato.

De suo et Sociorum in Germaniam proficiscentium itinere. De rebus nummariis. Quot et quales Socii ex Italia in Germaniam mittendi sint. De turbis Romae contra Lainium excitatis.

---

[a] *Sic, vel:* pure è *legendum videtur;* pure *apogr.*

---

[1] P. Everardus Mercurianus, natus (a. 1514?) in Marcourt (Méricourt), qui pagus nunc ad provinciam luxemburgensem regni belgici pertinet, anno 1552 primus collegii perusini rector a S. Ignatio constitutus erat (*Orlandinus* l. c. l. 12, n. 15. *Oliverius Manareus* S. J., De vita et moribus Everardi Mercuriani commentarius nunc primum in lucem editus [Bruxellis 1882] p. 1. 9).

Ihesus Pax Christi

Alli 15 giorni doppo la nostra partita di costà piacchue al Signore che arrivassimo sani a Paduoa; et uno giorno inanzi arrivorono a Venecia l'altri fratelli, che per mare venero da Loreto, cioè Padre Luca [1], Gerardo, quale si troua adesso meglio [2], Leonardo d'Amelia [3], Clemente [4], Alfonso mandato da Loreto, doue faceua l'officio d'infermiero [5], et Gasparo Thodesco [6]. Et quanto alli primi quatro, non hauemo dubio di menarli con essi noi in Alemagna, cioè Gerardo et Clemente per Ingolstat, et Luca con Leonardo a Viena con il nome dil Signore. Ma quanto a Alfonso, essendo lui amalato alquanto et non necessario, per esser cocho in Alemagna, essendo che il Rettore di Padoua [7], già inanzi che sapessimo niente dela venuta di Alfonso, ci haueua accommodato di Bartholomeo [8], quale è per molte faccende

---

Iesus. Pax Christi.

Quindecim diebus postquam istinc profecti eramus, Deo iuvante bene valentes Patavium advenimus, ac pridie eius diei Venetias, Laureto per mare vecti, venere ceteri fratres: Pater Lucas [1], Gerardus, qui nunc melius valet [2], Leonardus amerinus [3], Clemens [4], Alphonsus missus Laureto, ubi aegrorum curam gerebat [5], Gaspar germanus [6]. Quattuor primos nobiscum in Germaniam ducere non dubitamus, Gerardum et Clementem Ingolstadium, Lucam cum Leonardo Vindobonam; quod Deus bene vertat. Quod vero ad Alphonsum attinet, cum hic nonnihil aegrotet neque ad cibos parandos in Germania eius opera indigeamus — rector enim patavinus iam [7], antequam Alphonsum venturum novissemus, Bartholomaeum nobis subministraverat [8],

---

[1] P. Lucas Molitor, lusatius, a. 1554 Vindobonae Societatem ingressus, cum Pragae circa a. 1558 collegii „minister" et postea domus oibinensis „superior" fuisset, a. 1561 Pragae obiit (*Schmidl* l. c. I, 150). In libro „Memorabilium" Cygneae, oppidi bohemici (Böhmisch-Zwickau), legitur eum ibi a. 1559 die festo nativitatis domini in ecclesia parochiali sacris operatum esse (*Alfr. Moschkau,* Oybin-Chronik [Böhmisch-Leipa 1885] p. 257—258).

[2] Significari videtur „Gerardus Lapidanus" (Lapidius), quem 15. Maii 1559 in collegio ingolstadiensi degisse ex Canisii litteris eo die datis constat. In * *catalogo* Sociorum dilinganorum 31. Decembris 1566 scripto vel Romam misso asseritur eum „Clivensem" et 35 annos natum esse, a. 1552 Societati nomen dedisse, a. 1553 „vota scolasticorum" fecisse, postea logicam audivisse atque rhetoricam graecasque litteras et per multos annos docuisse et docere pergere (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 402[b]). Annis 1553 et 1554 rhetoricae praecepta in collegio panormitano tradidit (*Litterae quadrimestres* II, 561—564. *Polanci* Chronicon III, 215; IV, 214).

[3] Leonardus Villarius. De hoc vide supra p. 86[2].

[4] Hunc haud multo post ad Capuccinos transisse infra videbimus.

[5] Nescio, num is fuerit „Alphonsus Hispanus", de quo in adnot. 4 ad *Polanci* Chronicon III, 215.

[6] Nescio, num hic sit idem ac „Caspar Wernerus", qui a. 1564 in collegio vindobonensi mortuus est (* Cod. „Annal. Vienn." f. 14[a] ad a. 1564). In * *catalogo* collegii oenipontani, exeunte a. 1566 conscripto, comparet „Gaspar Zelosus", „sutor" (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 413—414). „Gaspar Pilsnensis", Societatis „Scholaris", a. 1558 Pragae theologiae studebat (*Schmidl* l. c. I, 119).

[7] Ioannes Baptista Tavonus? Cf. *Polanci* Chronicon IV, 116—122 etc. Ipso hoc anno 1557 P. Benedictus Palmius collegiis patavino et veneto praepositus est (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 71). [8] Cf. supra p. 87.

bono et al nostro proposito per quelle parti, doue è stato prima con la Reuerentia V. [?][a] nostro Padre Vicario[1], et perchè etiamdio Alfonso pare più inclinato al studio che non al' officio della cocina, però ci è parso più expediente di lasciarlo qui en Venecia, maxime hauendo il Padre Rettore[2] necessità di esso. La causa è, perchè quelli pochi (che apena se sustentano per il besogno temporale) tropo si affatichano, nè posino viuer regularmente; talmente che quasi tutti hora sonno amalati et deboli, tanto che sono forzati ad tempus lassar' la scola et altre opere pie d' importanza che si farebbono qui con grandissimo frutto, se fusino più operarii in una messe tanto disposta; doue pure sarebbe assai, et non mancho che in ogni altro Collegio de Italia, necessario mandare saltem duoi confessori, et che il uno di loro hauessi qualche talento di predicare; perchè, quanto si può vedere, oltre dil frutto spirituale, sarebbe etiam questo un mezzo da sustentare meglio quelli che quì sono, et anchor più.

Hor si aspetta con grande desyderio il Padre Lanoy[3], il qualle potrà molto agiutar il P. Cesare, conciosia che lui stia male disposto, qualle etiam essendo sano, troppo, come si credi, si trabagha sì nella scola, come nella chiessa, fora et dentro, pur in tutto ci rimetiamo al judicio di V. Reuerentia.

---

qui ad multos labores idoneus est nobisque in his terris, in quibus antea tecum [?][a], reverende pater noster vicari, fuit[1], utilis esse poterit —, atque etiam cum Alphonsi animus magis propensus esse videatur ad litterarum studia quam ad officium coqui: commodius nobis visum est eum in hac Venetorum urbe relinquere, praesertim cum pater rector[2] eo indigeat. Cuius rei haec est causa: Pauci illi, qui hic sunt, quique propter rei familiaris angustias aegre sustentantur, nimis defatigantur neque unam convictus regulam sequi possunt; ita nunc fere omnes aegri et debiles sunt adeo, ut scholam aliaque officia pia et gravia ad tempus omittere cogantur, quae maxima cum utilitate hic praestarentur, si plures operarii in messe optime disposita essent; atque huic collegio satis, nec minus quam ulli alii Italiae collegio, necessarium est duos saltem mitti confessarios, quorum alter ad contionandum nonnihil idoneus sit; nam, quantum cerni potest, hac ratione praeter fructum animarum etiam victum melius consequi poterunt iis, qui hic degunt, atque etiam pluribus sufficientem.

Nunc magno cum desiderio pater Lanoius[3] exspectatur, qui multum iuvare poterit P. Caesarem; hic enim infirmus est; qui etiam cum sanus est, nimis fatigari censetur et in schola et in templo, tum foris, tum domi. Attamen omnia reverentiae vestrae arbitrio permittimus.

---

[a] *Sic archet.; sed fortasse Canisius scribi voluit:* S. *(= Sua).*

---

[1] Lainius a. 1555 Augustae Vindelicorum fuerat (*Can.* Epp. I, 521[2]).

[2] Caesarem Helmum (Helmi), fulginatem, significare videtur; de quo vide *Litteras quadrimestres* I, 328—332. 390. 440. 529 etc., et *Polanci* Chronicon III, 120; IV, 123—130 etc.

[3] De Nicolao Lanoio vide supra p. 26[2]. 80. 82.

Resta de dire una parola di Gasparo Thodesco, il qualle essendo andato di Roma a Loreto prima delli altri [?][a], hor e uenuto con essi fin qui, benchè debolle et con febre, talmente che non sapemo se sia per partire di qua con li nostri, o nò. Circa li denari, scrisemo di Bologna come il Padre Francesco[1] ci hebbe promesso di prestarci 10 ducati, li quali subito diceba mandarli drieto à noi à Ferrara con Lorenzo; ma fin hora non li hauemo recevuto, benche expetamo uno giorno in Ferrara. Hor il Padre Cessare ci presterà 30 [?][b] ducati, delli quali prima renderamo al Rettore di Loreto[2] quelli denari datti alli nostri per venire qua; 2ª compraremo quì alcuni libri; 3ª si aggiutarà al Padre Vittoria et trei compagni, et li darò il viatico sino a Viena: il resto seruerà a me et al Padre Goudano coi trei compagni, Gerardo, Clemente et Leonardo per nostro viaggio per insino ad Ingolstat.

Finalmente ci risoluiamo di partirci per Alemagna ali 15. o 16. di questo messe. Il Padre Vittoria con il caballo et compagni si inuarcarano qui fino a Trieste et noi altri ci partiremo di Padoua [per] Trento. La gratia di Christo sia con noi sempre. Amen. Domane alla notte con la divina grazia torneremo a Padoua, et informati meglio circa quello logho et sito, como V. Reuerentia ci ha fatto avisare, alhora [?][c] a pieno scriueremo di ciò avanti la nostra partita.

Sapia V. Reuerentia come il Padre Rettore di questo Collegio mi disse, como uno di quelli fratelli che venero con noi, hauea detto

---

Superest, ut pauca dicam de Gaspare germano; qui cum prius quam ceteri [?][a] Roma Lauretum ivisset, modo cum ipsis huc venit, debilis tamen et febricitans; quare nescimus, utrum cum nostris hinc discedere possit necne. De nummis Bononia ad vos scripsimus: Patrem Franciscum[1] promisisse se 10 ducatos nobis mutuos daturum; quos statim Ferrariam per Laurentium se nobis submissurum dicebat; sed usque adhuc eos non accepimus, quamquam per unum diem Ferrariae exspectabamus. Nunc autem pater Caesar 30 [?][b] ducatos nobis mutuos dabit, ex quibus: 1. rectori lauretano[2] pecuniam illam restituemus, quam nostris huc proficiscentibus dedit; 2. libros aliquot hic ememus; 3. patrem Victoriam eiusque tres socios adiuvabimus; quibus viaticum dabo, quo Vindobonam usque pervenire possint. Reliqua ego et pater Goudanus cum comitibus Gerardo, Clemente, Leonardo in iter ingolstadiense impendemus.

Deliberavimus tandem in Germaniam proficisci 15. vel 16. huius mensis die. Pater Victoria cum equo et sociis hic conscendent, ut Tergestum transmittant; nos autem Patavio Tridentum proficiscemur. Gratia Christi semper nobiscum sit. Amen. Crastina nocte Deo annuente Patavium revertemur et, cum de loco illo et sede melius cognoverimus, quemadmodum reverentia vestra nos monendos curavit, copiose ad vos scribemus, antequam inde discedamus.

Sciat reverentia vestra patrem rectorem huius collegii mihi dixisse, aliquem ex fratribus iis, qui nobiscum venerant, huius collegii fratribus dixisse, litteris

---

[a] *Vocabulum in ap. obscure scriptum.* [b] *Numerus in ap. obscure scriptus.*
[c] *Sic omnino videtur esse legendum;* avisare; et alhora *apogr.*

---

[1] Franciscum Palmium, collegii bononiensis rectorem, dicit; vide supra p. 94.
[2] P. Oliverio Manareo (*Orlandinus* l. c. l. 14, n. 24. *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 94).

alli fratelli di M. Pontio, come per sue lettere gli nostri in Roma si trouano travagliati[1]; et pare che anche di costà alcuno di nostri sopra ciò a scripto a Firenza. Pur io mai ho voluto dir niente di questo nelli nostri Collegii, se non adesso, poichè il Rettore mi avisò di quello che hauea sentito, con alcuno dispiacere che alcuno[a] ragionasse di tal cosa con li fratelli. V. Reuerentia vedi per amore de Iddio che sia expediente circa il auisare o nò li Rettori vicini di questo negotio. Io non lascierò mai di fare racommandare la Reuerentia V. nelli sacrifici et orationi di nostri, desiderando anche esser partecipe della consolatione, la qual spero seguitarà tanto più grande, quanto Iddio ci permeti più travagliare e expectare la congregatione[2].

Mi era dimenticato di Martino Fiamenco, che sta in Ferrara[3]. Heveria voluto il Rettore[4] che fossi partito con noi; ma non è parso conveniente; 1º perchè, come dicono et experimentano, questo giovane è basso d'ingegno et animo: per il chè è poca speranza, che in Alemagna douesi riuscire bene: 2º perchè, anchora che fossi più disposto, saria quanto si giudicaua più conveniente per Colonia: 3º perchè etiam si douesi andare in Vienna, con maggior commodità verrà al Settembre con li altri. Solamente pregho questa grazia, che essendo già forniti gli Collegii de Alemagna con assai gente, respetto de loro intrate, che si voglia hauere buona aduertenza, et sia mandata gente

---

M. Pontii magnam Romae molestiam nostris exhiberi[1]; atque isthinc quoque aliquis ex nostris hac de re ad Florentinos scripsisse videtur. Ego vero ista de re in collegiis nostris numquam dixi quicquam, nisi nunc, cum rector, quae audierat, mihi exposuisset, aegrius ferens, quod aliquis[a] ea de re cum fratribus loqueretur. Per Dei amorem reverentiam vestram rogo, ut videat, utrum expediat causam hanc rectoribus vicinis exponi necne. Mihi semper cordi erit, ut reverentia vestra sacrificiis et precibus nostrorum Deo commendetur, atque etiam solacii cupio particeps esse, quod tanto gratius secuturum esse spero, quo magis Deo permittente vexabimur ac congregationi mora erit allata[2].

Oblitus eram de Martino Flandro scribere, Ferrariae degente[3]. Quem rector[4] quidem nobiscum proficisci cupiebat; nec tamen id commodum nobis visum est: 1. quia adulescentem hunc ingenii et indolis humilis esse dicunt atque experiuntur, ideoque parva spes est res in Germania bene ei successuras esse; 2. quia, etiamsi melius dispositus esset, Coloniae magis aptus fore censebatur; 3. quia etiamsi Vindobonam ei eundum sit, commodius mense Septembri cum ceteris veniet. Hoc tantum beneficii loco mihi concedatis, quaeso, ut, quoniam Germaniae collegia tot iam paene habent Socios, quot alendis eorum reditus pares sunt, magnae vobis

---

[a] *In apogr. sequitur*: di*; fortasse legendum* di noi *vel* di nostri.

---

[1] De litteris sive libello, quem P. Pontius Gogordanus contra Lainium ceterosque patres Romae congregatos ad Paulum IV. dedit, vide supra p. 84.

[2] Vide supra p. 1—2. 26. 84.

[3] Hic quis fuerit nescio.

[4] Ferrariensi Societatis collegio tunc praeerat P. Ioannes Pelletarius (Pelletier), de quo vide *Can.* Epp. I, 130[2] (*Orlandinus* l. c. l. 11, n. 29. *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 3, n. 70).

più presto per insegnare, che per imparare. Et perchè non sapemo a pieno lo stato di quelli Collegii, come siano grauati o quanti anchora posino nutrire, per andare più saldamente parse meglio conferire prima sopra ciò con li Rettori, avanti di menare più gente de Italia, massime in questo tempo. Del resto crediamo hauer scripto asai del' altri collegii. Fino adesso non hauemo resposta alcuna, fuori di una lettera breue per havisarsi della recivuta di 50 ducati di moneta. Iddio sia benedetto di tutto et ci conservi in sua santa grazia per mezzo delle orationi et sacrificii di V. Reuerentia.

Di Venetia 13. di Iuglio 1557.

De V. R. Figliolo minimo Piedro Canisio.

Al R. P. Giovanni di Polanco della Comp. di Gesù.

Nota: Canisio Roma rescriptum est 20. Augusti 1557; vide Canisii epistulam ad Lainium datam 17. Septembris 1557.

---

res curae sit et magistros potius mittatis quam discipulos. Et quia haud ita plene novimus, quae collegiorum illorum sint onera, et quot alios alendos suscipere adhuc possint, securius acturi nobis videbamur, si hac de re cum rectoribus conferremus, antequam plures homines ex Italia educeremus, maxime hoc tempore. Ceterum de reliquis collegiis iam satis nos scripsisse existimamus. Usque adhuc rescriptum non accepimus nisi brevem epistulam, qua scribebatis vos 50 ducatos praesentes accepisse. Deus in omnibus rebus laudetur, et reverentiae vestrae precibus et sacrificiis adducatur, ut in gratia sua sancta nos conservet.

Venetiis 13. Iulii 1557.

R. V. filius minimus Petrus Canisius.

R. P. Ioanni de Polanco Societatis Iesu.

247.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 27. Iulii 1557.

Ex apographo, quod R. P. *Simon Stiessberger* O. S. B. testatur a se Romae 3. Septembris 1845 ex autographo descriptum esse.

Apographum antiquum in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 22—446 positum est.

Postremam epistulae sententiam proposuit *Sacchinus*, Can. p. 125—126.

De adventu suo et de quibusdam a disciplina aberrantibus. Bavariae duci deliberatum esse, Monachii collegium Societatis condere. Cleri vita mala. Vormatiam ad colloquium profecturus, precibus Sociorum adiuvari vehementer cupit.

†

Pax Christi nobiscum. Reverende Pater.

Iam mensis est, quod ex Urbe proficiscens (Deo gratias) in Germaniam venio salvus, una cum fratribus Clemente et Bartholomaeo [1]. Nunc primum hac hora in Collegium veni, ubi adesse nuntiant P. Tielanum [2], de quo Rector [3] hic multa scripsit. Aiunt, nunc eundem post menses et hodie quidem solum sacrificasse, sibi hominem utcunque restitutum, cras in Italiam abiturum esse. Ego expecto, ut redeat domum, auditurus ex eo nescio quae. Dominus illuminet caecos [4] et erigat lapsos [5], quod etiam de Iona dictum velim [6]. Is tam molliter tractatus P. Polanci litteris et meis, prodit statim impotentiam ne dicam stultitiam animi sui. Et sperant nostri, huc ex Augusta illum esse venturum, quia lenire litteris perturbatum pectus conati sunt. Ita declarant sese, qui non erant ex nobis [7], licet inter nos viverent, et externa specie nostri esse vellent, male profecto fundati supra petram [8].

Fui Monachii et causam egi Collegii, quod illic Princeps constituere obfirmato animo decrevit, adeo illum delectat fructus scholae hujus, quam nostri in domino administrant. Res in eo statu versatur, ut priusquam serio nobiscum de mittendis personis agatur, locus monasterii Augustiniensium in hunc Collegii usum impetretur, aliaque impedimenta tollantur, quae pacificum nostris ingressum et felix auspicium studiorum remorari posse videntur. Itaque non obstiti, non abnui prorsus, sed bonos conatus ad Christi gloriam illi promoveant velim: nostrae libertatis erit, si [a] nobiscum propius agent, propositas conditiones vel recipere, vel recusare. Qua de re postea pluribus.

Germania mirum quantopere debilitetur et pessumdetur a lupis istis rapacibus [9]; adeo vix tutum in Religione quidquam manet et augent pestem exempla cleri corruptissima. Quod ad colloquium spectat, instruunt se plane ad iter, qui intererunt: ego decretum hic regium expectabo ac praeterea P. Gaudanum, si tamen is prae valetudine potest adesse, quod opto equidem et a Christo precor vehementer [10]. Cardinalem Augustanum in transitu, cum recta hinc Wormatiam ibo, salutabo, duce Christo. Potissimum haec scribere volui,

[a] sed *apogr. Stiessb.*

[1] Vide supra p. 100—101.
[2] Vide supra p. 27—28. 58—59. 79. 80; et infra p. 112[3].
[3] Thomas Lentulus.
[4] Ps. 145, 8.
[5] Cf. Ps. 144, 14; 145, 8.
[6] Vide supra p. 61. 65.
[7] 1 Io. 2, 19.
[8] Matth. 7, 25. Luc. 6, 48.
[9] Matth. 7, 15. Act. 20, 29.
[10] Ex Canisii epistula 29. Iulii 1557 ad Polancum data intellegitur Goudanum infirma valetudine in collegio patavino detentum esse.

ut missae et preces nobis ad Colloquium promissae, si nondum fratres moniti sunt, serio instituantur. Nam precibus vestris non humanis viribus ego fretus illud certamen adibo in nomine Domini Iesu[1], qui nos servet in gloriam suam. Raptim. Ingolstadii 27. Iulii 1557.

Servus in Domino Pet. Canisius.

†

Al molto Reverendo[a] in Christo Padre mio, M. Giacobo Laynez, Vicario generale della Compagnia de Iesu.

In Roma appresso di Sant Marco.

248.

CANISIUS

HENRICO SCHWEICKER,

secretario ducis Bavariae.

Ingolstadio 27. Iulii 1557.

Ex autographo (2°; ½ p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 60. 61.

De itineribus suis. Schweickerum exhortatur, ut fortiter pro religione pugnet.

†

Magnifice Domine Secretarie et Patrone.

Pax Christi suauissima nobiscum. Nolui redire nuntium sine literis meis, quod sane mereatur ille commendationem: tam fidus hucusque dux fuit. De sumptibus rogatus respondit a Telonario facile numerandum esse quod deberetur. Adiunxi literas in Vrbem mittendas, rogo ut quam primum abeant. Recte hic omnia Dei bonitate. De abitu P. Contionatoris[2] ad Colloquium scire cupio, cum dies ad abeundum indictus fuerit. Habeat[b] humanitas tua[c] nos omnes in Christo sibi commendatos, et recte valeat cum electis, qui subinde per multas tribulationes[3] probati, uelut aurum in igne[4], magis magisque splendescunt. Pulchra et certa victoria, ubi pro fide et Religione uel damna, uel ludibria constanter excipimus. Jngolstadij 27. Julij 1557

Seruus in Christo Canisius.

† Magnifico Domino Henrico Schweickhart, Secretario Jllustrissimi Bauariae Ducis, Patrono in Christo obseruandissimo Monachij.

---

[a] Rerevendo *apogr. Stiessb.* [b] *Sequitur:* se, *a Canisio ipso deletum.*
[c] *A Canisio correctum ex:* tuas.

---

[1] Col. 3, 17. Act. 19, 5 etc.
[2] P. Ioannis Gressenici (Cressenici) O. Pr.
[3] Act. 14, 21. [4] Cf. Iob 23, 10. Eccli. 2, 5 etc.

249.

CANISIUS
HENRICO SCRIBONIO,
archiepiscopatus pragensis administratori,

et

ANTONIO BRUS,
magistro generali ordinis Cruciferorum cum rubea stella [1].

Ingolstadio 28. Iulii 1557.

Ex autographo (2°; 2¼ pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod est Pragae in archivo archiepiscopali, „Soc. Iesu Fasc. 3, n. 16 (Miscell.)."

Apographum recens exstat Pragae in archivo regni bohemici (Landesarchiv).

P. Victoriam Pragam venturum iis commendat. Excusat se, quod ipse eo non veniat. Optat, ut protestantes per colloquium vormatiense ecclesiae reconcilientur. In studio religionis adiuvandae firmiter perseverandum esse. Dolet, quod de Paulo IV. iniqui rumores spargantur. Exponit, cur P. Tilanum in Italiam mittat, et rogat, ne propter eum collegium pragense detrimentum patiatur.

† Pax Christi IESV suauissima nobiscum.

Vnis ijsdemque literis agam vobiscum Reuerendi plurimum et inter uos amicissimi Domini, vt ne scripta disiungant, quos Christianae charitatis nexus copulat, semperque coniunctissimos tenet. Venit ad vos chariss. in Christo frater noster et Doctor Joannes Victoria [2], qui fidem et ipse faciet, me quidem non nisi inuitum tamdiu a vobis abesse, quos ego pro offitij mei ratione, et pro istius collegij vtilitate non salutare tantum, sed etiam multis de causis conuenire pridem exopto. Nostis autem isthaec, quae toto iam anno inciderunt impedimenta, dum ego (uelim nolim) hac illac circumcursito non in Germania solum, sed etiam apud Jtalos. Benedictus Dominus IESVS, qui vestrae pietatis votis in me conseruando annuit: adeo prospere successerunt omnia, vt uos etiam meo nomine gratias Christo duci et

---

[1] De Scribonio (Píšek) vide *Canisii* Epistulas I, 599[1]. Antonius Brus (1518—1580), ex Müglitz, Moraviae oppido, ortus, Pragae ordini „Cruciferorum cum rubea stella" nomen dedit, per complures annos in bello turcico contionator militaris fuit, a. 1552 ordinis sui magister generalis, a. 1558 episcopus vindobonensis, a. 1561 archiepiscopus pragensis constitutus est; a. 1561—1563 in concilio tridentino Ferdinandi I. „oratorem" egit, vir de ecclesia catholica Bohemiae et de Societate Iesu optime meritus (*Ant. Frind*, Die Geschichte der Bischöfe und Erzbischöfe von Prag [Prag 1873] p. 182—189. *Clem. Borový* in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon II, 1379—1382, et in libro bohemice scripto „Antonín Brus z Mohelnice, Arcibiskup Pražský" [V Praze 1873]).

[2] Victoriae a Lainio commissum esse, ut loco Canisii provincialis, qui colloquio vormatiensi aliisque negotiis distinebatur, Germaniae superioris provinciam regeret, ostendunt litterae, quas Canisius 29. Septembris 1557 ad Lainium et 16. ac 18. Novembris 1557 ad Victoriam ipsum dedit; postremas hasce litteras Canisius sua manu inscripsit: „Reuerendo Domino Joanni Victoriae Doctori et praeposito Societatis IESV per Germaniam fratri suo". Cf. etiam *Socherum* l. c. p. 69.

conseruatori ingentes debeatis. Nunc uix ex Jtalia reuersus, ad Colloquium abripior, mandata solum expectans Regia, quibus instructus ad hunc Theologorum conuentum perueniam. Orate quaeso patrem misericordiarum [1], vt veritatis Catholicae lucem nullis Sectariorum tenebris aut fumis obscurari unquam, nunc uero maxime, patiatur, quin potius dissidentes inter se et cum Ecclesia partes ad vnitatem pacemque exoptatissimam conuertat. Horrendum, si meministis, malum haereticae leprae, adeo difficile curatu semper fuit, nullisque fere artibus depellitur: ad obedientiam sacerdotibus debitam redeundum est, si a Christo mundandi sunt, quos foedus ille noxiusque nimium error corripuit [2]. Sed multum interim valet multorum ardens precatio [3], et mortuo quatriduano, eidemque foetenti lachrymae gratiam et vitam impetrare potuerunt [4]. Dominus et coecos illuminet [5], et coecorum duces [6] conuertat, et Ecclesiae suae perturbatae naui tempestates istas mitiget [7], fidosque gubernatores donet. Exercentur interim electi, quos in tantis motibus, communibusque multorum scandalis non perturbari posse, non humanae, sed diuinae facultatis est [8]. Nos immoti quaeso perstemus in offitio et zelo Religionis: qui in sordibus est, sordescat adhuc [9], si quidem corrigi ille a nobis aut non vult, aut non potest.

De Pontifice Maximo [10] quam horrenda vbique spargantur, credo vos minime latere. Cham filij sunt isti, quibus ita libet cum patris turpitudine palam ludere, ac scurriliter agere [11]. Non est meum de Magnatum causa pronuntiare: habent illi Deum et iudicem et uindicem, Hoc unum dixerim, etiamsi iniquior esset causa Pontificis, quam vulgus hoc tempore dictitat, candidius tamen de Capite Ecclesiae, Christique Vicario et sentire et loqui Dei Ecclesiaeque filios oportere [12]. Spectamus personas miseri, offitia diuinitus instituta negligimus. quae vulgo effutiuntur, valere apud nos crebro sinimus, et ad iudicandum praecipites, ad sapiendum tardi, ad precandum frigidi nihil minus meditamur, quam quae Diuinam iram a nobis, a Clero et populo simul auertant, ac desideratam illam pacem communemque concordiam Reip. reddant. At isthaec ego liberius fortasse quam uelitis, et longius quam necesse sit, nisi quod hac mea loquacitate vestram patientiam parum offendi, et nonnihil recreari posse confidam.

Venio ad causam Doct. Tilani, quem hic inter fratres offendi, sed non prorsus qualem ego vellem, quod is pro more suo vt agit multa concitatius, quemadmodum ipsi quoque nostis, ita molestus

---

[1] 2 Cor. 1, 3. [2] Cf. Luc. 17, 11—14. [3] Iac. 5, 16.
[4] Cf. Io. 11, 1—44. [5] Ps. 145, 8. [6] Matth. 15, 14.
[7] Cf. Matth. 8, 23—27. Marc. 4, 36—40. Luc. 8, 22—25 etc.
[8] Cf. Matth. 24, 24. Marc. 13, 22. [9] Apoc. 22, 11.
[10] Paulo IV. [11] Cf. Gen. 9, 20—23.
[12] Ferebant hoc tempore Paulum IV. in bello, quod tunc contra Philippum II. gerebat, opem a Turca petisse et ab eo adiuvari (*Hosii* Epistolae II, 801. 845).

etiam ac importunus alijs esse pergit. Quare operaepretium facturus videbar, si illum ex Boemia reuocatum alio mitterem vbi is uitia quaedam, licet non aperte turpia, secreto dedisceret, et ad hanc obedientiae nostrae amussim in Christo rectius institueretur. Sed ille nescio quid cogitans sinistri de maioribus, ac fortassis etiam nimium metuens sibi, redire ad uos, turbasque nouas ciere maluit, quam recta Jtaliam petere, et obedientiae sanctae simpliciter inseruire. Quapropter non tantopere mouere uos, uestramque prudentiam debent, si quae ille in Rectorem effutire, aut in alijs accusandis euomere veritus non est [1]. Tribuamus haec vitia perturbatae menti, et loquentis imprudentiae: non tanti quaeso valeat vnius accusatio, quanti totius Collegij innocens synceritas et syncera innocentia. Homines et nos sumus non angeli, peccare possumus miseri, uos condonate et corripite, quia spirituales et spiritu lenitatis [2] praediti. Si quid adhuc deesse putatis ad res collegij bene concinnandas, en uobis P. Victoriam, qui meo nomine uobis adsit, et nostris praesit ad aedificationem [3]. Habuit Christus in suo illo sanctissimoque collegio qui peccarent, habuit quae displicerent, et quae sine Spiritus aduentu pleno corrigi non potuere: ut minus mirum sit in nostris etiam neuos extare, et corrigenda committi, nec omnia praestari ab omnibus. Verum de his ego satis apud humaniss. Patronos, quos ad extremum rogo et obsecro, vt P. Victoriam sedulo iuuent, eumque non secus ac Canisium suum et ament, et audiant. Js de reliquis coram admonebit, ut nihil sit opus epistola longiore. Dominus IESVS conatus uestros in Ecclesiae salutem adiuuet prosperetque semper, ob illius nomen sanctissimum collegio huic faueatis et prospiciatis etiam atque etiam rogo. Jngolstadij 28 Julij. Cras Doctor Tilanus qui se uobis quoque commendat, Jtaliam duce Christo petet, cupitque veniam, quod apud uos immodestius egerit. Dominus IESVS gratia nos sua semper augeat.

MD.LVII

Seruus in Christo Petrus Canisius.

† Reuerendis in Christo Dominis, Henrico Scribonio et Antonio Muglitzio, summe obseruandis Patronis. Pragae.

250.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 29. Iulii 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, et postea ex autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 23—446 posito, correcto et suppleto.

---

[1] Vide infra p. 112[3]. [2] Gal. 6, 1. [3] 1 Cor. 14, 3. 12. 26.

Superest etiam antiquissimum apographum illius partis huius epistulae, qua Canisius de collegio Monachii instituendo scribit („Ex summi consiliarii“ — „quotidie post se trahunt“), idque sic inscriptum: „Ex litteris Patris Canisij Ingolstadij scriptis. 29 Julij 1557.“ Quod apographum certe Romae eo consilio factum est, ut in aliam aliquam Societatis domum vel ad aliquem Societatis patronum mitteretur.

Aliquas epistulae particulas posuit *Sacchinus,* Can. p. 127. Epistula usus est *Boero,* Can. p. 159—160.

Bavariae ducem, ut Monachii in monasterio Augustinianorum collegium Societatis institueretur, penitus decrevisse et alia Societatis collegia condere velle. Socios in urbe monacensi, pulcherrima quidem, sed haeresi et pravis exemplis corrupta, maximam utilitatem paraturos esse. Se eius collegii spem duci praebuisse ita ut prius, quibus cum condicionibus instituendum esset, edoceri vellet. De turbis a P. Tilano excitatis; se ei persuasisse, ut Romam proficisceretur, in schola oboedientiae corrigendus. De altero quodam, qui Societatem reliquerat. P. Mercurianum collegio pragensi aegre procedenti praefici cupit. De colloquio vormatiensi.

Pax Christi suauissima nobiscum. Reuerende Pater

De adventu in Germaniam meo primum ego Oeniponti, deinde Monachii litteras dedi ad R. T. [1], cuius nomine nihil mihi prorsus, ex quo abii, denunciatum est. Nunc duo praecipue dicam; alterum quod Monachii cognoui de Principis animo in fundando illic Collegio; alterum quod Ingolstadii usuuenit de ablegando P. Tieliano.

Igitur ex summi Consiliarii [2] et deinde Secretarii Ducis [3], qui mecum ambo familiariter, ut antea, egerunt, uerbis et sententia colligere licet, illustrissimum Principem iam penitus decreuisse, ut nostri Monachii habitent in Monasterio fratrum S. Augustini, praesertim ad scholam illic instituendam et ob religionem quoque catholicam in vulgo confirmandam [4]. Nam quod nostri in Ingolstadiensi schola fructificare coeperunt, adeo gratum et commendandum Duci videtur, ut statuerit non Monachii solum, sed post etiam in praecipuis aliis Bavariae civitatibus [5] ad scholas nostros euocare atque prouehere. Quod eo lubentius etiam facit, cum videat monasteria quae illic aut deserta, aut indigne praveque admodum habitata sunt, nullis rectius ac nostris ad scholas collegiaque permitti et tradi. Proinde, si velimus, breui Collegia tria, sed Monacense primum, nobis promittunt, satisque fore putant, unum in his Germanum adesse concionatorem, reliquos ex aliis nationibus accedere permittunt. Expectant ex urbe responsum de impetrata dispensatione, ut Augustinensium, quod dixi, monasterium in nostros legitime transferatur: et iam nunc fortasse transacta res est a reverendissimo D. Delphino [6]. Verum si illa non succedat uia, certo decreuit Princeps ita se cum fratribus illis acturum,

[1] Hae epistulae perisse videntur.

[2] Wigulei Hundii; vide supra p. 3. [3] Henrici Schweicker.

[4] De hac re plura ponentur infra, monum. 188.

[5] Landishuti et Straubingae. Vide infra, monum. 188.

[6] Zacharias Delphinus (Delfino), episcopus pharensis, apud Ferdinandum I. nuntii apostolici munus administrabat (*Hosii* Epistolae II, 747. 860).

ut haud illubenter nobis cedant, habituri nimirum alibi, quantum ad uitae sustentationem atque commoditatem satis sit. Ego certe sic de re tota iudico, et isti consentiunt plane, ingentem ex hoc Monacensi Collegio fructum in Christo consecuturum esse, siue aulam Bauaricam spectemus, siue statum equestrem et ditiorum familias consideremus. Nec est ullus in tota Bauaria, quamuis admodum ampla prouincia, illustrior locus, nulla civitas totius, ut aiunt, Germaniae pulchrior, quam apud Monacenses. Quod si personas eo mittendas deesse dicemus, minantur iam se quosdam ex Ingolstadiensi Collegio nostro accersuros potius, quam hoc suum deserant institutum. Quae omnia cum illi mecum egissent, et Princeps deinde iterum apud me confirmari iussisset, in hanc tandem ueni sententiam, ut in articulos quosdam summam rei coniicerent; uidendum enim prius esse, quae se difficultates in huius instituti principio progressuque offerre possent. Nam et apud fratres illos esse tentandum, quam modeste ferrent futuram illam translationem; quid a nobis itidem postularent in cultu diuino illic celebrando, cuius subita quidem mutatio et intermissio plerosque offendere posset; exploranda primum esse multa, ne rem poenitendam auspicarentur. Persuasi bonis uiris, ut semel finiam, qui breui huc ad me mittent articulos, quos dixi; nec dubium, quin facile ab illis impetraturi simus, quae ad promouendum hoc Collegium spectabunt. Adiunxi de raritate personarum, quae nobis ad fundanda Collegia suppetunt, sed spem tamen praebui, nos pietati Ducis in re tali non facile defuturos. Equidem quo magis de toto negotio mecum cogito, eo maiorem in spem venio, nostros in ea messe fructum Christo amplissimum allaturos esse [1]. Quanta vero necessitas illic cernatur, dum et concionator unus Lutheranismo patrocinatur, et Ludimagister praecipuus haereses ex professo pueris instillat [2], et impune uigent errores in tota ciuitate, dictu est sane miserabile. Nunc cum fere desperata res est, et nimia Magistratuum indulgentia ciues praefractos, omnisque iugi impatientes reddidit, curritur ad nos, ut reliquias, quantulaecumque sunt, domino conseruemus, et pueritiam illam flexilem ad Ecclesiae disciplinam adsuefaciamus, nec solum doctrina, sed multo magis uitae et exempli sinceritate in Clero ubique hic corruptissimo praeluceamus. Quo magis fore confido, ut R. T. Ducis huius pietati faueat, et Bauariae utilitati per nostros consulat, missis

---

[1] *Canisius* in litteris, quas sub a. 1597, morti proximus, ad collegii monacensis Socios misit: „Ego certe", inquit, „clementissimo Deo gratias ago, qui me, ante inchoatum vestrum Collegium, indignum precantem singulari consolatione perfudit, et gratiose promisit, rerum nostrarum successum fore felicem. Hunc exitus postea comprobauit" (*Matth. Raderus* S. J., De vita Petri Canisii [Monachii 1614] p. 103).

[2] Scholae „poëticae" inde ab a. 1553 praeerat Martinus Balticus monacensis, qui Vitembergae Melanchthone usus erat magistro. Anno 1559 propter lutheranismum loco motus, Ulmam migravit ibique a. 1600 obiit (*K. v. Reinhardstöttner*, Zur Geschichte des Humanismus und der Gelehrsamkeit in München unter Albrecht dem Fünften, in „Jahrbuch für Münchener Geschichte", 4. Jahrg. [Bamberg 1890], p. 75).

nimirum eo quibusdam operariis, cum tandem, concinnatis omnibus, serio fuerint expetiti. Non expetentur autem, opinor, ante Martium proximum, sed praemonitos tamen ac praeparatos isti nos[a] volunt, ut vocati maturius accedant. De numero mittendorum antea sollicitus fui; nunc satis intelligere videor, haud pauciores quam Ingolstadii foventur, in hoc quoque loco ali posse. Dominus IESVS pro sua ingenti bonitate respiciat cum Bauariam, tum Germaniam in his tantis aerumnis, quae mille animarum perniciem quotidie post se trahunt.

Addam de Doctore Tilano, quem nunquam arbitrabar e Vienna Pragam rediturum, nouasque iterum excitaturum turbas apud patronos Collegii, ut certe magno in metu nostri fuerint, et idcirco ad me anxie scripserint, sicut et Rector[1] suis litteris isthuc missis declarauit. Rursus nihil minus expectabam, quam hominem illum nostris Ingolstadii molestum fore, et cum eodem agendum hic esse mihi, ut quoquo modo curarem abire, qui nullis placere posset, et nobis etiam infamiae apud vulgus futurus[b] videretur[2]. Quae dixerit et fecerit, suis litteris testabitur P. Covillonius: ego cum minis et imperio nihil terrere aut permouere hominem sic satis peruicacem possem, blandis tandem promissis effeci, ut sedatior factus iter ingrederetur, seque Romam conferre promiserit. Exegit litteras, quibus apud R. T. pro ipso intercederem: scripsi, et illi praelegi[c], ne quid dubitaret. Postulavit uiaticum hic et Patavii[3]: dedimus pro tenuitate nostra, cum ex Viennensibus et Pragensibus fratribus plus emunxerit, quam quisquam opinor alius possit. Et litteras ad Rectorem Patauinum[4] adiunxi, quibus novum Patavii viaticum in Urbem usque impetraret. Lucrum esse deputauimus, quidquid in illum, modo abiret, contulimus; veriti ne sicut aliquando minatur, tragediam nobis publicam excitaret, ut qui ne sui quidem compos subinde uidetur, et vix est tractabilis. Igitur, Deo laus, hodie ille discessit sic satis animatus, quem omnes cupimus primum se ipsum accusare potius quam alios; deinde sic in schola obedientiae corrigi, ut ex doctore discipulus, ex philosopho p a r v u l u s i n C h r i s t o[5] fiat, et ubique s a p i a t a d s o b r i e t a t e m[6].

---

[a] *Sic ap. prius;* uos? [b] futurum *ap. prius.*
[c] perlegi *ap. prius.*

---

[1] P. Ursmarus Goissonius, rector collegii pragensis.

[2] Vide supra p. 105. Tilanus, Vindobonae theologiam sibi docendam ratus, cito eo advolavit; at ubi id a rectoris vicario extorquere non potuit, neglecta oboedientia Pragam rediit. Quem cum rector in collegium recipere per Societatis constitutiones vetaretur, Tilanus apud Societatis amicos magnas turbas excitavit, donec tandem inductus est, ut Ingolstadium abiret (*Schmidl* l. c. I, 111—113).

[3] Postulavit, ut novum viaticum sibi daretur, cum in itinere romano venisset Patavium (Padova), ubi collegium Societatis exstabat.

[4] P. Ioannem Baptistam Tavonum? P. Benedictum Palmium? Cf. supra p. 100[7].

[5] 1 Cor. 3, 1. [6] Rom. 12, 3.

Opto certe, ut scripsi, ad poenitentiam illum suscipi, et iis, quos offendit, correctum proponi. Det ei nobisque Dominus IESVS spiritum verae simplicitatis, ut non solum maioribus per omnia subiacere, sed etiam aequalibus per omnia in domino placere sciamus [1].

Neque satis daemoni fuit turbare nostros per hunc Doctorem Pragae, Viennae et Ingolstadii, nisi Jonam [2] etiam adimeret nobis, quem velut errantem misere nunc ovem Augustae detinet, nec sinit ad ovile suum reverti [3]. Sed hoc initium novae tragediae, mox utinam ille non peiora demonstret, qui certe lupis expositus [4] et per se nimium imbecillus quomodo non ruet in via perditionis [5], nisi forte dominus IESVS lapsum erigat statim. Sed omnia propter electos [6]. Videtis interim quot modis oppugnamur a Sathana, cum etiam fratres ille nobis abstrahit, nobisque contrarios facit. Quam ego divinam dispensationem sic interpretor, ut maiores nostri hinc admoneantur, eos qui ad nos brevi mittendi sunt, selectos et egregie in spiritu fundatos esse oportere. Tales autem vehementer optamus.

De P. Ursmaro Pragensi Rectore scribet (ut spero) brevi P. Victoria: ego id videor intelligere, non satis eum facere fratribus, et neque patronis nostris, quod pro natura sua durior videatur, maioremque sustineat provintiam, quam eius humeris in regendo quadret. Quare mihi saepe visum est opere pretium fore, ut Rector perusinus [7], cui aer Italicus convenire non potest ad sanitatem, in P. Ursmari locum subrogaretur, maxime cum non solum prudentia valeat, sed etiam doctrina polleat quae in Collegio Pragensi sane nunc desideratur, quod P. Henricus [8] non magni fiat, et vires ad studendum docendumque impares adferre videatur, nullusque Pragae iam degat qui ad amplas variasque collegii illius curas et occupationes domi forisque sufficiat. Plus enim difficultatis Pragae nostri sentiunt, et posthac sensuri sunt ob illam bonorum Oibinensium administrationem, quam in hisce collegiis Viennae et Ingolstadii. Proin rogo T. R. ut Pragensi Collegio quod graviter afflictum aegre procedit, succurrendum

---

[1] *Schmidl* (l. c.) affirmat Tilanum Romam non pervenisse, sed Laureti febri exstinctum esse, cum errata sua et agnovisset et publice cum lacrimis detestatus esset. Supersunt certe * litterae Tilani autographae, Florentia 28. Augusti 1557 ad Lainium datae, quibus demisso animo affirmat se in Societate persistiturum etc. Ac P. *Oliverius Manareus,* collegii lauretani rector, * litteris Laureto 1. Decembris 1557 sua manu datis testatus est eum (16. vel 17. Novembris) bene paratum mortem obisse. *Idem* alio loco: Tilanus, inquit, „mortuus est . . . in brachiis meis, ut dici solet, sacramentis Ecclesiae communitus“ (De rebus Societatis Iesu commentarius [Florentiae 1886] p. 155).

[2] Adlerum; de quo vide supra p. 61. 65. [3] Cf. Matth. 18, 12 etc.

[4] Cf. Io. 10, 12. Act. 20, 29 etc. Augustae Vindelicorum pars longe maior ad protestantismum defecerat.

[5] Matth. 7, 13. [6] 2 Tim. 2, 10.

[7] P. Everardus Mercurianus; cf. supra p. 99[1].

[8] P. Henricus Blissemius.

statuat non solum per P. Victoriam qui emanere diu Viennae[a] non potest, sed magis per novum aliquem, utpote D. Erardum[b][1] Rectorem. Dominus IESVS in gloriam suam convertat nostros conatus, qui precibus et sacrificiis R. T. sint quaeso saepe multumque Domino commendati.

Expecto hic P. Goudani aduentum, ac dein responsum a Rege, ut sciam quando ad colloquium abiturus sim: alii eo iter instituere coeperunt. De rebus collegii huius, quod recte procedit, alias. Quiete nunc agit P. Couillonius, nihil de discessu cogitans. Addat ei dominus perseuerantiam et nos confirmet in gratia sua usque in finem[2]. Amen. Ingolstadii 29. iulii 1557.

Servus in Christo Iesu et filius
Petrus Canisius.

Preces et sacrificia pro colloquio cupimus continuari.

R. P. Jacobo Laynez Vicario Generali Societatis Iesu.

Ex litteris Ottonis cardinalis augustani Elvanga 4. Augusti 1557 ad Canisium datis cognoscitur hanc epistulam et eam, quae proxime ponetur, a Canisio ad cardinalem Ottonem missas et huius cura Romam allatas esse. Hanc epistulam 29. Augusti 1557 Romae receptam esse eidem manu eiusdem temporis adnotatum est.

251.

CANISIUS

P. IOANNI DE POLANCO,

secretario Societatis Iesu.

Ingolstadio 29. Iulii 1557.

Ex apographo recenti, quod ex autographo in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 24—445 posito transcriptum est.

De solvendo aere alieno a se aliisque Sociis contracto. Quales Socios ex Italia sibi mitti velit. Ingolstadiense collegium tenuem habere reditum.

Pax Christi nobiscum.

Quod ad soluenda debita nostra spectat, quae Patavii et Venetiis, et Laureti quoque contraximus[3], rogo R. T. ut summam eorum omnium colligat, collectam ad me mittat. Scripsi nunc Patavium de uiatico suppeditando Patri Tilano, sicut is postulabat, ut Romam usque commodius perveniret[4]. Fortasse et hoc summam debitorum auxerit, si tamen ex Patavio longius illum progredi permittetis. In Patrem

---

[a] *Sic ap. prius;* Vienna? [b] *Sic; cf. infra p. 131. 133.*

---

[1] Mercurianum. Vide supra p. 113. [2] 1 Cor. 1, 8.
[3] Vide supra p. 100—102. [4] Vide supra p. 112.

Goudanum impendent nescio quantum, si et hic restitutus, huc instituet iter[1]. Vides summam fore maiorem, quam ut ego sine communibus collegiorum istorum contributionibus exoluere possim: curabitur tamen spero ut nihil debitorum exoluendum supersit. Tantum illi quos in Septembri venturos expectamus, ne sint quaeso in sumptibus immodici. Collegia ista sanos expetunt et praeceptores magis quam discipulos aut pueros. Collegium hoc tenuibus sumptibus aegre sustentat plures quam habeat: habere autem cupit tres illos quos saepe dixi Theologiae auditores[2], Qui si veniant erit unus fortasse et alter hinc alio, in Germaniam tamen, amandandus, ne plures alantur quam sumptus ordinarii ferant. Princeps hoc tempore nihil additurus videtur ut maxime rogetur, nec sane expedit rogari[3]. Dominus IESVS in gloriam suam omnia[4]. Oret pro me R. T. et meminerit quaeso quantopere communibus precibus indigeamus ad colloquium auspicandum. Ego literas tantum[a] Regias expecto ut ingrediar iter Christo IESV duce. Sarcinam librariam mirum huc non advehi.

Jngolstadii 29 Julii 1557.

Servus in Domino Canisius.

Inscriptio quidem harum litterarum non superest; sed eas ad Polancum datas esse ex ipsis rebus, quas continent, intellegitur.

252.

OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinalis et episcopus augustanus,

CANISIO.

Elvanga[5] 4. Augusti 1557.

Ex autographo (2° min.; pp. 2; in p. 4. inscriptio, alia manu facta, et sigillum integrum). Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 43 et sq. non sign.

Particulas posuit *Riess* l. c. p. 197[1] et (germanice) p. 207. Epistula usus est etiam *Drews* l. c. p. 151.

Canisium obtestatur, ut se invisat et, quae de reformatione episcopi scripserit, sibi tradat. Theologum de Societate petit. Nepotes Canisio commendat.

---

[a] *Vel:* tamen.

---

[1] Vide supra p. 105. 114.

[2] Significare videtur Petrum Lovaniensem, Tarquinium Rainaldum, Philippum Lotharingum; de quibus supra p. 95[4], [5]. 96[1].

[3] Ingolstadii tunc 18 fere Socii degebant; qui 900 florenos annuos accipiebant; cf. *Canisii* Epistulas I, 646, et supra p. 10. 35[1].

[4] Canisius in compluribus epistulis hoc „epiphonema", quod rhetores dicunt, subicit; in aliis addit: „vertat", vel simile aliquod verbum.

[5] Elvangae (Ellwangen, nunc oppidum regni wurtembergensis) ecclesia collegialis, cuius praepositus imperii romani princeps erat, exstabat; quam praeposituram cardinalis Otto tenebat.

Reuerende in Christo frater mi amantissime.

Plurimum gratulor Germaniae nostrae de reditu vestro, cupioque maiorem in modum propter publica et mea priuata negotia cum D. V. colloqui, Rogo itaque vt cum prima eius commoditate id fiat.

Ex Ingolstadio D. V. poterit ad Tonauwerd, inde Nerlingam [1], postea huc tuto proficisci, Hinc etiam recta et secura via Wormatiam. Hac enim transeunt multi et citius quam per Ducatum Wirtembergensem.

De sarcina libraria optime a D. V. actum est, curaui apud Augustanos et Dilingenses meos ministros quod sine mora ad D. V. mittatur [2],

In nomine Jesu a D. V. serio contendo ac instantissime peto vt ante suam profectionem vel in via saltem me sua visitatione salutari consolari dignetur.

Similiter etiam peto vt ea quae de Officio et reformatione Episcopi ad meam instantiam Ratisbonae conscripsit [3] mihi fideliter reddat, mihique confidat quod non sine magno fructu salutis animae meae et aliarum mihi comissarum legam atque opere me legisse testabor, Quapropter non defraudet tanto commodo, Sed pro sua charitate mihi satisfaciat.

De Theologo coram cum D. V. diutius agam [4], Mitto Reuerendo D. Laynes cum meo fasciculo literas vestras [5] apud quem etiam pro Theologo instabo.

Cum summo desiderio et flagranti amore D. V. aduentum Hic in Elwangen exspecto, Locus iste distat a werdea [6] .7. miliaribus, Et abbas Monasterij, Sanctae Crucis libenter aliquem ex suis seruitoribus pro conductore meis impensis concedet [7].

Hinc potestis citius quatriduo Wormatiam ire, Vale amantissime mi frater in Jesu Christo, Rogo autem te vt me orationibus vestrorum commendes, Commendo etiam tibi nepotes meos atque Kilianum [8],

Ex Elwangen Die .4. Augusti 1557.

D. V. Deditissimus frater
O. Cardinalis Augustanus.

Reuerendo in Christo Patri Nobis sincere dilecto D. Petro Canisio Societa: [Je]su per Germaniam Praeposito et Theologiae Doctori etc. Ingolstadij.

---

[1] Donauwörth et Nördlingen, oppida tunc libera vel imperialia, nunc bavarica, in provincia suebica.

[2] Libros illos Canisius Romae emerat; vide supra p. 97—98 et infra p. 118.

[3] Vide supra p. 41. Haec perisse videntur.

[4] Otto theologum aliquem de Societate sibi mitti cupiebat.

[5] Vide supra p. 114. [6] Donauwörth.

[7] Monasterii sanctae Crucis donawerdani, ordinis S. Benedicti, (in quo nunc catholicum illud exstat institutum paedagogicum, cui nomen „Cassianeum") abbas tunc erat Benedictus Glocker (*Cöl. Königsdorfer* O. S. B., Geschichte des Klosters zum Heil. Kreutz in Donauwörth II [Donauwörth 1825], 171—223).

[8] Fridericus, Gebhardus, Carolus, barones a Waldburg et fratres, eo tempore

253.

CANISIUS
P. IOANNI DE POLANCO,

secretario Societatis Iesu.

Ingolstadio 8. Augusti 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, et postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 26—449 posito, collato.

De iuvene quodam Societatis desertore. Sollicitus est de valetudine P. Goudani, colloquio vormatiensi, congregatione generali Societatis, catechismo suo Romae corrigendo, aere alieno solvendo, libris mittendis.

Ante dies octo scripsi de M. Tilano, qui nunc, opinor, Patavium pervenit et de Jona, qui missis hodie literis ex Augusta, declarauit mentem a nobis et ab hoc instituto alienam, sicut adiunctae illius literae testabuntur. Nam praeterea de illo nihil intelleximus. Vereor hominem aegre mutaturum sententiam, illudque miramur, e Vienna cum discederet, eum plane fratres celare voluisse, quod Augustam abiret, simulans huc se ad fratres, sicuti iussus erat, uenire velle. Iterum rogo dominum, ut prius, respiciat propitius utrumque M. Tilanum et istum, qui nunc ultro diuortium hoc tam indignum, sibique pestiferum meditatur.

Accessit modo P. Gaudanus cum Leonardo fratre, multa interim perpessus inter proficiscendum, et nunc magis magisque ad phtisim properans. Medicus vix sperat, eum in colloquium pervenire posse: adeo viribus destitui videtur, ut arbitremur ad publicas lectiones vix unquam rediturum esse [1]. Quod si Wormatiam illum perduxero, fortasse non abs re fuerit, navigio impositum eum Coloniam et hinc Lovanium mittere, ut patrius aer laboranti succurrat. Medicus valde timet ab autumno, qui phtisicis auget periculum mirum in modum. Dominus IESVS adsit afflicto, eumque seruet in suam gloriam et utilitatem nostram. Videtis interim quam incommodum futurum sit mihi, absque hoc socio uersari in colloquio, si quidem ita necessitas cogat. Cupio certe et peto maiorem in modum adiuuari. P. Covillonius hinc abire multis de causis non potest. Ostendi necessitatem: peto et expecto consolationem, licet indignus; quamquam rei magnitudo satis clamet, quantopere subsidium hic mihi concedi expediat oporteatque. Sed hac

---

in universitate ingolstadiensi litteris operam dabant (*Mederer* l. c. I, 248—249). Gebhardus Truchsess de Waldburg postea, cum archiepiscopus coloniensis esset, a fide catholica defecit. Kilianus fortasse trium illorum iuvenum paedagogum agebat; qui idem fuerit ac „Magister“ ille „Kilianus Blanckenstanius“, qui sub a. 1549 ex academia lovaniensi ad scholam dilingensem ab Ottone evocatus erat (*Raderus*, Can. p. 118. Epistolae *Petri Mosellani* etc. ad Iulium Pflugium, ed. *Chr. Gottfr. Müller* [Lipsiae 1802] p. 102).

[1] Theologiae professor erat in universitate vindobonensi; vide supra p. 30[6].

de re certius aliquid, cum litteras regias accepero, quas quotidie nunc expectamus, ut de profectione ad colloquium certiores reddamur. Vestris interim precibus, quaeso, iuuemur et commendemur Domino IESV.

Admoneri velim P. Emanuelem [1], ut ad me mittat correctum Catechismum, sicut recepit se mature facturum.

De summa debitorum, ut antea monui, sic nunc etiam scire cupio. P. Goudanus mutuo accepit Patauii a Rectore coron. 13. ego Venetiis [2] 30 [3]. Debetur etiam aliquid Rectori Laureti [4]. Rogo tantum si quid subsidii ad haec solvenda possit accipi a pecunia Pontificis isthic numerata [5]. Reliquam partem ex hisce Collegiis, quoad licet, corradam: ita minus suppetet uereor, quod sit satis ad redimendum uiaticum fratribus in Septembri venturis. Dominus Jesus prouidebit suorum necessitati pro sua solita benignitate.

Miror huc usque nihil ex Urbe ad nos adferri: neque de P. Victoria quicquam accipio; neque perfertur sarcina (la balisa) quae Bononiam primum perferenda erat, et inde ad Cardinalem transmittenda [6]. Dominus IESVS gratiam in nobis suam usque augeat.

De successu Congregationis, deque spe futurae tandem electionis oro ut aliquid intelligam: [7] nam saepe sollicitus hac de re cogito et orare iubeor nescio qua de causa. Fiat Domini uoluntas [8] in omnibus beneplacens et perfecta [9]. Precibus R. T. diligenter me cupio commendatum iri. Ingolstadii 8. augusti 1557.

Servus in Christo Canisius.

Reuerendo Patri Joanni Polanco de Societate JESV, patri suo Romae.

254.

CANISIUS

ANTONIO BRUS,

magistro generali ordinis Cruciferorum cum rubea stella.

Ingolstadio 10. Augusti 1557.

Ex archetypo (2°; $1^1/_4$ pp.; in p. 4. inscr. et sig.; Canisius epistulam ipse subscripsit et inscripsit), quod est Pragae in archivo archiepiscopali, „Soc. Iesu, Fasc. 3, n. 16 (Miscell.)“.

---

[1] Sa; cf. supra p. 97². [2] Vide supra p. 100⁷. 101. 102.

[3] In lege nummaria a Carolo V. Augustae Vindelicorum anno 1551 lata „coronae“ venetae, florentinae, lombardicae, ferrarienses etc. 87 crucigeris (Kreuzer) aequantur (*Ioh. Christ. Hirsch,* Des Teutschen Reichs Münz-Archiv I [Nürnberg 1756], 344—365). [4] P. Oliverio Manareo.

[5] Paulus IV. fortasse hanc pecuniam viatici loco dederat, eo quod Canisius et Goudanus e sua voluntate ad colloquium profecturi essent; vel Sociis autumno ex Italia in Germaniam abituris eam destinaverat. [6] V. supra p. 97. 98. 116.

[7] Quoniam Paulus IV. electionem hanc praepositi generalis et primam Societatis congregationem generalem Romae fieri volebat, patres Romae coacti tempus conveniendi Maium anni proximi dixerunt (*Sacchinus,* Historia Societatis Iesu II, l. 1, n. 90. 91). [8] Act. 21, 14. [9] Rom. 12, 2.

Brusio et Scribonio praeposito collegium pragense commendat, et ab iisdem preces pro colloquio vormatiensi faciendas petit. Se pro bibliopola pragensi libros Ingolstadio avehente fidem interposuisse; qua ut liberetur, Brusium rogat, ut ea debita solvenda curet.

†

Pax Christi suauissima nobiscum.

Patrone colendissime etc.

Ante paucos dies cum primum ex Italia huc redijssem, scripsi per D. Victoriam[1]: nostrique collegij causam uti dignitati tuae, sic etiam domino meo Praeposito quam maxime potui, in Christo commendaui. Idem nunc pluribus efficerem, si uel diffiderem humanitati uestrae, quam scio huic IESV Societati minime defuturam, uel existimarem uestrum in me amorem hac absentia mea debilitari. Proinde quod ultro facitis, Christo duce, hunc Christi gregem quamuis pusillum[2] amate, si me amatis, atque defendite continenter, per Christum uos rogo et obsecro.

De meo ad colloquium discessu tunc statuam, cum Regiae literae, quas quotidie quidem expecto, huc perferentur: uos pro successu tanti negotij Diuinam gratiam imploretis, aliosque nobis hic fauentes, dum precantur, reddatis uelim.

Nunc ea scribendi causa uel maxima fuit quod liberari cupiam debitis hic contractis nomine Pragensis bibliopolae, pro quo me fideiussorem dedi. Is multos selectosque libros hinc auexit anno superiore, ut fratres nostri optime norunt, certoque promisit, se paulo post redditurum quod pretium Jngolstadiensis bibliopola[3] summae librorum constituisset. Pudet igitur me huius morae, quam creditor nec longiorem ferre uult nec potest. Quare tuam dignitatem etiam atque etiam rogo, ut siue per iudicem Pragensem, siue per amicum fidelem cum hoc homine agendum curet statim, quo et mea fides creditori pro hoc debitore data liberetur, et debita iuste dissoluantur. Opinor summam ad triginta tres florenos pertingere, et, ni fallor, est soluendo qui debet, aut libros qui uendantur asseruat. Fateor hoc negotium aut parum honestum, aut certe indignum uideri, quo tua Dignitas a me oneretur. Sed huc me pertrahit necessitas, et dum bonis libris Pragam uestram instruere conor, et hic tanta pollicetur, nimium ego fortassis credulus fui. Vt ut sit, breui quaeso huc fratribus perscribatur, quid rei, quidue spei nobis relictum sit ad isthaec debita dissoluenda.

Quod scribam aliud non succurrit, nisi ut fratrum nostrorum literae dominis Fuggeris commendatae, qui Pragae uersantur, huc cito

---

[1] Haec ostendunt Canisii epistulam 28. Iulii 1557 ad Scribonium et Brusium datam per P. Ioannem de Victoria iis allatam esse. [2] Luc. 12, 32.

[3] Typographos et bibliopolas Ingolstadium tunc habebat Alexandrum et Samuëlem Weissenhorn fratres.

perferantur. Spero patronos isthic omnes recte ualere, idque precor a Christo ut sit uobis diuturnum. Sribam alias Reuerendo Domino Praeposito, quem una cum caeteris ex me salutatum uelim reuerenter. Dominus IESVS a mundi curis nos abstrahat, ad studium uerae pietatis publicaeque utilitatis. Ingolstadij X[a] Augusti. Anno M. D. LVij.

Seruus in Christo Petrus Canisius.

† Reuerendo in Christo Domino Antonio Muglitzio, M. Hospitalensium, Patrono singulari. Pragae prope pontem.

255.

CANISIUS
HENRICO SCHWEICKER,

secretario ducis Bavariae.

Ingolstadio 15. Augusti 1557.

Ex autographo (2°; p. 1; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I.“ f. 64. 65.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606“ f. 18.

Particulam, germanice versam, posuit *Riess* l. c. p. 207.

De itinere suo vormatiensi. Vinum petit pro collegio ingolstadiensi. Hortum eidem collegio a duce emendum proponit. Schweickerum exhortatur, ut forti animo religionem tueatur.

†

Pax Christi nobiscum Chariss. domine.

Venerunt tandem Regia mandata, quae cras me cogunt abire vt Wormatiae adsim in tempore: idque dictum velim Principis contionatori Patri Reuerendo [1], si nondum discessit: ego ad Cardinalem iter flectam ita rogatus [2]. Dominus IESVS fortunet Colloquij arduum institutum.

Commendo charitati tuae pauperes Christi, fratresque meos, pro quibus nuper ad Mag. Patronum Hundium scripsi: sed responsum non est. Verentur medici, et res ipsa indicat satis, nostros praecipue Doctores et professores tantis studijs et laboribus hic non suffecturos, si prae inopia ne in hebdomada quidem semel vinum gustare possint. Postea cum accesserit aduersa ualetudo, quae neque nunc prorsus abest, duplicabuntur sumptus in porrigendis pharmacis, auditores professore defraudabuntur, et nescio quae incommoda reliqua valetudinariorum consequentur. Quare tuae prudentiae iudicandum relinquo, expediatne secundum D. Camerarij [3] et aliorum sententiam nostris tantum adijcere sumptuum, quantum ad refocillandum horum Patrum naturam ex vini potu non solum utiliter, sed etiam necessario ad-

---

[1] Ioanni Gressenico O. Pr. [2] Vide supra p. 116.

[3] Ioannes Agricola (Peurle), universitatis quaestor, insignis etiam erat medicinae professor. Cf. *Canisii* Epistulas I, 695[1].

ijciendum videtur. Tam multi nunquam adsueti prius huic cereuisiae, nunc aliud nihil accipiunt: tam multi alibi citra necessitatem explent se poculis, ut[a] vitam ipsam abrumpant: facile sit opinor, etiam sine principis dispendio, hic inuenire consilium, rogo tantum, vt admonitio mea locum apud Patronum habeat. neque expectetur ulla nostrorum querela, qui sciunt hactenus penuriam pati[1], omniaque perferre libentius, quam Principi et Moecenati suo adferre ullam molestiam.

De horto illud dicam, Leprosi ut nosti, migrare coacti, hortum prorsus desertum in priore habitatione prope portam reliquerunt[2]. extant muri locum satis a vicino agro discernentes. Admonuerunt igitur nos amici, perfacile Principi futurum, si per Senatum hic agi iubeat, vt locus ille qui modo nulli sit commodo[b], paruo admodum in nostrorum vsum transferatur[c], et ab ijsdem colatur[d]. Leprosis gaudium et compendium erit, habere qui numerent pro loco derelicto. Offert suum etiam hortum diuendendum Temelius [?][e], et alius commodior prope domum Doctoris Romulei[3] facile emeretur. Sed minoris constabit priorem accipere. oro ne grauatim ferat Magnificentia tua, se hoc nomine a me interpellari.

De Collegio Monachij constituendo literas Vormatiae expectabo, Christumque pro pietate tua rogabo, vt eam conseruet et augeat in honorem nominis sui IESV: in quo curantur et perficiuntur cuncta foelicissime. Nihil quaeso nos moueant hae calamitates, et quorundam ab Ecclesia defectiones: persistendum est electis in hoc agone, ferendi contemptus, accipienda ludibria, multa subeunda, adeoque vita ipsa contemnenda pro zelo Religionis asserendo. Dominus IESVS in obedientia et vnitate Ecclesiae suae, extra quam nulli salus, nos et Bauariam tueatur. Jngolstadij ferijs assumptionis b. Virginis. 1557.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Magnifico Domino Henrico Swickart Secretario Jllustrissimi Principis Bauariae, patrono suo. Monachij.

Inscriptioni epistulae manu antiqua, quae ipsius Schweickeri esse videtur, ad notatum est: „Praes: 18. Augusti 1557.“

---

[a] *Sic correxi ex:* et; *nam sequitur:* abrumpant; *aut legendum:* abrumpunt.
[b] *Vocabulum in margine ascriptum.*
[c] *Canisius correxit:* transferratur *ex:* transferretur.
[d] *A Canisio correctum ex:* coleretur. [e] Timelius?

---

[1] Phil. 4, 12.

[2] Inter Albertum V. et Canisium exeunte a. 1555 convenerat, ut dux „hortum in usum collegii theologici assignaret“ (*Pachtler* l. c. I, 345. Cartas de *San Ignacio* VI, 618). Postea *Claudius Aquaviva,* Societatis praepositus generalis, in ordinatione „de acceptandis collegiis“ ex congregationis generalis quintae decreto facta constituit omnibus collegiis a fundatoribus etiam hortum dandum esse (Ordinationes Generalium c. 16, n. 6. Institutum Societatis Iesu III, 294).

[3] Bartholomaeus Romuleus, nobilis florentinus, in universitate ius tradebat (*Mederer* l. c. 1, 206–207. 221. 259).

Has Canisii litteras irritas non fuisse ex iis intellegitur, quae *unus e primis collegii ingolstadiensis Sociis* (rector ipse fuisse videtur) notavit: „Postquam usus vini sensim crebrior introduceretur, essetque necessarius aegrotis professoribus, ac illis demum, qui a cereuisia, plus caeteris abhorrent compertum est denuo summam illam 900. florenorum expensis Collegij esse imparem, Proinde ne tam tenuiter et frugaliter tractarentur infirmi procuratore et admonitore Hondio iussi sunt dari quotannis in sustentationem Collegij Mille Florenj anno 1557" (Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 10. *Riess* haud recte scribit ducem eo anno reditum annuum 1557 florenorum collegio illi dedisse; l. c. p. 232[1]). Hortum autem initio anni 1558 collegio a duce emptum esse ex Schweickeri litteris 23. Aprilis 1558 Canisio missis constat.

256.

CANISIUS

(vel eius mandatu P. **Nicolaus Goudanus**)

SOCIIS VINDOBONENSIBUS.

Vormatia 1. Septembris 1557 [1].

Ex „Collectaneis", supra p. 54 memoratis, quorum auctor huic fragmento vel summario sic praefatur: „Ex literis Wormatiae scriptis Kal. Septembris." Cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 141ª.

— — Jn collegio Viennensi 40 ali possunt et decem [2] Romae. — —

257.

IOANNES GROPPER,

praepositus bonnensis,

CANISIO.

Colonia Agrippina 2. Septembris 1557.

Ex autographo (2°; pp. 3; in p. 4. inscr., alia manu facta, et reliquiae sig.). Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 48. 49.

Epistula usi sunt *Riess* l. c. p. 211, *Drews* l. c. p. 151, *Gothein* l. c. p. 676—677.

Non socordia neque aliis rationibus humanis, sed conscientiae imperio se impediri, quominus Vormatiae collocutoris munus gerat. Protestantes vehementer accusat. Canisio amicitiam suam declarat. Se pro patria et ecclesia omnia subire paratum esse.

†

S. P.

Ne tu nunc primum tam male de me sentis vir ornatissime religiosissimeque, vt eam de me suspitionem in animum admiseris, quasi humanas quasdam rationes et impedimenta impresentiarum mihi ob oculos versari patiar, quibus deterritus obstinate recusem meum (quum maxime sit opus) tueri locum, cui ad indictum presens de

[1] De Canisii profectione vormatiensi vide infra p. 125.

[2] Decem Societatis iuvenes germani, qui studiis in collegio romano absolutis in Germaniam redeant.

Religione Colloquium sim destinatus[1]. Non ita habet optime D. Canisi mihi crede, Nam propter Jesu Christi et sponse illius vnice, omnium nostrum matris Ecclesie amorem, propter fidei et Religionis Catholice defensionem, non recusaui hactenus (quod te imprimis nosse puto) queuis summa atque adeo vite presentis discrimina, in qua etiam voluntate, me deinceps diuina eius benignitate conseruandum spero, vt posthac nunquam quamcunque sim recusaturus prouintiam, in qua modo[a] me eius causse non obfuturum sed profuturum, constituere mecum quocunque modo possim. Nec quemcunque, nedum amantissimum mei Canisium, mihi tam iniquum existimo, vt ex anteactis iudicare velit, maiorem me hominum quam Dei, dum eius nomen, doctrina, fides et Religio publice confitenda esset, rationem vnquam habuisse, Non igitur aduersariorum inuincibilis peruersitas ac peruicacia, non fastuosissimum supercilium, non quam sibi superbissime arrogant inflans scientia[2], non argutandi longa ac continua exercitatione parta[b] peritia, non carnalis eloquentia assiduo studio conquisita, non etiam de aliorum conatibus diffidentia, non hominum potentia et fraudes, non principum vel optimatum aut inconstantia aut gratia, et si que sunt alia horum similia (que vere pietatis studiosi in rebus maximis aggrediendis forti animo contemnere semper solent ac debent) ab hoc munere: quod tu vt obeam velut adiuratione quadam quam maxime seria deposcis: suscipiendo: vt tu quidem putas: deterrent: Sed alias habeo caussas longe grauissimas, humanis rationibus longe superiores, et ad conscientiam vsque meam (quod in literis excusatorijs ad Maiestatem regiam datis prolixe [?][c] sum contestatus) pertingentes, que velut adamantina quadam necessitate, me sic obstrictum tenent ne istuc ad hoc nouum[d], post alios ad minimum quinque superioribus temporibus frustra[e] habitos congressus, aut colloquium aut Disputationem (nomen enim quo appelletur nihil moror) accedere liceat vt audacter dicere, t[ua] tamen cum bona venia ausim, Tu si hic esses [haud][f] aliter sentires, Hasce caussas partim, primum pijssimis et doctissimis Theologis Louaniensibus dum hac ad colloquium proficiscerentur[3], Deinde viro clarissimo Regie Maiestatis Consiliario

---

[a] *Vocabulum supra versum scriptum.*
[b] *A Groppero ipso correctum ex:* peritia. [c] *Vocabulum obscure scriptum.*
[d] *A Groppero correctum ex:* hanc nouam.
[e] *Supra versum scriptum.* [f] *Hoc vel:* non *supplendum esse res ipsa ostendit.*

---

[1] Canisius Vormatia 2. Septembris 1557 de Groppero in comitiis ratisbonensibus ab ordinibus catholicis inter collocutores allecto ad Lainium scripsit: „Cum audiremus, D. Gropperum adduci non posse, ut colloquutor huc accederet, nostris ad illum sumptibus misimus tabellarium omnia tentantes in Christo, ut magnum nobis Ecclesiae propugnatorem adjungeremus.“ [2] 1 Cor. 8, 1.
[3] Colloquio vormatiensi hi intererant theologi lovanienses: Iodocus Tiletanus (Ravesteyn), Martinus Balduinus Rithovius, Franciscus Sonnius (Van den Velde); de quibus cf. *Canisii* Epistulas I, 39. 49[2].

D. Zasio [1], qui me eadem hac de caussa hic conuenit exposui, putoque vtrisque me abunde satisfecisse, vt et me tibi, viro tam religioso ac candido, satisfacturum facile [a] nihil ambigam, modo vel ad horulam tecum colloqui daretur, tametsi quoque Louanienses Theologi hac in re mihi [?] Vormatiae [?] [b] operam apud te prestare queant, literis cum tuto excusationes mee [c] committi non possint. Quamobrem vir Reuerende per veterem nostram et nunquam vt spero intermorituram amicitiam te vehementer rogo atque obtestor, vt si quam recens de mea, qua in Christi et Ecclesie rebus occuper, socordia, suspitionem animo concepisti, eam vt penitus deponas, confidasque non alium posthac hisce in rebus Groperum futurum quam antehac fuit hoc est per Dei gratiam impauidum, illiusque Apostolici dicti semper memorem ac tenacem: Timorem autem eorum ne timueritis etc. [2], Vtque pro comperto habeas, quemadmodum te tua conscientia permouit me vt ad presens Colloquium inuitares, ita vicissim meam [d] mihi non permittere, illi vt me immisceam, interim autem vtrique nostrum sua cuique conscientia Deo comprobanda fuerit [e], Alioquin non patrie, non Ecclesie, summo etiam cum corporis et vite mee discrimine me [f] defuturum vnquam confidite, Vos istic pro vestro zelo pergite. Nos hic Deum optimum maximum sedulo orabimus vt vestras pijssimas cogitationes, conatus ac studia ad sui nominis gloriam, fideique et religionis Catholice defensionem et profectum ita p[romo]ueat atque prouehat, vt vestra opera si non corrigantur (quod impossibile videtur) saltem confundantur aduersarij, intercludaturque eis [g] copia latius in gregem dominicum grassandi et Religionem priscam ex Germania penitus exigendi, id quod sane [h] neruis omnibus contendunt. Deus optimus maximus, cuius caussam agis, te nobis diu seruet incolumem. Optime vale vir Reuerende.

Datum Colonie altera septembris Anno 1557.

Addictiss. tibi Jo. Groperus .d.
Prepositus Bonnensis.

Reuerendo Domino Petro Canisio Sacrae Theologiae Professori etc. Domino et amico colendo.

---

[a] *Supra versum scriptum.*
[b] *Hoc vocabulum et antecedens obscurius scripta sunt.*
[c] *Vocabulum hoc et antecedens supra versum scripta sunt.*
[d] me meam *autogr.* [e] *Supra versum.* [f] *Supra versum.*
[g] *A Groppero correctum ex:* eius. [h] *Supra versum.*

---

[1] Doctori Ioanni Udalrico Zasio; de quo supra p. 19[8].
[2] 1 Petr. 3, 14.

258.

CANISIUS IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Vormatia 2. et 5. Septembris 1557.

Ex apographo, quod sub a. 1860 P. *Ioseph Boero* S. J. ex archetypo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 27—387 posito, partim ipse transcripsit, partim transscribendum curavit, quodque postea cum eodem archetypo collatum est. Eam epistulae partem, quae 2. Septembris data est, P. Nicolaus Goudanus scripsit, Canisius subscripsit; alteram, quae 5. Septembris data est, Canisius ipse scripsit.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 127—129 et Historia S. J. II, l. 1, n. 100, et *Boero*, Can. p. 162—165.

Se cum Sociis, salutato cardinali augustano, Vormatiam advectum, ad Ioannem a Via devertisse et in ecclesia cathedrali contionatum esse. De vormatiensibus catholicorum et protestantium contionibus, colloquii praeside, tribus theologis lovaniensibus sibi coniunctissimis. Quid Philippus II., quid ipse de colloquio sentiant. Protestantes prorsus nolle catholicis conciliari; illos vigiles, hos socordes esse. Gropperum a se rogatum esse, ut Vormatiam veniret. Preces petit. Cardinalem Ottonem, ut P. Natalis sibi mittatur, petere. A Natali catholicos etiam collocutores, qui timidi parumque periti sint, adiutum iri.

Pax Christi nobiscum. Reuerende in Christo Pater

Paruimus Regiae Maiestati, cuius litteras Ingolstadii accepimus atque mandata, ut ad praescriptum colloquii diem praesto essemus Wormatiae. Igitur septem diebus hoc iter confecimus [1], salutato interim Reuerendissimo Cardinale Augustano [2], qui summa humanitate, ut solet,[a] [cum] optime valeret nos est prosequutus, adiuncto etiam curru recedentibus, per quam occasionem nos illi equos nostros reliquimus, ne si huc illi pervenissent, sumptus quotidianos augerent, et immodicam nobis de vendendo curam adferrent. Benedictus Deus, qui P. Gaudanum, Leonardum [3] et me utcunque sanos conservat et eam hospitii commoditatem tribuit, ut libere quidem ex nostra sententia victum parare et soli esse possimus. Versamur autem in aedibus Doctoris Theologi et in cathedrali Ecclesia primarii concionatoris, quem ante annos aliquot discipulum Ingolstadii habebamus [4]. Vix,

[a] *In archetypo sequitur vocabulum atramento plane opertum.*

[1] Die 16. Augusti Ingolstadio discessisse videntur; cf. supra p. 120.

[2] Cardinalem Ottonem Elvangae invisisse videntur; cf. supra p. 116. 120.

[3] Fr. Leonardus (Villarius?) culinam et alias res domesticas curabat; cf. supra p. 97. 86[2]. 117 et infra p. 127.

[4] Ioannes a Via (zum Weg?) coloniensis, Ingolstadii 10. Februarii 1553 de Erasmi Wolfii mortui laude dixit et ibidem a. 1555 doctor theologiae creatus est. A. 1556 Vormatiae in ecclesia cathedrali contionandi officium suscepit, atque in colloquio hoc etiam notarii munere functus est. Postea praepositus mosburgensis, decanus landis-

opinor, fieri potuisse, ut humaniorem nobisque commodiorem hospitem alibi experiremur. Et accedit benevolentia Canonicorum, qui his diebus sacellum in hoc quidem eorum templo pulcherrimum, nobis ad quotidianum sacrificandi usum instruxerunt atque permiserunt, et fecerunt praeterea, ut ad primam Dominicam, postquam huc venissemus [1], ad concionandum prodiremus in magna et insolita certe hominum turba, qui hoc primo etiam conatu, etsi catholici plerique non essent, tamen, ut audimus, delectati fuerunt. Visum est enim opportunum fore, ut catholici theologi, qui ad Colloquium accesserunt, concionandi hoc munus ordine quodam inter se partirentur, ne hac etiam in parte vincantur cura et sedulitate adversariorum, qui subinde novos ac nouos maleque feriatos homines hic populo concionantes obtrudunt. De colloquio, quod inchoatum hucusque non est, parum habeo dicere. Adsunt fere utriusque partis theologi [2]. Adsunt auditores et assessores, praeter paucos, qui propediem expectantur. Regis nomine Colloquii praeses futurus erat Spirensis Episcopus [3]; huic nunc aegroto substitutum habemus Episcopum Naumburgensem D. Julium Pflug, qui primus erat sex colloquutorum, idemque nos amanter admodum complectitur; Incertum, quis in locum illius colloquutor succedat. Nos operam damus, ut et illius et D. Gropperi locum vacantem suppleant duo theologi Lovanienses, idque spero impetrari posse. Misit autem Angliae Rex [4] e Lovanio theologos Doctores tres, D. Tiletanum, D. Sonnium et D. Martinum, quorum priores duo Tridentinae synodo interfuerunt. Misit, inquam, rogatus a Rege nostro Romanorum, institutum alioquin hoc colloquium minime probans. Horum igitur theologorum adventus praecipuam nobis consolationem adfert; cum his operas nostras conjungere cepimus, adiunctis etiam aliis quibusdam, ut numero quidem vincamus caeteros et fortassis etiam autoritate. Quare non video, quid periculi ex hoc colloquio quidve detrimenti accidere possit religioni et causae Catholicorum, si Deus

---

hutanus, canonicus ecclesiae Beatae Mariae Virginis monacensis, Alberti V. Bavariae ducis cappellanus et contionator fuit; denique ab Ernesto, Alberti filio, Hildeshemium evocatus est, ut ibidem capituli „in monte Mauritii" decanus atque episcopi consiliarius et officialis esset. Decessit sub a. 1582, cum et complures libros ipse ecclesiae catholicae propugnandae causa conscripsisset, et insignia quaedam Hosii et Surii opera ex latino in germanicum sermonem vertisset (*Mederer* l. c. I, 240—241. *Hurter*, Nomenclator I, 68. *Fr. Falk* in „Zeitschrift für katholische Theologie", 2. Jahrg. [Innsbruck 1878], p. 802—803. *H. Streber* in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon VI, 1780—1781).

[1] De hac Canisii contione 29. Augusti 1557 habita vide infra, monum. 133.

[2] Hos recensent *Bucholtz* l. c. VII, 369, et *Riess* l. c. p. 211. Nomina auditorum, assessorum, collocutorum, adiunctorum, notariorum posuit *Häberlin* l. c. III, 271—274. Equidem collocutores eorumque „adiunctos" ponam infra, monum. 132.

[3] Rudolfus de Frankenstein.

[4] Philippus, Caroli V. imperatoris filius et maritus Mariae, reginae Angliae; qui etiam Neerlandiam obtinebat.

quidem per orationes vestras nobis propitius esse pergat. Sunt interim potentes nobis hic adversarii, Melanthon, Brentzius, Schneppius, Pistorius, Sarcerius [1] et hujus farinae doctissimi quique, nec parum illi quidem et artibus et fraudibus ad fallendum et mentiendum instructi. Habent frequentia conventicula, ut audimus, et armantur suorum principum edictis, novisque legibus, ut obstinate nobis reclament, adstringuntur. Stat illis fixa modo sententia, nullam de fidei doctrina conciliationem ferre velle; confessionem Augustanam et adjunctam Apologiam mordicus tueri decreverunt; sed ne suis quidem fidunt colloquutoribus, ut hinc leges illis anxie praescripserint, nec velint eos quicquam agere pro suo arbitratu [2]. Utuntur, ut solent, subdolis consiliis, multo semper quam catholici vigilantiores et ad doctrinam suam propagandam vehementer intenti. Quantum vero sit in nostris socordiae, pudet ac piget meminisse, quando tot modis et malis extimulati ex hoc alto lethalique somno miserandae inertiae, ne quid gravius dicam, non erigimur neque provocamur ad excubandum. Dominus Jesus, qui princeps est pastorum [3], det nobis tandem pastores secundum cor suum [4], qui super turbam hic periclitantem misereri [5] velint et possint. Nos in eo versamur, ut quae ad principium Colloquii hujus recte instituendum spectant, meditemur atque conscribamus. Utuntur autem libenter opera mea theologi Lovanienses, quos arbitror in hoc toto colloquio nihil esse facturos nisi nobis consciis atque consultis; vicissim et nos cum illis nostra libenter conferimus, mihique hanc operam delegare coeperunt, ut communi nomine scribam, quae concludimus. Vestris orationibus fieri credo, ut P. Goudanus, de quo medici Ingolstadienses pene desperaverant, nunc sibi et nobis redditus in Christo videatur, quamquam in itinere, postquam Patavio discessit, gravissime laboravit. Adest nobis Leonardus, quem forte mittemus Coloniam aliquando, ubi P. Leonardus [6] illum in studiis versari desideravit. Nunc ad curandam culinam nobis est necessarius. Expecto autem scriptorem ex Collegio Coloniensi, quod illo non parum egeamus. Cum audiremus, D. Gropperum adduci non posse, ut colloquutor huc accederet, nostris ad illum sumpti-

---

[1] Ioannes Brenz, praepositus stugartiensis; Erardus Schnepf, universitatis ienensis professor; Ioannes Pistorius, superintendens nidanus (Nidda, nunc magni ducatus Hassiae oppidum); Erasmus Sarcerius, superintendens mansfeldiensis.

[2] Confessionem augustanam eiusque apologiam tenere protestantium contionatores iterum iussi sunt in comitiis, quae complures ex protestantibus imperii ordinibus Francofurti ad Moenum mense Iunio a. 1557, ut ad colloquium se pararent, habuerunt. De his comitiis ac de „instructione", quam Ioannes Fridericus Saxoniae dux theologis suis dedit, scripserunt: *Janssen* l. c. IV, 22—24; *Christ. Aug. Salig*, Vollständige Historie der Augspurgischen Confession und derselben zugethanen Kirchen III (Halle 1735), 270—273. 294—295; *Heinr. Heppe*, Geschichte des deutschen Protestantismus in den Jahren 1555—1581 I (Marburg 1852), 142—163.

[3] 1 Pet. 5, 4. [4] 2 Reg. 7, 21. [5] Marc. 8, 2.

[6] P. Leonardus Kessel, collegii coloniensis rector.

bus misimus tabellarium omnia tentantes in Christo, ut magnum nobis Ecclesiae propugnatorem adjungeremus. Paulo post redibit tabellarius [1]. Deus in suam gloriam vertat nostros conatus et per orationes vestras Colloquium hoc prosperet, praesertim cum magni et sapientes viri de illo male ominentur, et pauci admodum confirment spem, quae nobis Dei gratia perseverat. Non admonebo importune, ut hoc tam grave quam commune Germaniae negotium pietati vestrae sit curae. Credo et spero, vos sponte facturos, quod tanti periculi magnitudo deposcit. Miror, tam diu nobis expectari sarcinam librariam. Scripsit ad nos P. Victoria, litteras, quibus abunde testatur se magno cum fructu Germaniae nostrae redditum esse, ut suis etiam literis in urbem datis explicat [2]. Salutari meo et Goudani nomine cupio vehementer Reuerendum P. Natalem, P. Polancum, ceterosque omnes patres et fratres in Christo. Certe vix semel atque iterum vestras literas accepi post reditum meum in Germaniam, eoque magis aveo scire de statu vestro ac de futura praepositi electione. Nonnulli fore putant, ut Colloquii hujus statim post principia finis subsequatur; tantam metuunt improbitatem et duritiem invincibilem adversariorum: quod si fieret ea conventus hujus dissolutio, non abs re fore putarim Coloniam excurrere. Iter enim est dierum 4. Sed pro sua bonitate dispensabit haec omnia Dominus Jesus in secula benedictus. Amen [3].

Wormatiae 2° Septembris anno 1557.

Servus in Christo. Petrus Canisius.

Cum superiora scripsisset P. Goudanus, qui valde utilem hic operam navat Ecclesiae, perlatae sunt ad me literae Cardinalis, quas adiunxi [4]. De adventu P. Natalis, quem summopere urget, hoc unum habeo dicere, videri mihi magnum sacrifitium, Deoque et Sanctis Germaniae vehementer acceptum fore, si quam primum huc ille mittatur non solum ob Cardinalem, qui nouum Augustae collegium polliceri videtur, et illius opera indiget multis modis ad res grauissimas, verum etiam et potissimum quidem ob hujus colloquii promotionem salutarem. Timidi sunt Catholici nostri, et hostem nondum visum metuunt, tum in agendo neque periti neque exercitati sunt, ut hinc crebro ad nos recurrant, Louanienses praecipue, quos consolari et animare pergimus pro hac nostra imbecillitate. Quanto rectius autem et nobis et illis et Catholicis omnibus consuleretis, si P. Natalem a Cardinale huc missum (quod facile citoque fiet) ad consilia et scripta

---

[1] Vide supra p. 122—124.

[2] Victoria Canisii loco provinciam Germaniae superioris regere iussus erat; cf. supra p. 107[2].

[3] Rom. 1, 25. 2 Cor. 11, 31.

[4] Otto cardinalis augustanus litteras illas ipsi Lainio inscripsisse videtur, per Canisium ad eum mittendas; cf. supra p. 116.

omnia praesentem haberemus. Nam praeter eruditionem hic vel maxime opus est in agendo prudentia atque dexteritate, ut practicas aduersariorum et dolos arte declinare et submouere possimus, plusque nobis impendet periculi ab insidiis et fraudibus, quam ab aperta oppugnatione istorum versipellium. Quare dubium apud me nullum est, magnum hic momentum habitura, quae suggereret ac moneret coram ille Pater, ut proinde non possim non rogare P. T., ut in hac graui necessitate et publica utilitate non desit Germaniae nostrae, si ullo pacto ad Dei gloriam hoc impetrari nobisque concedi potest ad tempus [1]. Quo maturius autem id continget, eo maiorem usum et fructum adferet Colloquio, cujus initium hebdomada sequenti, ut putamus, serio instituetur. Dominus Jesus Germaniae et Ecclesiae suae misereatur. 5° Septembris.

Idem Canisius filius in Christo.

R. P. Jacobo Laynez Vicario Generali Soc. Jesu.

259.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Vormatia 10. Septembris 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 28—392 posito, collatum est.

Epistula usi sunt: *Sacchinus,* Can. p. 130 et Hist. S. J. II, l. 1, n. 100—102; *Boero,* Can. p. 164; *Konstant. Germanus,* Reformatorenbilder (Freiburg i. Br. 1883) p. 138. 304; *Janssen* l. c. IV, 28.

De colloquii initio etc. Staphylum laudat. Protestantes inter se altercari. Dictum Melanchthonis profert. De catholicorum concordia, et de commodis ex colloquio orituris. De contionibus suis. Colloquium silentio tegi debere.

† Pax Christi nobiscum suauissima — Reuerende Pater

Cras, Deo duce, primus hic erit conuentus theologorum [2]. Pro D. Groppero, qui venire prorsus recusauit, in ordinem sex collocutorum transiit D. Tiletanus Professor Lovaniensis, eritque tertius: ego quartus aut quintus. Nam postremus datus est locus amicissimo domino Staphylo, qui nostra commendatione Regi charus et Ecclesiae utilis factus est; vir peritus in hoc certamine, quod Christus sua

---

[1] Natalis „re Societatis publica, cum instaret generalis conuentus, Romae eius praesentiam postulante, concedi non potuit“: *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 1, n. 100.

[2] Constat hunc 11. Septembris factum esse (*Bucholtz* l. c. VII, 369. *Häberlin* l. c. III, 283. *Riess* l. c. p. 213. *Heppe* l. c. I, 173. *Janssen* l. c. IV, 24. *K. A. Menzel,* Neuere Geschichte der Deutschen seit der Reformation II [Breslau 1854], 317).

bonitate fortunet. His diebus cum utraque pars ad colloquium se instruit, aduersarii convenire inter se non potuerunt; et haerent magnarum dissensionum inter ipsos semina, quae vix submoueri posse existimantur [1], ut impatientia fractus etiam Philippus Melanchthon dixerit: In me unum omnes incurritis. Plus enim iniuriarum et concertationum illi concitant domestici, quos huc usque discipulos habuit, quam a nostris accipiat. Quare non parum praesidii nobis accedit, quum ita inter se tumultuantur isti gigantes, qui Babylonem aedificare, ut spero, breui apertius, quam antea unquam intelligentur [2]. Sed in vestris precibus et sacrificiis, quae pro nobis Domino offerre pergetis, ego magnam huius, quam exopto, victoriae partem pono. Consolatur nos Dominus hic vehementer, ut audeam in eius quidem nomine praeclari aliquid mihi polliceri; quidquid alii metuant. iuuate tantum, ut facitis, imbecilles miserosque Germanos, qui nunc toti ex hoc colloquio pendere videntur [3]. Convenit satis inter collocutores catholicos, Deo gratia. Episcopus Merspergensis [4], qui primarius est, prudenter nobiscum rem omnem sic instituit, ut nulla ex parte metuendum esse periculum putem, quod uel S. Romanae Sedi, uel Catholicae religioni obveniat. Fructum autem eum sperare in domino possumus, ut etiamsi non frangatur haereticorum inuincibilis peruicacia, plerique tamen utiliter intelligant, quae sententiarum et opinionum monstra alantur ab istis pestibus, tum quam calumniose traducant sycophantae innocentissimos viros, qui Catholice docent, alieni prorsus ab impiis et odiosis sententiis, quas nunc isti nobis affingunt, et tribuunt passim in scriptis et concionibus seditiosissimis. Dominus Iesus respiciet tandem r e l i q u i a s I s r a e l i s [5], quas utinam maiore fide curarent pastores ac doctores integri.

Principes utriusque partis nulli adsunt, nisi per suos legatos. Iam bis concionatus sum, Dei gratia [6]. Videas auditores admodum dispares; et puto tamen hactenus hunc conatum non displicuisse; fructum Christus colligat in gloriam suam.

---

[1] Haec discordia maxime ex eo orta erat, quod Ioannes Fridericus Saxoniae dux auctore Mathia Flacio Illyrico iis, quos Vormatiam misit, interdixit, ne colloquio interessent neve ceteris protestantibus se iungerent, antequam hi Anabaptistas, Zwinglianos, Osiandristas, Maioristas, Interimistas etc. diserte condemnassent. Quod Melanchthon eiusque sequaces in concilio protestantium 5. Septembris 1557 in curia vormatiensi habito prorsus recusaverunt. „In drohender, wilder Erregung ging die Versammlung auseinander.“ Ita *Heppe* l. c. I, 158—169. De eadem re scripsit *Salig*, et ipse protestans, l. c. III, 294—302.

[2] Cf. Gen. 11, 1—9.

[3] „Die Versammlung war eine der glänzendsten und zalreichsten, welche man seit den ersten Tagen des Protestantismus gesehn hatte“: *Heppe* l. c. I, 173.

[4] Michaël Helding, episcopus merseburgensis.

[5] Mich. 2, 12. Soph. 3, 13 etc.

[6] Contionatus est 29. Augusti (v. supra p. 126[1]) atque, ut videtur, aut 5. Septembris, quae dies dominica erat, aut (id quod magis mihi probatur) 8. Septembris, quae dies festa est „nativitatis Beatae Mariae Virginis“.

Octavo huius mensis die nos inviserunt pater Erardus [*sic*] et P. Leonardus peregrinantes [1]. Coloniam, credo, nunc pervenerint, etsi aegrotum utrumque aut certe debiliusculum dimiserimus. Fortasse posthac non ita tutum erit scribere; cras fidem dabimus silentii stipulata manu [2]. Quare volui haec significare, ex quibus, ut spero, caetera colligi facile possunt. Multis ut putant diebus inter se tractabunt collocutores utriusque partis de materia et modo seu forma colloquii instituendi, prius quam ad rem ipsam viua voce scriptoque tractandam serio accedamus. Erunt autem una 24 theologi, quoties ambae partes conuenient, praeter sex Assessores et plures adhuc auditores a Principibus designatos. Orate pro nobis dominum diligenter. Die 11.[a] Septembris 1557.

Autographo nomen Canisii non est subscriptum; deest etiam inscriptio.

Ex harum litterarum partibus tum priore tum posteriore intellegitur eas pridie primae sessionis colloquii datas esse; quam die 11. Septembris habitam esse certum est. Erravit igitur Canisius, cum diem 11. Septembris litteris suis ascriberet, atque ita, ut videtur, *Sacchinum*, *Dorignium*, *Boerum* induxit, ut primam colloquii sessionem die 12. Septembris habitam esse affirmarent.

260.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Vormatia 17. Septembris 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 29—388 posito, collatum est.

Apographum, saeculo XVII. vel XVIII. scriptum, satis tamen lacunosum, exstat in cod. monac. „Lat. 1606“ f. 93[a].

---

[a] *Correxi ex:* 11; *vide, quae post hanc epistulam ipsam dicuntur.*

---

[1] P. Everardus Mercurianus ex collegio perusino (vide supra p. 113) praecipue quidem recreandae valetudinis causa in Belgium, simul tamen ad res eius provinciae componendas commissarii nomine missus erat; P. Leonardus Kessel Roma ex conventu generali Societatis Coloniam redibat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 87).

[2] Hoc iam in „recessu“ comitiorum ratisbonensium constitutum erat, ut, qui colloquio interfuturi essent, praesidi et assessoribus dextra data promitterent („Handgelübd an Eydstatt“) se, quae in colloquio agerentur, nemini indicaturos, antequam ad ordines imperii relata essent, atque ut collocutores adiunctique eodem modo promitterent se de fide et religione amice, pie, confidenter ea ratione, de qua inter ipsos conventurum esset, locuturos, Dei gloriam, veritatem christianam, caritatem, concordiam praecipue quaerentes (*Lünig* l. c. p. 15). Promissionis huius formula latina in prima sessione, 11. Septembris habita, proposita est; in secunda, quae 13. Septembris est habita, omnes eam probarunt et fidem dederunt. Exstat apud *Heppe* l. c. I, 178. Hinc intellegi potest, cur Canisius in litteris, quas deinceps Vormatia Romam misit, de colloquio nil scripserit.

Particulam germanice vertit *Riess* l. c. p. 273[2]. Epistula usus est *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 107.

De novis Sociis in Germaniam venturis. Quanta pecunia scholastico Societatis alendo sufficiat. De collegiis Monachii et Augustae condendis, cardinali augustano, scholastico quodam desertore. In colloquio multum sibi laborandum esse.

†

Pax Christi suauissima nobiscum Reuerende pater

Accepi tandem litteras 20. augusti mensis datas isthic, primas autem, quae mihi Wormatiae redderentur. Ago gratias diuinae bonitati, quae nos per charitatem uestram consolatur, cum fratres in Germaniam mittere nobis pollicetur. Cupio equidem de illorum aduentu resciscere, ut nouas etiam Christo gratias agamus, cum miserit operarios in hanc messem[1] horridam, desertam, ac tantum non desperatam.

Quod scire cupit R. T. de sumptibus, qui ad unum studiosum inter nostros alendum in annum sufficient, nihil dubitarim, quin Rectores 16. aut 17. coronatis contenti forent[2]. Cum autem, ut audimus, magna rerum omnium penuria Romae laboretur, fieri posse speramus, ut ad nos plerique habiles ad docendum et non inepti ad aedificandum mittantur.

De Monachensi Collegio, quia mihi facultatem conceditis, hoc institutum Principis promouendi, efficiam spero, duce gratia Christi, ut Bauaria secundum uideat Collegium et habeat ministros et magistros e IESV Societate. Nec opus erit Germanos omnes mittere: nos ex Collegiis nostris etiam adiungemus nonnullos, si ita opus fore uideatur.

Cardinalis[3], qui magno tenetur desiderio P. Natalis, ad me scribit frequenter, et cupit vehementer a nostris adiuuari, promittitque Collegium Augustae.

Jonae[4] miserandum statum nouimus: ex litteris autem p. Couillonij constat quam amanter illum admonuerimus, Misereatur dominus omnium retro spectantium[5] qui suae vocationis obliti nesciunt deinde miseri quid faciant[6], nisi quod sciant de malo in peius proficere[7], si tamen hoc non est deficere.

P. Goudanus[8] utcumque cum sua tussi ualet, et est adiutor noster in hisce studiis, quae multa et magna sunt, ut colloquii huius cursum promoveamus. Quotidie laborandum et colloquendum est. Nos fidem silentii cum aliis dedimus atque praestabimus. Adsit per orationes vestras dominus nobis et causae suae, pro qua et scribendo, et lo-

---

[1] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

[2] 16—17 Coronati 41 marcas vel 51 francos fere aequant; cf. supra p. 118[3].

[3] Otto Truchsess de Waldburg, episcopus augustanus.

[4] Adler. [5] Luc. 9, 62. [6] Luc. 23, 34.

[7] 2 Tim. 3, 13.

[8] Mirum, quantopere Goudani nomen corruptum sit a *Salig* (l. c. III, 293): „Nicol. Haridanus, Th. Doctor, anderswo heisset er Hodanus, Professor zu Wien, in den Actis aber stehet ein Nicol. Gandavus, SS. Theol. Doctor.“

quendo, et concionando, et consulendo certare pergemus, ipso quidem sua nos gratia fulciente atque confirmante [1].

Transierunt hac RR. PP. Erardus et Leonardus, sed satis debilitati morbo; nunc rectius habent fortasse Coloniae [2].

Dominus IESVS res nostrae et suae Societatis tueatur aduersus omnes vires et artes malas eorum, qui apertis hostibus et exteris sunt saepe nocentiores domi [3]. Simus, rogo, semper vobis in domino commendati, et adiuvate Germaniam. Wormatiae 17. Septembris 1557.

Seruus in domino Petrus Canisius.

Al Reuerendo in Christo padre mio M. Giacomo Laynez Vicario generale della Compagnia de JESV. padre colendiss. Jn Roma.

261.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

rectori collegii coloniensis.

Vormatia 23. Septembris 1557.

Ex autographo (2°; p. 1; in p. 4. inscr. et pars sig.). Cod. colon. „Epistt. ad Kessel. I.“ f. non sign.

Particulam (germanice versam) posuit *editor* in „Entstehung . . . der Katechismen“ etc. p. 115, maiorem partem *Hansen* l. c. p. 291[5]; qui epistulam hanc 27. Septembris datam esse scribit.

Duos adulescentes tirolenses commendat. De Sociis quibusdam et de Materno Cholino, bibliopola coloniensi. De catechismis suis et de „Summae“ versione germanica. De colloquio, scriptore mittendo, tunicis pelliceis emendis.

†

Pax Christi domini nostri suauissima nobiscum Amen.

Rogarunt hi duo me adolescentes Reuerende Pater, vt nostrae societatis hominibus ipsos commendarem, se facturos omnia quae vellemus. Vterque Germanus est et probae indolis vt mihi videtur, quare cupio de illis bene mereri [4]. Gratissimum feceris, si ad aliquam partem spiritualium exercitiorum eos adhibueris: nihil illis pro-

---

[1] Vide infra, monum. 133—135. [2] Vide supra p. 131[1].

[3] Canisius tumultus a PP. Bobadilla et Gogordano motos significat; vide supra p. 84.

[4] P. *Ioannes Rethius* (Rheydt) S. J., regens gymnasii trium coronarum coloniensis, anno 1557 in „Ephemeridibus“ suis notavit: „16. Calend. Novemb. . . . Doctor Jaspar Gropperus Decanus templi Graduum D. Mariae promisit se daturum panem et Cerevisiam per annum integrum Joanni Preyero a Calteren Tyrolensi et Leonardo Molando a Termeyn Tyrolensi, id quod et fecit, hi nobis commendati fuerunt a Doctore Petro Canisio, et nos eos Decano commendavimus“ (Ex *apographo huius partis Ephemeridum, saeculo XVII. scripto. Cod. colon. „Reth.“ Ephem. f. 12[b]).

misi, sed facietis vt spero quod ipsorum saluti utilissimum erit, maxime vt tales qui Germaniam in sacris ordinibus adiuuare uolunt et possunt, per vos in domino adiuuentur.

Fratrem nostrum Leonardum isthuc sanum peruenisse confido [1]. Stephanus non parum debilis, etsi sanior quam apud uos, ipse sibi uideatur [2]. P. Erardum Leodiensem, si recte literas capio, in coelum praemisimus, oremus tamen pro defuncto [3].

Maternus apud nos est hoc tempore [4], fortassis illi addemus paruum Catechismum recognitum, ut isthic recudatur [5]. adfert multa exemplaria maioris Catechismi non solum Latine, sed et Germanice editi Viennae [6]. Quanquam fateor Germanicam illam translationem mihi non per omnia probari, quia sit obscurior, et nonnulla omittat quae sunt Latine edita. Proinde si liber esset isthic recudendus, aduigiletis precor vt quam commodissime exeat in lucem, ac a rudibus etiam intelligatur.

De Colloquio quod promittam nihil habeo: gnauiter [a] laboramus: iuuate uos Catholicorum conatus modis omnibus. Dominus IESVS gratiam nobis suam tribuat ad intelligendum et exequendum quae ipsius gloriam promouere possunt. Commendate nos Reuerendis P. Carthusianis, D. Praeposito Bonnensi [7] et amicis omnibus. Vuormatia 23 Septemb. 1557.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

Si non remittetis nobis Leonardum, qui curandae ualetudinis causa isthuc proficisci uoluit ac deinde curatus huc redire, opus erit certe ministro, ad hyemem praesertim. Nam Stephanus ne sibi quidem ad multa sufficit, vt mirer eum nobis, qui fortasse et uobis oneri erat, pro scriptore mitti [8]. Sed non detrectamus impensas et mo-

[a] *Vel:* grauiter.

[1] Cf. supra p. 127.

[2] Kessel Stephanum Carolum, Societatis scholasticum, Colonia Vormatiam mittere volebat; de quo v. supra p. 48 et infra p. 139. 159.

[3] P. Erardus Avantianus (Dawant?), qui Vindobonae rhetoricae professor et magister noviciorum fuerat, anno 1557 Romae obiit (*L. Delplace* S. J., L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas [Bruxelles 1886] p. 2*).

[4] Maternus Cholinus, ex tigurina quadam typographorum familia ortus, Coloniae in domo collaris aurei sub gallina pingui („Zum goldenen Halsbande, unter Fettenhennen") magnam instituit typographiam et tabernam librariam, ex qua libri Lindani, Surii, Onuphrii Panvinii, Cromeri, Hosii, Canisii etc. in lucem prodierunt.

[5] De Canisii catechismo illo, qui „parvus" dici solet et inter maiorem sive „Summam doctrinae christianae" (a. 1555 primum editam) et „minimum" (a. 1556 primum vulgatum) medius est, vide *editoris* „Entstehung" etc. p. 114—116, et infra, monum. 202—207.

[6] „Frag vnd antwurt Christlicher Leer" etc. (Viennae 1556). Quam „Summae" versionem Bonaventura Thomas, contionator Catharinae, Poloniae reginae, fecisse videtur; vide *Can.* Epp. I, 640[4]. [7] Ioanni Groppero.

[8] Obiit 15. Octobris 1557 (*Reiffenberg* l. c. p. 59).

lestias, quia charitas omnia sustinet[1]: licet ad haec negotia nostra quae pro Religione curantur, satius erat, sanos non aegrotos accipere. Si pro Leonardo autem alium mittetis, eum cordatum et prudentem esse oportet, quem tuto domi relinquere et habere possimus sine dispendio suae ipsius conscientiae. Hoc satis intelligit charitas tua, cui nos in domino commendamus. Literas ad uos mittet Maternus, cui etiam negotium dedimus emendi isthic tunicas pelliceas, quae superiorem corporis partem usque ad tibias tegant. Qua in re uos illi adiumento sitis rogo. Idem Canisius.

Reuerendo Domino Leonardo Kessel de societate IESV, patri suo. Coloniae apud S. Maximinum in Bursa Coronarum.

262.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Vormatia 29. Septembris 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 30—386 posito, collatum est.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 88 et 92^{a}, et simile apographum particulae huius epistulae ibidem f. 159^{a}.

Particulas huius epistulae duas posuit *Sacchinus*, Can. p. 366; qui epistula eadem etiam usus esse videtur in Hist. S. J. II, l. 1, n. 107. Altera particula germanice versa est a *Riess* l. c. p. 225; qui etiam alias epistula hac usus est; cf. l. c. p. 232. Particulam posuit (germanice) etiam *Janssen* l. c. IV, 28.

De iubilaeo. De cardinalis augustani humanitate. Veniam petit, quod huic P. Natalis impetrandi spem fecerit. Modeste et caute agendum, patrios mores observandos esse. De universitate vindobonensi; de collegiis Vindobonae, Ingolstadii, Pragae conditis, ac Treveris, in dioecesi argentoratensi, Monachii condendis. De P. Victoria „viceprovinciali" et aliis Sociis. Exsultat de Sociis in Germaniam mittendis; his magna patientia et animarum salvandarum siti opus fore. Gaudet protestantium dissensiones in colloquio patefactas esse. Preces petit. De catechismo suo, litteris indicis, Sociis quibusdam. Germanos de multis rebus piis male sapere.

† Pax Christi semper nobiscum. Reuerende in domino pater

Reverendissimus Cardinalis Augustanus, quo est amore in nos singulari, suum hodie seruum huc misit una cum sarcina nostra tamdiu desiderata[2]. Sed et litteras R. P. T. adiunxit, easque non solum ad me, sed etiam ad P. Victoriam scriptas quarto Septembris huius. Communicauit etiam nobis Iubilaeum, simul spem ingentem ostendens futurae inter Monarchos concordiae, quam pii omnes tamdiu desiderant exoptantque[3].

---

[1] 1 Cor. 13, 7.

[2] Sarcinam librorum dicit Romae emptorum; vide supra p. 116. 118.

[3] Paulus IV. per id tempus paci universali conciliandae diligenter incumbebat,

Primum autem fateor, a me peccatum esse, ac veniam precor, quod huic optimo et nobis amicissimo Cardinali, cum P. Natalis aduentum expeteret, non restiterim, ac spem etiam aliquam fecerim, posse eum a vobis fortasse impetrari. Qua in re fallere me potuit amor quidam Germaniae, ut cui per P. Natalis praesentiam rectius quam per alios quosdam consultum iri sperabam et optabam. Deinde largiri aliquid ausus sum piis et ardentibus votis Cardinalis, qui cum tot modis urgeret ac me sibi intercessorem apud vos faceret, ut aliquis tandem ad ipsum mitteretur, hanc artem adhibui, ut me scripturum eo nomine pollicerer, fieri posse fortasse in tantis Romae motibus, ut ad tempus P. Natalis abesset, multisque Germaniae incommodis coram remedia quaedam aperiret. Vobis enim facilius fore putabam, excusare Patris adventum per litteras, quam mihi rationibus id persuadere, quod bono Patrono esset contrarium. Sed excusare nolim hoc factum; ueniam iterum precor, quod contra legem semel traditam huiusmodi contulerim cum Cardinale, prius quam ad R. T. aliquid retulissem [1]. Dignus sum poena, quamcumque iniunxeris; et gaudebo praestare, qui toties errans et peccans impune fero, nihilque punior in tot tantisque delictis.

De P. Victoria vix semel hic audio [2]; sed Christo gratia, qui Germaniae illum reddidit; est eritque opera illius ad haec gubernanda Collegia perutilis nobis, nec puto illum ad docendum publice tantum valiturum, quantum ad haec Collegiorum negotia procuranda: eoque non facile adhortabor, ut docendi subeat munus, cui aegre faceret satis hoc quidem tempore et loco. Scripsi ad illum, ne praecipitanter agat in quibusdam subito mutandis et innovandis: posse aliquando consuli P. Lanoyum de rebus Viennensis Collegii; non placere mihi, quae scribebat de supellectile statim minuenda [3], de structura quadam in templo, de picturis quibusdam etc.; leviora isthaec mature et pau-

---

legatis et litteris ad principes missis, atque etiam indulgentiam plenariam in forma iubilaei, uti dicunt, obtulit iis, qui per sacrum Adventus tempus pacis impetrandae gratia certa pietatis exercitia suscepissent (*Od. Raynaldus*, Annales ecclesiastici, T. XXI in a. 1557, n. 20—27).

[1] *Polancus* S. Ignatii iussu Roma 20. Decembris 1555 omnibus Societatis praesidibus scripserat: „Ordena nuestro Padre que de nuevo se escriba que ninguno de la Compañía mueva á Príncipe ni Señor ninguno, eclesiástico ni seglar, ni amigo, de cualquier condicion que sea, de fuera de la Compañía, á escribir á Roma á Nuestro Padre pidiendo alguna persona de la Compañía para una obra pía ó otra; porque no sabiendo lo que se puede acá hacer, ponen al Padre en peligro de ofender á unas y á otras, no cumpliendo con ellas“ (Cartas de *San Ignacio* VI, 85—86). Atque in constitutionibus Societatis: „Se vey“, inquit *Ignatius*, „ser prohibido que alguno mueva á algun Príncipe, ó Comunidad, ó persona de respecto, para que escriba al Superior pidiendo alguno de la Compañía, ó de palabra se lo ruegue, sin que primero lo haya comunicado con el Superior, y entendido ser esta su voluntad“: P. 7, c. 2, decl. K (Constitutiones latinae et hispanicae p. 216—219).

[2] Hic Germaniae superioris „viceprovincialem“ tunc agebat; cf. supra p. 107[2].

[3] In collegio vindobonensi.

latim confici posse, nec nouis oneribus nostros facile gravari oportere. Ita probo etiam non expedire statim, sicut R. T. prudenter notauit, ut tertiam nunc cathedram occupemus [1], aut contra patriae morem mane concionentur nostri Viennae, aut a prandio legant [2]. De quibus et ipse illum admonebo, et rerum magister usus cautiorem reddet, ut norit non omnia omnibus congruere, et quaedam prudenter et utiliter ad tempus dissimulari.

Si Rex non impediat, cupio P. Victoriam Ingolstadium accedere, ut ubi Collegia viderit omnia, rectius iudicare et ijs prouidere possit. Per hyemem autem Viennae morabitur gratificaturus Hispanis et Reginae [3] circa Natalem Domini.

Venio ad P. Lanoyum, qui si non remittetur Viennam, certe Pragae utilissimus esse in domino videretur [4]. Facit quod potest P. Usmarus [*sic*] [5], sed qui pares non adfert humeros oneri, quod Pragae subeundum est. Quare maiorem in modum rogo, ut saltem usque ad conuentum Patrum, qui ante sex menses forte non erit, ille Pragam mittatur, ac in transitu suos quoque filios Viennae consoletur adiuvetque.

Benedictus dominus, qui misericordiam suam fecit nobiscum [6], dum exoptatos fratres et operarios nouos mittitis, Gerardum quidem et Tarquinium [7] et Rogerium [8] Ingolstadium, Viennam uero Doc. Paulum [9], Guillelmum [10], M. Franciscum Bordon [11] et Davidem Eckium [12].

---

[1] E tribus „cathedris" ordinariis, quas in universitate vindobonensi facultas theologica habebat, duas iam Socii tenebant: novi Testamenti et theologiae scholasticae; cf. *Can.* Epp. I, 729—730.

[2] Ex epistula Canisii 18. Novembris 1557 ad Victoriam data intellegitur „lectionem" illam vel interpretationem sacrae Scripturae hic significari, quae vernaculo sermone in templo ad populum fieret. De qua *Constitutiones* Societatis P. 4, c. 8, n. 3 et decl. A, et *Congregationis primae* decr. 110 (Institutum Societatis II, 69. 70. 182). [3] Mariae, Maximiliani II., Bohemiae regis, uxori.

[4] P. Nicolaus Lanoius Romam ad congregationem Societatis generalem venerat.

[5] Ursmarus Goissonius, rector collegii pragensis.

[6] Tob. 12, 6. [7] De his duobus vide supra p. 100². 96¹.

[8] Rogerium Scotum (de Scotter) flandrum significare videtur; de quo in *Can.* Epp. I, 334³. 400² etc., et apud *Hansen* l. c. p. 194². Qui nescio num idem sit ac „Rugerius" vere a. 1556 Pragam missus (Cartas de *San Ignacio* VI, 453. 464).

[9] Hoffaeum; v. supra p. 96².

[10] Hic omnino videtur esse Guilielmus Limburgius (Limborgius, Brochens? Brochaeus?), de quo in *Can.* Epp. I, 619⁷ et apud *Hansen* l. c. p. 169. 450. 562. Is a. 1551 Colonia Romam missus, a. 1552 in Societatis collegio bononiensi „praeceptorem" (*Polancus,* Chronicon II, 279. *Litterae quadrimestres* I, 676—680) et sub a. 1561 Ingolstadii philosophiae professorem agebat (* Cod. eystett. „Hist. coll. Ing." p. 10. *Mederer* l. c. IV, 326).

[11] Franciscus Bordon, hispanus, cum a. 1553—1554 Mutinae et Ferrariae degisset, a. 1554 in collegio bononiensi scholarum praefectus et latinarum graecarumque litterarum ac rhetorices magister erat (*Litterae quadrimestres* II, 183. 189. 278: III, 112—113). [12] De hoc vide *Can.* Epp. I, 517¹.

Respiciat Dominus hanc nouam oblationem[1] vestram, et[a] iuxta desiderium nostrum impleat omnes eo zelo et spiritu, quem Germaniae nostrae morbi requirunt in ministris Ecclesiae. Maius ego in his tenebris et miseriis gaudium non expecto, quam cum mitti video a domino messis[4] eos, qui se et sanguinem suum offerunt Deo, et Sanctis eius pro tot in Germania pereuntibus. Fructum adferre nullum hic posse videmur, nisi in patientia[2], in spe contra spem[3] laborantes, ac omnia negligentes, modo vel paucis in tanta pereuntium turba subuenire possimus. Vere hic opus magna siti ad lucrifaciendas Christo animas, nec minore patientia in sufferendis et confortandis his, qui iam audire coeperunt et quaerunt veritatem. Dominus IESVS in dies alios atque alios similes operarios in suam hanc messem extrudat[4].

Quid cum Jona egerim, misso ad illum P. Couillonio, huius literae satis testantur. Venabor aliam quoque occasionem, sed utinam reuocari in uiam animus illi possit, fallit omnium expectationem, nulli quam sibi peius consulit miser, dominus aperiat illi oculos[5] et innouet mentem[6]. De P. Tilano ausim in domino plura mihi polliceri, si quod promittit in subeunda omni poenitentia se modeste gerat, et naturam illam indomitam exuat ambulans in omni simplicitate[7], seque accusans potius quam alios reprehendens.

P. Goudanus hoc aëre iuvari se plurimum putat, facitque fere quod sanus, in studiis, quae nunc mediocria sunt, quod multis saepe diebus non publice conveniamus. Breui fortasse, ut rumor spargit publicus, laetis laetiora succedent, domino cooperante[8] per vestras orationes, quas maiorem in modum expeto[9].

Annotationes P. Emmanuelis in Catechismum expecto[10]; et si excusi sunt typis postremi quaterniones libelli de rebus Indicis, oro ut priori parti, quam accepimus, adiiciantur.

De soluendis debitis, quae Venetiis et Patauii contraxeramus, hoc unum dicam, ex Ingolstadio missos a me esse 17. coronatos Bononiam, ut inde Patavium ad Rectorem bona fide perferrentur. Si quid praeterea numerandum sit, cupio admoneri; efficiam, ut debita dissolvantur.

P. Schorichius nescio si praestabit quod P. Victoriae coram uisus est polliceri, de scribendis scilicet literis ad P. Vicarium, cui se totum subjiceret. Ego nihil de hoc homine intelligo, nec ausim ab eo quid-

---

[a] vt *Sacch.*

---

[1] Eccli. 34, 23. [2] Luc. 8, 15. [3] Rom. 4, 18.
[4] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2. Cf. *Can.* Epp. I, 364[5].
[5] Act. 26, 18 etc. [6] Cf. Ps. 50. 12.
[7] Prov. 19, 1; 20, 7. 2 Cor. 9, 11. [8] Marc. 16, 20.
[9] Magna discordia inter theologos protestantes exorta, quinque ex iis 2. Octobris 1557 Vormatia abierunt; cf. infra, monum. 135. [10] Cf. supra p. 97.

quam postulare: quam male securus uiuat in aperto est, et miseret me tamen huius coecitatis, quae non potest non in grauiorem morbum exire, nisi Deus potentem forte manum[1] admouerit[2].

Miror hactenus nullum esse, qui uiderit in Germaniam (quod ego sciam) reuersum P. Ambrosium: qui credo ubicunque est, miser est et miserabilis.

Hic duo sumus tantum; comitem enim et fratrem Leonardum[3] ad curandam valetudinem misimus Coloniam, qui si redire non poterit, alium fortasse ad nos mittent ex eo Collegio.

Expectamus P. Canisium cum aliis duobus ituris Coloniam, quamquam dubito, sitne prior magis necessarius Coloniae, quam alicui Collegiorum nostrorum, ubi locum ille honestum habere poterat inter professores. Sed veniet interim suis valde expectatus[4].

Viuimus hic sumptibus Regiis et soli, ut antea scripsi. Cum haereticis nisi in publico congressu non congredimur; nostris partibus defendendis omnis opera datur, ut religio salva et veritas victrix maneat. De aliis suo loco et tempore. Dominus IESVS in Ecclesia sua certantes adiuuet ac tueatur adversus omnes Sathanae vires et fraudes.

Iubilaei hic parua etiam apud Catholicos cura est[5]. Germani palatum in his aliisque multis rebus piis recte dignoscendis infectum habent; male instituti sero sapiunt et frigide sentiunt de spiritualibus plerisque; tantum facit proba et catholica educatio.

Treverensis Archiepiscopi[6] legati mecum agunt de nouo apud Treveros Collegio extruendo. Argentinensis Episcopus[7] cupit me venire ad se simili de causa. Dominus IESVS in suam gloriam vertat omnia. De Monachiensi Collegio, quod Bauariae Princeps urget, magis sum sollicitus, et expecto certum modo responsum, quo in statu res tota versetur.

---

[1] Ps. 135, 12. 1 Petr. 5, 6.

[2] De P. Petro Schorichio vide supra p. 45. 67—68. *Polancus* iam 20. Septembris 1556 Lainii mandatu ad collegii vindobonensis praesidem scripserat de erratis, quae in eo comparuissent, et quomodo, si ea corrigere noluisset, ex Societate dimittendus esset (Cartas de *San Ignacio* VI, 128[1]).

[3] Villarium (ut videtur); cf. supra p. 127. 134.

[4] Canisius Theodoricum fratrem ex noverca susceptum significat. In **catalogo* Sociorum, quem sub initium a. 1565 in collegio ingolstadiensi ipse Theodoricus Canisius, collegii rector, conscribendum curavit, refertur eum Romae (eo venerat a. 1554) „theologiam audiuisse, [Aristotelis] libros de anima legisse et Logicam docere coepisse“ (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599“ f. 373). [5] Cf. supra p. 135[3].

[6] Ioannes a Petra (von der Leyen) elector treverensis Vormatiam ad colloquium miserat Iacobum ab Eltz, decanum ecclesiae metropolitanae, Bartholomaeum a Petra, eiusdem ecclesiae scholasticum, Bartholomaeum Latomum, consiliarium suum. Decanus ille ex „assessoribus substitutis“, ceteri ex eorundem „adiunctis“ erant (*Salig* l. c. III, 292).

[7] Ioannes Delphius, Erasmi a Limburg episcopi argentoratensis episcopus suffraganeus, Vormatiae tunc collocutor erat.

Quod superest, oro iterum atque iterum, Reuerende Pater, ut pro Germania et colloquio hoc, quod maximam sustinet omnium expectationem, saepe multumque domino supplicetis et sacrificetis. Dominus IESVS vires nobis tribuat, ut quae recte intelligimus, fideliter ad ipsius gloriam et Ecclesiae utilitatem exequamur.

Wormatiae 29. Septembris 1557.

Servus in Christo Canisius.

Al Reuerendo in Christo padre M. Giacomo Laynez, Vicario Generale della Compagnia di IESV padre mio osseruandissimo.

Jn Roma.

Epistulae manu eiusdem temporis adnotatum est eam receptam esse Romae 5. Novembris 1557.

263.

CANISIUS

WIGULEO HUNDT,

Alberti V., Bavariae ducis, consiliario.

Vormatia sub 5. Octobris 1557.

Ex apographo epistulae Eckii, sub a. 1862 a P. *Floriano Riess* S. J. descripto ex autographo, quod exstat Monachii in archivo regni bavarici: „Religions-Acta des Römischen Reichs“ tom. IV, f. 342—346.

Partem epistulae Eckii posuit *Riess* l. c. p. 232[1].

De collegio Monachii condendo et de stipe Sociis ingolstadiensibus augenda.

Doctor Simon Thaddaeus Eck, cancellarius burghusanus, qui in colloquio vormatiensi nomine Alberti V., Bavariae ducis, „auditoris“ munus administrabat, Vormatia 6. Octobris 1557 principi suo, praeter alia, haec scripsit: „Letslich gnediger Fürst und Herr hat mir Dr. Canisius hie angezeigt, wie Jm schreiben aus Rhom khumen sey, das sein vnd seiner Societet mitverwandte vorhabens seyen, E. F. G. auf derselben begeren etlich der Jrer heraus gen München zu verordnen[1]*, wie er dann hieneben dem Herrn Doctor Hundt schreibt, was um derselben meinung ist; davon khan vielleicht geredt verden, so ich yetz, wie denn vernimm, das E. F. G. gnedigklich verwilligt, darumb ich auch vnderthenigk dankh sag, heim khumm. Bschwerdt sich gleichwol daneben, die zu Ingolstat, khönnen sich mit dem so Jnen von E. F. G. Järlich geraicht wirdt, nit wol behelfen. Darumben vngezweifelt der Herr Doctor Hundt auch Wissen hat.“*[2]

---

[1] Cf. supra p. 139. [2] Vide supra p. 120. 122.

264.

P. NICOLAUS GOUDANUS S. J.

nomine Canisii

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Vormatia 25. Octobris 1557.

Ex apographo huius litterarum partis, quod P. *Iosephus Boero* S. J. sub a. 1862 „ex autogr.“ descripsit, sic praefatus: „De Colloquio haec scribebat P. Goudanus iam a die 25. octobris.“ Canisius autem Vormatia 18. Novembris 1557 Lainio scripsit: „Sub finem Octobris abii Coloniam, Reverende Pater, statimque P. Goudanus meo nomine scripsit, quae mihi tum praecipue notanda videbantur, ut idcirco eadem nunc repetere non sit opus.“

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. p. 130 et Hist. S. J. II, l. 1, n. 101.

In colloquio magnam inter protestantes dissensionem ortam esse. Pontifici litteras ad Ferdinandum regem dandas vel legatos mittendos fore. De ipsis principiis inter catholicos et protestantes non convenire.

— — Quod ad Colloquium pertinet, eo res rediit, ut catholici in suscepto negotio progredi nec possint, nec velint, nisi accepta responsione a Regia Maiestate. Orta est enim magna dissensio inter adversarios collocutores adeo ut alii alios e colloquio excluserint, qua de causa nobis expectandum est responsum a Rege, an progredi cum caeteris hic residuis deberemus nec ne[1]. Caeterum non esset forte inutile, si Sua Sanctitas de eo cogitaret sedulo, vel ad regem Romanorum scriberet, aut suos legatos mitteret. Nam nihil hinc boni expectamus. Hactenus enim ab adversariis extorquere non potuimus, ut certa ac firma fundamenta seu principia utilis colloquii et ineundae concordiae constituerentur. quae quidem fundamenta seu principia in eo statuerunt catholici: primum, ut integer divinae Scripturae Canon recipiatur, sicut ante mille annos ab Ecclesia receptus et approbatus est: deinde ut utrinque recipiatur Patrum et veteris Ecclesiae consensus, praesertim ubi de vero et germano Scripturae sensu contenditur[2]. Sine his principiis, quid in colloquio efficies? quis erit colloquendi fructus? — —

Canisius, quod optabat, partim saltem consecutus est; nam *Paulus IV.* litteris Roma 14. Novembris datis Ferdinandum I. obtestatus est, ut hanc protestantium dissensionem ad coetum vormatiensem penitus dissolvendum adhiberet; id quod etiam Urbano Textori, episcopo labacensi, litteris eodem die datis vehementer commendavit; atque utramque epistulam per Iacobum Linterium notarium suum in Germaniam deferri iussit. Quas epistulas vulgavit *Raynaldus*, Annales Ecclesiastici T. XXI, ad a. 1557, n. 32. 33.

---

[1] Iulius Pflugius, colloquii praeses, 27. Octobris 1557 hac de re ad Ferdinandum I. rettulit.

[2] Vide infra, monum. 135.

265.

CANISIUS
P. LEONARDO KESSEL S. J.,
rectori collegii coloniensis.

Bonna 7. Novembris 1557 [1].

Ex apographo huius partis epistulae, quod post medium saeculum XVII. scriptum esse videtur. Cod. colon. „Epistt. ad Kess. I." f. 66[b].

Epistula usus est *Gothein* l. c. p. 680; maiorem eiusdem fragmenti partem posuit *Hansen* l. c. p. 293[1].

Sociis peregrinantibus plus officii et studii deferri oportere.

— — Vellem omnes nostros praesertim ante discessum amplexus esse, et miror siue vestra siue nostra culpa tam rustice actum esse neque plus tribui caritati quae externis istis officijs fovetur et delectatur. Alias ego cum fratribus fraterne magis versandum puto non quod mihi negatum a vobis quidquam doleam aut incusem sed vt moneam in excipiendis ac dimittendis fratribus Jtalicam magis caritatem quam Germanicam simplicitatem sectandam esse. Alioquin agnosco mihi plus sane quam merear istic vos indulsisse. — —

Apographo quidem nostro haec tantum a librario adnotata sunt: „R. P. Petrus Canisius Bonna Coloniam ad P. Leonardum A. 1557"; sed in eodem codice exstat etiam folium quoddam, in quo et Canisius ipse scripsit „Reuerendo Domino Leonardo Kessel de societate Jesu, fratri meo Coloniae", et pars sigilli comparet, et altera manu antiqua notatum est „1557. 7. Nouemb. Canisius . . . Bonnae"; hoc itaque folium epistulae nostrae, cuius archetypum integrum non superest, partem alteram constituisse videtur. Congruit etiam tempus; nam aliunde (id quod infra videbimus) constat Canisium 6. Novembris Coloniae navem conscendisse, ut Vormatiam rediret.

266.

CANISIUS
P. IOANNI DE VICTORIA,
Societatis Iesu per Germaniam superiorem viceprovinciali [2].

Vormatia 16. Novembris 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum archetypo (Canisius nomen subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 32—397 posito, collatum est.

---

[1] Cum Vormatiae de colloquio continuando inter catholicos et protestantes non conveniret, Pflugius praeses 27. Octobris, quid faciendum esset, per litteras a rege quaesivit; cuius responsio dum exspectatur, Canisio otium erat Coloniae petendae. Quae ibidem a 29. Octobris ad 6. Novembris 1557 gesserit, cognosci possunt ex epistulis sequentibus et ex Rethii relatione, de qua v. infra, monum. 139. 140.

[2] Cf. supra p. 107[2]. Ex ipsa hac epistula Canisii intellegitur Victoriam Vindobonae tunc moratum esse.

Particula, quae tamen ex *Sacchino*, Can. p. 356—357 transcripta esse videtur, in cod. monac. „Lat. 1606" posita est, perperam ascripto anno 1587.

Particulam („Quare non possum — „successum") posuit *Sacchinus*, Can. p. 356—357 (qui etiam epistula hac usus esse videtur in Hist. S. J. II, l. 1, n. 103 ad 106). Eandem partim vertit germanice *Janssen* l. c. IV, 408—409.

Se Coloniam profectum ibique saepe contionatum esse. Collegium coloniense inopia laborare, sed litteris, pietate, gratia populari florere. De convictu coloniensi et de Theodorico Canisio. Victoriae diligentiam Canisius laudat. Labores fortiter subeundos, uni Germaniae serviendum esse. De theologia in universitate vindobonensi docenda. Socios linguam germanicam diligenter discere debere. De inopia collegiorum germanicorum ac de iis prudenter suaviterque gubernandis. De Sociis Zittaviae degentibus; periculosum esse, extra communitatem versari. Preces petit pro noverca defuncta. Pecuniam in communem utilitatem seponendam esse.

Ihesus

Gratia et pax Christi suauissima nobiscum.

Cessatum est aliquamdiu in hoc Colloquio, Reuerende pater, neque constat adhuc, quando tanti negotii progressus sit sequuturus. Divina bonitas hoc institutum, quod dubie pendet, ad suam gloriam prosperare dignetur. Ego interea facultatem, ut amicos et fratres Coloniae inviserem, impetravi, ac dies plus minus viginti in eundo redeundoque consumpsi. Deo gratia, qui me salvum eo duxit, ac reduxit Wormatiam. Nec me quidem poenitet hujus peregrinationis, ut quam plerisque consolationi, mihi vero utilitati fuisse comperiam. Fuit saepe mihi concionandum (etiam in Cathedrali ecclesia una vice) latine et germanice, multaque cognovi de rebus fratrum Coloniae, et cum illis contuli non sine [1] fructu. Mirum dictu, quantum ex eo collegio bonae spei concipiam, et quam uberem illi fructum jam referant nobis, Christo et Ecclesiae Coloniensi. Viget per illos et indies magis magisque floret studium theologiae. Vincunt sedulitate et industria reliquos artium professores [2]. Exhibent subinde magna cum laude festis diebus declamatores [*sic*]. Uno atque altero die cum adessem, ducentos fere studiosos, qui variis e Collegiis ipsos adibant, peccata confitentes audiebant. Itaque novitatem instituti ac nominis invidiam singulari tum pietate tum sedulitate superare contendunt ac jam pene vicerunt, accepti senatoribus et chari vulgo [3]. Non dicam, quanta contentione nostros et exteros tum in moribus tum in studiis exerceant; habent

---

[1] De his rebus vide plura infra, monum. 139—142.

[2] Cum Iacobus Leichius, regens gymnasii „trium coronarum", a senatu coloniensi paulo ante conditi, ad lutheranismum defecisset, multis precibus impetratum est, ut illius gymnasii gubernatio mense Novembri a. 1556 P. Ioanni Rethio S. J., patricio coloniensi, ad duos annos traderetur; itaque ineunte Februario a. 1557 P. Leonardus Kesselius cum suis in gymnasium illud, quod in via S. Maximini situm erat, immigravit, et medio Februario ludus apertus est (*Cod. „Hist. gymn. tr. cor." f. 34—40. *Reiffenberg* l. c. p. 51—54. *Hansen* l. c. p. 273—287).

[3] Cf. *Reiffenberg* l. c. p. 54—62. *Fr. J. v. Bianco,* Die alte Universität Köln und die spätern Gelehrten-Schulen dieser Stadt 1 (Köln 1855), 297—303. 872—886. *Pachtler,* Ratio Studiorum I, 140—147. 228.

enim multos domi suae convictores, et in magnatum benevolentiam ipsa virtus illorum sese insinuat, etsi, quod sumptus attinet, paucorum liberalitate vel foveantur vel adjuventur[1]. Videor mihi videre non multo post ex hac felici Colonia prodituros, qui de reliquis in Germania collegiis nostris praeclare mereri et velint et possint, praesertim cum multorum non ignobilia ingenia tam pie quam docte illic exerceantur. Benedictus Dominus, qui hoc Germanis ostium, unde fideles operarii in messem amplissimam extrudantur, aperire dignatur, atque hoc fratrum perpulchro successu ac progressu nos consolari non cessat, hac tempestate, quae, ut nostis, omnium furiarum ac impietatum est abunde ferax. In Urbem quaeso ambo scribamus, ut nobis liberum fiat, a Coloniensibus fratribus petere et accipere studiosos, qui, cum necesse sit, collegiorum horum necessitati succurrant. Audistis ex M. Balduino et Andrea Phrysio[2] Ingolstadii, fratrem meum P. Theodoricum Ferrariae substitisse, cum pro valetudine progredi non posset. Utinam illum Pragae impetraremus, ut aegroto ac pene desperato Patri Hurtado[3] succedat in lectione philosophica, aut etiam, si Doctor tamen creetur Patavii aut Bononiae, non inepte substitui queat Doctori Henrico Blishemio[4]; certe nostris in Germania collegiis non minus quam Coloniae, ubi sex vel septem professores habent, idem utilis ac necessarius foret. Sed ad literas tuas propius accedam.

In hac vasta Germania fieri non potest, quin literae nostrae, quas mittimus, aut intercipiantur aut tardius perferantur, ut iccirco mirari non oporteat, quod rarius a me respondeatur. Postremas autem, quas Ingolstadii ad me dabas, accepi Coloniae; non potui, priusquam huc redirem, aliquid respondere. Agnosco certe diligentiam fidemque tuam, quod hisce paucis mensibus et non commodissimo tempore Austriam, Bohemiam atque Bavariam peragrare non cessas, magnisque laboribus conficis, quae ad Collegia nostra utcunque constituenda et plurima et maxima desiderantur. Vides, mi Pater, Patrum Fratrumque imbecillitatem, experiris varios maleque fundatos animos,

---

[1] *Rethius* Colonia 2. Ianuarii 1558 Lainio vicario generali scripsit: „Sunt nunc partim in schola, partim in conuictu Tyrolenses, Francones, Turingi, Vormatienses, Spirenses, Moguntinenses, Treuerenses, item Friburgo, Marburgo, Puppardia, et ex comitatu Vuitgenstain ad nos uenerunt . . . Ut multi undique ad scholam hanc confluant, et quidem imprimis ex superiori Germania, Hessia, Turingia, Saxonia, et caeteris prouincijs inferioris Germaniae haeresi contaminatis, nunc sedulo curamus . . . Agimus igitur per amicos nostros uiros bonos et zelosos, ut catalogi nostri perueniant in manus eorum, qui literis operam dant Vittenbergae apud Philippum [Melanchthonem], et Genae apud Scheppium, et Lypsiae, et Argentorati, et Erfordiae, atque in alijs scholis aduersariorum" (Ex huius *epistulae autographo).

[2] Balduinus ab Angelo (Delange, leodiensis [*Delplace* l. c. p. 3*]) et Andreas Boccatius (Bokes Bruynsma [*Delplace* l. c. p. 4*]) friso ex Italia in collegium coloniense missi, sub 21. Octobris 1557 Ingolstadii substiterant (*Reiffenberg* l. c. p. 73. *Hansen* l. c. p. 169. 189. 290—291).

[3] Perez.

[4] Is theologiam Pragae tradebat; cf. *Can.* Epp. I. 619[5]. 772.

qui fortassis etiam ingrati et immorigeri, cum nihil minus mereare, inveniuntur. Quare non possum non congratulari nobis de hac inventa cruce, quam ut patienter, fortiter et alacriter pro nomine Jesu[1] perferamus, etiam atque etiam rogo, Nam quod scribis, fore ut Romae fortasse nos cito complectamur[2], sicut alias etiam indicavi, non eo referri velim, velut nos taedeat aut pigeat[a] harum molestiarum, quas in peregrinando ac visitando subire necesse est. Sed hoc demum ut pulcherrimum, ita nobis dignissimum Christoque gratissimum erit, relicta nunc[b] Italiae et Hispaniae memoria soli Germaniae nos totos non ad tempus, sed in omnem vitam dedere, huic summis viribus et cupiditate maxima penitus laborare et, quamdiu ab hujus agri cultura non revocamur, nihil aeque sitire ac Germanicae messis et bonorum in illa operariorum, nostrorum vero praesertim, reformationem[c] [?] laetumque successum.

De librorum tuorum mantica, ut vocas, non habeo quod permittam[d] [?] hoc tempore; vix ante aestatem licebit tantam sarcinam mittere Ingolstadium, ut hinc porro Viennam perferatur.

Quid scribat P. Vicarius Dominicanorum[3], ex ejus literis adjunctis intelliges[4]. Quod ad publicas Viennae lectiones theologicas attinet, mirabor, si propter P. Goudani ac meam absentiam, cujus Rex author est, nos privandos putent munere profitendi. Quod si fiat, forte non displicebit Romae Patribus, modo uni saltem, utpote Doctori Paulo[5], locus docendi detur. Est ea theologorum penuria, ut Rex etiam sponte nos ursurus videatur. Quare rogari nos malim, quam ambitiosos videri, praesertim ubi tam parum utilitatis affulget ex auditoribus. Illud prudenter Patres Romae indicarunt, satis esse, si charitas tua hoc Provincialis munus in hisce collegiis ageret, dein nonnunquam, si tempus et otium superesset, domi legendo et adhortando se exercitaret.

Cupio videre puncta, quae Pragae scripta reliquisti pro inferiore classe et aliis gubernandis, ac valde probo, quod operam polliceris ad linguam Germanicam addiscendam, idemque studium exigas velim ab aliis linguae hujus imperitis. Quod facilius fiet, si tonos germanice versos iterare jubeantur[6].

---

[a] taederet, aut pigeret *Sacchinus.* [b] nos *Sacchinus.*
[c] *Sic quidem archet.; sed Sacchinus merito, ut videtur, correxit:* confirmationem.
[d] *Sic apogr.; sed malim legere:* promittam. *V. infra p. 150.*

---

[1] Act. 5, 41. [2] Romae in Societatis congregatione generali.
[3] Hoc officium tunc tenuisse videtur Antonius Horsuptus (Hrosuptus, Grosuptus, Grossatus); quem sub id tempus ordinis sui vicarium fuisse et in universitate vindobonensi theologiam tradidisse certum est (*Aschbach* l. c. III, 110². *Seb. Brunner,* Der Prediger-Orden in Wien und Oesterreich [Wien 1867] p. 31. 33. 35).
[4] Vide infra p. 156. [5] Hoffaeo.
[6] „Scholastici omnes, ubi aliqua fuerit eorum copia, pro more Societatis (nisi quis eximendus videretur) diebus saltem dominicis, ad finem recreationis post pran-

De pecunia magnam video difficultatem incidisse. Praestabat viaticum, quod in Italiam nostris mittebatur, mutuo accipere ac postea solvere; et fortasse paulatim experieris, non sic abundare sumptus collegiorum, ut ab initio sentiebas, quasi complures etiam in Italia sustentari possint. Non habet, unde solvat, Pragense collegium [1]; Ingolstadienses queruntur, se gravari solvendis debitis Pragensium [2]. Viennense aerarium, ni fallor, exhaustum est, ut etiam ad structuram scholae emendicare cogantur [3]. Paulo post pluribus etiam opus erit ad viaticum sive Patrum sive Fratrum, si qui Romam, ut verisimile est, petituri sunt. Itaque nolim tantam pecuniae summam ex uno collegio statim amandari, dum adhuc incertum est, quos ex Italia mittere statuerint. Vides, opinor, longe alios mitti, quam petieris, ita ut miserandum mihi videatur, sic carere modo Pragense collegium, cum destituitur opera Theologi, Philosophi et Rhetoris. Neque nos ullos aegrotis illis possumus substituere, quos ego quidem sciam. Piget meminisse, quantam ex Ingolstadio querelam acceperim ob quinque personas abductas [4], cum verentur, hac tanta mutatione collegium suum plus satis esse labefactatum.

Haec eo spectant, Reverende Pater, ut sicut Romae quoque monuerunt, a magnis mutationibus quantum fieri potest caveamus, neque uni collegio cum alterius detrimento providendum putemus. Quin potius mature consideremus, quae ad rem praesentem cum minima cujusque offensione facere videantur. Credo interim, non deesse rationes tibi, cur pleraque mutares Ingolstadii; sed homines sunt, et arte quadam tractandi veniunt, ut quantum licet pacifice, nullo quidem offenso, isthaec transigamus. Expectant interim, quem promisisti, janitorem et in temporalibus coadjutorem, et, ut puto, confessorem. Post hyemem ut Petrum avoces, non improbo, si studiis prorsus ineptum esse comperias [5]. Tarquinium [6] Magisterii laurea

---

dium, in tonis seu ratione concionandi exerceantur": *Regulae Rectoris* n. 56. Cf. *Constitutiones* Societatis P. 3, c. 1, n. 5. 21; P. 4, c. 8, n. 3 etc. (Institutum Societatis Iesu III, 113; II, 44. 46. 69—70 etc.)

[1] Anno 1557 aliquis de Societate ad Ferdinandum I. scripsit Socios pragenses 600 fere taleros debere, qui in victum quotidianum et in collegii aedificationem impensi essent. „Proximo futuro semestri unde uiuant non habent in eo Collegio nostri Socij" (Ex * litteris archetypis, quae Vindobonae usque ad a. 1897 in archivo camerae aulicae [„Hofkammer-Archiv"], „Boehmen P. Fasc. $\frac{5}{1}$, Jesuiten", asservabantur).

[2] Vide infra p. 147[3].

[3] Vindobonenses Socii a Maximiliano rege per litteras petierunt, ut pecuniam sibi tribueret ad scholam aedificandam; a senatu urbis lateres in eam rem necessarios sibi donatos esse. Maximilianus 12. Maii 1557 140 florenos iis concessit (ex binis * litteris archetypis, quae Vindobonae usque ad a. 1897 in archivo camerae aulicae. „Jesuiten in Wien, Lit. W. Fasc. 34", asservabantur).

[4] Abduxerat eas Victoria.

[5] Petrum Knotten, „Clivensem" (Iuliaco ortum), dicere videtur, qui a. 1556 cum primis Sociis ex Italia Ingolstadium venerat (*Agricola* l. c. I, Dec. 2, n. 26. *Pachtler* l. c. I, 350). [6] Rainaldum.

coronari, nihil vetat. Auditores theologiae utinam multos Ingolstadii haberemus. Quid ex Urbe simus habituri, facile divino; mittent Martinum [1] et quosdam, ut nosti, oneri nobis magis quam commodo; et alioquin novitiis nimis abundamus, quos si in locum aliquem, ubi recte commodeque per nos alantur, amandare possis, magnum certe opus ministeriumque praestabis. His primis annis aegre impetrabimus, ut Ingolstadii theologia inter nostros vigeat, Viennae artes humaniores, et Pragae philosophica excolantur. Desunt enim nobis studiosi, qui se integros hisce studiis dedant; sed paulatim tantum, ut eo connitamur, et opto et suadeo vehementer.

Redeo ad pecuniam, quae Pragensium nomine Ingolstadii ante natalem Christi numeranda est, ne fidem turpiter et cum scandalo violemus. Rogo igitur, si possis, ut hanc summam in tempore exsolvendam cures; sin minus, vel Ingolstadii vel alibi mutuo nummi accipiantur. Si ne id quidem fiet, ego, ne promissis desim, omnem occasionem captare cogor solvendi. Piget hac de re toties monere et scribere. An vero P. Ursmarus [2] prudenter se in hoc negotio gesserit, cum pecuniam numeratam asservet sibi, invito bibliopola cui debetur, tua prudentia intelliget [3].

Nosse cupimus de adventu Doctoris Pauli et aliorum, qui recentes Viennam ex Urbe missi sunt, et quale illis principium contigerit, praeterea qui Pragam missi Vienna, et quis rerum status in utroque collegio, Pragae et Viennae. Pater Ursmarus ad me rarissime scribit, nec unquam fere literas trimestres mittit, et tuum de illo juditium, sitne hoc munere dignus, expecto. In urbibus vide, obsecro, ne cum periculo nostri versentur, cum inter paucos illos disciplina constare non possit et non parva vitae perfectio tali in loco requiri videatur. P. Cornelius et D. Lucas quem illic profectum facturi sint et sibi et aliis, Deus novit [4]; pejus adhuc habebunt, qui illis adjunguntur, nisi sint in spiritu bene fundati, non quod Regi, qui nostros illic expetit, velim prorsus repugnare, sed quod providendum diligenter putem, ut in tali libertate versantes conservent, quae sunt spiritus et vocationis suae. Atque haec praecipua, quae ad literas tuas responderem, occurrebant. Christum rogo, ut unctione sua nos instruat [5] et virtute confirmet [6] in medio nationis pravae et perversae [7], ut quoad licet obedientiae meritum in nobis magis ac magis augeatur,

[1] Martinum Flandrum, in collegio ferrariensi degentem? Vide supra p. 103.

[2] Goissonius, rector pragensis.

[3] Pragenses a fratribus Weissenhorniis, bibliopolis ingolstadiensibus, libros sibi mittendos curaverant; cf. supra p. 119.

[4] Patres Cornelius Brogelmannus et Lucas Molitor Zittaviam missi erant a Victoria, curam acturi, ut videntur, tum fidelium monasterio oibinensi subditorum, tum bonorum eiusdem monasterii; vide epistulam Canisii 23. Aprilis 1558 ad Lainium datam. *Schmidl* (l. c. I, 90—93. 114) haec obscure tantum indicat.

[5] 1 Io. 2, 20. 27. [6] Cf. Ps. 86, 17. 2 Thess. 2, 16 etc.

[7] Phil. 2, 15.

omniaque fiant ad aedificationem[1] et gloriam nominis Jesu, quod sit semper et in omnibus benedictum[2]. Obdormivit in Domino frater in Christo noster Stephanus Carolus Spirensis Coloniae, idque post gravem et diuturnam carnis afflictionem, quam beato demum fine complevit[3]. Et mea noverca, quae M. Theodorici Canisii mater est[4], superiori quoque mense in Domino quievit. Utriusque animam sacrificiis tuis et omnium sacerdotum aliorumque precibus quam possum maxime commendatam esse velim. Cum ad me scribis, si literas huc tuto perferri velis, hoc tantum effice, ut Magister postarum isthic suam addat inscriptionem obducta charta, quae tuas literas tegat. Incertum, quamdiu durabit hoc colloquium. Ex Regis responso pendemus. Domini fiat in omnibus voluntas[5] ad Germaniae utilitatem. Demum hoc unum addo, admonendos esse Rectores collegiorum, ut posthac singulis trimestribus cum ad Provincialem de toto collegii statu scribent[6], etiam indicent, an aliquam et quantam pecuniae summam seposuerint, quae nimirum in utilitatem communem, si opus sit, postea expendi possit. Dominus Jesus conatus nostros ac totius Societatis dirigat in gloriam suam. Adnexi alia quaedam ex Urbe ni fallor accepta, ut ipse cernes. Opto R. T. recte valere et de valetudine sua sollicitum esse meque de illa semper admonere. Orabis pro P. Goudano, qui tuis et aliorum orationibus indiget plurimum, ac te et alios fratres reverenter salutat, ac pro me itidem, omnesque amicos amborum nomine salutabis. Wormatiae 16. Novembris anno 1557. R. D. D. Gallum Hispanum[7] ex me salutes quaeso, una et Praepositum et Decanum Viennensem[8].

Servus in Domino Pet. Canisius.

Reverendo Patri Victoria.

---

[1] 1 Cor. 14, 26. [2] Ps. 71, 17; 112, 2.

[3] Obiit 15. Octobris 1557; plura apud *Reiffenberg* l. c. p. 59.

[4] Wendelina Canis, ex familia „van den Bergh“ orta; cf. *Can.* Epp. 1, 8[4]. 102 etc.

[5] Act. 21, 14 etc.

[6] In *Constitutionibus* Societatis praecipitur, ut rectores praeposito provinciali singulis hebdomadibus, „si fieri potest“, scribant et ad eundem bis singulis annis de omnibus collegii hominibus referant (P. 8, c. 1, L; P. 4, c. 17, n. 7. Institutum Societatis Iesu II, 117. 84).

[7] Sacerdos hic et doctor hispanus (quem Salmanticae professorem fuisse ferunt) Ferdinandi I. rogatu a Philippo II. Vindobonam missus erat eo maxime consilio, ut Maximiliani Bohemiae regis animum a protestantismo averteret (*Gust. Turba,* Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe III [Wien 1895], 14. *Colección* de documentos inéditos para la Historia de España XCVIII [Madrid 1891], 82. 85. 91).

[8] Ecclesia cathedralis vindobonensis praepositum tunc habebat doctorem Mathiam Wertwein, decanum doctorem Iacobum Nogueram (Naqueras) (*Herm. Zschokke,* Geschichte des Metropolitan-Capitels zum heiligen Stephan in Wien [Wien 1895] p. 370. 372).

267.

CANISIUS

P. IOANNI DE VICTORIA,

Societatis Iesu per Germaniam superiorem viceprovinciali.

Vormatia 18. Novembris 1557.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum archetypo (Canisius nomen subscripsit et inscriptionem posuit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 33—405 posito, collatum est.

Particulam („Breui fortasse“ — „metamus“) posuerunt *Sacchinus,* Can. p. 357, *Dorigny* (gallice et minus accurate) l. c. p. 432—433, alii.

De universitatis vindobonensis facultate theologica. Salaria pro lectionibus theologicis non accipienda. Debita solvenda. Vituperat Victoriae loquendi et agendi rationem. Cum rege prudenter agendum. Locorum consuetudines diligenter observandas, parochorum rationem habendam esse. Carminum compositionem aliaque litterarum exercitia Canisius commendat. Exhorrescit sacrum calicem laicis porrigi. Socios vindobonenses iam ad martyrium parandos esse.

† Jhesus

Gratia et pax Christi suavissima nobiscum.

Cum literas alias obsignassem, allatae sunt tuae, Reverende Pater, quas octavo Novembris Viennae scripsisti, una cum aliis D. Dirsii [1]. Atque ilico in Urbem scripsi, ut P. Lanoyum quam primum remitterent ante M. Theodoricum Canisium, si utrumque nobis dare nollent. Addidi de Lamberto [2] quoque nostro, et proposui praesentem necessitatem, quae omnino requirat duos aut saltem unum theologum professorem. Faxit Dominus, ut quod ardenter peto ac postulo, in consolationem vestram impetretur. Quod autem teipsum ad profitendum offers, et speras cum laude hoc ipsum obire posse, valde miror, toties hunc docendi affectum in tuis literis apparere, postquam Superioribus aliter nec sine caussa quidem visum est. Moveris tu quidem ratione nonnulla, et cupis, lectiones theologicas nostris applicari, et hoc tempore non eripi a Dominicanis. Sed quando Dei bonitas, ut vides, professorem e nostris nullum illic exhibet, ac tu aliis etiam muniis destinatus es, quam ut quatuor aut quinque parum aut nihil idoneis theologiae auditoribus praelegas, ne sis anxius quaeso, ac multo minus de tertia quoque lectione theologica in nos transferenda sollicitus esse pergas [3].

---

[1] Ioannes Dyrsius (Dirschius, Dursius; de quo vide *Can.* Epp. I, 380[6]. 399[2]) Vindobonae a. 1554 nobilium contubernio a Societate tunc instituto praefectus (*Socher* l. c. p. 49) et a. 1555 sacerdotio initiatus erat (* Cod. „Annal. Vienn.“ ad a. 1555 f. 5[a]).

[2] Fr. Lambertus Auer (de quo in *Can.* Epp. I, 380[6]. 550 etc.) in collegio romano theologiae operam dabat (Cartas de *San Ignacio* VI, 451. *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 35).

[3] Cf. supra p. 145. Veteris Testamenti professor ordinarius in universitate vindobonensi tunc erat Leonardus Villinus, ecclesiae cathedralis canonicus; cui cum

Promisisti autem trecentos, ni fallor, aureos, qui Germanis hujus collegii Romae sustentandis applicarentur [1]. Nunc scribis, quantum intelligo, eam pecuniae summam ex salariis harum lectionum theologicarum corradendam esse. Atque hoc est profecto non firmo satis fundamento superstruere et instituti etiam hujus synceritatem negligere, quia nostrum non est, operas, veluti mercenarii isti professores solent, elocare [2]. De collegiis eorumque sumptibus non est praecipitanda sententia. Nosti, nullas esse nostris divitias, sed debita potius extare, praesertim Pragensibus, a quibus pecuniae summam acceptam, Ingolstadii reddere debebas, ac fidem a nobis datam liberare. Jam conqueruntur Ingolstadienses et verentur scandalum, nisi ante Christi natalem bibliopolae satisfiat. Qua de re in aliis quoque literis scripsi, et placare conor Ingolstadienses, mea etiam fide interposita. Facies tu interim, quod potes.

De Rectore Pragensi urgeas quaeso, ut ejus loco mittatur aliquis in Collegio Romano bene exercitatus, et illi loco idoneus. De M. Theodorico [3], quem dixi et quem nobis forte Dominus reservavit, statim Patres Romae admoneamus. Ingolstadii nonnihil offensi videntur, quod arrogantius fortasse significaris, Regem in tuis haberi manibus, et mirantur, quod in minutis quibusdam vim feceris, Patres autem raro aut nunquam consulueris vel convocaris, atque ita liberius, re prius cum aliis non communicata, statueris pleraque, et in scriptis tantum reliqueris. Exigua sunt haec, Pater, et quae abs te excusari posse scio; sed quid nonnunquam concedi possit, quantumque charitas a nobis requirat, quantique referat lenitate potius quam imperio apud Germanos uti, etiam atque etiam prouidendum est. Quod multos Ingolstadio abduxeris, scio non omnibus placuisse, et ex paucorum dierum inspectione judicari satis non potest, quae collegio necessaria videantur. Dominus Jesus, qui solus perfectus est, per nos omnia fortiter suaviterque disponat [4]. Non video, qui possim ad te mittere cartas tuas, quae nobis usui certe non sunt; sed mittam, ut dixi alias, Ingolstadium, ut primum licebit. Non possum probare, quod [a] (Geselium [5] sequutus) apud Regem egeris de Dirsio lectore theo-

[a] *Duo verba sequentia Canisius sua manu inseruit.*

hoc anno 1557 valetudinis causa ad aquas proficiscendum esset, is famosum illum sibi substituit vel substitui passus est Paulum Scalichium (cf. *Can.* Epp. I, 471[1]), qui et tunc in docendo multos offendit, et paulo post ad Lutheri castra transiit (*Aschbach* l. c. III, 270—271. 290—291. *Ant. Wappler*, Geschichte der theologischen Facultät der k. k. Universität zu Wien [Wien 1884] p. 70—75).

[1] Collegii vindobonensis novicios vel fratres scholasticos dicit, in collegium romanum vel etiam germanicum studiorum causa missos et mittendos.

[2] *S. Ignatius,* cum ipsa collegia a principibus vel magistratibus, quantum satis esset, dotata esse sumeret, huiusmodi salaria accipi nolebat (Constitutiones P. 6, c. 2, n. 7; P. 10, n. 5. Institutum Societatis Iesu II, 96. 143). [3] Canisio. [4] Sap. 8, 1.

[5] Ioannes Gössel vel Gössl, ex Wunsiedel ortus, in universitate vindobonensi

logiae; credo ipsius abhorrere naturam. Vix otium ad scribendas literas illi suppetit, ut ejus ad me scripta impolita testantur, magnumque Societati detrimentum adfert, non doctioribus hanc sacra tractandi provinciam a nobis commendari, et contra omnem scholae morem ac decorum is, qui ne Baccalaureus quidem est, Cathedram occuparet. Recte igitur dubitavit Rex et dissuasit Jonas [1], ac ipse Dirsius etiam merito detrectat, suae nimirum conscius imbecillitatis. Nolim igitur tam leviter Regem de hujusmodi rebus interpelles; qui etsi nonnunquam humanum se nobis praebeat, tamen observat, quae dicamus, et non probat, si ipsius abutamur clementia. Tantum expectari Doctorem Paulum [2], responde Geselio, ejusque etiam loco alium, si venire non possit ille. Te fortasse non ita diu isthic mansurum esse [a] (quod tamen nequaquam velim). Tum si nobis eripiant lectiones, non est, cur conturbemur. Non deerit suo tempore locus ad profitendum, si tantum idonei veniant. Lubenter inspiciam orationes et carmina, quae promittis. Certe ne hic nimium tibi permittas per nostram charitatem rogo; vix credas, quam in hoc genere sint nasuti censores Germani. Quod promittis lectionem privatam domi, valde probo, si aliis quidem magis necessariis non impediaris. Patri Dominico gratulamur de ordine sacerdotii suscepto, et illius preces mihi, Goudano atque colloquio faventes [3] repeto. De Hispano, quem sacris etiam initiari vis, nullam rationem addis, nec valde opus est fortasse Viennae sacerdotibus; quare si in studiorum progressu versatur, non sine gravi caussa ad hanc dignitatem, ut Romae observant, promoveatur [4]. Magnam habe curam consuetudinis, et cum hominibus ejus loci prudentibus confer, quae contra consuetudinem aut mutare aut instituere cogitas. Cum urges, ut ante prandium nostri concio-

---

[a] *Quattuor verba sequentia Canisius sua manu inseruit.*

---

ius tradebat a. 1556—1562; simul eiusdem universitatis „superintendens" erat (*Aschbach* l. c. III, 34).

[1] Doctor Iacobus Ionas, consilii aulici vicecancellarius.

[2] Hoffaeum.

[3] De P. Dominico Mengino (1530—1595) * *Catalogus* collegii monacensis ineunte a. 1565 conscriptus (Menginus tunc in eo collegio degebat) refert: Eum ex dioecesi tullensi (Toul, in Lotharingia) ortum, Societatem a. 1550 ingressum esse, per aliquot annos in scholis inferioribus magistrum egisse, Vindobonae et Ingolstadii „conuictoribus praefuisse" etc. (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 376_a). Menginus inter primos Societatis homines Vindobonam ad collegium incohandum venerat (*Can.* Epp. I, 414); postea Monachii magister noviciorum et per multos annos rector collegii ac confessarius piissimorum principum Guilielmi V. et Renatae lotharingiae fuit (*Agricola* l. c. I, Dec. 5, n. 62—65; II, Dec. 6, n. 357). De eius „Enchiridio precationum" compluries edito vide *Sommervogel*, Bibl. V, 947.

[4] In collegii vindobonensis *„Annalibus"* legitur admissos esse a. 1553 „Philippum Hispanum" et a. 1554 „Michaelem Nalasso Hispanum", mortuum a. 1558 „Ioannem Isla Hispanum", sacerdotio initiatum a. 1560 „Bartholomaeum Pida" [hispanum?] (Cod. „Annal. Vienn." f. 2^b. 3. 7^a. 9^b).

nentur in suo templo, et vis lectionem post prandium accedere [1], in utroque tibi consuetudo patriae contradicit, et non desunt rationes, quae ut etiam nullae essent, tamen neque Dirsius, neque Martinus [2], multo minus Carolus [3] ad legendum Italico more in templo idoneus mihi videtur. Si ante prandium concionentur, obstrepent parochi. Sed hac de re nihil nunc aliud concludam, nisi quod cum P. Lanoyo hac de re aliisque id genus conferendum putem. At si non venerit ille, caussis bene discussis in utramque partem, eadem de re fac me certiorem. Cupio, ut antea quoque scripsi, de singulis fere admoneri, quae vel mutantur vel innovantur. Regia Majestas paulo post isthinc discedet et ad nos, ut audio, veniet propius, Ulmam profectura. Praesertim si quid apud Regem impetratum velis, in tempore fac moneas et instes, praesertim pro Pragensibus. Dominus Jesus in gloriam suam studia nostra convertat. Miror interim, a te nihil illorum attingi, quae Dirsius longe perscribit de miserrimo religionis statu apud Viennenses, velut etiam publice communio sub utraque specie in templo S. Stephani dispensetur laicis, ac potestas tenebrarum [4] premat ac opprimat sacra omnia, ut nihil nisi vastitas superesse [5] videatur. Horrendum est meminisse, sub tali Rege talia licere ac impune perpetrari; quae si vera sint, brevi fortasse Vienna nobis martyres dabit; ex quibus utinam partem habere aliquam mereamur. Sed in fide magnaque fiducia ac animi virtute invicta persistamus, tantoque magis ad arma spiritualia confugiamus, quo fortius imminent ac premunt hostes Christi, pestes Ecclesiae et ministri Sathanae. Quare fratres omnes magis ac magis ut in officio confirmetis [a] et ad pugnandum instruatis [b] decet, quia nunc fortes in acie milites Christi stare omniaque adversa sustinere [c] et ad mortem quamvis horrendam paratos esse, tempus requirit, et [d] haec professio jubet in Christo Jesu Domino. Is gratiam nobis suam augeat, ut in hac tot modis dissipata vinea, quibuscumque modis possumus, indefesse laboremus, et in lachrimis seminemus, quae aliquando in exultatione metamus [6]. Salutat vos P. Gaudanus reverenter una mecum et reliquos Patres ac Fratres charissimos, quibus iterum atque iterum caussam hujus colloquii et nos ipsos in Domino commendamus. Wormatiae 18. Novembris anno 1557 [e].

Servus in Domino Pet. Canisius.

---

[a] confirmentur *Sacchinus.* [b] instruantur *Sacchinus.*
[c] contemnere *Sacchinus.* [d] vt *Sacchinus.*
[e] *Canisius nomen suum et sententiam sequentem sua manu scripsit.*

---

[1] Interpretationem Sacrae Scripturae vernaculo sermone in templo ad populum habendam; vide supra p. 137[2].

[2] Stevordianus (Gewarts, Gotfridius; vide *Can.* Epp. I, 366[2]); qui a. 1555 Vindobonae sacerdotio initiatus erat (* Cod. „Annal. Vienn.“ f. 5[a]).

[3] Carolus Grimius (de quo plura infra) a. 1556 sacerdotium susceperat (* l. c. f. 6[a]).

[4] Luc. 22, 53. Col. 1, 13. [5] Dan. 9, 26 etc. [6] Ps. 125, 5.

Cupio xenium spirituale a Reverentia Vestra pro foelicibus anni novi auspitiis.

Reuerendo Domino Joanni Victoriae Doctori et praeposito Societatis IESV per Germaniam, fratri suo Viennae.

268.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,
vicario generali Societatis Iesu.

Vormatia 18. Novembris 1557.

Ex apographo obscuriore, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo (ut videtur) transcripto. Archetypum a P. Nicolao Goudano S. J., collocutoribus catholicis „adiuncto", Canisio dictante, scriptum esse ex Canisii litteris 6. Decembris 1557 ad Lainium missis intellegitur. Canisium ipsum nomen subscripsisse et inscriptionem, quam dicimus, apposuisse, apographo nostro adnotatum est.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 136—137 et Hist. S. J. II, l. 1, n. 104—106.

Quam prospere ipse Coloniae contionatus sit. Collegium coloniense procerum gratia et litterarum studiis florere; eius Socios theologiam instaurare ac gymnasiorum adulescentes ad pietatem instituere; eosdem inopia et loci angustia premi, eadem uti disciplina ac convictores suos, sacra occulte ministrare; de PP. Kesselii et Rethii virtute; de suggestu templi S. Ursulae Sociis tradito. Officium theologiae in universitate vindobonensi tradendae quam non sit neglegendum. Vindobonae religionem misere iacere. De ratione, qua P. Victoria viceprovincialis provinciam administret. De rebus nummariis. Vehementer rogat, ut Bavariae duci philosophiae professorem pro universitate ingolstadiensi expetenti satisfiat. De variis collegiorum germanicorum Sociis. Preces pro noverca defuncta et pro colloquio petit.

Jesus.

Pax Christi suavissima nobiscum.

Sub finem Octobris abii Coloniam, Reverende pater, statimque pater Goudanus meo nomine scripsit, quae mihi tum praecipue notanda videbantur, ut idcirco eadem nunc repetere non sit opus [1]. Mansi Coloniae diebus octo, quia diutius abesse per hoc colloquium ejusque praesidem prohibebar [2]. Interea multis in locis atque etiam in ecclesia cathedrali (ubi tria hominum millia feriis sanctorum omnium convenisse dicebantur), sum concionatus [3], neque germanice solum, sed etiam latine aliquoties; utinam tanta cum utilitate, quanta cum cupiditate atque consolatione Coloniensium, quos ego quidem non possum in Domino Jesu non redamare. Scribent fratres ex eo loco

---

[1] Vide supra p. 141.

[2] De rebus a Canisio Coloniae tunc gestis vide etiam infra, monum. 139—143.

[3] Colonia tunc 60 fere milia habebat incolarum (*M. Lossen*, Der Kölnische Krieg. Vorgeschichte 1565—1581 [Gotha 1882] p. 155—156).

fortasse, quos amice et humaniter summi etiam viri nunc excipiunt[a] [?], ac in primis Doctor ac Praepositus Groperus, qui meam Coloniae operam semper paratam ac praesentem esse desideraret. Praecipue vero cum fratribus nostris egi, multaque tunc cognovi, quae utinam Romae omnia nostris[b] [?] perspecta essent; foret fortasse, ut aliter illi Collegio consuleretur. Ex his pauca proponam[1]. Vincit Coloniense Collegium, ut mihi videtur, reliqua Germaniae nostrae, sive felicem studiorum tractationem spectes, sive professorum numerum et industriam consideres, sive fructum, qui tum ad nostros, tum ad exteros inde redit, animadvertas. Intra biennium, si ita Deo duce procedant, facile nobis suppeditaturi videntur professores et studiosos, qui multis etiam Collegiis sufficere queant. Cujusmodi uberem Collegii fructum plerique tandem sentiunt et praedicant, ac res ipsa testatur, non solum in artium, sed etiam in theologiae[c] [?] facultate studia per nostros instaurari pulchreque reflorescere. Omitto, quod studiosi veniant ex Collegiis aliis, ut suas apud nostros conscientias expurgent confitendo, ut diebus festis declamationes nostrorum audiant, ut in nostro etiam Collegio fidam illam institutionem tum in doctrina, tum in pietate accipiant. Benedictus Deus, qui Coloniae nobis hoc ostium aperit[2], unde multos quidem operarios in collegia nostra non multo post introduci, atque in totam Germaniae messem extrudi[d] posse confido. At cupiunt Coloniae fratres, quod ego valde probarim, magnam inter ipsos et nostrorum collegiorum fratres conjunctionem arctamque in Domino consuetudinem esse, ut mutuis etiam officiis sincerus amor, quam maxime fieri potest, identidem excolatur. Nunc quid ego illic desiderari sentiam, non celabo. Senatus totius Collegii gubernationem non Societati, sed suo Rhetio permittit[3]. Nostri autem hac spe aluntur, fore nimirum, ut paulatim ex Rhetio in nostros hoc Collegii jus illi traducant, permoti scilicet horum studiorum tanto successu summaque magistrorum diligentia, fide, pietate atque doctrina. Dein, ut hoc magis[e] [?] impetretur, sumptus Collegio desunt, et exigua spes datur, a Coloniensibus aliquid proventuum impetrandi; eleemosynas vero petere nostros non sinit Senatus, et boni patres

[a] *Ita ap.; sed malim legere:* quam amice *etc.* viri me exceperint.
[b] *Ita librarius recens; at alia manu (Boeri?) ex* nostris *correctum est:* aeque.
[c] *Vel:* theologica.
[d] extendi *apogr. Cf. Can. Epp. I, 364*[5]. [e] *Sic apogr.;* maxime?

[1] Canisio „ipse Lainius innuerat rem sibi fore pergratam, vt Collegij statum cognosceret“: *Sacchinus,* Can. p. 136.
[2] 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12.
[3] Canisius P. Ioannem Rethium S. J. dicit, qui, ut scribit *Hermannus Weinsberg,* civis coloniensis eorum temporum aequalis, „eins burgermeister richer son, neif und swager was, von dem besten gesclecht in Coln“: Das Buch Weinsberg, bearbeitet von *Konst. Höhlbaum,* II (Leipzig 1887), 286.

Carthusiani hac in parte non parum[a] [?] nobis[b] [?] tribuunt. Jam conflarunt nonnulla debita, quae per meum adventum denique volunt dissolvi ex pecuniis illis, quas nostris ex meo patrimonio persolvi jampridem statueram[1]. Certe miserum est, sumptus undecumque corradere ex convictoribus, ac interim studiose veluti dissimulare, quae sunt nostrae professionis[2]. Itaque cum nostris etiam externi communiter vivunt; in eadem mensa edunt; non est dispar habitus; eodem loco[c] [?] disciplinam sibi habent constitutam, et ut omnia tecte agantur (quia nullum aut templum aut sacellum habent), in cubiculo sacrificant domi, et sacramenta dispensant clausis januis, quod hac ratione studiosos magis concilient sibi, cum illi in publico confiteri et communicare nimium vererentur. Ostendi meam super his sententiam, et monui, ad aliorum collegiorum formam et imitationem[d] [?] propius accedendum esse. Non negligendas leges, quae alibi observarentur, liberius nostris inter se vivendum esse sejunctis aliis; at loci displicuit angustia omnique carent horto, ut aegris providere difficillime possint. Fatentur illi meliora quidem optanda ac paulatim instituenda esse; sed hunc[e] primum esse annum suscepti collegii causantur; demerendos esse qualicunque ratione animos Senatorum. Interea ferendas molestias atque conditiones, quae in collegiis sint occasiones alicuius injucunditatis[f] [?], praesertim ut convictores admittantur et praeceptores e nostris sicut alii habeant sese. Multa in hisce principiis (ut fit) dissimulari ac tolerari oportere. Interea vel praecipuam totius Collegii curam tum in spiritualibus tum in temporalibus mihi ferre videtur pater Leonardus Kessel, cui singularem Deus gratiam donavit tam multos et varios in officio continendi atque in spiritu etiam solerter exercendi, ut mirer sine aliorum Collegiorum legibus, quas non statim huc introduci posse putant, eam inter omnes con-

---

[a] non parum *apogr.; quamquam totus sermo potius postulare videtur:* parum. *Sacchinus, qui et hanc epistulam et alias eo tempore ex collegio coloniensi Romam missas ante oculos habuit: „Plurimum", inquit, „etiam iuuit Gerardus Amontanus Carthusiae Prior suggerendis, praeter alia, vitae subsidijs" (Historia S. J. II, l. 1, n. 106). Ipse autem Gerardus prior scriptum reliquit: „Annis aliquot 1553, 54, 55, 56 parum potui dare pauperibus ob inopiam quam patiebamur, ita ut ipsimet mutuaremus pecuniam" (L. Le Vasseur O. Cart., Ephemerides Ordinis Cartusiensis III [Monstrolii 1891], 6).*

[b] *Ita apogr.; sed quae antecedunt et sequuntur,* nostris *legendum esse suadent.*

[c] *Sic apogr.;* eandem omnes? [d] *Sic ap.;* institutionem?

[e] hanc *apogr.*

[f] *Ita librarius, locum obscurum esse significans. Fortasse legendum:* in collegiis siue Bursis alijs inueniuntur.

---

[1] Cf. *Can.* Epp. I, 251[4].

[2] Initio anni 1558 in gymnasio tricoronato (nunc „Marzellen-Gymnasium") 80 homines habitabant, e quibus 23 Societatis, ceteri convictores erant (*Boyman* in eius gymnasii * historia, cod. „Hist. gymn. tr. cor." f. 48[a]).

stare concordiam, simplicitatem, charitatem, diligentiam atque obedientiam.

Effeci hoc etiam, ut concionandi locum posthac habeant in celeberrimo templo S. Ursulae ejusque sodalium undecim millium, cum antea locum evangelizandi deesse quererentur[a], prudentia ceteros vincere mihi videtur M. Rhetius, professorum amplus est numerus, ut M. Theodorici Canisii opera non adeo forte sit necessaria illis quam Pragensibus vel Viennensibus, qua de re paulo post fusius. Haec sunt, quae mihi veniunt in mentem de statu fratrum Coloniensium, non ut aliquid hortatu meo in illis immutetur, sed ut prudentia tua, Reverende pater exactius judicet meliusque disponat in ea felici urbe, quae nunc sane laborat gravi penuria, si unquam alias, fidorum operariorum, ubi potentes etiam adversarii Catholicis vehementer obsistunt ac nocent plurimum. — Cum jam salvus huc rediissem, Deo gratias, offendi [litteras] p. Victoriae[b]. Nam ex urbe nullas nisi 18.[1] Septembris postremo datas accepi. Reliquae per M. Balduinum ejusque socium[2] allatae, sunt vetustiores. Redeo ad p. Victoriam, qui mihi duplici tentatione nescio quo modo agitari videtur, nimirum ut ex Germania revocari cupiat, pertaesus fortasse harum in peregrinando et visitando molestiarum, praesertim cum, quod pie monet ac cupit, efficere semper non potest; dein quod Viennae lectoris munus ambire videatur. Qua de re jam saepe scribit, ac personarum[c] [?] necessitatem praetendit, quia ex nostris duo illic debeant profiteri theologiam, ac Dominicani urgeant vehementer, ut si aut non possimus aut nolimus patri Goudano[d] et mihi nostros lectores substituere, in ipsos demum hoc munus transferamus[3]. Non enim posse diutius nostram quamvis honestam absentiam ferri. Qua de re sic breviter mihi videtur, salvo semper juditio majorum: Si Doctor Paulus[4], quem alicubi decumbere dolemus, non statim Viennam adire possit, illius loco mox esse mittendum p. Lanoyum, aut M. Theodorum [*sic*][5] Canisium, suscepta tamen ab hoc prius Bononiae vel Patavii laurea doctorali, ut alter horum, si uterque, quod malim, mitti non potest, necessarium theologi locum suppleat, nec solum in profitendo, sed etiam in adjuvando et ornando Collegio nostro Viennae et Pragae Regi donetur.

[a] *Ita legendum esse omnino videtur;* sed antea *etc.* queruntur *apogr.*

[b] offendi p. Victoriam *apogr. At hunc Vormatiae tunc non fuisse constat; et quae sequuntur, Canisium de litteris scribere ostendunt. Cf. supra p. 149.*

[c] *Sic apogr.;* praesentem? [d] Goudani *apogr.*

---

[1] Canisius 6. Decembris 1557 Lainio scripsit se romanas litteras non accepisse post eas, quae 2. Septembris datae essent; hae itaque 18. Septembris Vormatiam allatae esse videntur.

[2] Balduinum ab Angelo et Andream Boccatium; cf. supra p. 144[2].

[3] Cf. supra p. 145. [4] Hoffaeus.

[5] Theodoricus Canisius significatur.

Notum est ab initio sic nos cum Rege convenisse, ut duos illi professores theologos exhibeamus, et is Viennae status est, ut nunquam alias aeque necessarium fuerit laboranti illic theologorum facultati ac afflictae prorsus religioni suppetias ferre. Nam mihi placere non potest, ut ad hoc munus p. Victoriam quamvis cupidum et nimium hic sibi pollicentem pervenire sinamus. Et valde miror quod idem me inconsulto cum Rege tractarit de M. Dyrsio neque philosopho neque Baccalaureo Theologiae, ut is in hoc professoris munere succederet, quoad alius e nostris professor adesset [1]. Multae sunt aliae gravesque causae, cur vehementer optarim et ex animo petam, ut saltem ad tempus p. Lanoyus Viennae restituatur, etiamsi media hyeme illi peregrinandum esset. In summo discrimine nunc illic vivitur, ut scribit ad me Dyrsius plorans [2], et nostri certe juvandi sunt multis in rebus, quas p. Victoria Germanis ignotus expedire non possit. Dein succurretur hac via Pragensibus, et juvabitur p. Victoria, praesertim ut nonnullas innovationes aut mitiget aut corrigat, rectiusque ambo inter se conferant, quae scriptis aegre possint expediri. Conor meis et ego literis, p. Victoria ne longius procedat, zelum boni viri moderari, audio querelas fratrum, et velim cum minima offensione transigi quae meo loco subit, nec opus puto in minutis quibusdam vim facere, et est aliquando [a] nonnullis indulgendum. Ingolstadii quinque abductos ab ipso esse graviter ferunt, non quod mihi zelus et pietas viri displiceat (scio enim et fateor Germanis nostris fratribus utilissimum illum fuisse ac paulatim ut spero magis magisque futurum esse) sed magni tamen refert, suaviter quoad ejus fieri potest disponere et ita curari [b] [?] vulnera, ut, qui graviter aegroti non sunt, molliter magis quam aspere hoc loco tractentur. Quod si Colloquium hoc quod nondum prospicimus, finem acciperet, tamen haud facile futurum putarem, ut p. Goudanus ad profitendi munus Viennam rediret, quia curanda erit alibi potius ejus afflicta valetudo. De me nihil aliud pollicebor, quam quod statuerit autoritas tua, ac sinent communia hujus provinciae negotia, quae ut recte curentur, nec uni loco, nec tali docendi muneri hominem alligatum esse permittunt. Unde quaerendi et quam primum constituendi sunt credo Viennae professores, qui etiam ad docendum paulo quam p. Victoria expeditiores accedant, sive demum p. Lanoyus et M. Theodorus ut dixi mittantur, sive M. Lambertus [3] Viennae suae restituatur, cum is certe non tantum docendo in scholis, sed multo magis etiam concionando in civitate Regia, sed corruptissima, utilitatem Christo et Ecclesiae maximam adferre posse videatur.

---

[a] aliquis *apogr.* [b] *Sic apogr.;* curare?

---

[1] Vide supra p. 149—151. [2] Vide supra p. 152.
[3] Auer.

Scripsi ad p. Victoriam, ne quid temere ac praemature statuat de summa proventuum ita partienda, ut pars una serviat fratribus Romae sustentandis; videndum enim prius, quantos ferre sumptus nostri possint, ut de necessariis Collegii rebus nihil detrahatur. Monitus autem ille sic respondet, tum nostros, qui ex Germania mitterentur[a] [?], Romae nutriri posse, si huc simul applicentur salaria, quae lectoribus theologis Viennae persolvuntur. Hoc fundamentum quale sit intelligi facile potest, ut illi superstruere non sit securum ac firmum, nisi hanc subire conditionem velimus, ut duos professores ex hac societate praestemus, ac operas nostras velut mercenarii locemus[b]. Imo urget ille, ut tertiam lectionem theologicam lege simili suscipiamus, et apud Regem de philosophica quoque fortassis egit, nescio quid sibi promittens. Misit non parvam pecuniae summam Viennae collectam, priusquam de summa Pragensium inopia sublevanda cogitaret, et nunc literis queritur, eam pecuniam non pro sua voluntate distributam esse. Haec aliaque id genus ut ardenter instituuntur, ita fortasse non semper optime cadunt, quod maturiore consilio egent, quae diuturna et solida permanere volumus.

Scripsi alias et nunc repeto, Pragensi Collegio Rectorem alium si non necessarium, certe utilissimum fore, qui nostris etiam magis se norit accomodare et in externo homine confidentius [?][c] agere[1].

Princeps Bavariae qui certos Collegio suo[2] proventus assignare statuit, eosque non parum auxit, ut jam mille aureos promiserit[3], non mihi negligendus videtur, in eo praesertim, quod contendit a nobis impetrare virum peritum, gravem et autoritate quadam praeditum, ad profitendam Ingolstadii philosophiam. Itaque non difficulter faceret, ut nostri non modo graecae ac hebraicae linguae, sed etiam philosophiae professores, ac dein totius pene facultatis artium doctores summa cum utilitate subministrarent. Ego vero cum ab hoc principe monear, ut ad philosophiam consequendam[d] [?] intercessor accedam, non possum hoc offitium non sedulo curare, ac pietati tuae in Domino commendare, ut letum brevi responsum inde contingat.

---

[a] *Sic apogr.;* mittantur? mittentur? [b] docemus *apogr.*

[c] *Sic, vel* consideratius *apogr.*

[d] *Ita apogr.; sed legendum esse dixeris:* philosophum consequendum.

---

[1] P. Ursmarus Goissonius, vir sanctae cuiusdam simplicitatis, qui se „gementem collegio Pragensi praefuisse" alicubi scripsit, anno 1558 a Lainio eo onere levatus est, et cum gravissima officia in Italia administrasset, anno 1578 Lovanii laetissime obiit eo maxime, quod „vitam in Societate egisset" (*Schmidl* l. c. I, 116. 123. *Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesv Pars quarta [Romae 1652] l. 6, n. 151—153).

[2] Ingolstadiensi.

[3] „Mille aurei" hic mille florenos rhenenses aequare videntur; vide supra p. 122.

Scripsi suaves Jonae literas, si quid blanditiis apud eum profici potest. M. Scorichium[a] male valere audio, Utinam corpore tantum. De p. Ambrosio nihil unquam nisi quod Bononiam venerit rescivi[1], M. Guilielmum dimissum[b][2] praeter expectationem offendi in culina Coloniensi apud nostros occupatum. Doctor Tilanus quid agat et post promissa praestet, lubens audiam. Leonardus[3] frater, qui nobiscum ex Italia rediit, scilicet et valetudinem et studia curaturus, agit Coloniae. Pro quo missus ad nos fuit Stephanus Carolus Spirensis, nec multo post a nobis remissus ob diuturnum languorem, ut nec sibi neque nobis satis in ministrando idoneus esset. Nunc ex egroto vere sanus evasit, ac mortem aeterna vita commutavit ante paucas hebdomadas, ut si salutarem ejus vitae finem spectemus, non possimus illi merito non gratulari tam feliciter in Domino emigranti. Successit illi Johannes Thomasius Lotharingus, Colonia quoque missus, ut hic nobis in ministrando adsit, probae indolis magnaeque spei adolescens, sed adhuc grammaticus.

Venerunt missi ex Italia fratres, sed certe ut libere dicam, potiores nonnullos expectabamus, praesertim qui ad hanc desertam plane messem[c] instructi accederent, aut saltem majorem operam Pragae nostris darent, ubi Theologus, philosophus et Rhetor non parum laborant atque decumbunt. Tres Coloniam destinatos jamque duos missos esse, non improbamus; sed cupimus tamen in hac necessitate, Collegiorum nostrorum rationem diligentem haberi, et si fieri potest, tertium qui propterea fortasse divina voluntate impeditus substitit, ut Germaniae donaretur[4], nobis reservari, pro benedictione aliqua, gratis animis accipiemus. Quamquam hic carnis et sanguinis respectum omnem abesse velim; publica spectatur et quaeritur utilitas ad Dei gloriam. Obiit autem non ita pridem ejusdem Canisii mater, quae mihi Noverca fuit, sed nihil minus quam noverca. Illius animam, Reuerende p., R. t. ac aliorum patrum sacrificiis fratrumque precibus adjuvari etiam atque etiam opto. Itaque non est quod speret D. Leonardus Kessel, ut maxime frater ille Coloniam veniat, aliquid utilitatis a matre accessurum, sicut ab aliis plerisque non sine sollicitudine colligere solet.

De bonis M. Lamberti[5] disponendis, cum ipse in patriam venerit, recte constituet; scribat interim licet ad suos, ut sumptus prosequendis

---

[a] Sconchiam *apogr.*

[b] *Ex apogr. clare intellegi non potest, utrum* dimissum *an* Romae dimissum *legendum sit.* [c] missionem *apogr.*

---

[1] Cf. supra p. 139.

[2] Guilielmum Geldrensem vel Antverpianum (Cartas de *San Ignacio* VI, 446. 644)? Cf. supra p. 60—61. [3] Villerius.

[4] Theodoricum Canisium, fratrem ex patre, Canisius ex Italia in Germaniam superiorem mitti cupiebat. [5] Auer.

studiis necessarios in Urbem vel ad amicum aliquem Italum mittant; aliam ego rationem pecuniae ab amicis impetrandae aut isthuc perferendae non possum reperire. Demum p. Gaudanus et ego plurimum rogamus, ut promissae ac institutae pro hoc Colloquio Missae in Domino continuentur, multisque Collegiis aliis, ut pro nobis sacrificetur et oretur, cupimus commendari. Dominus Jesus in gloriam suam nos conatusque nostros dirigat ac futuram Praepositi nostri electionem, causasque omnes societatis prosperare dignetur.

Wormatiae 18. Novembris anno 1557.

Servus et filius in Christo Pet. Canisius.

269.

CANISIUS

ceterique colloquii vormatiensis collocutores catholici cum suis „adiunctis" [1]

IULIO DE PFLUG,

episcopo naumburgensi et colloquii praesidi.

(Litterae a Canisio conscriptae.)

Vormatia 6. Decembris 1557.

Ex autographo Canisii (2°, 7 pp.), quod Vindobonae in archivo aulae caesareae inter monumenta exstat, quae olim ad archivum archicancellarii imperii romani — elector moguntinus id officium administrabat — pertinebant. Cod. „Rel. A 5a", P. 2. aa.

In eodem archivo duo exstant apographa, quae Pflugius 7. Decembris 1557 Ferdinando I. misit: Fasc. „Colloquium Wormatiense de 1557".

Paucissima ex hac epistula posuit *Salig* l. c. III, 333. Integram epistulam evulgarunt *Frid. Fornerus*, „Historia hactenus sepulta, Colloquii Wormatiensis, . . . Anno M.D.LVII., instituti" (Ingolstadii 1624) p. 155—162, et *Heppe* l. c. I, Beil. p. 52—61.

Pflugium colloquium indefesse moderatum esse. Huius dirempti culpam nequaquam catholicis assignari posse. Adversarios acerbe et inordinate res tractasse nec de ipsis colloquendi principiis cum catholicis convenire voluisse. Cum tantum cum iis, qui augustanam confessionem vere sequerentur, colloqui oporteret, Melanchthonem eiusque asseclas errores cum hac pugnantes nominatim damnare noluisse. Protestantes de summis fidei capitibus inter se dissentire. Ipsos collocutores protestantes divisos esse in duas partes, quarum una alteram e colloquio exclusisset. Nec residuos, quae rex iis proposuisset, praestare voluisse. Protestantes verum concordiae studium Vormatiam non attulisse, imperiose se gessisse; amarulentas ab iis contiones habitas, catholicos contionatores petulanter impeditos esse.

†

Reuerendissime Domine Praeses [2].

Principio ingentes debemus et reuerenter agimus gratias Reuerendissimae celsitu. tuae pro singulari studio suo, quod hactenus abunde

[1] Horum nomina vide infra, monum. 132.

[2] Collocutores catholici his litteris imprimis respondere videntur ad ternas

declarat[a] hac in Colloquij plus satis molesta causa, dum eadem dignitas tua creberrimis utriusque partis interpellationibus tum uoce, tum scripto factis supra modum grauatur[b], dum praeterea nihil intermittit, nouamque semper alacritatem et animum indefessum adfert[c] ad rem tantam, in qua certe publica pax et concordia quaeritur, rite et utiliter moderandam promouendamque[d] [1]. Coeterum[e] quod ad praesentem huius causae statum spectat, haud dubie intelligimus, Colloquij institutum, quod per Status[f] Imperij Ratisbonae designatum, nobisque per eosdem etiam impositum fuit, ad finem seu suspensionem tendere, cum uix adhuc recte sit inchoatum[2]. Videmus autem aliquando in quaestionem uocandum esse, in vtra parte culpa haeserit[g] diremti[h] seu suspensi colloquij[i]. Ac nos quidem Catholicae partis Collocutores et[k] adiuncti, non dubitamus ad acta Colloquij, ad seriem ac tenorem totius tractationis quam fide dignis testibus comprobare possumus, prouocare, nihilque magis desideramus, quam ut ex anteactis, dictis et scriptis nostra causa iudicetur, sed ab his, quorum interest et qui pro authoritate possunt ac pro aequitate uolunt iudicare. Nam haud multum terremur eorum uerbis atque sententijs, qui in hoc colloquio simul[l] actores et iudices agere uoluerunt, quorum si testimonio: quod pro se et aduersus nos adducturi sunt, fides haberetur, dubium non est, quin Colloquij impediti diremptique causam in nos illi[m] a se statim reiecturi sint. Sed aequiores minimeque suspectos iudices optamus, hocque unum precamur, ut bona fide conferantur nostra et alterius partis facta, dicta, scriptaque omnia, quae deinde cum sententia et voluntate Statuum et[n] decretorum Jmperij[3] cupimus componi, ac probe examinari. Sic demum facile perspicietur, utri parti haec culpa imputanda sit.

Ac primum omnium aperte constat, hanc Statuum illorum fuisse sententiam, ut modeste ac ordine in hac tractatione seu collatione doctrinae omnia gererentur. Coeterum qui ab initio actis Colloquij

---

[a] *Heppe (deinceps signabitur littera H.) om.:* declarat.

[b] non grauatur *Fornerus (deinceps signabitur littera F.). Qui ipse fatetur codicem, quo usus sit, „Gallicano, et non admodum legibili charactere conscriptum“ esse (Epistula dedicatoria p. 2).*

[c] *F. om.:* adfert. [d] *Apud F. sequitur:* addit.

[e] *A Canisio ipso correctum ex:* Iam. [f] statum *H.* [g] haereat *F.*

[h] diruti *F.* [i] colloqui *H.* [k] ac *H.*

[l] simul et *F.* [m] *F. et H. om.:* illi. [n] ac *F.*

---

litteras a protestantium assessoribus, theologis, auditoribus Vormatiae kalendis decembribus 1557 Pflugio traditas, quibus culpa suspensi vel dirempti colloquii in catholicos derivatur. Typis descriptae sunt litterae illae a *Fornero* l. c. p. 145—154 et a *Heppe* l. c. I. Beil. p. 37—48.

[1] Protestantes quoque theologi testati sunt Pflugium „patienter“ sibi aures praebuisse et „aequabilitatem in hac gubernatione“ colloquii „praestitisse“ (*Heppe* l. c. I, Beil. 45—46. *Fornerus* l. c. p. 153).

[2] Vide supra p. 141. [3] Cf. supra p. 83.

interfuerunt, satis norunt, ab aduersa parte peracerbe, praepostere et inordinate causam inchoatam esse. Protinus enim cum occasionem nullus praeberet, exorsi sunt rem a grauissimis accusationibus, ut nobis etiam crudelitatem et impietatem obijcere non uererentur, perinde ac si furoris spiritu[1] afflati essent. Verum de obiecta crudelitate uiderint, quorum interest: illud omnes qui in hoc ingressu Colloquij[a] adfuerunt[b], testabuntur, istos audacter, diserte et sine circuitione, magnaque cupiditate damnasse impietatis declarationem Caes. Maiestatis, quam Jnterim uocant, et decreta quoque synodi Tridentinae[2]. Quae tamen ut essent forte impia, intempestiue nec minus inique tunc tam[c] atrociter accusabantur, adeoque condemnabantur, utpote cum[d] ex illorum genere haberentur, de quibus in futura[e] de singulis articulis collatione per argumenta, non autem per nudas huiusmodi condemnationes dispiciendum erat. Mirum autem, hoc[f] ante tempus ausos esse pronuntiare prorsus intrepide, postea uero in tempore nobiscum damnare noluisse sectas, etsi decretum Jmperij id plane flagitaret.

Jta quod ad Zuinglianum dogma de Eucharistia spectat, quodque non solum ab uniuersis Jmperij Statibus, sed etiam a Luthero constanter et manifeste damnatum semper fuit, hoc isti ad disputationem ac[g] discussionem vocari noluerunt[3]. At Caesaris librum et declarationem, ubi tot fidei et Religionis articuli dogmataque continentur, simpliciter et citra omnem collationem aut disquisitionem, tam praepostere, quam praepropere impietatis isti condemnauerunt[4].

Causantur interim se defugere condemnationem[h] Zuingliani dogmatis, aliarumque sectarum quae non minus ab ipsorum Confessione[i], quam a Religione nostra ueteri alienae[k] sunt[5], quia uereantur distractiones, dissensiones et turbas publicas hinc prouenire[l] posse[6]. At multo magis haec prouidere et uereri pericula debebant, cum Caesaris

---

[a] colloqui *H.* [b] fuerunt *F.* [c] tamen *F.* [d] *F. et H. om.:* cum.
[e] futuro *H.* [f] hos *F.* [g] et *F.*, *H.*
[h] cendemnationem *H.* [i] *A Canisio correctum ex:* doctrina.
[k] aliena *F.* [l] evenire *H.*

---

[1] 2 Reg. 22, 16. Ex. 15, 8.

[2] *Melanchthon* in sessione prima: „Reijcimus etiam . . . nominatim decreta impia facta in Tridentina synodo, ut nominant, et librum, cuius titulus est Interim (*Heppe* l. c. I, 177[1]. *Fornerus* l. c. p. 16).

[3] Zwingliani a. 1555 Augustae Vindelicorum a „pace religionis" inter ordines imperii composita exclusi erant. Notum quoque est Lutherum acerrime scripsisse contra Zwinglium asserentem panem eucharisticum significare tantum corpus Christi.

[4] „Interim" illud significatur, de quo disseruimus supra p. 51[3].

[5] *Confessio augustana* a. 1530 haec habebat in articulo X: „De Coena Domini [ecclesiae apud nos] docent, quod corpus et sanguis Christi vere adsint, et distribuantur vescentibus in Coena Domini, et improbant secus docentes."

[6] Theologi protestantes haec Pflugio scripserant 1. Decembris 1557 (*Fornerus* l. c. p. 151. *Heppe* l. c. I, Beil. p. 45).

librum, in quo fere[a] summa est Christianae doctrinae, tam leuiter condemnarunt. Et ad huc qui sic petulanter egerunt, uideri uolunt, modeste et ordine cuncta in colloquio peregisse[1].

Adhaec[b] erat inprimis necessarium, si articulorum collatio recte[c] et vtiliter institueretur, ut inter partes conueniret de primis, ut uocant, principijs, quorum vtrinque suus et certus esset usus in probando et confutando[d]. Qua de re cum illos fideliter et in tempore admonuissemus, responderunt ad controuersias fidei dirimendas sufficere scripturam Propheticam et Apostolicam, triaque symbola[2]. Hic rursus ostendebamus, non raro usuuenire, praesertim incalescentibus hinc inde partium contendentium studijs, ut opus sit prorsus testimonio Ecclesiae Catholicae, tanquam certissimae interpretis scripturarum: quod testimonium quasi principium recipi atque[e] constitui oporteat[f]. Tum illi responderunt, scripta Prophetica et Apostolica non esse ambigua dicta, uel numeros Platonicos[3]. His alijsque similibus uerbis declarauerunt[g] satis, suo quidem iuditio scripturas esse perspicuas, ut interpretis authoritate non sit opus. cum interim sua ipsorum scripta nonnunquam Ecclesiae iuditio submittere uideantur, ut ipsi aperte suis libris testantur. Sed iudicabunt aequi censores, superiore[h] arte eludi non posse, quod nos in genere[i] et necessario quidem postulabamus, ut praeter scripturam et Symbola, Ecclesiam quoque iudicem agnoscamus ac[k] feramus[l], in ijs[m] nimirum contentionibus ac difficultatibus, quae neque scripturarum locis apertis, neque earundem collatione submouerj[n], et vtrinque a partibus componi possunt.

Neque uerum esse conuincent vnquam, quod nobis affingunt tamen[o], uelut asseramus[p], consuetudinem dissimilium temporum, aut confusaneum quendam consensum pro principio et norma iuditij admitti et recipi oportere[4]. Apertis enim disertisque verbis petiuimus,

---

[a] vere *F.* [b] Adhuc *H.* [c] rite *F.* [d] computando *F.*
[e] ac certe *F.* [f] oporteret *H.* [g] declararunt *F.*
[h] superiori *F.*, *H.* [i] ingenue *H.*
[k] et *F.*, *H.* [l] quaeramus *F.* [m] his *F.* [n] intelligi *F.*
[o] *F. om.:* tamen. [p] disseramus *H.*

---

[1] „Modeste", inquiunt iidem theologi, „et sine vlla tergiuersatione colloquium inchoauimus, et prorsus nihil mouimus, quod vel distractionem afferret, vel impediret, praesens institutum" (*Fornerus* l. c. p. 151. *Heppe* l. c. I, Beil. p. 43. *Corpus Reformatorum,* ed. *Car. Gottl. Bretschneider,* IX [Halis Saxonum 1842], 388).

[2] Symbola significantur: nicaenum, nicaeno-constantinopolitanum, athanasianum: quae nunc quoque a Lutheranis et „Reformatis" recipiuntur.

[3] „Ἀριθμοὺς εἰδητικούς" Melanchthon significabat, quos Plato cum suis speciebus iungebat.

[4] „Moliti sunt aduersarij distractionem, et normam iudicij manifeste iniustam, et absurdam proposuerunt, videlicet consuetudinem dissimilium [dissimillimorum] temporum, quam nominant perpetuum Ecclesiae consensum, cum manifestissimum sit, multos recentes abusus, et falsas opiniones, puriori vetustati prorsus ignotas, paulatim in hac delira mundi senecta, in Ecclesia [ecclesiam] irrepsisse": Theologi protestantes

vniformem ac perpetuum Ecclesiae Catholicae sensum atque consensum pro iudice agnosci atque[a] constitui, quoties aut[b] per se obscurae nobis scripturae sunt, aut per contentiosos et malitiosos homines, ut fit, obscurantur. Ad acta quae extant, prouocamus, conferant boni sententias, nihil noui[c] adfingimus[1].

Quae propterea paulo fusius repetita sunt, ut uideant[d] omnes, qua aequitate illi nobiscum adhuc agant, cum dicunt nostram hanc postulationem insidiosam esse, ac ipsis non probari admittique. haec[e] eo nimirum spectant[f], si uerum dicendum est, quod malunt nullum, quam nostrae[g] et Catholicae Ecclesiae consensum ferre, ac iuditium sequi[h]. Jta quod nos ad Colloquium utiliter continuandum proponebamus[i] ac necessario etiam urgebamus de principijs, id illi nunc rapiunt ac magna ui detorquent ad praetextum, quo persuadeant si possint[k], nos dissoluendi Colloquij ansam[l] praebuisse, cum plane contrarium consequatur.

Pari[m] modestia et aequitate nos taxant, uelut authores distractionis[n] et multarum ruinarum[o], quia sectas in spetie damnari petiuerimus[2], sequuti in eo decretum Comitiorum Ratisponensium a quo neque discedit Regia Maiestas in postremo suo responso[3], et confirmant eandem petitionem ut plane instituto huic consentaneam, illi collegae ac[p] socij, qui a Statibus Imperij ipsis adiuncti, et ab illis ipsis non sine ui quadam exclusi sunt[4], quemadmodum

---

[a] et *F.* [b] autem *F.*, *H.* [c] non *H.*
[d] *Sequitur:* boni, *a Canisio oblitteratum.* [e] sed *F.*, *H.* [f] spectat *F.*
[g] verae *H.* [h] ecclesiae consensum ferre et sequi *H.*
[i] *H. om.:* proponebamus.
[k] *A Canisio in margine correctum ex:* praetextum, quo cogant. *H. om.:* si possint.
[l] causam *F.* [m] Parua *F.* [n] distractionum *H.*
[o] multorum ruinae *F.* [p] et *F.*, *H.*

---

in litteris 1. Decembris 1557 ad Pflugium datis (*Fornerus* l. c. p. 151. *Heppe* l. c. I, Beil. p. 45. *Corpus Reformatorum* IX, 388).

[1] Cf. supra p. 141.

[2] „Errant autem aduersarij, si putant, iam sibi profuturas esse, maiores dilacerationes, quarum ruinae, et multas gentes feriunt [ferient], et ad posteritatem facturae sunt vastitatem": Theologi protestantes in litteris supra allatis (*Fornerus* l. c. p. 152. *Heppe* l. c. I, Beil. p. 45. *Corpus Reformatorum* IX, 388).

[3] De his litteris vide infra adnot. 4.

[4] Ex theologis protestantibus quinque flaciani, Snepfius, Mörlinus, Strigelius, Stösselius, Sarcerius, ceteris reclamantibus, 23. et 24. Septembris condemnationem, quam catholici poposcerant, Zwinglianorum, Maioristarum aliorumque sectariorum scriptam praesidi colloquii tradiderunt; quare, auctore Melanchthone et ceteris protestantibus, assessores protestantes iis, ne amplius colloquio interessent, interdixerunt itaque quattuor ex iis (quintus iam antea abierat) 2. Octobris Vormatia discesserunt protestationis litteris apud notarios relictis (*Heppe* l. c. I, 192—205). Quibus eiectis rursus quidem congregati sunt utriusque partis collocutores, qui supererant, diebus 6., 7., 8. Octobris; et 8. Octobris recitata sunt, quae protestantes ad orationem Canisii 20. Septembris habitam respondenda esse censuerant; sed catholici collocu-

Snepfij[a] [1] et aliorum scripta testantur. Vtinam uero[b] quod male cohaeret, bene distractum esset, utinam quod peruerse fundatum et aedificatum est, probe corruisset. At comminantur isti ut uidetur, temporales[c] ruinas atque calamitates per bella motusque publicos: quibus occasionem nos profecto nec dedimus, nec daturi sumus unquam fauente Christo, cui hoc interim debemus, ut in doctrina fidei atque[d] negotio Religionis ante omnia veritatis[e] rationem habeamus, quodcunque tandem probrum, periculum et damnum ob veritatem subeundum nobis sese offert. Quid[f] uero cum huiusmodi[g] recte institui, ac[h] foeliciter componi possit[i], qui bonum malum, et[k] lucem tenebras dicunt[2], illudque rectum[l] duntaxat quod ipsis placet, uideri uolunt?

Et abunde constat ex decretis duorum Recessuum, Augustani ac[m] Ratisbonensis, sic Jmperij principibus uisum esse, ut haec doctrinae collatio cum ijs fieret tantum, qui uere ac[n] proprie Confessionem Augustanam amplecterentur: alias enim sectas pro damnatis haberi uoluerunt[3]. Jam hi spetiatim eiusmodi sectas damnare prorsus re-

---

[a] Schenepfius *H.*
[b] *H. omittit septem verba proxime sequentia.* [c] temporaliter *H.*
[d] atque in *F., H.* [e] veritati *H.* [f] Quod *F.*
[g] hujusmodi hominibus *H.* [h] atque *F.* [i] posset *F.* [k] *H. om.:* et.
[l] recte *F.* [m] et *F., H.* [n] et *F.*

---

tores statim initio affirmarunt, ipsum colloquium, quinque illis exclusis, continuari non posse, nisi forte praeses eiusque assessores illud continuandum esse „declararent". Suspensum itaque mansit colloquium (*Salig* l. c. III, 318—319. *Heppe* l. c. I, 192—209. *Riess* l. c. p. 223—225). Cum autem Pflugius litteris 27. Octobris 1557 datis a Ferdinando rege, quid agendum esset, quaesivisset, is 9. Novembris rescripsit: Nolle se quidem eam causam definire; sed valde se optare, ut colloquium continuaretur, idque fortasse ita fieri posse, ut protestantes revocandis illis, quos exclusissent, consentirent, catholici adversariis acquiescerent augustanam se confessionem sequi profitentibus, ac promittentibus se, cum de capitibus controversis singillatim ageretur, sententiam suam copiosius aperturos esse. Praeterea Ferdinandus particulares ad catholicam partem litteras misisse videtur. Ac catholici quidem parati erant regis consilium sequi, dummodo adversarii quoque, quae ab ipsis rex petebat, praestarent; qui cum pertinaciter id recusarent, iam patuit colloquium finiendum vel suspendendum esse, idque assessores et theologi protestantes 1. Decembris 1557 litteris ad praesidem datis aegre probaverunt, asseverantes non sua, sed catholicorum culpa rem eo esse deductam (*Fornerus* l. c. p. 136—154. *Salig* l. c. III, 326—331. *Heppe* l. c. I, 216—217. 220—223. *Bucholtz* l. c. VII, 395—396).

[1] Ita *Snepfius* eiusque socii in „protestatione" germanica, 27. Septembris 1557 assessoribus, auditoribus, theologis suae partis exhibita, quam posuerunt *Fornerus* l. c. p. 75—86 et *Heppe* l. c. I, Beil. p. 12—24.

[2] Is. 5, 20.

[3] In recessu comitiorum augustanorum, 25. Septembris 1555 a Ferdinando I. signato, postquam de religionibus catholica et augustana constitutum est, plane dicitur: „Doch sollen alle andere, so obgemelten beden religionen nit anhengig, in diesem frieden nit gemeint sondern genzlich ausgeschlossen sein" (*A. v. Druffel* und *K. Brandi,* Beiträge zur Reichsgeschichte 1553—1555 [München 1896] p. 729. Etiam apud *Lünig,* Reichs-Archiv P. gen. cont. p. 920). Atque ex duorum illorum comitiorum decretis inter veterem tantum religionem et augustanam confessionem

cusarunt, ut hinc nobis in suspitionem uenerint[a], uelut qui edictis Jmperij parere nolint[b], aut qui sub Confessionis illius titulo clam foueant et tegant plaerasque sectas. Eamque suspitionem alia non leuia inditia nobis confirmauerunt[c]. Notum est ingentia uigere certamina inter eos, qui adhaerent dictae Confessioni, neque friuolis de rebus, sed de praecipuis Confessionis articulis ac Religionis Christianae fundamentis[d] irreconciliabiles pugnae pridem apud eos exoriri coeperunt[e], ut de libero arbitrio, de Justificatione, de iusticia Dei, de fide, spe, charitate[f] et operibus bonis, de poenitentia et sacramentis, maxime autem de Coena domini[g] seu Eucharistia. tum de Ecclesia, eius ritibus atque iurisdictione, adhaec de alijs id genus non paucis. Ostendit passim Germania, sectarum esse uarios greges, qui sub eiusd: Confessionis umbra et praetextu uagantur, nec inter se minus dissentiunt, quam ab Ecclesia plane discedunt[h], ipsis quidem infesti sectarijs, in[i] Ecclesiam quoque crudeles.

Quam ob causam non immerito postulabamus, ut hi Caluinianos, Osiandrinos, Jlliricanos[1] et similes qui ab Augustana Confessione manifeste dissiderent[k], condemnare uellent, eadem scilicet libertate atque constantia, qua inde ab initio[l] vti uoluerunt in condemnandis Serueto, Suencfeldio[2] et Anabaptistis. Postulabamus autem idcirco, ut nobis certo constaret, quas demum sectas Confessioni suae includi, uel ab ea excludi et segregari uellent, ne alioquin aduersus Jmperij edictum cum secta alia, quam ijs qui re et nomine Confessionem Augustanam profiterentur, doctrinae Collationem institueremus. Jam cum[m] huiusmodi[n] sectarum iustam et necessariam segregationem urgeremus, mox[o] praeter omnem opinionem Augustana Confessio clam quidem in uarias, palam tum uero[p] in duas partes dissecta uisa est: earum altera hinc discessit, altera nobis residua mansit. Jnter quas partes[q] duas tam male conuenit, vt vna alteram haereseos euidenter incuset, ac Augustanae Confessionis desertae atque corruptae reos faciat; neque[r] nobis

---

[a] cum hic speciatim eiusmodi sectas, in suspicionem vocarint *F.*
[b] *A Canisio correctum ex:* nollent; nolunt *F.* [c] indicia confirmarunt *F.*
[d] *H. hic punctum ponit et novam sententiam incipit.* [e] comperiuntur *F.*
[f] de fide seu charitate *F.* [g] *F. om.:* domini.
[h] *Octo verba sequentia ab H. omissa sunt.* [i] sed in *F.*
[k] discederent *F.* [l] qua initio *F.*
[m] institueremus, cumque *F.* [n] eiusmodi *H.* [o] *H. om.:* mox.
[p] clam quidem, in varias palam, tum vero *F.* [q] *F. om.:* partes.
[r] atque *F.*

---

colloquium instituendum esse, perspicue etiam affirmavit Ferdinandus I. in litteris Vindobona 9. Novembris 1557 ad Pflugium datis, quae typis descriptae sunt a *Melch. Goldast* (Politische Reichs-Händel [Franckfurt am Mayn 1614] p. 740—741).

[1] De „Osiandrinis“ cf. *Can.* Epp. I, 551[1]. „Illiricani“ sive Flaciani „Interim lipsiense“ reprobabant, in quo confirmationem, extremam unctionem, missam, iurisdictionem episcoporum etc. retineri posse affirmabatur.

[2] De Serveto cf. *Can.* Epp. I, 462[1]; de Schwenkfeldio l. c. 551[2].

facile sit pronuntiare, vtra pars iustius sibi sumat ac vindicet Confessionem, et eam rectius profiteri uideatur. Vnde coacti sumus protestationem interponere, ut ne aduersus dicta Jmperij decreta Colloquium haberemus cum incertis Colloquutoribus et cum incerta religione.

Et impediti quidem colloquij[a] causa in eo uel maxime versatur, quod inter se ipsi, ut diximus, discordes esse coeperunt, et alij alios praesertim ab Jmperij Senatu inclusos, excludere et eijcere[b] non dubitarunt[c]. Et haec istorum[d] discordia eousque progressa est, ut si numerentur principes et ciuitates, quibus cum Snepfio et alijs exclusis conuenit in Religione atque doctrina, potior quidem pars illorum, qui Augustanae Confessioni hactenus uisi sunt adhaerere, resecta uideatur ac[e] reiecta[f] prorsus ab hoc Colloquio, et quae hic tentanda est conciliatione[g]. Tum[h] etiamsi cum residuis omnia foeliciter transigerentur, certe dimidia[i] ex parte diminutus fructus is iudicabitur, qui ex tota Colloquij tractatione magno piorum omnium consensu sperabatur. Quis igitur prudens in hac tanta mutatione[k] suasisset aut probasset, nos dissimulata partis aduersae mutilatione, et omissa[l] omni[m] talis euentus[n] inquisitione[1], nos inquam, cum his residuis leuiter progredi, et Colloquium temere continuare?[o] cum etiam prouideremus incommoda, quae non exigua sequerentur, quemadmodum in protestatione nostra, et eius declaratione, alijsque scriptis explicuimus[2].

Atque interim ne per nos Colloquio detrimentum accederet, rem totam retulimus ad Reuerendissimam Cel. tuam, et eius inclitos Assessores, illud summatim petentes, si[p] uestra declaratione intercedente cognosceremus, nos cum residuis recte[q] progredi posse, inoffensa[r] scilicet[s] Statuum Jmperij[t] voluntate, tum nostram operam promptam ac[u] paratam fore[3]. Nec sane uidemus, quid salua offitij nostri ratione, facere aliud potuerimus. nos autem uera dicere ne ipsi quidem aduersarij inficiabuntur[v], etsi iactent interim, nunc nos Colloquium

---

[a] colloqui *H.* [b] reijcere *F.* [c] dubitarent *H.* [d] illorum *F.*
[e] et *H.* [f] reiecta videatur, et remota *F.* [g] collatione *F.*
[h] tamen *F.* [i] dimidiata *F.* [k] *F. om. octo verba sequentia.*
[l] emissa *H.* [m] *H. om.:* omni. [n] Conuentus *F.*
[o] iusserit continuare? *F.* [p] *Praecedit:* ut, *oblitteratum.* [q] tuto *F.*
[r] non offensa *F.;* in offensa *H.* [s] *F. om.:* scilicet. [t] *F. om.:* Jmperij.
[u] et *H.* [v] inficiabantur *H.*

---

[1] Haec protestantes, qui Vormatiae remanserant, iam 6. et 7. Octobris postulaverant (*Heppe* l. c. I, 205—209).

[2] Haec sunt apud *Fornerum* l. c. p. 98—100. 111—136.

[3] „Si Rev. Dominus praeses una cum inclytis assessoribus declaraverit, nos debere progredi cum residuis collocutoribus ad ulteriores hujus instituti colloquii actiones, paratissimos nos offerimus, qui utique syncero veroque desiderio continuare hoc colloquium cupimus, ut fructum, quem status imperii et omnes boni ex hoc ipso colloquio exspectant procedendo in eodem consequamur" (*Heppe* l. c. I, 209[1]).

detrectare et lucem fugere [1]. Jmmo uero tenebras fugimus et negotij perplexitatem, quod expeditum esse oportuit. Accedit quod Colloquij continuationem [a] ante acceptam Praesidis declarationem idcirco etiam inconsultam, nobisque grauem fore animaduertimus, cum residui isti [b] a suis Collegis plane suspecti redderentur, uelut qui Confessioni Augustanae [c] non simpliciter et integre adhaererent [2]. Sed nequaquam obscurum est, cur [d] aduersarij tanto studio egerint, ut absentibus alijs quos excluserunt, cum ipsis hic praesentibus in Colloquio progrederemur. Turpe ducunt sic redire domum patefactis in ipsorum parte [e] dissentionibus et sectis, nec uideri uolunt mutationis et exclusionis illic factae authores, ne simul dissoluendi Colloquij ansam [f] dedisse existimentur.

Et ut clarius perspiciatur quam non leuis ea difficultas fuerit, quae nos tum sistere coegit, consenserunt Praeses et Assessores, de hac tanta negotij magnitudine non leuiter pronuntiandum, sed Regem Rom. Serenissimum admonendum ac [g] rogandum esse. Js etsi in mandatis aliquid dare pro suo iure potuisset, tamen in respondendo tantum consilia [h] proposuit, quorum una pars ad nos, ad alios uero altera pertinebat. Vbi nos Consilijs Regijs obtemperare parati fuimus, nihil dubitantes, quin et suum datum consilium Rex, et nostrum impensum ipsi obsequium Senatui Jmperij suo tempore comprobaturus esset, qua eminet ipse quidem [i] authoritate et aequitate. Caeterum pars aduersa Regis consilium improbauit, ut idcirco non solum non reuocare, sed ne consentire quidem uoluerint in reuocationem illorum, qui aperte queruntur, se ab illis suis [k] exclusos, ac importunitate quadam loco motos esse [3].

Intellexit haud dubie sapientiss. Rex dubium esse, utra pars, excludens ne an exclusa proprie spectet ad Confessionem [l], ideoque et

[a] concinnationem *H.* [b] *H. om.:* isti.
[c] Augustnae *F.* [d] cum *F.* [e] domo *H.*
[f] causam *F.* [g] et *F.* [h] *F. om.:* consilia.
[i] pro sua ipsa quidem *F.* [k] *F. om.:* suis.
[l] Confessionem Augustanam *F.*, *H.*; *et sic legendum videtur.*

[1] Ita assessores protestantes 1. Decembris 1557 Pflugio praesidi de catholicis scripserant, „dass . . . sie das Liecht geschewet, vnd dem gewilligten Reichs Abschied muthwilligklich kein folg thun wöllen" (*Fornerus* l. c. p. 146. *Heppe* l. c. I, Beil. p. 37).

[2] Snepfius eiusque collegae id praestiterunt in „protestatione", quae est apud *Heppe* l. c. I, Beil. p. 12—24.

[3] Haec etiam assessores catholici testati sunt, 7. Decembris 1557 praesidi scribentes: „Intelleximus . . . [theologos nostros] mandato Regio ita acquieuisse, vt si aduersi Theologi, etiam officium suum praestent in reuocandis et reducendis exclusis, paratos se obtulerint, ad continuandum Colloquium." At „aduersi Assessores non solum recusabant authoritate sua exclusos theologos ex consilio regis reducere, sed ne per Reuerendissimam Dominationem Vestram [quidem], quae reuocaturam se, benigne promiserat, concedere volebant" (*Fornerus* l. c. p. 164. *Heppe* l. c. I, Beil. p. 49—50).

illud in quaestionem perplexam venire, cum vtra parte Colloquium iure continuandum uideatur: hinc alterutrum fieri oportere[a], uel ut Confessionis dictae assertores[b] qui nunc in magnum schisma diuisi cernuntur, iterum uelut in vnum corpus dissecta membra coalescant, sibique uniantur, sublatis dilacerationibus[c] atque dissentionibus, uel si id fieri non queat, ut pars altera[d] conuincat alteram de crimine corruptae desertaeque Confessionis Augustanae, idque sub legittimo iudice. Alioquin nisi alterum horum concedatur et fiat, Colloquij progressum[e] aut prorsus nullum, aut minime frugiferum, ac Reip. salutarem[f] fore. et ne cum edictis quidem Jmperialibus ullo pacto conuenire posse[g]. Id enim uolunt ac sanciunt edicta Jmperij, ut assertores Confessionis nobis opponantur, et hi vnam tantum Religionem per omnia dictae Confessionis doctrinae consentientem ac quadrantem constituant: quasi ex professo caueatur, ne vni parti cum duabus aut pluribus alijs subeunda sit collatio, sed vna uni in Colloquio committatur, et utraque unam et certam, veterem scilicet aut[h] pure[i] Augustanam illam Religionem sincere et integre profiteatur. Nunc Senatui Imperij iudicandum relinquimus, et prudentes facile intelligent, an quicquam nobis tentandum hic fuerit aut[k] statuendum aduersus perspicua et grauia Jmperij decreta, et contra Regiae Mai. declarationem.

Nec possumus praeterire peruersa consilia, quae iam inde mox ab initio distrahere et impedire Colloquij ingressum et progressum nitebantur, ut omnes facile intelligerent, aduersarios neque sarciendae[l] concordiae, neque inuestigandae ueritati studium huc ullum ex animo attulisse. Vt enim[m] nihil dicamus de literis testibus, quae passim hinc inde scriptae sunt[1], exclusi Theologi aperte confirmant[n] suis scriptis, quod ipsorum collegae qui nunc residui manent, non spectarint atque[o] curarint pacem atque concordiam in Religione, sed idcirco huc venisse docent, ut Catholicis infesti essent, Catholicam Religionem et sedem Apostolicam euerterent, aut certe illis insigne detrimentum adferrent, dissimulatis interim, quae in ipsorum parte haerebant, intestinis odijs dissidijsque[2]. At[p] uiderint ipsi, an hoc sit

[a] oporteret *F.* [b] Assessores *F.* [c] declarationibus *F.*
[d] alia *F.* [e] accedat, et fiat Colloquij progressio, *F.* [f] salutare *F.*
[g] nullo modo conuenire possit *F.* [h] certam, quae scilicet *F.*
[i] *H. om.:* pure. [k] an *F.* [l] faciendae *H.* [m] iam *F.*
[n] affirmant *F.* [o] neque *F.* [p] vt *F.*

[1] *Melanchthon* Vormatiam profecturus Henrico Buscoducensi 6. Augusti 1557 scripsit: „Malebam ad sapientis et optimi Regis [Daniae] pia colloquia proficisci, quam ad Canisii, Staphyli et similium sycophantarum sophismata audienda“: *Corpus Reformatorum* IX, 197.

[2] „Wiewol man fůrgibt, dises Colloquium sey allein vmb der Papisten willen fůrgenommen, vnnd der Streit sey auff dissmahl nicht wider die Sectarios, sondern wider das Bapstthumb gerichtet, derowegen man auch andere disputationes soll fahren lassen, vnnd allen fleiss dahin wenden, wie man dem Bapstthumb mŏge

praestare fidem ex formula iuramenti ab initio data[a] [1], uiderint an hoc sit amice, Christiane, candide, et pie agere, fidosque Colloquutores agere[b]. Bona[c] conscientia coram Deo et mundo testari possumus[d], praestitisse nos CHRISTO iuuante, quod polliciti sumus, Christianos animos ad Christianum Colloquium adferentes. Deus utrisque cito apparebit iudex, iniqua hominum iuditia non reformidamus, boni et aequi recte ac[e] sane iudicabunt. Est in manibus multorum, quid Conuentus ille Francfordiensis paulo ante ingressum Colloquij celebratus praescribat, quid exigat ab suae partis Colloquutoribus, iniquas profecto leges et indignas libero Colloquio, sed quas isti sedulo obseruare[f] et reipsa confirmare studuerunt[g], nec tam defuit illis faciendi uoluntas, quam facultas perficiendi [2]. Omittimus contiones Vuormatiae ab illis habitas, parum certe modestas, et amarulentas adeoque seditiosas, quae nihil amoris et quieti spiritus referrent, nosque magna ut plurimum[h] uulgi inuidia praegrauarent. Notum est quid ferijs B. Andreae [3] in templo [4] contigerit, ubi Religiosus pater[i] et doctus Theologus Joannes Crescenicus[k] [5] contionem Catholicam[l] absoluisset. Mox e suggestu descendentem adoritur Maurbachius[m] Argentinensis Contionator [6], insimulat bonum uirum blasphemiae, prouocat ad publicam illic disceptationem, concurrit populus, parum abfuit a seditione, turbas a Maurbachio[n] excitatas indigne ferunt omnes, aduersarij quoque factum petulans probare non possunt. Pari improbitate actum est[o] cum Joanne a uia Doctore[p] Theologo et Catholico contionatore [7],

---

[a] *A Canisio ipso correctum ex:* datam.
[b] praebere *F.*, *H.* [c] agere, bona *F.*
[d] *F. om.:* possumus. [e] et *F.*, *H.* [f] *H. om.:* obseruare.
[g] studuerint *F.*
[h] et plurima *F.* [i] pius *H.* [k] Crescenius *F.*; Crescentius *H.*
[l] *A Canisio in margine ascriptum.*
[m] Marbachius *F.*, *H.*
[n] Marbachio *F.*; Marhachio *H.* [o] *H. om.:* est.
[p] *H. om.:* Doctore.

---

stattlich abbruch thun, so erfordert doch" etc. Ita *Snepfius* eiusque collegae in „protestatione", 27. Septembris 1557 ceteris protestantibus (non catholicis, id quod *Fornerus* scribit) tradita (*Fornerus* l. c. p. 78. *Heppe* l. c. I, Beil. p. 15).

[1] Vide supra p. 131[2].

[2] Ordines protestantes Francofurti formulam a theologis suis subscribendam curarunt, in qua promittebant se, quidquid cum augustana confessione et apologia pugnaret, repudiaturos esse (*Häberlin* l. c. III, 263—266. *K. A. Menzel*, Neuere Geschichte der Deutschen seit der Reformation II [Breslau 1854], 314—315).

[3] Die 30. Novembris; dies apostolorum tunc feriati erant.

[4] In templo S. Andreae id factum esse contendit *Salig* l. c. III, 340.

[5] Ioannes Gressenicus (Cressenicus) O. Pr., contionator ducis Bavariae, collocutoribus catholicis adiunctus.

[6] Ioannes Marbach, superintendens argentoratensis, collocutoribus protestantibus adiunctus.

[7] De hoc vide supra p. 125[4].

quem Jacobus Andreas[1] alijque nonnulli ex aduersarijs in templo[a] [2] aggressi sunt, et turbulentis uocibus exceperunt, cum uix finem contionandi fecisset. Non loci sanctitas, non populi conspectus, non temporis incommoditas eos absterruit, quominus ad certamen fessum iam utrumque prouocarent[b]. Nec[c] detrectauerunt quidem boni uiri pugnam, parati rationem dictorum et fidei reddere, tantum hoc rogarunt, ut domi uel commodiore[d] loco admonerentur. Adeo parum[e] spei nobis isti praebuerunt, siue suis[f] contionarentur, siue nostros audirent, cum hic Vuormatiae sumus. Nec illud repetemus, quam parum aequis conditionibus saepe nobiscum sit actum in Colloquio. Post multas preces et serias admonitiones obtinere potuimus nunquam, ut sinerent in acta publica referri, quae partim inclyti assessores nostri testari nuper coeperunt, partim nos etiam rei necessitate ita cogente publice protestati sumus[3]. Noluerunt[g] a suis notarijs excipi, quae publice dicebantur, agebantur, postulabantur[h]: quod ipsis placet, hoc audiunt[i], legem praescribere ac necessitatem quandam nobis imponere non raro tentauerunt. Nouit de his plura Cels. tua Reuerendissima, quam ut opus sit repetere, perspecta sunt istorum quae sensimus Manliana[k] Jmperia[4].

Atque haec breuiter tantum proposuimus, ut ex hac[l] rerum in Colloquio gestarum serie cognoscant boni omnes, praecipue autem Serenissimus Rom. Rex et Communes[m] Jmperij Status, in nobis culpam haerere nullam aut suspensi, aut diremti, aut impediti huius Colloquij[5]. Tuae uero amplitudini Reuerendissime Domine Praeses gratias

---

[a] *Sequuntur verba:* etiam tunc, *a Canisio ipso postea deleta.*
[b] ad certamen, iam vtrinque prouocarent *F.* [c] Hanc *H.*
[d] commodiori *F.*, *H.* [e] Adeoque tam parum *F.* [f] sui *F.*
[g] *A Canisio correctum ex:* Nolunt; noluerit *H.*
[h] *A Canisio correcta ex:* dicuntur, aguntur, postulantur. [i] audent *F.*
[k] *F. om.:* Manliana. [l] *F. om.:* hac. [m] communis *H.*

---

[1] Iacobus Andreae, vulgo Schmidelinus, superintendens goeppingensis (postea cancellarius universitatis tubingensis) alter erat ex notariis protestantibus colloquii. Scribunt quidem *Stanislaus Rescius, Spondanus, Boero, Daurignac* Iacobum Andreae inter idem hoc colloquium frequenti auditorio in contionem ascendisse cum sago aulico, paulo infra genua, manica altera picturata circa sinistrum humerum, exsertis utrinque bracchiis, et cum cultro venatorio ad latus. At id non in hoc colloquium referri, sed in illud, quod anno 1540 Vormatiae habitum est, ex Bartholomaei Latomi libello contra Schmidelinum edito apparet. Cf. *J. Marx*, Geschichte des Erzstifts Trier, 1. Abth., Bd. II (Trier 1859), 500—501.

[2] In ecclesia cathedrali id factum esse scribit *Salig* l. c. III, 340.

[3] De hac re cf. *Bucholtz* l. c. VII, 391.

[4] I. e. imperia rigida. T. Manlius Imperiosus Torquatus proprium filium ob disciplinam militarem violatam occidi iussit.

[5] „Die Protestanten", inquit *Carolus Adolphus Menzel*, scriptor protestans, „unterliessen nicht, ihren Gegnern die Schuld des Ganges und Ausganges" der Verhandlung „beizulegen; den letztern aber wurde es leicht, sich aus den Acten gegen diese Anklage zu rechtfertigen" (l. c. p. 319).

maximas agimus, quod non modo patienter nos audire, sed etiam in hac tota Colloquij directione atque moderatione prudentem, grauem et diligentem Praesidem agere uoluerit, illudque magno studio tentarit[a] apud partem aduersam, ut Regijs consilijs obsecundarent, nec sinerent progressum instituti huius uel impediri, uel abrumpi[b]: sed frustra omnia.

Omnipotens DEVS conseruet nobis Reuerendissimam Cel. tuam incolumem. Datum Vuormatiae VI. Decemb. 1557[c].

Colloquutores et adiuncti Theologi[d] veteris et Catholicae Religionis.

Canisium huius epistulae praecipuum auctorem esse ex eo colligi potest, quod ipsius manu scriptum est eiusdem epistulae exemplum illud, quod maxime authenticum esse videtur, cum olim in archivo ipsius archicancellarii imperii depositum sit (vide supra p. 160). Atque in eo exemplo Canisius eas fecit mutationes sive correctiones, quas certe in alterius litteris ponere ausus non esset. Testatur Canisius ipse in epistula 6. Decembris 1557 Lainio missa in eo colloquio „provinciam sibi contigisse, ut nomine catholicorum scripto et viva voce responderet adversariis", et ex catholicis theologis „nullum fuisse qui plura scripserit, recitarit, opposuerit . . . in tota tractatione" quam se et Goudanum. Si quid autem Canisius tunc conscripsit, harum certe litterarum auctor dicendus est; quamquam dubitari vix potest, quin alii theologi in iis concipiendis eum adiuverint.

Valde probabile est a Canisio eodem modo conceptas esse complures alias collocutorum et adiunctorum catholicorum epistulas, v. g. illas, quas ad Pflugium miserunt 19. et 26. Octobris 1557 (apud *Fornerum* l. c. p. 98—100. 118—123) et 29. Novembris 1557 (apud *Goldast* l. c. p. 741—743 et *Fornerum* l. c. p. 142—145), atque ad Ferdinandum regem 21. Octobris 1557 (summatim apud *Salig* l. c. III, 326). Atque ex his primae duae in eodem illo sunt codice vindobonensi in quo litterae modo a nobis propositae exstant; neutra tamen Canisii manu scripta est; posteriorem Michaël Helding omnium nomine subscripsit. *Fornerus* (l. c. p. 7) asserit duas hasce epistulas ab Heldingio quidem „subsignatas", sed „a R. P. Petro Canisio concinnatas" esse.

Hoc quoque verisimile est Canisium auctorem praecipuum esse illius „declarationis uberioris super protestatione partis Catholicae", 26. Octobris 1557 Pflugio traditae (apud *Fornerum* l. c. p. 123—136; summatim apud *Salig* l. c. III, 327), in qua ostenditur Calvinistas quoque et Picardos ac multas alias sectas augustanae confessionis nomine se ornare; hanc confessionem aliter Vitembergae, aliter Ienae, aliter Magdeburgi etc. explicari; eius exempla saepe variata esse; Melanchthonem in doctrina eucharistica cum Calvino sentire ex huius libro contra Westphalum scripto cognosci etc. [1]

Hae litterae hic non ponuntur, tum quia complura, quae in iis dicuntur, etiam in litteris supra propositis continentur, tum quia theologicae potius et iuridicae dissertationes sunt quam epistulae, tum quia locus non suppetit.

Unum addam: Quod harum litterarum caput est — protestantibus colloquii dirempti culpam assignandam esse —, hoc nunc ab ipsis etiam protestantibus affirmatur. Ita v. g. *Leopoldus de Ranke:* „Nicht ohne Schmerz muss man bemerken,

---

[a] tentavit *H.* [b] impediti vel abrumpti *H.*
[c] 6. Decembris, anno Domini 1557 *F.* [d] theologici *H.*

---

[1] Germanicas quasdam theologorum catholicorum litteras ad praesidem datas ponit *Fornerus* l. c. p. 111—118.

dass dies Gespräch nicht an dem Streite der beiden Hauptparteien scheiterte: so weit kam man nicht einmal; es scheiterte an der Entzweiung der Protestanten unter einander" (Zur deutschen Geschichte. Vom Religionsfrieden bis zum dreissigjährigen Krieg. 2. Aufl. [Leipzig 1874] p. 59). Et *Guilielmus Maurenbrecher:* „Die Spaltung unter den Protestanten hatte die Ausgleichungsversuche zwischen Katholiken und Protestanten endgültig zum Scheitern gebracht" (Beiträge zur deutschen Geschichte 1555—1559, in „Historische Zeitschrift", herausgeg. von Heinrich v. Sybel, L [München und Leipzig 1883], 45). Ac *Gustavus Droysen:* „Schwerlich würde bei der Gesinnung, welche die Anhänger des alten und des neuen Glaubens gegen einander hegten, das Wormser Gespräch überhaupt einen grossen Erfolg gehabt haben: daran aber, dass es ohne allen Erfolg blieb, war der Zwiespalt unter den Evangelischen schuld. Dass dieser nunmehr, zwei Jahre nach dem Abschluss des Religionsfriedens, offen hervorbrach, darin beruht die traurige Bedeutung dieses letzten Versuches, zwischen den geschiedenen Confessionen einen Ausgleich zu schaffen" (Geschichte der Gegenreformation [Berlin 1893] p. 52).

270.

CANISIUS
FERDINANDO I.,
regi Romanorum.

Vormatia 6. Decembris 1557.

Ex autographo (2°; p. 1; in p. 4. inscr. et sig.), quod est in bibliotheca monasterii gotvicensis (Göttweig in Austria inferiore), ordinis benedictini. Cod. „511 rubr. 407" f. 73—74.

Ex eodem autographo epistula primum typis exscripta est in *„Précis historiques"* XXXIII (Bruxelles 1884), 636—637.

In colloquio vormatiensi ecclesiae unitatem confirmatam esse protestantium discordia. Hos timendos non esse. De P. Goudani et suis itineribus, ac de novis collegiis.

†

Pax Christi suaviss. nobiscum.

Serenissime Rex et Clementiss. domine.

Solutum est Colloquium, nec sine fructu, ut iudicant sapientes. benedictus Dominus qui Ecclesiae suae unitatem confirmat ista diuisione atque confusione Sectariorum. Doceat nos quaeso experientia, ne fidamus ac blandiamur Ecclesiae persequutoribus, qui nec Deo, nec mundo fidem seruant, aliud ostentant ac promittunt, quam reddunt ac declarant facto. Vtinam non timeremus imbecilles: Deus pugnaret pro nobis, si uere illi adhaereremus, et mundi terriculamenta contemneremus. Inspiret nobis CHRISTi spiritus, quae ad ueram solidamque pacem spectant: non est autem pax impijs[1] et in castris rebellium. Dominus Rex Regum[2] det nobis de omnibus intellectum[3] et zelum nominis sui, quod nunc tot modis blasphematur[4].

[1] Is. 48, 22; 57, 21. [2] 1 Tim. 6, 15. Apoc. 17, 14 etc.
[3] 2 Tim. 2, 7. [4] Is. 52, 5. Apoc. 13, 6 etc.

Doctor Goudanus ad tempus in sua patria uersabitur, curaturus ualetudinem, ut deinde si CHRISTVS faueat, firmus serviat Sacratissimae Maiestati V. ubicunque placuerit. Jtaque cum Theologis Louaniensibus hinc Brabantiam petet.

Ego nunc vtar facultate, quam Ratisbonae mihi concessit S. Maiestas V. ut Argentinensem Episcopum inuisam, sicut is iamdiu exoptauit, fundaturus opinor, cito collegium nostrae societati. aliud etiam promittere uidetur Reuerendissimus D. Elector Treuirensis [1].

Me totum humiliter offero, atque in CHRISTO cum fratribus omnibus ualde commendo S. Maiestati V. quam dominus JESVS in hisce pressuris consolari, et aduersus omnes mundi [a] tribulationes confortare dignetur. Vuormatiae 6. Decemb. 1557.

S. C. Maiestatis V.

Seruus in Domino JESV
Petrus Canisius.

† S. C. R. Maiestati Domino clementissimo.

271.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Vormatia 6. Decembris 1557.

Ex apographo eiusdem temporis (4⁰ mai.), cum aliis duobus apographis eiusdem temporis, quorum unum manu eadem, alterum altera scriptum est, collato; quae tria apographa olim Romae ex archetypo descripta sunt, ut in Societatis provincias mitti possent.

Epistula integra ex quarto quodam apographo primum typis exscripta est a P. *V. Baesten* S. J. in „Précis historiques“ XXXVII (Bruxelles 1888), 372—376: cf. ibidem p. 362[2]. 367—368. Magnam epistulae partem, italice versam, posuit *Boero*, Can. p. 168—171, particulam germanice versam *Janssen* l. c. IV, 30, alias *Drews* l. c. p. 73—74. 83. Epistulam copiose adhibuit, multa ad verbum exscribens, *Sacchinus*, Can. p. 130—134; qui eadem etiam usus est in Hist. S. J. II, l. 1, n. 101. 102. 106. 107.

Salmeronem, Ribadeneiram, alios per Vormatiam transisse. Salmeronem de colloquio Lainio scripsisse. Occasione colloquii abrumpendi, protestantium dissidiis oblata, catholicos usos esse. Collocutorum protestantium animos perversissimos et odio plenos esse. Quinque fructus recenset, quos catholici ex colloquio capturi sint. Unicam salutis spem in concilio esse oecumenico. Quantos labores in colloquio ipse sustinuerit. Se contionari et pueros instituere. Fabulam de Canisio per Saxoniam spargi. Lovanienses theologos Sociis valde amicos esse. Pecuniam pro germanicis collegiis in Hispania colligi oportere. De itinere suo argentoratensi et de Sociis quibusdam. Theologiam Ingolstadii melius tradi quam Coloniae.

---

a *Précis om.:* mundi.

---

1 Vide supra p. 29—30. 46. 139.

Pax christi nobiscum Reuerende Pater

Accepi nullas ex Vrbe literas post eas quae 2. Septembris datae fuerunt, et ijs me dictante respondit P. Gaudanus, postquam huc e Colonia rediissem [1]. Interea nos inuiserunt pater Alphonsus cum sociis duobus [2], ac eodem tempore pater Adrianus cum Hispano fratre atque comite [3]: quos omnes in Belgicam peruenisse christo duce confido.

Ac scripsit idem pater Alphonsus, cum hic esset, me hortante, litteras de statu colloquij huius, easque per Augustanum Cardinalem ad uos credo perlatas esse [4].

Nunc christo gratias laeti agamus decet, quod contritus hic sit laqueus [5], et nos non modo sine omni detrimento [a] catholicae religionis, verum etiam cum fructu patefactae diuisionis atque confusionis, quae in aduersa parte contigit, hinc iam discedamus. sic enim [b] catholicis uisum est, inconsulte institui colloquij continuationem ac progressum, quando [c] apertam haberent uiam instituti huius abrumpendi, ex quo fructum sperare nullum posse uiderentur [d]. Aegre passi sunt aduersarij, quod mordicus urgeremus datam ansam abeundi, quia priorem et integram colloquij formam mutilasset discessus illorum qui se queruntur a suis collegis lutheranis exclusos, et non sine ui exturbatos esse. Poteramus factum dissimulare: sed quoniam [e] ex ingressu negocij cognouimus nihil bonae spei in progressu fore, perstitimus in hac sententia, ut cum inuincibili horum peruicacia [f] diutius certare nollemus.

Benedictus Dominus qui nos ab istis deploratis plane hominibus liberat, quos deplorare possumus multis nominibus, ob cecitatem, duritiem, malignitatem, uersutiam, impudentiam, sophisticen, pertinaciam, tumiditatem, impietatem [6]: placare autem non possumus, quia uicti ulla

[a] sine detrimento *Pr.* [b] nam *Pr.* [c] quum *Pr.*
[d] videretur *Pr.* [e] quum *Pr.* [f] pertinacia *Pr.*

[1] Has Canisii litteras v. supra p. 153—160.

[2] P. Alphonsus Salmeron petente Paulo IV. theologus adesse iussus erat Carolo cardinali Caraffae, qui ad Philippum II. regem in Belgium de pace inter ipsum et Henricum II. Galliae regem concilianda legabatur. Salmeroni a Lainio comes additus est P. Petrus de Ribadeneira, qui res Societatis apud Philippum regem curaret (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 99. *Hansen* l. c. p. 295—296. *J. M. Prat* S. J., Leben und Wirken des R. P. Peter de Ribadeneyra, übersetzt von *M. Gruber* S. J. [Regensburg 1885], p. 122—123). Vormatiam advenerunt 18. Novembris (*Précis historiques* XL [Bruxelles 1891], 402).

[3] P. Adrianus Adriani (Adriaenssens; de quo in *Can.* Epp. I, 140[2]), Sociorum lovaniensium praepositus, Romam venerat, ut congregationi generali Societatis interesset (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 67). *Salmeron* 21. Novembris 1557 Lainio scripsit eum cum fratre Marquès 20. Novembris Vormatiam advenisse (*Précis* XL, 402).

[4] De his vide infra, monum. 137. [5] Ps. 123, 7.

[6] „Hatte der Regensburger Reichstag die Stärke der protestantischen Partei gezeigt, so offenbarte das Wormser Religionsgespräch ihre Schwäche": *Mor. Ritter*, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Gegenreformation und des Dreissigjährigen Krieges I (Stuttgart 1889), 137.

ex parte uideri nolunt [1]. Sed passus est interim Dominus hunc siue congressum siue conflictum neque prorsus absque fructu. Primum enim hac occasione [a] monstrata est in catholicis quotquot adfuerunt communis et insignis concordia atque constantia, ut idem esset omnium sensus atque consensus in uindicanda causa christi atque ecclesiae.

Contra uero misit Dominus in aduersarios spiritum confusionis ut secum ipsi constare non potuerint, sed in maximis etiam articulis graues et irreconciliabiles [b] pugnas immiscuerint, alij alios excluserint [c] atque profligarint, suamque confessionem augustanam ita distraxerint, ut inter se ipsi digladientur atque disceptent, sitne Philippus cum Vittembergensibus, an Sneppius cum Jenensibus Theologis re ac nomine confessionis Augustanae sectator [2]. Atque haec altera sit colloquij huius utilitas: maiorem certe in prioribus [d] aliis non fuisse sapientes testantur.

Tertius hinc fructus ad nos redit, quod contemptibilem [e] istorum murmuratorum (ut sic dicam) doctrinam et authoritatem experti, nos et alios aduersus huiusmodi ecclesie hostes facilius confirmare, ac si opus sit, confidenter depugnare possimus.

Quarto speramus ex hoc qualicumque successu fore, ut patefacta iam sectariorum graui ac mutua dissentione catholici non parum in ueteri religione confirmentur, infirmi uero in fide multo minus quam antea, ad lutherana castra deficiant, tum ipsi quoque passim in Germania erroribus fascinati, quos tantarum digladiationum iamdiu piget ac tedet, facilius ad nos, et ouile uerum ecclesiae redituri esse uideantur [3].

Quinto status imperij cognoscent, si acta colloquij, ut probabile est, expendere uolent, quam amarulentos et petulantes, planeque impudentes isti se prebuerint: nec esse, cur ullam sinceram et inte-

---

[a] Primum in hac occasione *Pr.*
[b] irr . . . *apogr. nostrum; reliqua ex ceteris app. supplevimus.*
[c] *Apogr. nostr. om.:* excluserint; *quod ex aliis app. supplevimus.*
[d] pluribus *Pr.* [e] consentibilem *apogr. nostrum.*

---

[1] Canisius non de protestantibus omnibus, sed de theologis illis protestantibus scribit, quorum discordia colloquium vormatiense diremptum esse nunc etiam historici protestantes fatentur. Canisii animum illis diebus vehementer commotum fuisse non mirabitur, qui legerit e. g. ea, quae ad orationem 20. Septembris a Canisio recitatam a protestantibus 8. Octobris responsa sunt; cf. supra p. 164[4].

[2] Haec discordia, quae ante colloquii initium iam ardebat et in eius principio aegre sopita vel potius tecta erat, colloquio dissoluto magis etiam flagravit.

[3] „Es war die Krisis des deutschen Protestantismus. Von jenem Augenblick an beginnt die Ebbe, die rückläufige Bewegung, der Anfang des Niederganges der protestantischen Strömung in Deutschland“: *W. Maurenbrecher,* Beiträge zur deutschen Geschichte 1555—1559, in „Historische Zeitschrift“, herausgeg. von H. v. Sybel, L (München und Leipzig 1883), 42.

gram[a] de religione concordiam cum ijs constituamus, qui negant prima, ut uocamus, principia, quique mordicus retinere ac defendere statuerunt suas illas opiniones quibus nihil impurius, et a ueteris ecclesiae pietate magis alienum est. ita fiet etiam fortasse, ut principes ab omni colloquiorum huiusmodi tractatione in posterum abhorreant, et quia desperata sunt[b] quae tentant remedia, uel ipso rerum usu edocti, amplectentur lubentius quod unicum super esse uidetur medium restituendae Germanis Religionis, Concilium oecumenicum. Atque hoc profecto eruditi et boni complures exoptant, non nulli de hoc pontifice[c] spondent, alij alia metuunt. Dominus pro eterna sapientia sua his morbis et medicos et medicinam accommodare dignetur. ipsi honor et gloria, quod uota et sacrificia pro nobis uestra Germaniae profuerint nosque multis periculis liberarint.

ex nostris Theologis nullus fuit qui plura scripserit, recitarit, opposuerit[d], quam nos in tota tractatione, iuuante christo fecimus. Saepe tempus defuit sacrificandi. miror utrique nostrum in tantis laboribus eam ualetudinis, ac uirium firmitatem fuisse. Dominus per orationes uestras fuit nobis propitius.

Auximus, credo, metum, quem antea de nobis aduersarij conceperant ut nihil sit mirum, si pessime uelint jesuitis, quemadmodum nos per totam uocant Germaniam.

Concionandi munus repetiui hoc sacro aduentus tempore[1]; antea[e] saepe non licuit in hoc dicendi[f] genere uersari, cum[g] tot negotijs implicabamur[h]. Non exiguum hoc loco fructum in Domino mihi pollicerer, tum apud pueros quos in schola instituere coepi, tum apud clerum istum, et si multis modis contaminatum, ut alibi quoque passim in Germania. est autem catholicorum Vuormatiae rarus admodum numerus, si cum reliqua haereticorum turba conferatur.

B. Andreae feriis contigit, catholicum ecclesiasten, ut primum dicendi in suggestu finem fecisset, ad disputationem in ecclesia prouocari. Aderant enim Lutheranj hominem impudenter statim aggredientes atque calumniantes: parum abfuit, quin res in tumultum exiret[2]. tanta istorum est proteruia atque confidentia. Affingunt aliis alia nomina; nos diabolicos uocant. Sed si patrem uocauerunt Beelzebub, quanto magis domesticos eius?[3]

---

[a] *Pr. om.:* et integram. [b] *Pr. minus recte:* fiunt.
[c] Pontificem *Pr.* [d] apposuerit *unum ex app. rom.*
[e] ante *Pr.* [f] docendi *unum ex app. rom. et Pr.*
[g] *Unum ex app. rom. et Pr. om.:* cum.
[h] *Verba* antea — implicabamur, *a librario nostro omissa, altera manu antiqua in margine addita sunt; exstant etiam in ceteris app. et in Pr.*

---

[1] Prima „dominica Adventus“ eo anno 28. Novembris erat.
[2] Haec a Canisio paulo copiosius narrata sunt supra p. 170.
[3] Matth. 10, 25.

celebris fama per saxoniam uolat et ex suggestu pronunciatur me post congressum cum Philippo [1] cum ad concionem redirem subito obmutuisse et extinctum esse.

Cum Louaniensibus Theologis qui Patrem Adrianum permagni faciunt, ac reuersum esse gaudent [2], per belle nobis conuenit, pollicentur operam suam ad res collegij Louaniensis promouendas: breui discedent et ipsi, quia praeses colloquij Episcopus Numburgensis [a] rem totam et incidentem maxime difficultatem de illis exclusis Theologis, referendam censuit ad Imperij status: sed nos colloquium dissolutum potius quam suspensum arbitramur: nec opinor quenquam lubenter huc unquam rediturum, ut maxime Colloquium restitueretur: id quod neque consultum, neque futurum esse iudicant sapientes. Atque haec in Genere dicta sint de tota colloquij conditione et statu, cui tres menses et eo amplius tribuimus Domino adiuuante, qui pro summa bonitate sua et intercessione uestra suppleat, quod interea neglectum a nobis est, ac indigne commissum.

Pater Gaudanus [b] aëris huius benefitio uidetur adiutus fuisse, et ut spero, ualebit adhuc rectius, cum aërem patrium senserit. Abibit autem propediem, una cum Louaniensibus Theologis, nec dubium quin aliquo cum fructu in Belgica uersabitur, ut etiam fratres cupiunt Louanienses. sed precipua erit illi cura de valetudine sarcienda, ut in aestatem firmior nobis et Germaniae in Domino restituatur. Hic ualde gratus fuit et commodus, audiuit nonnullorum confessiones, etiam Episcopi [3]. maiorem post hac authoritatem apud bonos inueniet. Certe Germaniae nostrae, si sanus redeat in Domino vtilissimus erit. fortasse Leodij ad fundandum nostris collegium conferet aliquid, ubi cum Episcopi [4] illic [c] matre quam sibi coniunctissimam habet, colloquetur [5].

Ex litteris R. P. [d] Natalis magnam caepi voluptatem, quod pro nobis et Germanis nostris ita sollicitus sit [6] uir ille desideriorum [7].

---

[a] Neumburgenis *Pr.* [b] Goudanus *unum ex app. rom.*
[c] *Sic omnia apogr. et Pr.* [d] Ex litteris Patris *Pr.*

---

[1] Melanchthone; cf. *Can.* Epp. I, 49.

[2] Cf. supra p. 123[3]. 175[3].

[3] Episcopus vormatiensis tunc erat Theodoricus de Bettendorf; sed fortasse Canisius Pflugium vel Heldingium significat.

[4] Episcopatum leodiensem tenebat Robertus van Berghen, frater Ioannis de Glymes, marchionis bergensis (Berga ad Somam, Bergen-op-Zoom).

[5] Nicolaus Goudanus Bergae ad Somam et contionibus et sacramentorum administratione fideles diligenter excoluerat, „unde Marchionissa Bergensis, Domina Jacoba de Croy . . . P. Ignatio scripsit cives suos ad pietatem magis pronos, ac sibi multo obsequentiores, quam solebant, opera Patris Nicolai redditos“ (*Polancus*, Chronicon I, 295). Tum Robertus episcopus leodiensis, ad cuius dioecesim Lovanium tunc pertinebat, tum marchio bergensis Sociis lovaniensibus eximios patronos se praestiterunt (*L. Delplace* S. J., L'établissement etc. p. 87—88).

[6] Cf. supra p. 90—92. [7] Dan. 9, 23; 10, 11. 19.

Vtinam per D. de Vuega[1] Deus multos excitet, qui sua liberalitate testentur charitatem erga miseros errantesque Germanos: quibus per collegiorum institutionem consuli facile et efficaciter posset, modo sumptus prebeantur. Qua in re pietatem tuam oro vehementer optime pater ut hoc procedat institutum ac in primis per Patrem Ribadeneiram promoueatur, deinde uestris etiam literis in Hispanias datis.

Quod ad me attinet meminit opinor .R. P. T. Regem Ratisbonae mihi permisisse, ut multis annis uocanti et expectanti me Argentinensi Episcopo[2] ad tempus coram adessem. Ante colloquij ingressum accedere, ut optabam non potui Argentinam: Nunc, cum locus non procul absit, eo accedere statui, uisurus quam collegij fundandi uiam ostendat:[3] .

post mensem fortasse Ingolstadium ueniam: per quadragesimam Pragae cupio concionari. Dominus Jesus uias nostras dirigat[4] in gloriam suam.

De statu collegiorum scripsi postremo. spero, Patrem Lanoyum quem tunc repetebam, Viennae redditum esse. Pater Victoria forte non inutiliter Pragae potius quam Viennae morabitur: qua de re ad illum scripsi; sed[a] obstat forte aula Reginae[5], et hiemis asperitas quominus hoc tempore ex austria proficisci commode possit. De .M. Theodorico Canisio scripsi illius operam Germanis non minus Pragae, quam Coloniae inseruire in Domino posse. fiat autem R. tuae[b] uoluntas. Alia non repetam; breui plura de collegio Monachensi et Argentinensi ut spero, uestra pro me intercessione confisus. .D. Jesus uias nostras prosperet. Hoc solum addam de fratribus Coloniensibus qui breui multos habebunt artium magistros et eorum operam non sibi necessariam putant fore, consultum mihi uideri ut Ingolstadium huiusmodi magistri transferrentur, illicque sacris ex professo operam darent quod Theologica studia rectius Ingolstadij quam Colonie tractari uideantur. Nec dubito quin colonienses fratres hic[c] facile sint assensuri, modo

---

[a] *Verba* Pragae — sed, *quae in ap. nostro desunt, ex ceteris app. suppleta sunt.*

[b] R^dae Tuae Paternitatis *Pr.* [c] *Pr. om.:* hic.

---

[1] Ioannes de Vega, e Siciliae prorege praeses consilii regii vallisoletani paulo ante creatus, piissime Societatem fovebat. Cf. *Sacchinum*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 110. 113.

[2] Erasmo de Limburg.

[3] *Sonnius* Viglio de Zwichem 22. Decembris 1557 Traiecto scribit: „Reversi sumus . . . a colloquio jam suspenso . . ., omnes quidem Catholici uno die Conceptionis Virginis Mariae [8. Decembris], praeside hora una praecedente“: Francisci Sonnii ad Viglium Zuichemum epistolae (ed. *P. F. X. de Ram*, Bruxellis 1850) p. 38.

[4] Ps. 5, 9; 118, 5.

[5] In aula Mariae, uxoris Maximiliani Bohemiae regis et sororis Philippi II., multi erant hispani, quibus Victoria, hispanus et ipse, contionabatur et sacramenta ministrabat.

accedat authoritas tua Reuerende Pater cui me et Collegia germanica diligenter commendo in christo Domino Nostro.

Wormatiae feriis B. Nicolaj 1557.

Servus in christo Petrus Canisius.

272.

BARTHOLOMAEUS LATOMUS,

archiepiscopi et electoris treverensis consiliarius,

CANISIO.

Treveris m. Decembri 1557.

Ex libello (f. A II), cui titulus est: „Spaltung | Der Augſpurgiſchen Confeſſion, durch | die newen ſtreitigen Theologen, mit kurtzer | widerlegung der vnbeſtendi= | gen lere derſelben. | Sampt neben ingefürter Confutation der | vilfaltigen vnd vngütlichen ſchmehe ermelter | Theologen, wider die Catholiſchen. Auch | welche parthey die Tren= nung des jüngſten | angeſtelten Colloquij zu Wormbs, | verurſacht habe. | Durch D. Bar= tholomeum Latomum. | M.D.LVIII." [1] (4°; sine loco; 40 ff. numeris non signata [addito titulari]). Libelli exemplum exstat in bibliotheca quadam nostra, alterum Monachii in bibliotheca universitatis, Theol. $\frac{3660}{1}$.

Se Canisii et aliorum hortatu scripto criminoso, a Melanchthone aliisque colloquii vormatiensis theologis evulgato, libellum hunc opponere.

BART. LATOMVS PETRO

Canisio Theologo, Sal.

EFfudi tandem inter domesticas occupationes, quod iamdudum expectasti a me, et certe effudi uerius, quam pro dignitate in re tam graui ac seria, elaboraui, cum alia etiam interim, et quidem assidue obeunda mihi fuerint. Quanquam si quid infra opinionem hic, tibi imputato, alijsque ex nostris, qui ad has partes me, quae uobis rectius conueniebant, literis hortationibusque uestris impulistis. Caeterum pauca hic de Colloquio, propter religionem silentij [2], ut nosti, reliqua fere omnia in confutatione doctrinae Aduersariorum, repellendisque

---

[1] Bartholomaeus Steinmetz vel Le Masson, vulgo Latomus, laicus luxemburgensis, ex Orolauno (Arlon, nunc oppidum belgicum) ortus, orator et poëta insignis ac iuris civilis peritissimus, Treveris et postea per novem annos Parisiis artes liberales docuit. Inde anno 1540 evocatus, usque ad mortem († 1570) treverensium archiepiscoporum consiliarius fuit, a quibus compluries ad comitia imperii et religionis colloquia legatus est; anno 1557 Vormatiae assessoribus catholicis „adiunctus" erat. Praeter alia libellos contra Iacobum Andreae et Bucerum et commentaria in complures Ciceronis libros conscripsit (*Christoph. Browerus* S. J. et *Iac. Masenius* S. J., Antiquitatum et Annalium Trevirensium libri 25. T. II [Leodii 1670], l. 21, n. 18. 19. 32. 33. [*J. N. Hontheim*], Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica II [Augustae Vindelicorum et Herbipoli 1750], 554—555. *F. X. Kraus*, Latomus Barth., in „Allgemeine Deutsche Biographie" XVIII [Leipzig 1883], 14).

[2] Hoc silentium se, donec colloquii acta ad ordines imperii delata essent, esse servaturos omnes, qui colloquio intererant, dextra data promiserant; cf. supra p. 131.

iniurijs, consumpta sunt. Neque enim, omnia hic persequi, aut instituti huius, aut exiguae facultatis meae fuit. Sed breuiter et quasi in transcursu orationis ea duntaxat ponere ante oculos, ac uelut digito ostendere uolui, quibus se tegunt aduersarij in omni certamine, dum et sua tuentur pertinacius, et nostra oppugnant. Vernaculo sermone usus sum, quo res cognoscatur a pluribus. Et quia Aduersariorum criminatio, quae huic defensioni causam dedit, eodem sermone exijt[1]. De nomine meo inscribendo sane, primum dubitaui, ne nomen hoc ipso captare uiderer, tum quia non meam, sed publicam causam hic ago. Verum ne se appeti quisquam ex insidijs a me, atque improbius agi cauilletur, retexi faciem, et qui sim, titulo saltem huius Epistolae indicaui. Illud tamen cunctis notum testatumque esse uolo, nullo alio cum homine mihi, uno pluribusve causam hic esse, quam cum his, qui se profitentur Theologos Augustanae Confessionis, eandemque[a] tam male et inconstanter defendunt et appetunt nostros immodestius, et cum eisdem bellum infestum, non superbe minus quam impotenter gerunt. Vale.

Anno M. D. LVII.

Libellus, quem huius scripti materiam praebuisse Latomus ipse testatur, certe hic est: „Abschied der Gesand | ten Augsspurgischer Confession — | zum Colloquio in Wormbs — Wel | che so lang da geblieben seind, biß | die Widersacher nicht haben | weiter darinn procedi- | ren wollen. | Anno 1557. | Getruckt zu Franckfurt am | Mayn bey Peter Brau- | bach." (4°; 4 ff. addito titulari). Idem libellus etiam latine editus est: „Scriptvm Collocutorum Augvstanae Confessionis qvi in vrbe Vangionvm fverunt, donec aduersarij colloquium abruperunt, Anno 1557. Francoforti Apud Petrvm Brvbachium" (4°; 3 ff. addito titul.). Continet autem litteras Vormatia 1. Decembris 1557 datas, quibus Melanchthon et novem alii protestantes enuntiant sibi modeste disputantibus catholicos insidias struxisse; se augustanam confessionem tenere et in doctrina concordes esse, catholicos vero „manifestas Idolomanias tueri solere" (f. 2) et colloquium abrupisse etc. Idem libellus evulgatus est etiam Vitembergae (apud heredes Georgii Rhauu; 4°; 4 ff.), Phorcenae („Eine Schrift der Augspurgischen Confession zugethanen Colloquenten, so zu Worms versammlet gewesen, biss endlich das Colloquium durch die Wiederparth ist zertrennet worden im Jahr 1557." Pfortzheim bey Georg Raben, 1557; 4°; 4 ff.), Erfordiae (druckts Georgius Baumann zum bunten Löwen bey St. Paul, 4°); posterioribus quoque saeculis typis exscriptus est (*Salig* l. c. III, 340—341. *Goldast* l. c. p. 743—744. *Corpus Reformatorum* IX, 386—387. *K. Hartfelder*, Philipp Melanchthon als Praeceptor Germaniae [Berlin 1889] p. 614).

Petrus Daten, vulgo Dathaenus, Calvinista flander, qui eo tempore Francofurti ad Moenum „ecclesiae gallobelgicae" ministrum agebat, molestissime ferebat Latomum hanc ad Canisium epistulam dedicatoriam dedisse. Ideo anno 1558 in libello suo „Breuis ac perspicua Vani scripti, quo Ioannes à Via Theologos August. Confessionis impiè traducit ac malitiosè insectatur, Refutatio" (sine loco. „M.D.LVIII." 4°) his versibus tergo folii titularis inscriptis tum Latomum, tum Canisium, quem „Cynicum Austriacum" dicit, insectatus est:

---

[a] eademque *typographus antiquus.*

---

[1] Vide, quae post ipsas has litteras dicuntur.

„Bar. Latomus Rhetor.
Austriaci LATOMVS Cynici mendacia Treuir
Approbo uerborum flumine Juridicus.
Sacrificis palpor, crudelibus atque Tyrannis,
Qui contra Christum bella nefanda gerunt.“

Atque alio eiusdem libelli loco (f. 23b): „Merito“, inquit, Latomus „cynico opere, Canisium honorat, tali sane munere dignus est, qui impio latratu, odioque canino seu Iesuitico, Christum in membris suis persequitur.“ [1]

Ac duobus annis post idem ille vir, qui Canisii „latratum odiumque“ conquerebatur, haec protulit in libro „Ad criminationes et maledicta Bartholomaei Latomi Rethoris, Petri Dathaeni Responsio secunda“ (Sine loco. 1560) p. 236—237:

„Meminit D. Augustinus quorundam, qui propter insignem superbiam, qua spretis aliis omnibus seipsos solos admirabantur, ac Apostolicos sese vocitabant. Papatus non tantum Papam suosque Cardinales ac Episcopos, sanctitatem vocat: sed alios superbos nebulones fovet, qui spreto communi Christianorum nomine, se Iesuitas appellant: et omnes sacrificuli et rasi in genere, arroganter quantumvis etiam impuri sint, spirituales nominantur, reliquorum hominum multitudo, spiritu etiam Christi non vulgariter ornata, ut secularis et mundana contemnitur. Priscillianitae multa fabulosa et sacrilega inter se contegebant, prohibebant carnes tanquam immundas, et maritos ab uxoribus, et contra has ab illis separarunt, tales habet Papatus infinitos, ut praesertim in Iacobitis[2], Carthusianis et Iesuitis conspici potest.“

273.

CANISIUS

P. NICOLAO LANOIO S. J.

et

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.

Ingolstadio aut Dilinga exeunte m. Ianuario 1558.

Ex „Collectaneis“, supra p. 54 memoratis; quorum auctor primae huius summarii sive regesti parti praefatur: „Ex literis Jngolstadij scriptis 4°. cal. Febr.“, singulis autem partibus sequentibus (quas novum versum incipiendo distinguemus): „Ex ijsdem.“ Cod. „Aust. Fund. Coll. II.“ f. 140a.

De collegiis vindobonensi et pragensi. De domo probationis et novis collegiis condendis. Se cum rege iturum esse.

Scribit Reuerendus P. Canisius ad P. Lanoyum, vt is ad Rectoris munus Viennam redeat, nisi ex vrbe diuersum nuntient[3], dyrsium[4] vero sibi ministrum adiungat. Vnde etiam a R. P. Victoria petit, vt is operam suam Pragensibus potissimum accommodet.

Dicit se non inuenire eam loci commoditatem, qua possit domus Probationis[5] constitui. Petit tamen scribi Romam, siquo modo inde habere possent, qui hanc regerent et confessiones audirent[6].

---

[1] Ibidem *Dathaenus* de Latomi libro scribit: „Tam sunt incondita hujus deliramenta, ut vetularum nenniis quam Rhetoris sermonibus rectius aequari possint.“

[2] Hoc nomine Dominicanos in Gallia nonnunquam significabant.

[3] Nicolaus Lanoius fortasse Venetiis tunc degebat; cf. supra p. 101. 179.

[4] Ioannem Dyrsium. [5] Noviciatum, ut dicere solemus.

[6] Quae sequuntur, litteris Canisii 30. Ianuarii et 1. Februarii 1558 ad Hundium et Lainium datis, quas proxime ponemus, explicabuntur et illustrabuntur.

Dominus ostium nobis ostendit ad noua collegia constituenda, Friburgi, et Dilingae, duo adhuc in Bauaria, nec non Tridenti.

Opinatur se profecturum cum Rege Ferdinando Francfordiam. Detineri interim se apud Cardinalem Augustanum.

274.

CANISIUS

WIGULEO HUNDT,

ducis Bavariae consiliario.

Ingolstadio 30. Ianuarii 1558.

Ex autographo (2°; 3 pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 68. 69.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 32a—34b. Alteri apographo partis posterioris huius epistulae, quod Monachii in archivo regni bavarici (Jesuit. München fasc. 88, n. 1776) exstat, falso ascriptum est epistulam ad Henricum Schweickerum datam esse.

Primum edita a *Manfr. Mayer*, Wiguleus Hundt p. 308—310. Particulam germanice versam posuit *Riess* l. c. p. 236. Epistula usi sunt *Drews* l. c. p. 85 et (ni fallor) *Gothein* l. c. p. 712.

Se per Alsatiam, Brisgoviam, Wurtembergam transeuntem multas „reliquias Israelis" invenisse. Fideles iam non solis fraudibus, sed etiam tyrannica vi ab ecclesia divelli. Catholicos Deum precari nec desperare debere. Albertum ducem et Hundium religionis nomine laudat et in Societatis studio confirmat. Ferdinandum regem Francofurtum profecturum salutare cupit. De collegiis Monachii et Landishuti condendis agit. Monet, ne Socii in aliorum ordinum monasteria immigrare iubeantur sine illorum ordinum consensu.

†

Pax Christi suauiss. nobiscum.

Confeci tandem iter Magnifice domine patrone, quod ex Wormatia Argentinam [1], hinc Tabernam [2], postea Friburgum [3] et per Brisgoiam mihi fuit, volente sic Episcopo et Clero Argentoratense [*sic*], qui meam operam ad constituendam in Alsatia scholam postulauerunt [4]. In reditu Ducatum Wirtenbergensem transij [5], ubi Dominus Jsraelis reliquias [6], sicut et in Alsatia, multas reliquit, praesertim Brisachi [7],

---

[1] Argentoratum (Strassburg) civitas erat libera, in qua protestantismus dominabatur. Dubitari vix potest, quin Canisius Vormatia in Alsatiam profectus sit una cum Ioanne Brants, vulgo Delphio (ex Delft orto), episcopo suffraganeo argentoratensi, quem iam sub a. 1546 Coloniae cognovisse videtur (*Hansen* l. c. p. 79), quique Vormatiae et ipse collocutor fuerat.

[2] Elsass-Zabern (Saverne), urbs Alsatiae inferioris, tunc in dicione episcoporum argentoratensium, qui etiam inferioris Alsatiae landgravii erant.

[3] Friburgum Brisgoviae Austriacis parebat. [4] Vide supra p. 174.

[5] Hic a ducibus suis Lutheri dogmatibus imbutus erat.

[6] Ier. 31, 7. Soph. 3, 13 etc.

[7] Breisach, oppidum ad Rhenum situm, tunc austriacum, nunc badense.

Colmariae[1], Sletstadij[2], Friburgi, Rubachij[3], ubi magnam mihi consolationem attulerunt viri Catholici, et antiquae pietati ex animo addicti. Cognouit enim Dominus qui sint sui[4], etiam in medio Babylonis:[5] tantoque maiores tribuit vires periclitantibus[6] et infirmis, quanto grauiorem nunc persequutionem Ecclesiae mouet Sathan, qui nusquam non spargit zizania in medio tritici[7], non modo fraudibus et artibus, sed etiam apertis minis et Tyrannicis viribus oppugnans electos[8], vt a matre Ecclesia suisque pastoribus segregatae oues, lupis istis praede fiant[9], plusque credant paucis et ijs modo inter se diuisis apostatis, quam sanctis Patribus et maioribus omnibus: quorum in fide fideique doctrina cor vnum et anima vna[10] perseuerauit. Sed vae filijs desertoribus[11], et ijs qui segregauerint atque adhuc segregant semetipsos[12], et attendunt spiritibus erroris[13]. Dominus IESVS errantium atque uagantium in fide doctor et[a] illuminator[14] mittat in hanc miseram messem electos operarios[15], qui norint his tantis morbis obuiam ire, et populum pascere in iuditio[16] et veritate[17]. Tantum Diuinae bonitatis et uirtutis gratiam patienter expectemus, neque despondeamus animum quaeso, dum videmus malos ad tempus in peius proficere[18]. Dormit enim Dominus qui custodit Jsrael[19], et ad suorum probationem dormit, immittens hanc foedam tempestatem quam postea ipse, cum desperata videbuntur omnia, suo nutu componat ac tranquillet[20]: sed interea vult agnosci nostrum periculum, nostram imbecillitatem et vanitatem: vult precibus et

---

[a] *Sequitur:* pastor *a Canisio ipso oblitteratum.*

---

[1] Kolmar vel Colmar, Alsatiae superioris urbs libera et catholica, ad protestantismum magnopere propendebat; ipse senatus urbis cum capitulo S. Martini et cum episcopo basileensi litigabat (*Heinr. Rocholl,* Die Einführung der Reformation in der ehemaligen freien Reichsstadt Colmar [Colmar 1876] p. 101—113).

[2] Selestadium (Schlettstadt), urbs libera Alsatiae inferioris, quam Paulus Sidenstricker, vulgo Phrygio, sub a. 1522 ab ecclesia avellere frustra conatus erat (*L. G. Glöckler*, Geschichte des Bisthums Strassburg I [Strassburg 1879], 371—372).

[3] Rubeacum (Rufach), oppidum Alsatiae superioris, in potestate episcoporum argentoratensium erat.

[4] 2 Tim. 2, 19. [5] Ezech. 17, 16. 1 Petr. 5, 13 etc.

[6] Alsatiae praefectus sive „Landvogt“ eo tempore erat Otto Henricus, elector palatinus, qui protestantismum et ipse sequebatur et in Alsatia fovebat. Attamen paucis mensibus post Ferdinandus I., fortasse Canisii etiam consiliis motus, id officium ipse sibi sumpsit (*L. G. Glöckler,* Das Elsass [Freiburg i. Br. 1876] p. 120).

[7] Matth. 13, 25.

[8] Huiusmodi tyrannica vi his annis e. g. totum palatinatum Otto Henricus elector novae religioni mancipabat. Cf. *Janssen* l. c. IV, 4. 40—44.

[9] Cf. Matth. 7, 15. Act. 20, 29 etc.

[10] Act. 4, 32. [11] Is. 30, 1. [12] Iudae 19. [13] 1 Tim. 4, 1.

[14] Ioel 2, 23. Prov. 29, 13. [15] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

[16] Ezech. 34, 16. [17] Matth. 22, 16. 2 Cor. 7, 14 etc.

[18] 2 Tim. 3, 13. [19] Ps. 120, 4. [20] Cf. Matth. 8, 23—27. Luc. 8, 22—25.

lachrymis pulsari ostium gratiae suae, vt aperiat pulsantibus[1] et coronet perseuerantes[2]. Quare non sic humana spectemus et adhibeamus consilia, ut diffidentia quadam nimioque timore in summam illam bonitatem ac Veritatem peccare videamur: Foelices qui cum fidutia diuinam opem implorant et patienter expectant: veniet et non tardabit[3] pater misericordiarum[4], ut qui Ecclesiae suae perpetuus est custos et auxiliator in tempore oportuno[5] quod ipse posuit in sua potestate[6], probans interim fidem ac fortitudinem nostram. Vere dictum est illud: Jn Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros[7], multo magis autem inimicos Ecclesiae sponsae suae tot modis adamatae.

Haec ego verbosius fortasse quam par sit effudi magis quam scripsi currente calamo, et spero veniam dari mihi ab humanitate tua, quae in hisce turbis atque dissidijs, ni fallor, eget etiam aliqua consolatione, quam vtinam ego huiusmodi Catholicae Religionis propugnatoribus atque custodibus possem adferre.

Vt propius ad nostra veniam, audio constantem de nobis expectationem isthic concipi, vt Monachij et Lanzutae[8] collegijs instituendis operam demus, nouasque scholas erigamus. Vbi gratias primum debemus et agimus Jllustriss. Principi, ueroque Moecenati, qui de pusillo hoc grege[9] bene mereri pergit, suumque praeclarum studium declarat in prouehenda et conseruanda Catholica Religione: ut quae uel summam semper laudem attulit atque adhuc apud exteros tribuit Jllustrissimae huic familiae Principum Bauarorum. Deinde pietatis tuae zelum agnoscimus, quod in hac minima JESV Societate[10] promouenda curam ac diligentiam eam adhibes, quae singularem nobisque deditissimum Patronum decet. Nec erit certe vanum hoc benemerendi[a] studium vestrum, oblatrent interim quantum velint sacrorum fere omnium contemptores, et impiae nouitatis cultores: Non fallemus duce Christo conceptam de nobis expectationem: de arbore fructus ipsi testimonium ferent[11], et respiciet Dominus vota studiaque sancta, quibus[b] conseruatam et ornatam cupitis in Religione Bauariam per fidos Theologos, Praeceptores, Contionatores. Atque his modis Ecclesiam Dei afflictam defendere et adiuuare, nihil est aliud profecto, quam

---

[a] benerendi *autogr.* [b] *Sequitur:* opp, *oblitteratum.*

---

[1] Matth. 7, 7. 8. Luc. 11, 9. [2] Cf. Luc. 11, 8. [3] Hab. 2, 3.
[4] 2 Cor. 1, 3. [5] Ps. 31, 6; 144, 15. [6] Act. 1, 7.
[7] Ps. 107, 14.
[8] Landishutum (Landshut), Bavariae inferioris caput.
[9] Luc. 12, 32.
[10] *S. Ignatius* in „Examine“ (c. 1, n. 1): „Haec minima Congregatio, quae a Sede Apostolica prima sui institutione Societas Jesu nominata est“ etc. Quam *idem* „hanc minimam Societatem Jesu“ („esta mínima Compañía de Jesu“) vocat in „Constitutionibus“, prooem. n. 1 (*Constitutiones* latinae et hispanicae p. 2—3. 46—47).
[11] Cf. Matth. 7, 17—20. Luc. 6, 43. 44 etc.

thezaurizare sibi thezauros [*sic*] in coelo[1], et facere amicos de mammona iniquitatis[2], et mercedem iustis debitam emereri, quia in IESV nomine iusti et ministri, et paruuli eius recipiuntur[3], fouentur, defenduntur. Haec semel a me dicta sint, non ad fauorem et amorem nostris conciliandum, sed ad pietatis tuae Zelum in hoc praeclaro studio quod ob Religionem susceptum est, confirmandum ac iure commendandum citra vllam assentationem: quia Christi honos et Reip. salus, et Ecclesiae vtilitas hic vnice spectatur atque prouehitur, multis interim (nihil dubito) obmurmurantibus.

Cupiebam certe coram isthuc accedere, multaque conferre de Collegiorum istorum, quae meditamur, foelici instituto. Sed quoniam Regia Maiestas breui admodum, ut audio, ex Praga Boemica iter Francofordiam[a] instituet, multis et grauibus de causis in transitu salutare uisum est Serenissimum Regem, quem nunc expecto auide[4]. Quod si me non secum abducet Francofordiam, paulo post deflectam Monachium fauente Christo: sin abducet, tamen in reditu vos inuisam. Itaque non multo post[b] conueniemus, nisi forte Magnificentia tua sit alio breui profectura, quod si fiet, scribi ad Rectorem nostrum Thomam[5] cupio, vt is porro me licet absentem reddat certiorem. Tum si Regiam Maiestatem forte Princeps jllustriss.[6] admonuerit, ut me sinat ad causam hanc agendam accedere, certius forte ac maturius adero.

Tantum duo quae mihi nunc veniunt in mentem de hisce collegijs, dicam. Alterum satis uideri, ut vnum hac aestate futura Collegium bene constituendum curemus[c]: sic anno sequenti secundum forte rectius et maturius etiam inchoaretur: Alterum est[d] nos uereri admodum, ne apud multos et Romae quoque male audiamus, quod citra consensum generalis ut vocant, uel totius Ordinis occupare uelle uideamur uel partem monasterij, uel totum monasterium, quod ex prima fundatione fratribus istis debetur[7]. Nam in hisce principijs instituti nostri sedulo cauendum est, ne quenquam offendamus, prae-

---

[a] Francfofordiam *autogr.*

[b] *Sequuntur verba:* inter nos, *a Canisio ipso oblitterata.*

[c] *Correctum ex:* videri. [d] *Sequitur:* ut, *a Canisio oblitteratum.*

---

[1] Matth. 6, 20. [2] Luc. 16, 9.

[3] Cf. Marc. 9, 36. 40. Matth. 10, 41—42.

[4] Ferdinandus cum principibus electoribus (e quibus tres protestantes erant) constituerat, ut 20. Februarii Francofurti ad Moenum secum congregarentur, legatos, per quos Carolus V. imperio se abdicare illudque in Ferdinandum transferre volebat, audituri.

[5] Thomam Lentulum, collegii ingolstadiensis rectorem.

[6] Albertus V.

[7] Die 3. Iulii 1557 Christophorus Patavinus, Eremitarum ordinis S. Augustini summus praeses, Roma *litteras ad Albertum V. miserat, quibus petebat, ut fratres sui in monasterii monacensis possessione manerent (Ex apographo, saeculo XVIII. scripto, quod est Monachii in archivo regni bavarici, Iesuitica München Fasc. 88, nr. 1776). Ceterum vide infra, monum. 189.

sertim cum iam Romae et alibi fortasse rumor aliquis increbuerit, nos esse qui per Principes in huiusmodi monasteria cum aliorum iniuria nos intrudi patiamur: neque consensum Sedis Apostolicae, neque Ordinum, quibus praeiudicari uideatur, facultatem[a] adhibeamus. Hanc duram nobisque aduersam suspitionem amoliri cupimus, cum de domicilio agetur: de reliquis opinor, facile conueniet. Tuae tantum sapientiae fuerit haec perpendere atque iudicare, et si fieri potest, nos omni inuidia et odio in hac parte liberare. Dominus JESVS in gloriam suam conatus nostros prosperet, et excellentiam tuam cum chariss. coniuge[1] tueatur. Salutatos ex me cupio Mag. D. D. Seldium et R. P. Gretzenicum: vtrique commisi vas libris oppletum[2], quod huc quam primum transferri curru uelim[3]. Soluam sumptus, cum aduectum fuerit: qua de re admoneri D. D. Seldium opto. Jngolstadij 30 Januarij. 1558 Seruus in Christo Petrus Canisius.

† Magnifico Domino Viguleio Hondio Doctori V. J. et Consiliario Principis Bauariae, Patrono summo Monachij.

Inscriptioni manu eiusdem temporis adnotatum est: „praes. 3. Febr. anno 58."

275.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 1. Februarii 1558.

Partim ex apographo eiusdem temporis (4° mai.), quod sic inscriptum est: „Ex litteris Patris Doctoris Canisii Prouincialis Germaniae Jngolstadij scriptis Kalendis Februarij 1558" et maximam epistulae partem exhibet, partim ex apographo P. *Iosephi Boero* S. J., qui sub a. 1860, quae in antiquo illo apographo desunt, ex ipsa epistula archetypa supplevit; supplendum autem erat exordium epistulae („Sextus fere iam" — „vt paucis de profectione" exclus.) et pars extrema, quae incipit a „non contentus promissione Romana".

Vidi etiam alia tria apographa, eaque eodem tempore eademque ratione ac primum illud scripta; quorum duo in cod. colon. „Epistt. ad Kess. I." exstant. Quattuor haec apographa Romae ex archetypo transcripta sunt, ut in provincias ad Socios mitti possent. Antiqua versio castellana exstat in codice „Varia Historia" (cf. *Can.* Epp. I, 102) t. II, f. 6—7.

---

[a] *Verba:* quibus praeiudicari uideatur, facultatem *a Canisio in margine addita sunt.*

---

[1] Anastasia, filia Guilielmi de Frauenberg; quae secunda Hundii uxor erat (*Manfr. Mayer* l. c. p. 124). [2] Vide supra p. 135.

[3] Georgius Sigismundus Seld, imperii romani vicecancellarius, Vormatiae Iulio Pflugio, colloquii praesidi, adiunctus erat; P. Ioannes Gressenicus O. Pr., Alberti V. contionator, ibidem ex „adiunctis" collocutorum catholicorum fuerat.

Multa ex hac epistula, eaque partim ad verbum, protulit *Sacchinus*, Can. p. 137—143 et Hist. S. J. II, l. 2, n. 3—10, atque ex Sacchino descripserunt *Dorigny, Python, Riess* etc. Aliqua italice vertit *Boero*, Can. p. 176.

Epistulae summarium breve posuit *Hansen* l. c. p. 297. Eadem usus est *Gothein* l. c. p. 761; qui tamen l. c. p. 795 falso asserit eam ad Kesselium datam esse.

Canisius, Tabernis ab episcopo argentoratensi detentus, ibidem parvum catechismum conscripsit et parochum egit. Argentorati contionatus est; ea urbs „sentina apostatarum", maxime ob gymnasium suum. Socii ab adversariis „diabolici" vocantur, a catholicis magni aestimantur. De collegio Friburgi Brisgoviae constituendo deliberatur. Friburgum urbs elegans et pia; academia Canisio mandata dedit ad regem. Canisius in compluribus Alsatiae urbibus catholicos est consolatus; ipse summo solacio a Deo, sacris reliquiis a clero argentoratensi donatus est; pecuniam accipere noluit. Dominicanae moniales argentoratenses in fide mire constantes. Universitas dilingana Societati oblata. Cardinalis tridentinus collegium promisit. Quid de collegiis Monachii et Landishuti condendis? Otto cardinalis instat, ut Canisius Ferdinando regi inter comitia Francofurti habenda adsit. Aliena monasteria non occupanda invitis illis ordinibus. Status collegii ingolstadiensis.

Sextus fere iam mensis instat, Rev. Pater, quod nullas ex Urbe litteras accipio; non quod illae in Germaniam perlatae non sint, sed quod ad me interea peregrinantem non pervenerint, totam forte Germaniam perambulaturae, priusquam a R. D. Cardinali Augustano rursus ad me transmittantur. Itaque nihil habeo, quod ad litteras Romanas modo respondeam. Et scripsi ego quidem postremo Wormatiae, dirupto iam colloquio, cuius etiam rationem dedi, addens me profecturum inde Argentinam, P. vero Goudanum in patriam ad valetudinem, Deo duce, instaurandam abire.

Et vt paucis [1] de profectione in Alsatiam mea non nihil dicam; Argentinensis Episcopus, qui miliaribus ab Argentina quinque demoratur [2], ad mensem fere seruauit me sibi, uoluitque interea concionari populo ejus ciuitatis [3]. scripsi illic et in schola puerorum proposui paruum catechismum catholicorum [4]; audiui confitentes scholasticos, qui tum ob institutionem tum ob concionandi munus me sunt ut patrem complexi: feriis natalitiis pastoris locum subij, non solum in euangelizando sed etiam in sacramentis administrandis.

Postea reuersus Argentinam (quam uere sentinam dixeris omnis generis apostatarum) insolita cum auditorum frequentia de nuptiis illis Galileae sum in cathedrali ecclesia concionatus [5], magno certe gaudio catholicorum, qui grauius ea in vrbe quam usquam alibi premuntur, et indigne tractantur. Jn causa est frequens schola studio-

---

[1] I. e. brevi.

[2] Erasmus de Limburg, episcopus argentoratensis, Tabernis Alsatiae (Elsass-Zabern) morabatur. [3] Plura de hac re vide infra, monum. 212.

[4] Catechismum illum Canisius significat, qui inter „Summam doctrinae christianae" et catechismum minimum medius ac potissimum scholarum latinarum, quas nunc dicimus, pueris destinatus est. Cum titulo „Parvus catechismus catholicorum" (nonnumquam etiam „Institutiones christianae pietatis") saepissime typis exscriptus et in multas linguas translatus est. Plura vide infra, monum. 202. 207.

[5] Plura de hac re vide infra, monum. 213.

sorum[1], qui ad mille argentinae sic instituuntur, ut maiores ego pestes non putem aliunde prodire, latiusque spargi in Galliarum et Germaniae prouincias, quae nobilem et selectam iuuentutem a pessimis magistris illic fede corrumpi, et omnj impietatis doctrina imbui sumptuose curant, ut habeant postea sedentes in cathedra pestilentiae[2], et Perfidos Rei Publicae Gubernatores. Fortasse sic Satan sperat per impios et doctos istos magistros, non minus adferre lucri suae sinagogae, quam nunc ecclesia Dej capere coepit, per ministros et magistros societatis Jesu, ut quorum piis et aeque felicibus conatibus non potest inimicus ille non inuidere atque reluctari. ita se angelum lucis[3], in Germania presertim simulat, et iactat per suos pseudoprophetas. Nos autem diabolicos uocari suasit, ueluti hostes magis capitales, ac nocentiores, quam in societate Jesu nec habeat nec metuat. Sed quo magis isti blasfemant, propter nos nomen Jesu[4], eo lubentius, et studiosius electi glorificant in nobis hoc ipsum nomen, ut quod daemonibus et impiis terribile:[5] sanctis autem et catholicis suaue et boni ominis plenum semper fuit eritque.

Ad Episcopum redeo, Cui propterea diutius adfui, quod expectaretur consiliarius primarius, qui mecum de collegio fundando ageret:[6] Is ubi tandem accessit multa hinc inde contulimus, et inter caetera de collegij sede quam ego Friburgi malebam constitui, quam in Alsatia[7]. Episcopus dato curru me Friburgum inde mittit per brisgoiam quae nobilis et Regis nostri catholica est prouincia[8]. Adierunt me porro friburgi professores eius gymnasij[9], frequenter inuitarunt ad mensam quae non minima est Germanicae hospitalitatis tessera; contulerunt sedulo mecum de statu Gimnasij, et abeunti dederunt in mandatis quae apud Regem de instaurando et ornando illic studio expedirem. Id quod ego haud faciam illibenter, Cum Catholicam religionem admodum ibi uigere didicerim; Theologos autem insignes adesse uiderim[10], ut nihil dicam de loci et situs et aedifitiorum commoditate ac elegantia.

---

[1] Apud protestantes per multos annos nullum gymnasium celebrius erat quam argentoratense, cui Ioannes Sturmius praeerat; at hic ipse querebatur in eo disciplinam „dissolutam“ esse, „confusa quadam petulantia atque licentia“; omitti saepe auscultationes necessarias „magno cum contemtu magistrorum et ipsorum discipulorum pernicie“ etc. (cf. *Janssen-Pastor* l. c. VII, 67—69).

[2] Ps. 1, 1. [3] 2 Cor. 11, 14. [4] 1 Tim. 6, 1. Apoc. 13, 6 etc.

[5] Cf. Marc. 16, 17. Luc. 10, 17 etc.

[6] Doctor Christophorus Welsinger cancellarius; de quo v. *Can.* Epp. I, 555².

[7] Friburgum tunc ad dioecesim constantiensem pertinebat.

[8] „Austria antica“ (Vorderösterreich) haec regio appellabatur.

[9] Canisius universitatem friburgensem, quae hodie quoque exstat, significavit. In „Testamento“ rettulit se tunc Friburgi „Senem Glareanum [Henricum Loriti] amice salutasse,“ qui et antiquarum litterarum scientia et catholica pietate academiae illi maximo ornamento erat (cf. *Can.* Epp. I, 49).

[10] Theologiam docebant Martinus Kügelin birkenfeldiensis, Christophorus Eliner moesskirchiensis, Iacobus Immenhaber rotwilanus (*Heinr. Schreiber*, Geschichte der Albert-Ludwigs-Universität zu Freiburg im Breisgau II [Freiburg 1868], 279—287).

Itaque cum illi professores, putarent mea commendatione causam academie iuuari, regique comprobari posse, summa me humanitate multisque officiis affecerunt Jamque munera offerre mihi statuerunt[1]. sed nolui haerere longius, quod redire Argentinam et hinc Ingolstadium, eoque maturius ad regem nostrum, priusquam is ex praga Francofordiam ad Principes electores descenderet, cuperem peruenire.

Fuit et ille non minimus mihi fructus huius profectionis, quod cum egregias Civitates sletstadium, Colmariam, Brisachum, Rubachum transirem, multos illic catholicos nosse, et consolari licuerit[2]; certe Dominus Jesus interea tantam mihi consolationem concessit, quantam uerbis explicare non possem, fortasse quia lacte adhuc opus est paruulo et imbecilli mihi, perfectis enim desolationis et Crucis solidus cibus[3] congruere solet. ego dignus non sum pro nomine Jesu, quod nunc coram gentibus istis porto, grauiora pati[4] et perfectum offerre holocaustum in odorem suauitatis[5].

Absoluam profectionem si duo dixero: Alterum sic mecum egisse Episcopum et clerum Argentinensem[6] ut quoad collegium Friburgi fundandum spectat, promiserint se mihi de sua scripturos esse sententia: litteras illas expecto: rem bene successuram confido[7].

Ego ab illis uix abstrahi potui, aegre dimisserunt abeuntem, instructo primum curru, et addito duce cum uiatico, et quod maximum est sanctissimis reliquiis B. Policarpi .D. Sixti et aliorum sanctorum mihi benigne donatis[8]. Tum magnam pecuniae summam me inscio

---

[1] Ante complures annos in archivo universitatis friburgensis diligenter quaesivi, si quae superessent monumenta eorum, quae Canisio tunc a professoribus commendata et commissa sunt; nec tamen quicquam repperi. Academici id egisse videntur, ut bursa nova aedificaretur, reditus augeretur, studia reformarentur (*Schreiber* l. c. II, 52—55).

[2] Vide supra p. 183—184. Societas Iesu ingressa est Selestadium anno 1615, Colmariam 1627, Rubeacum 1615 (*Jos. Geny,* Die Jahrbücher der Jesuiten zu Schlettstadt und Rufach I [Strassburg 1895], VIII—XI). [3] Hebr. 5, 12—14.

[4] Act. 5, 41; 9, 15. [5] Eph. 5, 2. Ex. 29, 41 etc.

[6] Summum templum argentoratense 24 habebat capitulares, qui omnes magnae nobilitatis (principes, comites, liberi barones imperii) esse debebant (*M. Lossen,* Der Anfang des Strassburger Kapitelstreites [München 1889] p. 5—6).

[7] Friburgum Societas Iesu anno 1620 venit. Anno 1580 Ioannes de Manderscheid, episcopus argentoratensis, Molshemii collegium Societatis condidit.

[8] „Concilium Canonicorum haud spernenda abituro munera cum non modico auri numero obtulit, quae ille . . . repudiauit. Cumque demirati porro quaererent, quid expeteret? nam vacuum abire se nullo modo passuros. Tum ille ex sacris Diuorum cineribus pignus sibi gratissimum praeoptauit. Ductus in sacrarium iussus est, quidquid placeret, seligere. Mox S. Polycarpi, qui S. Ioannis sectator, nobilissimo Martyrij triumpho illustris erat, digitum tulit“: Ita *Raderus,* Can. p. 215; qui certe in hoc labitur, quod affirmat Canisium Argentorati in summa aede Quadragesimae tempore contionatum esse et post paschales ferias inde discessisse. *Agricola* a. 1727 scribit reliquias illas SS. Xysti et Polycarpi in Societatis templum monacense S. Michaëli archangelo sacrum postea illatas esse, „ubi“, inquit, „peculiari Missa Officioque Sacerdotali annis singulis honorantur“ (l. c. I. Dec. 2, n. 75).

Jngolstadium mihi transmiserunt. sed refutationis mee causas honestas reddidi, pecuniam remisi, sic auxi illorum erga nos beneuolentiam.

Jnveni Argentinae Monasterium virginum, ut hoc addam obiter que sepius me docentem audierunt: hae uel solae uel praecipuae uiris et mulieribus, constantiae pietatisque palmam in ea urbe astulerunt [*sic*]:[1] Adeo perstiterunt fortiter in medio Babilonis[2] neque ad dexteram neque ad sinistram a mascula et catholica confessione declinantes:[3] sequuntur enim agnum quocunque ierit[4]; sub umbra alarum illius secure proteguntur[5] ut nemo illis nocere possit.

Alterum de hac profectione quod dicam illud est, egisse mecum in reditu Reuerendissimum Cardinalem Augustanum de collegio Dillingensi. ut nostris totum gubernandum illud tradatur; offert sexcentos aureos statim nostris applicandos, in prouentus annuos. post promittit addenda plura[6]. Ego rem considerate inchoandam dixi, et primum ut missas aliquas hoc nomine celebraret admonuj, me simile quiddam per nostros facturum, ac paulo post rediturum, ut certius de hoc negocio statueremus[7]. Sed promittam nihil nisi rem ille omnem ad uestrum arbitrium retulerit. Nouit autem Pater Natalis, Ita constitutum Dilingae collegium esse, ut nostris seruire, et accommodari facile possit, ducentos habet studiosos.

---

[1] Canisius monasterium SS. Margaritae et Agnetis significat, quod sacrarum virginum ordinis S. Dominici erat; maximas hae pro catholica religione iniurias heroica constantia pertulerant et perferebant. Quas descripsit *M. Th. de Bussierre,* Histoire des religieuses Dominicaines du couvent de Sainte-Marguerite et Sainte-Agnès à Strasbourg (Strasbourg 1860) p. 35—114. Praeterea Argentorati supererant moniales „S. Nicolai in Undis", eiusdem ordinis, et S. Magdalenae, ordinis sancti Augustini (*Bussierre* l. c. p. 122—147 et Histoire de l'établissement du Protestantisme à Strasbourg et en Alsace [Paris 1856] p. 350—360. *Pet. Phil. Wolf,* Geschichte Maximilians I. und seiner Zeit I [München 1807], 155—169).

[2] Ezech. 17, 16. 1 Petr. 5, 13 etc. [3] Prov. 4, 27. Num. 20, 17 etc.

[4] Apoc. 14, 4. [5] Ps. 16, 8.

[6] Cardinalis Dilingae anno 1549 collegium S. Hieronymi sive contubernium iuvenum ad ordinem ecclesiasticum aspirantium constituerat; quibus paulo post „convictores" accesserunt ex Sueborum nobilitate. Iulius III. et Carolus V. in collegium illud dignitatem et iura academiarum contulerunt. Inter magistros eminebant Petrus de Soto O. Pr., Bartholomaeus Kleindienst O. Pr., Martinus Olavius, Guilielmus Lindanus, Martinus Rithovius; sed ob ipsam nominis famam professores dilingani ad graviora munera alio avocabantur; quorum vices suppleri propter penuriam hominum doctorum difficile erat. Cf. *Math. Hausmann,* Geschichte des ehemaligen päpstlichen Alumnates in Dillingen (Dillingen 1883) p. 1—3.

[7] Cum Dilingae haec ageret Canisius cum cardinali, hic ei „voluit, vel inuito manibus suis lauare pedes . . . Et Canisius, quoad verecundia non obstinata, sed modesta tulit, acriter reluctatus, tandem instar cognominis sui Apostolorum principis, ne opus Domini impediret, cessit: et veritus deinde eam rem euulgare, ille quidem, ne et se commendare videretur, obticuit . . . Alij e domesticis conscij euulgarunt": *Sacchinus,* Can. p. 142.

Preter Friburgense et Dilingense collegium, offertur aliud Tridenti, ut serio Dilingae promisit Reuerendissimus Cardinalis Tridentinus [1], cum proxime ex aula Regis Philippi domum reuerteretur. Cupit igitur uehementer me ad se Tridentum uenire, et causam hanc agere. Sed malim in Urbem ad uos ea de re scribat [2].

Jllud certum est decreuisse Principem Bauariae, ut cito erigantur nobis collegia duo, Monachij et Lantzutae, quae sunt primae fere Ciuitates Bauariae. Fuit igitur Doctor Hondius cum nostris hoc loco, seque meum aspectare aduentum asseruit, ut hoc utriusque collegij negocium expeditum reddatur. Ad hunc ego iam scripsi me libenter uenturum fuisse Monachium, nisi propediem eundum esset obuiam regi, quem ex Boemia uenientem expecto: et futurum fortasse ut una cum Rege Francofordiam abeam [3]. Sic enim et Cardinalis Augustanus omnino Regi suadere statuit. quod in conuentu illo principum electorum mea prodesse opera posse uideatur, presertim ad religionis et reformationis causam prouehendam [4]. uerum nisi Rex me uolet comitem sibi, deflectam lubens Pragam Archiduci [5] hac quadragesima concionaturus: quanquam Cardinalis ualde cupit me ad tempus adesse sibi, non contentus promissione Romana de venturo P. Natali [6].

Adiunxi praeterea litteris ad D. Hondium, duo mihi consideratione digna videri circa hoc Principis institutum: alterum quidem, ut sat habeamus aestate ventura unum inchoare ac probe fundare Collegium, sive Monachii, sive Lantzutae, nam sequenti anno secundum rectius forte constitui posse.

Alterum, quod monebam, erat, ne gravaremur invidia et nescio qua suspicione proprii quaestus apud Religiosos istos, quorum monasteria vel in totum vel ex parte in nostra Collegia Princeps vertere statuit [7]. Non enim defuturos obmurmuratores, velut nos absque consensu S. Sedis apostolicae, et Ordinis et Generalium istorum aliena invadere vel occupare audeamus. Quare his quaerelis et calumniis in tempore occurrendum esse, ut nostris legittime caveatur. Quid sint adhuc [*sic*] responsuri, nescio: tantum equos Cardinalis duos, quibus hinc proficiscar ad Regem, expecto [8]. De reliquis tempus consilium dabit in Christo Jesu domino nostro, qui me salvum in hybernis his frigoribus et itineribus custodire dignatur: ipsi gloria sempiterna.

---

[1] Christophorus Madrutius (Madrucci, Madruzzi).

[2] Collegium tridentinum sub a. 1626 conditum est.

[3] Vide supra p. 186[4].

[4] Cardinalis metuebat, ne, quod saepius iam factum erat, plus aequo a rege protestantibus concederetur, ac praesertim, ne colloquii vormatiensis continuatio quaedam iis promitteretur; optabat autem, ut episcopi in clero reformando a rege adiuvarentur. Summarium epistulae, quam hac de re Otto ad Ferdinandum dedisse videtur, posuit *Riess* l. c. p. 238—240.

[5] Ferdinando, Ferdinandi regis filio; cf. supra p. 61[2].

[6] Vide supra p. 128—129. [7] Vide supra p. 186, et infra, monum. 189.

[8] Norimbergam profecturus erat Canisius; vide infra p. 201.

Quod ad statum Collegii huius attinet, maiorem ego successum experiri videor, quam Pragae et Viennae apud nostros. Egent solum administris seu temporalibus coadiutoribus [1], et pluribus, si quidem haberi ullo modo possent, studiosis theologiae, ut quae potissimum hic docetur, et commode satis. Scholae sic nostros exercent et detinent, ut cum nostri alios docent, se non doceant: queruntur sibi deesse tempus, nonnunquam et vires et commoditatem sua studia prosequendi: et est illis indulgendum aliquid, cum fessi e scholis revertuntur. Dominus paulatim his aliisque incommodis medeatur: tentabo si quid remedii adhibere possim. Collegii causas nondum satis habeo exploratas: de his igitur alias, favente Deo.

De collegiis aliis, quod tandiu [*sic*] nihil acceperim, non addam. Scripserit autem isthuc, ni fallor, de omnibus P. Victoria, qui mihi non parum confert ad hanc Provinciam utcumque administrandam. Scio multa interim a me negligi, et solus subinde cum puero peregrinari habeo, nec adest qui reprehendat et corrigat errantem et labentem Canisium. Eum vestrae pietati precibusque et sacrificiis quam possum maxime in Christo commendo, Rev. Pater. Dominus adsit Germaniae novas turbas, ut metuunt, parturienti et ministerium nostrum sibi reddat acceptum. Amen.

Ingolstadii Cal. februar. 1558.

Servus in Christo
Petrus Canisius.

276.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 3. Februarii 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 38—393 posito, collatum est.

Complura ex hac epistula protulerunt *Sacchinus*, Can. p. 143 (cf. etiam *eiusdem* Hist. S. J. II, l. 2, n. 12), et ex Sacchino *Dorigny*, *Bucholtz* l. c. VIII, 203—204 etc. Partem epistulae italice vertit *Boero*, Can. p. 179.

Vindobonae, Maximiliano rege protegente, haereses aperte grassari. Socios vix illic salvos esse posse; monasterium in Bavaria iis offerri. Maximilianum sibi inimicum, patri „Absalonem“ esse; paratum se esse, Vindobonae in mediam se conicere flammam. De P. Victoria viceprovinciali aliisque Sociis. Preces petit pro Ferdinando rege valde afflicto. De breviario quinoniano.

Vienna nunquam eguit magis opera Lamberti [2] ad contionem. pp. Martinus et Dyrsius [3] in tanta tempestate imperiti sunt naucleri

[1] „Fratres laicos“ vocare hos solent.

[2] Lambertus Auer in collegio romano theologicis studiis operam navabat; cf. supra p. 149[2]. [3] Martinus Stevordianus et Ioannes Dyrsius.

et precones [1]. Utinam Sathanae sic aperte grassanti obuiam ire possemus, immisso aliquo concionatore apto [a] [?]. Rex [2] filio rem veluti desperatam Austriacam reliquisse dicitur, vix eo rediturus [3]. Boni cum Cardinale [4] nostris metuunt. Bauariae Princeps et patronus Hondius non putant, nostros Viennae salvos esse posse. Quare monasterium prope Ratisbonam [5] offerunt nostris Vienna, ut fore putant, profligatis, pollicentur et prouentus necessarios. Dominus conterat Sathanam sub pedibus nostris [6], et fratres tueatur, qui, ut spero, milites invicti erunt Deo et Ecclesiae, ad sanguinem usque, si opus sit, resistentes [7]. Quod si R. T. videbitur, ut me coniiciam in mediam Viennae flammam, quae aperto Marte alitur ab Absalone [8], cui ego in primis inuisus sum et exosus, occurram certe

[a] *Vel:* aliquo concionatore; *apographum hoc loco obscurum est.*

[1] Sebastianus Phauserus, lutheranus Maximiliani regis contionator, cum ipso anno 1555, quo Vindobona cedere coactus erat, eodem rediisset, ad frequentissimum auditorium sermones habebat. Sacra communio Vindobonae laicis sub utraque specie praebebatur. Maximilianus in litteris, quas amicis mittebat, aperte profitebatur papam odio sibi esse; Linterium notarium, Pauli IV. nuntium, admittere noluit: mense Decembri a. 1557 Petrum Paulum Vergerium, episcopum illum catholicae fidei desertorem, invitavit, ut Tubinga Vindobonam ad se veniret; in epistula, quam Vindobona 23. Februarii 1558 ad Christophorum Wurtembergae ducem lutheranum dedit, augustanam confessionem veram religionem („die wahre Religion") appellavit (*Ed. Reimann,* Die religiöse Entwickelung Maximilians II. in den Jahren 1554—1564, in „Historische Zeitschrift, herausgeg. von H. v. Sybel" XV [München 1866], 7—22. *Janssen-Pastor* l. c. IV, 210—216. *Can.* Epp. I, 524—527. Epistulam illam ad Christophorum ducem datam typis exscripsit *Io. Frid. le Bret,* Magazin zum Gebrauch der Staaten- und Kirchengeschichte etc. IX [Ulm 1785], 111—112. Ibidem p. 132—133. 139 aliae exstant epistulae ad Christophorum ducem a Maximiliano datae, in quibus hic se protestantem profitetur). Quamquam Maximilianum nec plane protestantem nec vere catholicum fuisse dixeris. Catholicis enim longe aliter quam protestantibus loquebatur (*Friedr. Walter,* Die Wahl Maximilians II. [Heidelberg 1892] p. 22—23. 65. *Walt. Goetz,* Maximilians II. Wahl zum römischen Könige [Würzburg 1891] p. 36. 112). In litteris historicis (quadrimestribus?) *„domus professae" S. J. romanae* exeunte a. 1558 ad Societatis provincias missis haec sunt: „Mittimus Bohemiae Regis capitulum quondam nobis a patre Vittoria scriptum, cuius tenor ualde nos extulit letitia; ob contrariam, quae ubique de eo sentiebatur, opinionem" (Ex *apographo antiquo). In litteris quadrimestribus *collegii vindobonensis,* Vindobona 30. Aprilis 1560 Lainio missis, de Maximiliani regis filiis scribitur: „Hoc quadragesimali tempore cuidam e nostris Patribus confessi sunt" (Ex *archetypo. Cod. „G. Ep. I" f. 30[a]). Ac *Victoria* Vindobona 17. Novembris 1560 Lainio scripsit: Se eo ipso die Maximiliano regi praeter alios libros Canisii catechismum obtulisse (Ex *autographo. Cod. cit. f. 64[b]). *Polancus* Victoriae Roma 18. Ianuarii 1561: „Qua ci consolamo in Domino della familiarita che ce col serenissimo Re di Bohemia" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 290[b]).

[2] Ferdinandus I.

[3] Romanos patres, ut singulis diebus multa pro Ferdinando missarum sacrificia offerrentur, decrevisse testatur *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 12.

[4] Augustano. [5] Prüfening, quod ordinis benedictini erat?

[6] Rom. 16, 20. [7] Hebr. 12, 4.

[8] Maximilianum regem „Absalonem" dicit. Cf. 2 Reg. 15, 1—10 etc.

in nomine domini[1] contra Goliath[2], et confitebor coram hominibus[3] meam et Ecclesiae fidem atque doctrinam pro modulo meo. Scio enim cui credidi[4].

P. Victoria zelum quidem habet, sed ut P. Lanoyus queritur non secundum scientiam[5], nimius uidetur in mutando et innouando sub hoc pretextu ut omnia conformentur Romano collegio, Ubi fortasse quae obseruantur non sunt neque uideri debent perpetua et immutabilia, et quae per omnia locis omnibus congruant. Ut de tempore prandii et coenae, de modo coquendi etc. Miror quod tam exactus sit in his aliisque exterioribus. Sed paulatim ad auream tendet mediocritatem, etsi uideatur nonnihil tedii capere quod per omnia forte nec sibi, nec aliis satisfaciat. Interim rogo ne facile reuocetur. Scripsi ad illum ut p. Lanoyo suam relinquat libertatem in Viennensi collegio, cum ne mihi quidem permissum sit, illi quidquam praescribere, uel iniungere[6]; scripsi ut pragae potius fratribus adsit, et suauiter agat, sibique a rigore temperet, nec tanti faciat in externis nos alicubi uariare, ubi nihil statuta exigunt, neque certi aliquid est constitutum: praeterea ut P. Lanoyum saepe consulat.

Rursus rogo p. Theodoricum Canisium seruari Germaniae cum abundet Colonia professoribus, e quibus aliquos huc et ad prima collegia Germanica mitti uelim, ut scripsi alias.

Scripsi Viennam p. Lanoyo ut rediret ad munus Rectoris, nisi aliter R. T. uisum esset. Dyrsium autem pro ministro adhibebit sibi Vienna[a] [?] etc.

P. Couillonius pergit sibi et aliis grauis, nonnunquam et intolerabilis esse. Vellet, ut impetrem successorem in munere profitendi quod ille nonnunquam ita conturbat[b] [?] cum profitetur ut auditores offendat, ostendens nimium se agitatum et perturbatum esse. Et aeque adiuuaret, domi praesertim nostros, si successorem haberet: non puto consultum aliquid magni muneris illi concredere. Scrupulis abundat, inconstans et deiecti plenus spiritus, a quo nihil possis ordinarium et diu duraturum impetrare. Viuit interim hic sanior fortasse, quam ullo in loco alio posset.

Magnos in studiis progressus facit pater Theodorus[7]: cuperem illum ad doctoratum[8] progredi, si non dissuadet R. T.

De doctore Paulo[9] qui Viennae minister designatus erat (ni fallor) ubi sit, et quando uenturus, ignoro. De p. Schorichio nihil habeo.

---

[a] *Sic apogr.; sed legendum videtur:* Viennae*; cf. supra p. 182.*

[b] *Sic apogr.; sed fortasse legendum:* quod (*vel* quo) ille *etc.* conturbatur, *aut:* quod illum *etc.* conturbat.

---

[1] 1 Reg. 17, 45 etc. [2] Cf. 1 Reg. 17, 4—54.
[3] Matth. 10, 32. [4] 2 Tim. 1, 12. [5] Rom. 10, 2.
[6] Is per Lainium a potestate Canisii praepositi provincialis exemptus erat.
[7] Peltanus; de quo plura infra. [8] Theologiae. [9] Hoffaeo.

Jonas[1] diligens hoc seculum[2], abiit Vittenbergam ut audio, et queritur ingratus de uictu nobiscum sumpto. Blandis literis durum pectus non pupugi, nedum emoliui. Dominus misereatur nostri et errantium ouium.

Commendo me et Serenissimum Regem Romanorum R. P. T. precibus, et rogo, ut missae aliquot speciales pro eo fiant, quia plurimum patitur moeroris ob primogeniti apertam nunc impietatem. Cupio scire, sitne breui publicandum Breviarium novum, quod multi expectant[3]; et quid de futuro Patrum conventu sperandum[3]. Dominus semper nobiscum.

Ingolstadii, 3. Februarii 1558.

Servus in Christo P. Canisius.

Reuerendo patri meo Jacobo Laynez, Vicario della Compagnia de Gesu. Ad manus proprias.

Alia manu eiusdem temporis huic epistulae adnotatum est eam Romae 24. Februarii 1558 receptam esse. Nec dubium est, quin eo missa sit una cum epistula, quam Canisius 1. Februarii 1558 ad Lainium dedit; sed haec etiam aliis Sociis romanis, illa soli Lainio destinata erat.

277.

CANISIUS

P. HIERONYMO NATALI S. J.,

collegii romani superintendenti.

Ingolstadio 3. Februarii 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum archetypo (Canisius ipse nomen subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 39—594 posito, collatum est.

Partem posuit *Boero*, Can. p. 179—180.

Ipse se accusat. In novis collegiis incipiendis lente agendum esse. Ob sacerdotum paucitatem plurimas animas perire. De „caecis speculatoribus" queritur. Societatis fore, Germaniam ad fidem reducere. Instat, ut per Natalem ab Hispaniae proceribus pecuniam accipiat pro Societatis collegio Friburgi Brisgoviae instituendo. P. Victoriam laudat. Preces et novos Socios petit. De libello contra decretum sorbonnicum scribendo, „Summa" sua recognoscenda, Ferdinando rege Maximiliani filii animum haereticum molestissime ferente.

---

[1] Adler. [2] 2 Tim. 4, 9.

[3] Breviarium „secundum normam curiae" romanae dispositum reformatione indigere ipso ab initio saeculi XVI. plerique fatebantur. Sed etiam forma illa nova, quam probante Paulo III. Franciscus Quiñones, cardinalis S. Crucis, composuerat (breviarium „sanctae Crucis" sive „quinonianum"), cuiusque usum idem pontifex etiam Sociis concesserat (*Can.* Epp. I, 196[2]), multis vehementer displicebat. Ideo Paulus IV. (ut videtur) breviarium romanum a Theatinis reformatum in publicum ecclesiae usum inducere cogitabat (*P. Batiffol*, Histoire du Bréviaire romain [Paris 1893] p. 232—233. *Suitb. Bäumer* O. S. B., Geschichte des Breviers [Freiburg i. Br. 1895] p. 412—415). [4] Societatis congregationem generalem dicit.

†
Ihesus
Pax Christi suavissima nobiscum — Reuerende Pater in Christo

Molto tempo è, che non ho scritto, nè resposto alla Reuerentia uostra, nè sò escusarme di tanta negligentia et ingratitudine, la quale io mostro communemente non solo verso li homini, ma anche et molto più verso il sommo et fedelissimo Creatore et Redentor mio, il quale pur mi conserva, benchè indegnissimo, in questa sua santa Compagnia.

Hor quanto delle peregrinatione et facende mie, maxime dopo il Colloquio Wormatiense, ho scritto diffusamente al Reuerendo Padre Vicario, et penso che non bisogna repeterlo per adesso. Iddio ci fa gran misericordia in movere li cori delli Vescovi et Principi ogni dì più et più per fondar alcuni Collegii in Alemagna, sicome si vede nelli Reuerendissimi Cardinali di Augusta et Trento, nel Reuerendissimo Vescovo d' Argentina, et nell' Illustrissimo Duca di Baviera, che vorria presto hauere tre Collegii insiemi [1]. Mi par qualche volta, che bisogna andar piano con questi Collegii, mancandoci le persone, maxime Tudesche, necessarie per fornire le classe delle schole. Dominus provideat sibi de victima [2]. Li loghi et le spese non mancheranno alli presenti operarii, quali tuttavia adesso manchano in questi lochi catholici più che mai; talmente che se fa infinita perditione delle anime, per non essere chi rompa il pane alli piccioli [3].

In questo mezzo li ciechi speculatori [4] et lupi rapaci [5], et molti Pharaoni [6], ci guastano ogni cosa in questa vigna, la quale

---

† Iesus.

Pax Christi suavissima nobiscum — Reverende Pater in Christo.

Iam dudum reverentiae vestrae nec scripsi, nec respondi; nec me excusare possum de tanta neglegentia et ingratitudine, quam ego non solum hominibus, sed etiam multo magis summo et fidelissimo creatori et redemptori meo exhibere soleo, qui me, licet indignissimus sim, in hac sancta Societate sua conservat.

De peregrinationibus meis deque rebus a me, maxime post colloquium vormatiense, gestis ad reverendum patrem vicarium copiose scripsi, neque opus esse puto ea nunc repeti. Deus magnam nobis praestat misericordiam, episcoporum et principum animos in dies magis magisque ad collegia aliqua in Germania condenda adducens: apparet hoc in reverendissimis cardinalibus augustano et tridentino atque in reverendissimo episcopo argentoratensi et in illustrissimo Bavariae duce, qui tria simul collegia mox accipere cupit [1]. Mihi quidem nonnumquam in mentem venit lente agendum esse in his collegiis constituendis; desunt enim homines, maxime germani, quos singulis illis scholis praeficiamus. Dominus provideat sibi de victima [2]. Nec sedes nec pecuniae deerunt operariis, ubi aderunt; qui cum nunc magis quam umquam in catholicis his terris desint, innumerabiles pereunt animae, eo quod nemo sit, qui parvulis panem frangat [3].

Interea speculatores caeci [4] et lupi rapaces [5] ac multi Pharaones [6] omnia nobis in hac vinea vastant, quae misericordiam divinam sibi praestandam

---

[1] Vide supra p. 192. [2] Gen. 22, 8. [3] Thren. 4, 4.
[4] Is. 56, 10. [5] Matth. 7, 15. Act. 20, 29. [6] Cf. Ex. 1, 8—22 etc.

aspetta la misericordia divina per mezzo della Compagnia di Gesù, la quale, come pare, finalmente haurà di abbracciare et conservare quel poco che resta, per ridur da poi tante Prouincie, non solamente con la bocca et con le litere, ma molto più con il spirito et sangue[1]. Dio ci faccia degni per patire et faticarci in questa vigna sua tanto desolata et desperata.

Molto volentieri ho sentito la nuova del Signor Giovan di Vega, che sia di tanta authorità in Spagna[2], et purchè si ricordi della cieca Alemagna con alcuni altri Signori[3]. Prego la Reuerentia Vostra per la summa carità di Christo et per l' affectione che porta sempre ad questa Prouincia, che faccia la continua instantia appresso li detti Signori, in ogni modo et via vadano innanzi con la provisione, che si ha de applicare ad li Todeschi, li quali anche commodissimamente se potriano allevare per li Nostri in Friburgo più, che in qualsivoglia università o Città di Alemagna[5]. Spero, che li Padri Reuerendi venendo di Spagna ad la Congregatione in Roma, ci darranno buoni avvisi circa questo assumpto de V. R., per la quale Iddio ha voluto promuovere questa santa opera, la qual habbiamo di promouere quanto è posibile, per la charità, utilità, et necessità commune della Chiesa Santa.

Quanto ad li nostri Collegii, V. R., credo, hauera informatione dal Padre Vittoria, il quale ci fa boni servitii nel Signore; et quanto più restarà, tanto potrà diuentare più maturo et discreto in procedere.

---

exspectat per Societatem Iesu; haec enim, ut videtur, tandem paucas has reliquias amplecti et conservare debebit, ad ecclesiam reductura postea tot provincias non solum voce et litteris, sed etiam multo magis spiritu et sanguine[1]. Deus dignos nos reddat, qui in hac vinea sua adeo desolata ac desperata incommoda et labores subeamus.

Gavisus sum valde, cum audirem dominum Ioannem de Vega in Hispania summae auctoritatis esse[2], atque etiam cognoscerem eum cum aliquot aliis proceribus[3] caecae huius Germaniae recordari[4]. Rogo te, reverende pater, per summam Christi caritatem et per amorem, quo provinciam hanc semper complecteris: proceres illos continuo urgeto, ut omni tandem modo et via pecuniam illam provideant Germanis attribuendam; qui quidem etiam percommode a nostris educari poterunt Friburgi, commodius, inquam, quam in ulla alia Germaniae universitate vel civitate[5]. Spero reverendos patres, cum ex Hispania Romam ad congregationem venerint, fausta nobis nuntiaturos de hac re a te, reverende pater, suscepta; per quem Deus sanctum hoc opus provehere voluit, quod propter communem sanctae ecclesiae caritatem, utilitatem, necessitatem, quantum fieri potest, provehere debemus.

De collegiorum nostrorum statu reverentiam vestram per patrem Victoriam certiorem factam esse existimo; qui bona nobis praestat officia in domino, et quo

---

[1] Cf. 1 Io. 5, 8.

[2] Praeses consilii regii vallisoletani is erat. Canisius a. 1548 Messanae eum cognoverat (*Can.* Epp. I, 275). [3] Cf. supra p. 90.

[4] Ita verti, quia illud „purchè" hic loco verborum ‚pur che' positum esse puto. Verti tamen etiam potest: Utinam hic . . . recordetur.

[5] Canisius Societatis collegium instituere volebat Friburgi Brisgoviae; cf. supra p. 189.

Di gratia non sia levato de Alemagna, anchor che desideria. Io per molte peregrinatione et mutazione non posso così particularmente attendere come vorria et devria. Et credo che assai se possa servire a Dio in visitare et confortare questi Principi, et anchora in piantare nuovi Collegii. Iddio si voglia servire delle nostre fatiche, nelle quale gran speranza et consolatione ci concede per la sua bontà infinita [1]. Aiutateci con li vostri Santi sacrifitii et orationi, accio chè la volontà sua non habbia in noi tanti impedimenti et obstaculi, ma che si adempisca con semplicità et confidenza perfetta. Gran necessità qui hauemo delli Coadiutori temporali, et delli Confessori. Se è possibile, V. R. ci aiuti con alcuni boni subjecti appresso il Padre Vicario, perchè la necessità non è poca.

Desidero anche haver una copia della confutatione, la quale V. R. fa contra il decreto Parisiense [2]: et rigratio molto al Reuerendo Padre Emanuel per la sua faticha circa il Cathecismo, la qual non è fatta senza frutto [3]. Item ho scritto qualche volta del mio fratello Maestro Theodorico, che non essendo mandato per Colonia, dove è copia delli Professori, sia riserbato per Alemagna et maxime per Praga, dove li doi Professori Doctor Henrico et Maestro Hurtado sono communemente amalati. si come anchora il Padre Queuiglion qui diuenta quasi inhabile ad questa prouincia di leggere.

---

diutius apud nos manebit, eo maturior et discretior in agendo evadere poterit. Nolite, quaeso, ex Germania eum revocare, etiamsi forte ipse id cupiat. Ego propter multas peregrinationes et mutationes non possum singulis rebus ita prospicere, ut vellem et deberem. Et puto satis Deo me servire posse principibus hisce invisendis et confirmandis et novis etiam collegiis instituendis. Deus laboribus nostris utatur, inter quos pro infinita bonitate sua magnam nobis tribuit spem magnumque solacium [1]. Adiuvate nos sanctis sacrificiis et precibus vestris, et efficite, ut sanctae eius voluntati tam multa non interveniant in nobis impedimenta et obstacula, sed ut cum simplicitate et plena fiducia ei obtemperemus. Magna hic laboramus inopia coadiutorum temporalium et confessariorum. Si fieri poterit, R. V. homines aliquot ad haec idoneos patri vicario offerat, qui nobis mittantur; nam magnopere iis egemus.

Cupio etiam exemplum confutationis habere, quam R. V. contra decretum illud parisiense conscribit [2], et reverendo patri Emmanueli magnas gratias ago, quod catechismo suam impendit operam, quae certe utilitate non caret [3]. Aliquotiens per litteras petii, ut magister Theodoricus frater meus, si non mitteretur in collegium coloniense professoribus abundans, Germaniae et maxime Pragae reservaretur, ubi duo professores doctor Henricus et magister Hurtadus semper fere aegrotant; atque etiam hic pater Cuvillonius ad hoc docendi munus quasi ineptus evadit.

---

[1] Vide supra p. 111[1]. 190.

[2] Canisius decretum significat, quo facultas theologica Sorbonnae 1. Decembris 1554 pronuntiaverat, Societatem Iesu „videri in negotio fidei periculosam, pacis Ecclesiae perturbativam, monasticae religionis eversivam, et magis in destructionem quam in aedificationem" (*Polancus*, Chronicon IV, 328—330; V, 11—12). Si quid contra Sorbonnam a Natali scriptum est, perisse videtur; cf. *Sommervogel* l. c. V, 1517—1520.

[3] P. Emmanuel Sa Canisii „Summam" recognoscendam susceperat; cf. supra p. 97.

Molto ci consoliamo per li santi desiderii che il Signor da a V. R. per Alemagna. Al nostro Protettore et Padre specialissimo. Io, nel Signore mi raccomando strittissimamente con tutta questa Provincia. Et perchè il Serenissimo Re de' Romani molto sta afflitto vedendo l' heresia nel suo sangue [1] etc. de gratia aiutiamo la sua Maestà, un tanto benefattore, con li sacrificii et oratione. In quattro o cinque mesi non tengo lettera di Roma. Dio sia laudato sempre et ci conservi in sua santissima gratia. Salutate de parte mia il Dottor Emanuel, Padre Madrid [2], Padre Polanco et tutti li Padri et fratelli.

De Inglostat al terzo de Februario 1558.

Servus in Christo Pet. Canisius.

Al nostro Reuerendo Padre M. Hieronymo Natale Teologo della Compagnia di Gesù. Roma.

Multum solacii nobis afferunt sancta desideria, quibus dominus R. V. ad Germaniae salutem curandam incendit; es enim protector noster et pater omnino praecipuus, cui me cum tota hac provincia impensissime in domino commendo. Et quia serenissimus Romanorum rex magnum dolorem accipit ex haeresi, quam in sanguine suo etc. conspicit [1], adiuvemus, obsecro, principem in nos beneficentissimum sacrificiis et precibus nostris. Abhinc quattuor vel quinque menses litteras romanas non accepi. Deus semper laudetur et in sanctissima gratia sua nos conservet. Salutate meo nomine doctorem Emmanuelem, patrem Matritium [2], patrem Polancum, patres fratresque omnes.

Ingolstadio die tertio Februarii 1558.

Servus in Christo Pet. Canisius.

Reverendo patri nostro M. Hieronymo Natali, Societatis Iesu theologo, Romae.

278.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 23. Februarii 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 40—577 [597?] posito, collatum est.

---

[1] In Maximiliano rege, filio natu maximo; cf. supra p. 194[1].

[2] Christophorus de Madrid († 1573), ex dioecesi toletana ortus, a. 1556 Neapoli libellum de frequenti usu eucharistiae ediderat et a S. Ignatio toti Societati regendae, quo tempore valetudo ipsum praegravabat, Polanco collega additus erat; hoc anno 1558 praepositi generalis „assistens“ creatus est; postea romanam professorum domum diu rexit (*Polancus,* Chronicon II, 28; IV, 28. 182. *Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quarta [Romae 1652]. l. 1, n. 38. 39. *Sommervogel,* Bibl. V, 278—279).

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 143—144 et Hist. S. J. II, l. 2, n. 11. 12. Particulas eius germanice posuit *editor*, Entstehung der Katechismen etc. p. 72—73. 115—116.

Canisius Norimbergae Ferdinandum regem adiit. Cardinalis augustanus exercitia spiritualia peragere cupit. Canisius Pragae cum Sociis quibusdam consultare vult; Monachium etiam arcessitur a Bavariae duce. Confutationem „Prolegomenorum" Brentii ab Hosio conscriptam recognoscit et expolit. Cardinalis augustanus Socios statim in collegium dilinganum immigrare cupit; sed lente agendum. Rex Canisium Francofurtum secum ire noluit, sed postea illuc evocabit ad reformationem ecclesiasticorum iuvandam. Canisius Sociorum precibus regem commendat. Ipse cum P. Victoria concordiam fovere studebit, de erratis suis moneri cupit, adnotationes in „Summam" scriptas et litteras indicas accepit; ad Wigandi librum famosum respondere vult. Instantibus theologis lovaniensibus minorem catechismum conscripsit. Rex rogandus, ut Canisium ad congregationem generalem venire sinat. Ipse Sociorum romanorum et collegii germanici inopiae subvenire conabitur. Fatetur se in Deo parum confidere et importuniorem esse in novis Sociis a Lainio petendis. Theodoricum fratrem domi de patrimonio et de canonicatu disponere cupit. De Sociis quibusdam queritur. Bavaria et Austria in protestantismum feruntur. Lovanienses Summam theologicam a Canisio petunt. Ipse ex magno quodam Lainii libro huiusmodi epitomen facere cupit. Rationem quoque theologiae tractandae ab eo petit.

†

Ihesus

Reuerendo in Christo Padre mio.

La gratia et pace del Signor nostro Gesù Cristo sia con tutti noi sempre etc. Amen. Ho riceuto insieme diverse littere de V. R.: quella de 13. et 29. di novenbre; Item quella de 11. et 25. di decembre, et dopoi quella de 15. de Gennaro; et tutte queste io ho riceute per via del Reuerendissimo Cardinale d' Augusta.

La ultima mia io scrissi qui in principio di questo mese, mandandola per via della posta de Augusta amico nostro [1], di modo che non dubito, quella medesima sara arrivata la, et dara avvisi quanto bisogna alle cose nostre, necessarii, massime di quella andata mia in Argentina. Or dopoi date quelle littere, io ho visitato la Sua Maestà in Norimbergha [2], dove anchora allhora si trovò il Reuerendissimo

---

† Iesus. Reverende in Christo pater mi.

Gratia et pax domini nostri Iesu Christi sint cum omnibus nobis semper etc. Amen. Varias R. V. litteras simul accepi: eas, quae 13. et 29. Novembris, item quae 11. et 25. Decembris, et postea quae 15. Ianuarii datae erant; atque has omnes per reverendissimum cardinalem augustanum accepi.

Ego postremam ad vos epistulam dedi hinc initio huius mensis et ei tradendam curavi, qui Augustae Vindelicorum litteris cursu publico mittendis praepositus et nobis amicus est [1]; quare non dubito, quin eadem ad vos perlata sit et, quantum opus est, de rebus nostris atque imprimis de itinere illo meo argentoratensi vos edoceat. Postquam autem litteras illas miseram, regiam maiestatem Norimbergae adii [2], ubi tunc

---

[1] Leonardo de Taxis.

[2] Ferdinandus rex Norimbergae morabatur 12. et 13. Februarii ac fortasse etiam 14., 15., 16. Februarii (*Stälin* l. c. p. 394).

Cardinale [1]; et me fece stare con seco in sua Corte, mostrandose sempre (come suole) deditissimo ad la Compagnia, et facendo anche grande instantia per haver me per alcune settimane di questa quaresima [2] a far un poco di exercitii in un loco ritirato. Io credo, che non sarà ordine de poter servirlo; 1ª perchè ho scritto a Vienna, che alcuni delli Padri si trovino con meco in Pragha ad la dominica Laetare [3], volendo alhora supplire quello che potria per la mia absentia diuturna esser negletto in quelli doi Collegii de Pragha et Vienna, et massime desiderando con boni consigli delli altri conciar meglio le cose de li nostri in Pragha con la gratia de N. Signore. Donde io me hauero da partire al piu longho circa la Dominica oculi [4] per Bohemia per uenire a tempo in Pragha. Seconda perchè hora mi chiama il Principe de Baviera a Monacho, et pare che se voglia servire delle nostre fatiche non solo in concludere le cose del Collegio Monachense, ma anchora in alcune cose più universale; talmente che domani con la gratia di Christo mi voglio partire a Monachio, piacendo al Signore.

Oltra queste occupationi, tengho nelle mani un bellissimo libro, fatto da un Vescovo in Polonia contra Brenzio, et pro Petro Soto già confessore de la Sua Maestà Imperiale [5]. Et questo libro mi è

---

etiam reverendissimus cardinalis [1] morabatur; qui me secum in aula sua degere voluit, semper, ut solet, Societati deditissimum se praebens, et magnopere etiam instans, ut per aliquot huius Quadragesimae [2] hebdomades me secum habere meque iuvante secreto aliquo loco sacris exercitiis paululum vacare posset. At ego censeo me ei servire non posse; nam 1° vindobonensibus Sociis scripsi, ut aliqui e patribus dominica „Laetare" [3] Pragae mecum essent; tunc enim, quae per diuturnam absentiam meam neglecta fortasse sunt in duobus illis collegiis pragensi et vindobonensi, supplere volo, et potissimum de ceterorum consilio res nostrorum pragensium melius disponere cupio, domino nostro iuvante; quare me, si minus antea, certe sub dominicam Oculi [4] in Bohemiam proficisci oportebit, ut mature Pragam adveniam. Secundo: Nunc Bavariae princeps Monachium me evocat atque opera nostra uti velle videtur non solum ad res collegii monacensis constituendas, sed etiam ad alia quaedam eaque magis universalia; itaque cras Christo iuvante Monachium proficiscar, si domino placuerit.

Praeter hos labores in manibus mihi est liber pulcherrimus, a polono quodam episcopo contra Brentium et pro Petro Soto, qui caesareae maiestati a sacris confessionibus erat [5], conscriptus. Atque hunc librum reverendissimus cardinalis augu-

---

[1] Otto Truchsess.

[2] Quadragesima eo anno erat a die 23. Februarii ad 9. Aprilis.

[3] Die 20. Martii. [4] Die 13. Martii.

[5] Ioannes Brentius (Brenz), praepositus stugartianus et theologorum lutheranorum per Wurtembergam princeps, anno 1551 „Confessionem Wirtembergicam" conscripsit, quae 24. Ianuarii 1552 nomine Christophori ducis wurtembergensis concilio tridentino tradita est. Eam Petrus a Soto O. Pr. (de quo vide *Can.* Epp. I, 39. 162 etc.) refutavit „Adsertione fidei catholicae circa articulos confessionis wirtembergicae" Coloniae anno 1552 edita ac Christophoro duci dedicata. At Brentius in „Prolegomenis" Soto, quem „Asotum" (ἄσωτος = homo profligatus ac perditus)

dato dal Reuerendissimo Cardinale Augustano per rivederlo et conciarlo, che quanto più presto se può, vadi in stampe, hauendo le sue distintioni, Capi, et Annotationi marginali [1]. Et per far tutto questo, bisogna certo haver tempo; et poco aiuto mi possono dare li nostri di questo Collegio. Et par essere d' importantia de farlo stampare ben corretto, poichè dà grandissime forze alle cose et verità principali catholiche contra tutte le sette moderne, delle quali parla più chiaramente, che nessun' altro fin' a quì, mostrando la origine, il progresso, li frutti et l' inconvenienti de esse [2]. Benedetto Iddio, che ci concede tali scrittori, et vescovi et propugnatori della Santa Sede Apostolica, la quale come spero, reconoscerà gratamente il gran' bene, che questo autore Dominus Osius Episcopus Warmiensis ha cominciato fare con quella opera molto excellente, che se dice ‚Confessio fidei catholica per Episcopos Poloniae in Synodo edita' [3]; et già sopragiungie questo gran libro contra tutte le sette in genere et dapoi in ispecie contra la Confessione Wirtembergense [a], et contra suo authore et difensore Brenzio, il quale hora è quasi il principale propugnatore del Luthera-

---

stanus mihi tradidit recognoscendum et praeparandum, ut quam primum prelum subiret cum suis distinctionibus, capitibus, adnotationibus marginalibus [1]. Et ad haec omnia praestanda tempore certe mihi opus est, nec multum me iuvare possunt nostri in hoc collegio. Ac magni momenti esse videtur, ut liber hic bene correctus prelo submittatur; qui catholicae fidei res et veritates praecipuas gravissime confirmat adversus omnes nostrae aetatis sectas, de quibus auctor clarius, quam quisquam alius usque adhuc, disserit, ostendens earum originem, progressum, fructus, incommoda [2]. Deo gratia, qui huiusmodi nobis tribuit scriptores et episcopos et propugnatores sanctae sedis apostolicae, quam spero gratiam relaturam esse pro magnis commodis, quae auctor hic, dominus Hosius episcopus varmiensis, parare coepit libro illo valde insigni, qui „Confessio fidei catholica per Episcopos Poloniae in Synodo edita" [3] vocatur, et iam idem magnum hunc librum addit, contra omnes sectas generatim, et speciatim contra confessionem wurtembergensem et contra Brentium eiusdem auctorem et defensorem scriptum; qui quidem nunc fere praecipuus lutheranismi propugnator est et plus valet quam Melanchthon. De hoc Hosio R. V.

---

[a] Wittembergense *apogr.; vide supra p. 202*[5].

---

vocat, acerbissime respondit, ac Petrus Paulus Vergerius, desertor ille fidei catholicae, anno 1556 „aureum" illum Brentii librum in Polonia denuo typis exscribendum curavit, Sigismundo Augusto regi dedicavit, longe lateque sparsit. Quo Poloniae periculo commotus Stanislaus Hosius episcopus varmiensis confutationem Brentii composuit (*Ant. Eichhorn,* Der ermländische Bischof und Cardinal Stanislaus Hosius I [Mainz 1854], 290—293. *Julius Hartmann* und *Karl Jäger,* Johann Brenz, 2. Bd. [Hamburg 1842] II, 246—255. 316—332).

[1] Hosius cardinali Ottoni libri sui exemplum manu scriptum partim exeunte anno 1557, partim mense Februario anni 1558 miserat, rogans, ut cardinali curante liber ille ab aliquo emendaretur; ac nominatim Hosius doctoris Conradi Bruni cancellarii operam expetebat (*Hosii* Epistolae II, 950—951).

[2] De hoc Hosii libro, „Verae, Christianae, Catholicaeque doctrinae solida propugnatio" etc. tunc inscripto et hoc ipso anno 1558 Coloniae primum edito, vide plura infra, monum. 204. [3] Vide *Can.* Epp. I, 537[2], et infra, monum. 200.

nismo, et più sufficiente che Melanthone. Di questo Osio V. R. si pò più informare per mezzo del Reuerendissimo Veronese, il quale presto hauerà la prima parte scritta della opera sopradetta [1]. Pare, che Dio habbia dato a questo Vescovo un giuditio chiaro et insieme molto bona gratia del stilo, oltra la grande dottrina fondata per molta lectione delli Padri et Scholastici.

Addonche per queste raggioni non penso di poter star troppo con il detto Cardinale; pur lo visitaro in Tilingha innanzi che io mi parta, massime per intendere meglio le cose di quel Collegio Tilinghense, poichè Sua Signoria Reuerendissima sta resoluta de applicare tutto il Collegio alla Compagnia, siccome anche lo disse a la Sua Maestà, in Norimbergha. Et anchora che molto lui desidera, che li nostri fra tre o quattro mesi pigliassino la possessione, pur io mi guardarò de concludere sopra ciò, se non referendome prima alla R. V., la quale, credo, haverà per bene, che prima se attendi ad quel Collegio promesso de Monachio, se il Duca faccia instantia; et dapoi a quello de Tilingha, se pur si pensa de poter hauer persone sufficienti per uno et altro Collegio in questo anno. Scriverò sopra ciò però altra volta quello, che mi accaderà in Monachio.

Quanto ad la Sua Maestà, che me communicò in Norimbergha le cose sue secretissime, non se conforma [a] [?] alla volontà del detto Cardinale circa la mia andata a la Dieta Francfordiense [2], iudicando non esser

---

plura cognoscere poterit ex reverendissimo Veronensi, qui mox libri supra memorati priorem partem manu scriptam accipiet [1]. Deus episcopo huic iudicium acre una cum magna orationis elegantia dedisse videtur, praeter copiosam eruditionem crebra patrum et doctorum scholasticorum lectione comparatam.

Has igitur ob causas existimo me haud ita diu cum cardinali illo degere posse; attamen antequam discedam, Dilingae eum invisam, imprimis ad res collegii illius dilingani melius cognoscendas; dominationi enim suae reverendissimae deliberatum est collegium illud totum Societati attribuere; id quod etiam regiae maiestati Norimbergae dixit. Et quamvis ipse vehementer cupiat nostros post tres quattuorve menses collegium illud possidere, ego tamen cavebo, ne certi quicquam statuam, antequam rem ad R. V. rettulerim; cui placiturum esse puto, ut prius monacensis illius collegii duci promissi, si hic urgeat, ratio habeatur et deinde dilingensis, si tamen praesto fore videantur, qui utrique collegio hoc anno instruendo sufficiant. Alteris tamen litteris, quae hac in re Monachii mihi occurrerint, ad te referam.

Quod autem ad regem attinet, qui Norimbergae secretissima sua mecum communicavit, hic non probat [a] [?], quae cardinali visa sunt de me ad conventum francofurtensem perducendo [2], existimans haud ita necessarium esse, ut ego quo-

---

[a] *Sic apogr.; sed malim legere:* conformò *(probavit).*

---

[1] Aloysius Lipomanus, episcopus veronensis, a. 1555 a Paulo IV. in Poloniam missus, initio a. 1558, legatione perfunctus, Romae degebat (*Hosii* Epistolae II, 933. 955).

[2] De hoc principum electorum conventu vide supra p. 186[4]. In quo cum tres electores laici (palatinus, saxo, brandenburgensis), qui protestantismum sequebantur, imperatoris iusiurandum immutari vellent, Ferdinandus fortissime iis obsistens effecit,

tanto necessario, che io anche mi trovassi lì per adesso; ma più presto per altro tempo, quando la reformatione ecclesiastica, siccome si spera, sarà incominciata dagli Elettori Ecclesiastici. Et così io volentieri pigliai licentia di restare un poco in Baviera et di partirmi poi a Pragha. Et perchè la Sua Maestà aprendomi le cose sue intrinseche, mi ha lassato grande compassione, molto io mi trovo obbligato de darli soccorso per li mezzi spirituali et massime per li sacrificii et orationi de V. R. et de tutta la Compagnia, la quale per amor di Dio sia advertita spetialmente de applicar alcuni suffragii et sacrificii alla Sua Maestà, acciò essa possa nella sua croce durare virilmente, et in questi grandissimi periculi ex parte del sangue [1], et del Imperio, et del Turcha, et delle Provincie sue far l' offitio de un Re christiano, massime essendo tanto abbandonato delli consigli, mezzi et aiuti humani, tanto nelle cose spirituale, quanto nelle temporale. Io spero de reveder la Sua Maestà dopo la Pasqua in Vienna, essendo già finita la Dieta di Francfordia, doue (come se crede) li Principi Elettori delibereranno circa la resignatione et collatione della corona imperiale. Faccia Iddio, che sia tutto in augmento del suo santo servitio et del bene universale della Chiesa. Non ho negotiato appresso la Sua Maestà per li nostri Collegii, perchè non hebbe informatione particulare delli bisogni loro; et non bisogna dubitar niente del bon animo et favore de la sua Maestà inverso a noi altri, essendoci un Patrono clementissimo, a cui le forze manchano, non la volontà in promoverci in ogni cosa. Molto mi maraviglio, che il Padre Vittoria non se habbia trouato con

---

que nunc illic adsim; sed eo potius tempore me adesse vult, quo reformationem ecclesiasticam ab electoribus ecclesiasticis incohatum iri putant. Itaque libenter facultatem petii in Bavaria aliquantisper manendi et postea Pragam proficiscendi. Et quoniam rex arcanis cordis sui rebus in sinu meo depositis ad magnam me misericordiam adduxit, grave officium duco, sacris rebus eum iuvare et maxime sacrificiis et precibus R. V. et totius Societatis, quae — per Deum obtestor — specialiter iubeatur suffragia quaedam et sacrificia pro rege Deo offerre, ut in cruce sua viriliter perdurare atque in summis his periculis ex sanguine [1], ex imperio, ex Turcis, ex provinciis suis imminentibus officio regis christiani satisfacere possit, praesertim cum tam in rebus sacris quam in civilibus adeo destitutus sit consiliis, subsidiis, auxiliis humanis. Spero me maiestatem suam post Pascha Vindobonae iterum visurum esse, absolutis iam comitiis francofurtensibus, in quibus principes electores de imperii resignatione et collatione deliberaturos esse putant. Faxit Deus, ut per haec omnia sanctum servitium suum et ecclesiae bonum universale augeantur. De rebus collegiorum nostrorum cum rege non egi, quia eorum necessitates singillatim edoctus non eram; neque ulla ratione dubitandum est, quin ipse bene erga nos affectus sit nobisque faveat; clementissimus enim nobis est patronus, cui facultas, non voluntas deest omnes res nostras augendi. Valde miror, patrem Victoriam superioribus men-

---

ut antiqua formula retineretur, qua imperator spondebat, „die Christenheit und den Stuhl zu Rom, auch die päpstliche Heiligkeit und die christliche Kirche in gutem Befehl, Schutz und Schirm zu haben" (*Ed. Reimann* in „Forschungen zur deutschen Geschichte" V [Göttingen 1865], 297—298).

[1] Ex Maximiliano filio; cf. supra p. 194. 196.

la Sua Maestà in Praga nelli mesi passati per aiutar tanto meglio il Collegio Pragense, il quale va con grandi travagli. Iddio sia laudato sempre.

Et quanto al detto Padre Vittoria, molto ringratio la Reuerentia V. del bon ricordo di andar destro con lui et de animarlo più presto che contristarlo, acciò tanto piu se possa servire de lui in Alemagna. Spero de accordarme con lui in ogni cosa, talmente che sia fatta la volontà de V. R., la qual me voglia per amor di Dio riprendere sempre, tanto nel poco come ne l' assai, et mostrarmi li miei difetti, massime in questo offitio, nel qual certo io mancho spesso, procedendo senza la vera illuminatione et discretione, come bisognarìa hauere in Alemagna più che in altre Provintie.

Ho receuto con le lettere sopradette le annotatione del Padre Emanuel[1] con alcuni quinterni d' India[2].

Quanto al Cathechismo, Io manderò volentieri alcuni exemplari di esso con uno homo certo, et forsi con il Maestro Martino[3], del quale si trattarà in Pragha, ouero con un' altro della Compagnia. E vero che per le annotationi del Padre Emanuel, Io uorria mutar alcune cosette et ristampar il libro con una Prefatione, la qual in genere respondesse breuemente a quello libro famoso che è stato scritto in contra[4]. Et sopra ciò ho parlato alla Sua Maestà, la qual

---

sibus non adisse regem Pragae, quo melius collegium pragense iniquissima utens fortuna iuvaret. Deus semper laudetur.

Et quod ad patrem illum Victoriam attinet, magnas gratias reverentiae vestrae ago, quod prudenter me monuit, ut dextere eum tractarem eiusque animum erigerem potius, quam contristarem, quo melius eius opera in Germania uti posses. Spero me in cunctis rebus cum eo concordaturum sicque voluntati R. V. obtemperaturum, quam per Deum rogo, ut semper me reprehendat, tam in parvis, quam in maioribus rebus, atque errata mea mihi ostendat, ac maxime, quae in hoc officio peccem, cui ego certe saepe desum, agens sine vera illa intellegentia et discretione, qua in Germania magis quam in aliis provinciis nos uti oportet.

Cum epistulis supra memoratis adnotationes a patre Emmanuele factas[1] et aliquot litterarum indicarum fasciculos accepi[2].

Libenter catechismi exempla aliquot mittam per hominem fidelem, et fortasse per magistrum Martinum[3], de quo Pragae deliberabitur, vel per alium aliquem de Societate. Attamen propter adnotationes patris Emmanuelis parva quaedam corrigere et librum denuo prelo submittere velim cum praefatione, qua generatim et breviter libro illi famoso respondeatur, qui contra catechismum conscriptus est[4]. Qua de

---

[1] Adnotationes a P. Emmanuele Sa in „Summam doctrinae christianae" factas; cf. supra p. 97.

[2] Hoc ipso anno editi sunt „Diversi avisi particolari dall' Indie di Portogallo ricevuti dall' anno 1551 sino al 1558 dalli reverendi Padri della Compagnia di Giesu. Dove s' intende delli paesi, delle genti e costumi loro, e la gran conversione di molti popoli che hanno ricevuto il lume della Santa Sede e religione Christiana. Tradotti nuovamente dalla lingua Spagnuola nella Italiana." Venetia, M. Tramezzino, 1558. 12° (*De Backer* II, 240—241).

[3] Stevordianum?

[4] *Wigandi* „Verlegung aus Gottes wordt, des Catechismi der Jhesuiten"; vide supra p. 47.

hauendo visto quella Prefatione, se contenta de dar un Privilegio al stampatore, acciò il libro si stampi di novo così corretto et recognito [1]. Se V. R. voglia veder prima questa Prefatione, la qual anchora non ho finita, Io mandarò presto over porterò con meco, se bisognerà venire in questo Maggio alla Congregatione. Io tengho un altro Cathechismo fatto ad instantiam delli Theologi Louaniensi [2], li quali mi dissero in Vormatia, come anchora li altri iudicano, che saria molto expediente alla giouentù de hauer un Cathechismo più breue et semplice, adiungendo anche il modo de confessarse et fare oratione [3]. Et così ho cominciato prima con il Padre Gaudano et da poi quì fare un extratto del primo Cathecismo, dichiarando anchora alcune cose più commodamente di novo [4]; che al mio iudicio saria magior frutto de insegnare questo piccolo Cathechismo, che il più grande. Io spero de mandar presto una copia de questa operetta, desiderando il giuditio et la correctione de V. R. et delli altri, se parerà conueniente.

Quanto ad la congregatione, non mi pare hauer inteso fin' à quì alcuna cosa certa che se habbia da fare in questa estate. V. R. me voglia avvisare a tempo; et se quella sarà, forsi giovarà mandare anchora una littera alla sua Maestà preghandola che sia contenta de mandarci per altra volta a questa electione etc. Pur V. R. faccia al modo suo, come parerà nel Signore, il qual voglia alla gloria sua

---

re cum rege locutus sum, qui visa illa praefatione privilegium typographo tribuere statuit, quo liber sic correctus et recognitus denuo typis exscriberetur [1]. Si R. V. praefationem hanc a me nondum absolutam prius videre voluerit, cito mittam vel mecum afferam, si hoc mense Maio ad congregationem mihi veniendum erit. Alter mihi est catechismus, instantibus theologis lovaniensibus [2] a me conscriptus, qui Vormatiae mihi dixerunt (id quod ceteri quoque censent), iuventuti valde utilem futurum catechismum breviorem et simpliciorem, cui etiam modus peccata confitendi et Deum precandi [3] adiungeretur. Prius igitur cum patre Goudano et deinde hic primi catechismi epitomen facere coepi, aliquarum etiam rerum novas et commodiores addens explicationes [4]; atque equidem censeo maiore cum utilitate parvum hunc catechismum exponi posse quam maiorem. Spero me mox libelli huius exemplum mittere posse, a R. V. et ceteris recognoscendum et corrigendum, si videbitur.

Quod ad congregationem attinet, non mihi videor usque adhuc certi quicquam audivisse de ea hac aestate habenda. R. V. mature, quaeso, me moneat, et si habebitur congregatio, expediet fortasse etiam per litteras a rege petere, ne gravetur iterum ad electionem istam nos mittere etc. Verumtamen R. V. faciat, quae ipsi

---

[1] Praefatio haec Canisii typis numquam est descripta. Cf. *editoris* Entstehung ... der Katechismen etc. p. 69—70.

[2] Iodocum Tiletanum, Martinum Rithovium, Franciscum Sonnium dicit; cf. supra p. 126. 134. 188.

[3] Preces illas, quae non ore, sed mente potissimum fiunt, quasque „meditationes“ dicimus, Canisius maxime significare videtur. Certe inde ab anno 1564 „Parvo catechismo catholicorum“ fere semper meditationes aliquae „de virtutibus Christi“ adiungebantur, una cum brevi institutione, qua meditandi ratio exponebatur.

[4] Vide supra p. 134[5] et infra, monum. 202. 207.

conseruare et augumentare questa sua Compagnia o sia per mezzo del Vicario o del Preposito, per la povertà o per la sufficientia, per la pace o per la guerre, per la unanimità o per le contradictioni.

Quanto alla strettezza, che li si trova et forsi in tutta Italia, Io me conosco obligato con tutti li nostri di aiutare, quanto è possibile, la casa de Roma. Et adesso molte volte ho fatto instantia appresso al Cardinale de Augusta, che riccomandi li poueri fratelli de Roma et anche il Collegio Germanico al Reuerendissimo Cardinale de Caraffa, il quale presto ha da tornare per Thilinga dala Corte del Re Philippo[1]. Item trattarò con li altri in Pragha, s' potemo in alcun modo per via de li amici far una colletta et mostrar la debita charità. Vero è, che io riprese il Padre Vittoria, hauendo prima la informatione de Venetia, come lui non usarebbe la discretione in pigliar denari delli nostri, et in mandar così presto in Italia, sotto una speranza, che li nostri hauessino la sufficientia etc. Ma non credo, che sia fatto con l' animo de impedire la bona intentione de mandare alcuna bona provisione de danari in Roma, doue li bisogni et debiti forsi di di in di si augmentano. Io confesso de non hauer spesso tanto animo, come il Padre Vittoria demostra, et forse per la troppo prudentia humana (si pur è prudentia) me lasso ingannare, volendo caminare per la via più sicura, et confidandomi più del presente che del futuro, et così manchando nella fede et speranza inverso al sommo bene, il qual ci da ogni cosa più abondantemente, che meritiamo et confidiamo. Onde pregho V. R. humilmente, che mi aiuti con le sue sante oratione per caminare più diretto al principio et fine de tutte le cose.

---

videbuntur in domino; qui Societatem hanc suam ad gloriam suam conservet atque augeat sive per vicarium sive per praepositum, per paupertatem vel per sufficientiam, per pacem vel per bellum, per concordiam vel per dissensiones.

Quod ad inopiam attinet, quae isthic et fortasse in tota est Italia, ego et nostri omnes officium ducimus, domum romanam pro viribus adiuvare. Iam saepe apud cardinalem augustanum institi, ut pauperes fratres romanos atque etiam collegium germanicum reverendissimo cardinali Caraffae commendaret, mox per Dilingam ex aula Philippi regis reversuro[1]. Pragae quoque cum Sociis agam de ratione, qua per amicos collationem facere possimus ad debitam caritatem vobis exhibendam. Quamquam patrem Victoriam ego reprehendi, cum per Venetos certior factus essem eum haud sine imprudentia nummos a nostris acceptos in Italiam raptim mittere, sperantem nostris necessaria praesto fore etc. Nec tamen puto id ea mente factum esse, ut impedimentum afferretur bonae voluntati aliquanti auxilii argentarii Romam mittendi, ubi necessitates et debita fortasse in dies crescunt. Fateor mihi saepe tantum animi non esse, quantum pater Victoria ostendit, et fortasse nimia decipior prudentia humana, si tamen prudentia haec est; tutiore enim via incedere volo, et plus praesentibus rebus confido quam futuris, atque ita fidei et spei desum summo bono debitis, quod omnia nobis abundantius tribuit, quam meremur et exspectamus. Quare R. V. demisso animo rogo, ut sanctis precibus suis me adiuvet, quo rectiore via ad omnium rerum principium et finem tendam.

---

[1] Cf. supra p. 175[2].

Quanto alla gente mandata per Alemagna, io conosco l'obligo grandissimo, che tutti hauemo meritamente inverso alla casa [1] et collegio de Roma, poichè ce habbiano mandati tante et tali persone, et fra le ultime il Padre Lanoy, il Padre Paulo [2], et il Padre Canisio [3], li quali doi ultimi anchora si aspettano in Vienna. Item conosco, che io volendo satisfare in uno modo a questa Provincia, potria qualche volta essere troppo importuno in domandare più persone, che de la se possono dare commodamente secondo la debita consideratione del bene universale della Compagnia. Et anchora che tutti, che sono mandati, non sono ex parte tanto sufficienti, come alcuni vorriano, certo io non mi lamentarò delli Padri et Fratelli mei, che sono stati mandati, ma dico qualche volta forse troppo liberamente quello, che mi pare; pur remettendome sempre alla voluntà de V. R., la quale certo nel suo Vicariato ci ha dato gran soccorso et mostrato gran benevolentia, più che meritiamo. Onde pregho humilmente perdonanza, doue forse in iscrivere non porto la debita reverentia al mio superiore, nè mostro quella contentenzza, come deueria, delle cose passate et presente: il qual se fa tanto per la pochezza del spirito, che io tengho in verso alla providentia di Dio, qui per superiorem disponit omnia fortiter et suaviter [4], quanto per mancamento del lume intellettuale circa le cose et persone particulari.

Quanto al mio fratello Doctorando, mi piace che V. R. lo faccia promovere con le spese della Provintia [5]; et dopoi lo potrà mandare si piacerà et directe a Inglostat acciò faccia da poi il suo camino a Colonia, dove restando pochi giorni, potria andare al Paese, et da

Quod ad Socios in Germaniam missos attinet, agnosco nos omnes merito maxime obligatos esse beneficiis domus [1] et collegii romani, quae tot talesque homines nobis miserunt, atque inter postremos patrem Lanoium, patrem Paulum [2], patrem Canisium [3], e quibus postremi duo Vindobonae exspectantur. Item agnosco me, dum provinciae huic aliquo modo satisfacere velim, interdum fortasse importuniorem esse plures petendo, quam istinc commode mittere possitis, Societatis salutem communem pro officio spectantes. Et licet huc missi partim tam apti, quam aliqui vellent, non sint, ego certe de patribus et fratribus meis ad me missis non conquerar; sed liberius fortasse nonnumquam pronuntio, quae mihi videntur; semper tamen R. V. voluntati me submitto, quae certe in hoc vicarii munere maiora nobis tulit subsidia et maiorem exhibuit benevolentiam, quam meremur. Quare demisso animo veniam precor, si forte scribendo debitam praeposito reverentiam non exhibeam nec rebus praeteritis vel praesentibus ita acquiescam, ut deberem; quae tum eo fiunt, quod parum confido providentiae Dei, qui per superiorem disponit omnia fortiter et suaviter [4], tum eo, quod res et personas particulares parum perspicio.

Quod attinet ad fratrem meum doctorem creandum, probatur mihi R. V. provinciae nostrae impensis eum promovendum curare [5]; deinde, si placebit, recta Ingolstadium eum mittere poterit, postea Coloniam petiturum; ubi cum per paucos dies substiterit, in patriam proficisci atque inde ferme post mensem Coloniam redire

[1] „Domum professam" significat.
[2] Hoffaeum. [3] Theodoricum Canisium. [4] Sap. 8, 1.
[5] P. Theodoricus Canisius paulo post Bononiae doctor theologiae creatus est.

poi fra un mese quasi tornare a Colonia et tornar de là alli nostri in Inglostat. Questo dico secondo il mio poco giuditio, massime desiderando, che conciasse un poco meglio le cose sue, tanto del Patrimonio [1], quanto del canonicato suo [2] e similmente per aiutar al medesimo fine li fratelli nostri Francesco Hemerulo et Pietro Coloniense essendo gia [3] morta la madre. Perchè oltra che la sua presentia potria aiutar a mettere fundamenti del Collegio Noviomagense, potrà anche far una provisione de denari o sia per Colonia, o per Roma, perchè in ambidoi i lochi vedo, che necessità non sia poca. Et forsi darà ordine, che ogni anno se raccogliano li frutti del suo canonicato meglio, che fin a qui è stato fatto. Et da poi essendo exonerato de questa dispositione, potrà fermarse in questa Provincia, alla quale V. R. lo ha destinato. Quanto al certo Collegio, dove habbia da stare con maggior frutto, se vederà con el tempo.

Quanto al Padre Couillon Iddio li dia gratia de non si submergere in le sue melancholie le quali spesso lo priuano d' ogni forze corporali et spirituali, che lui medesimo non sappia ne studiare ne quietarsi

---

indeque ad nostros ingolstadienses reverti poterit. Haec pro exiguo iudicio meo dico, cupiens imprimis eum res suas paulo melius disponere, tam quae ad eius patrimonium spectant [1], quam quae ad canonicatum pertinent [2], atque iisdem in rebus eum etiam Francisco Hemerulo et Petro Coloniensi [3] fratribus nostris, mortua iam matre, opitulari velim. Nam praeterquam quod, cum ibi aderit, operam suam ad fundamenta collegii noviomagensis iacienda commodare poterit, nummorum etiam collationem facere poterit sive pro coloniensibus sive pro romanis Sociis; utroque enim loco haud parvam esse inopiam intellego. Fortasse etiam constituet, ut quotannis canonicatus sui fructus melius colligantur, quam usque adhuc collecti sunt. Levatus autem hoc disponendi onere sedem figere poterit in hac provincia, cui R. V. eum destinavit; quo in collegio utilius commoretur, tempus docebit.

Patrem Cuvillonium Deus adiuvet, ne in melancholiis suis submergatur, per quas saepe omnibus corporis et animi viribus destituitur ita, ut ipse nec litteris

---

[1] Theodorici mater paulo ante mortua erat; vide supra p. 159.

[2] Canonicatum habebat Xanti in ecclesia S. Victoris (*Can.* Epp. I, 290[3]). Theodoricus, quoniam ultima vota, quae vocant, in Societate nondum nuncupaverat (professionem sollemnem quattuor votorum anno 1561 fecit), canonicatui huic relinquendo per Societatis constitutiones non adigebatur absolute (Ex. c. 4, n. 5). Quamquam postea congregatio generalis quinta (anno 1593 coacta) constituit, ut omnia beneficia ecclesiastica biennio probationis finito, ante vota simplicia scholasticorum, resignarentur (Decr. 19. *Institutum* Societatis Iesu II, 9. 267).

[3] P. *Iacobus Boyman* S. J., gymnasii trium coronarum historicus, in anno 1553 haec ponit ex * „Historia Collegii Coloniensis" excerpta: „Franciscus Dachverlies, alias Hemerolus . . ., et Andreas Lynerius e Discipulis P. Rhetij e Gymnasio Cucano Societati sunt aggregati". Atque in anno 1557 ex * catalogo Sociorum coloniensium a Rethio „Fastis" gymnasii (f. 42) inserto: „Petrus Hauptius Coloniensis Baccalaur. Artium . . . Franciscus Hemerolus (Dachverlies) Buscod[ucensis] Artium Baccal." (Cod. „Hist. gymn. tr. cor." f. 23[b]. 47[b]). Dachverlies et Haupt (Hoefft) a. 1553 Romam et inde Vindobonam missi erant. Ex Hemeruli patrimonio 1250 floreni collegio coloniensi obvenerunt (*Reiffenberg* l. c. p. 74. *Hansen* l. c. p. 241. 284[6]. 328[4]).

in alcun locho. Pare che il suo male transit in habitum, et che sia immedicabile massime à tempo che li humori melancolici lo gittano á terra et facciano molesto et quasi intolerabile à se et alli altri. Pur V. R. conosce meglio la sua natura, che e piena de lamentationi et uorria sempre essere in peregrinationi. Nella esta lo mandaremo fori, anchora che il suo modo de conuersare non sia troppo conueniente in Alemagna ne e expediente che stia con ogniuno. Io li hebbe impetrato licentia de leggere solamente tre uolte nella settimana, et cosi anchor lui domandaba. Poi che io hebbi impetrato lui si e uolto uolendo continuar la lecttione [*sic*] quottidiana per questa quaressima, talmente che e difficile de satisfare alli soi appetiti. Lui espetta alcuna resolutione de V. R. sperando de habere per il mio mezzo alcuno successore nel legere. Io veo che star otioso li farria piu male che questo studio per legere, benche uorria il suo studio fussi piu discreto ma lui dice che sia impossibile de leggere senza hauer uisti tanti libri et authori che sono in gran numero. Io dico al Rector che li permitta ogni cosa quanto al mangiare et uestirsi, et in queste cose anchora e molto singulare hauendo Tarquinio [1] Carissimo fratello per suo infirmiero talmente che io lo remetto nelle mani de V. R., se lo uole lassar à questo collegio, del quale lui e una grande colonna, et professore de grande authorita appresso di tutti, del quale anchora li nostri se potrebbono molto aiutare massime si fosse et potesse essere piu diligente [2].

---

operam dare neque ullo loco conquiescere possit. Malum eius in habitum transire et insanabile esse videtur, maxime certis temporibus, cum ipse humoribus melancholicis in terram prosternitur et sibi ceterisque molestus ac quasi intolerabilis redditur. Sed R. V. eius indolem melius novit: plenus est lamentationibus et semper peregrinari vellet. Aestate foras eum emittemus, licet eius conversandi ratio Germaniae haud ita multum congruat; nec convenit cum quolibet eum vivere. Ego facultatem ei impetravi tres tantum scholas singulis hebdomadis habendi, quam facultatem et ipse petebat. Postquam autem impetravi, ipse, mutata sententia, per hanc Quadragesimam pergere voluit in schola cotidie habenda; difficile igitur est voluntatibus eius satisfacere. Ipse reverentiae vestrae decretum aliquod exspectat, sperans mea opera fore, ut aliquis in schola habenda sibi succedere iubeatur. Ego autem otium magis ei detrimento fore video quam litterarum haec studia, quae scholae gratia suscipit; quamquam eum maiore cum prudentia litteras tractare vellem; sed ipse se scholam habere posse negat, priusquam hos atque illos libros et auctores viderit; qui quidem valde multi sunt. Rectori mando, ut, quidquid cibi vestiumque petierit, ei concedat; nam in his quoque rebus, in quibus carissimi fratris Tarquinii [1] curae mandatus est, admodum est singularis. Reverentiae itaque vestrae hoc trado decernendum, num in hoc collegio relinquendus sit, cuius ipse quidem magna est columna et professor magna apud omnes auctoritate pollens, cuius opera nostri quoque multum iuvari possunt idque maxime, si esset atque esse posset diligentior [2].

---

[1] Rainaldi; cf. supra p. 96[1]. 137.

[2] Cuvillonius a. 1558 ad Albertum V. copiosam misit *responsionem ad „aliquot quaestiunculas de suffragiis, quae mortuis impenduntur ab Ecclesia. deque

Quanto al P. Schorichio ho intesso in Norimberga dal Reuerendissimo Labacense [1] come il suo essere sia con trabagli de una schola et de certi putti domestici, ne anche il Vescouo lauda tutto il suo modo che tiene facendosi quasi un patre de famiglia de casa per nutrir li putti et predicando à molto pochi et credo senza gratia. Quanto intendo lui dal principio se ha offerito à seruir questo Vescobo tre anni dicendo che il Beato Padre Ignatio foelicis memoriae li habia concesso tanto tempo per star fora etc. et cosi pensa il Vescouo per questi tre anni de retenerlo pur non aiutandolo come pare nelle cose temporale. Non mi ha scritto mai in uno anno talmente che non pare hauer alcuna coniunctione con questa prouintia ne uolonta de far la obedientia si non forsi alla R. V. Il Signore uoglia ridurre tutti li erranti et leuarci il proprio parere nelle cose della obedientia accio non ci inganniamo in la uia de Dio.

Quanto al Padre Gaudano, non ho mai hauto le sue lettere do poi che ci partessimo di Vormatia. Anchora chè spesso io li ho scritto et li mandarò li avvisi del Reuerendissimo Merspurgense [2], che adesso si trova in sua Chiesa Saxonica. Volesse Iddio, che lui sano tornasse a noi, perchè in molti modi potria servire a questa Provincia, dove Austria et Baviera vanno con grande impeto per abbracciare la Confessione Augustana, etiam invitis Principibus, qui non audent furenti populo diutius reclamare, sed cogitant cedere necessitati, re desperata. Et questo se vederà (come si crede) presto tanto chiaramente, che cesserà tutta la iurisdictione Ecclesiastica. Sopra ciò ho parlato

---

Quod ad P. Schorichium attinet, Norimbergae ex reverendissimo Labacensi [1] audivi eum in scholam aliquam et pueros quosdam familiares laborem insumendo vivere; neque etiam episcopus omnem eius agendi modum laudat; nam quasi patrem familiae et domus agit, ut pueros nutriat, et coram valde paucis contionatur, neque his eum placere puto. Audivi eum ab ipso initio ad operam per tres annos episcopo illi navandam se obtulisse, dicentem beatum patrem Ignatium felicis memoriae sibi permisisse, ut per tantum tempus foris moraretur etc.; atque ideo episcopus per tres illos annos eum secum retinere vult, nec tamen in rebus externis eum adiuvare videtur. Cum per annum numquam mihi scripserit, huic provinciae nulla ratione iungi, neque oboedire velle, nisi forte R. V., videtur. Dominus errantes omnes reducat et in iis, quae ad oboedientiam pertinent, iudiciis privatis nos liberet, ne in via Dei ipsi nos decipiamus.

A patre Goudano numquam litteras accepi, postquam Vormatia discessimus; quamquam ego saepe ei scripsi. Litteras reverendissimi Merseburgensis [2], qui nunc in episcopatu suo, in Saxonia sito, moratur, ei mittam. Utinam sanus ad nos revertatur; multiplicem enim operam huic provinciae dicare poterit, ubi Austria et Bavaria magno impetu ad confessionem augustanam recipiendam feruntur, etiam invitis principibus, qui non audent furenti populo diutius reclamare, sed cogitant cedere necessitati, re desperata. Quod mox tam clare compariturum esse putant,

---

orationibus sanctorum pro uiuis, cum obiectionibus duabus" sibi propositas; quae exstat Monachii in archivo regni bavarici, Cod. „Religions Acta des Röm: Reichs Tom. V." f. 75—80; cf. ibidem etiam f. 229.

[1] Urbano Textore (Weber). [2] Michaëlis Helding.

diffusamente al Signor Auditore del Reuerendissimo Veronense[1], et V. R. de gratia pigli di lui ogni informatione circa le cose de Austria et de Pragha. Per altro tempo, forse io scriverò de Baviera più specialmente.

Dirò una cosa delli Theologi Lovaniensi, et massime del Cancellario Ruardo[2], il quale per mezzo del principal consigliero del Re Philippo, Doctor Viglio[3], me ha fatto intendere, che io volessi attendere de fare alcuni segni de una Summa Theologica, che se potesse adoperare in locho del Maestro delle Sententie[5]. Io non ho fatto resposta, perchè (come la Reuerentia V. sa meglio) hoc onus meis est impar humeris; pur se V. R. mi volesse dar licentia di far un extracto (se pur non è fatto) della grande et excellente opera de V. R., Io con li doctori di questa Provincia, tentaria de far la mia possibilità et massime con il Padre Gaudano: credo che la experientia non sarria al tutto inutile[6]. Questo dico ex parte della nostra Pro-

---

ut omnis iurisdictio ecclesiastica exstinguatur. Hac de re reverendissimi Veronensis[1] domino auditori copiose locutus sum, ex quo R. V. exquirat, quaeso, quidquid ad Austriam et Pragam spectat. Alias fortasse res Bavariae magis singillatim enarrabo.

Dicam aliquid de theologis lovaniensibus atque imprimis de Ruardo[2] cancellario: hic per doctorem Viglium[3], Philippi regis consiliarium praecipuum, me monuit, ut animum intenderem in summam aliquam theologicam adumbrandam[4], quae loco magistri sententiarum[5] adhiberi posset. Ego iis non respondi; nam (id quod reverentia vestra melius novit) hoc onus meis est impar humeris. Attamen si forte R. V. facultatem mihi dabit summarium (nisi iam factum est) magni illius et insignis libri a R. V. compositi faciendi, ego cum huius provinciae doctoribus et maxime cum patre Goudano omnia experiar; nec puto conatum hunc prorsus inutilem fore[6].

---

[1] Aloysii Lipomani; cf. supra p. 204[1]. [2] Tappero; cf. *Can.* Epp. I, 259.

[3] Clarissimus vir Viglius de Zuichem († 1577), frisius, in compluribus universitatibus iuris professor fuerat et in Belgio officium praesidis consilii regii bruxellensis aliaque summa officia administrabat.

[4] Sic verti posse mihi quidem videtur; *Boero* in apographo huius epistulae, quod ad italicum sermonem nostrae aetatis accommodavit: „a fare un sunto di una Somma Teologica", i. e. in epitomen aliquam summae theologicae faciendam.

[5] Petri Lombardi.

[6] Lainius, cum a S. Ignatio compendium illud conscribere iussus esset, „prius existimavit diffuse theologicam doctrinam esse tractandam et ex illis deinde summam colligendam . . . et in sex partes, licet inaequales, totum opus dividere cogitabat: ut prima esset quaedam introductio et quasi proëmium ad theologiam: 2ª. de natura et proprietatibus Dei, communibus toti Trinitati: 3ª. de generatione Verbi: 4ª. de processione Sancti Spiritus: 5ª. de providentia et gubernatione universa, ubi mysteria Incarnationis, et alia quae de Deo novimus erant tractanda. Ex his libris, 2um., 3um. et 4um. sub initium Septembris [1553 Florentia] ad P. Ignatium confectos misit . . .; propter occupationes, quae subsecutae sunt, ulterius non est progressus": Haec quidem (quae usque adhuc magnam partem ignota erant) scripsit *Polancus,* Chronicon III, 67—68. P. *Petrus* autem *Ribadeneira:* „Scripsit", inquit, „Iacobus Laynez, vel potius scribere aggressus est, Libros XII. De Prouidentia, quos adumbratos tantum atque inexpolitos reliquit. Prolegomenωn in vniuersam Scripturam lib. 1. De Trinitate lib. III. magis elaboratos ac perfectos": Illustrium Scriptorum Religionis Societatis Iesu Catalogus (Antverpiae 1608) p. 101. Typis quidem haec numquam sunt

vincia, non preiudicando alli altri Theologi più exacti et perfetti, che sono in Roma et in tutta la Compagnia, massime in Spagna et Portugallo. Et se le occupationi della Reuerentia V. non fossino tanto grande et assidue, havria più ardimento di preghare, che per il ben commune V. R. solamente ci scrivesse un quinterno, et in quello comprehendesse il modo et ordine, che li pareria più conveniente in trattar le materie Theologice. Così V. R. potria mettere un bonissimo fundamento in poco tempo et con poca faticha, ut alii suo tempore superaedificarent et sequerentur, quam sapiens architectus ideam praemonstrasset. Tutto questo remetto al giuditio et charità de V. R. P., la quale, secondo il lume che tiene da Dio, voglia in questo o altro simil modo illuminare le nostre tenebre[1] massime in Alemagna.

Quanto a questo Collegio non me extenderò, essendo stato tanto longo. Vederò in Monachio de perpetuare li redditi annui; non credo che sia maio[a] [?] manchamento qui se non circa li Maestri della schola, li quali ne in se ne nelli scholari riesceno con il frutto desiderato et non sono persone che possino essere substitute. Forsi con il tempo Iddio ci mostrara rimedio et dara aiuto di altre persone di altri collegii. Al fine io mi reccomando quanto piu posso strettamente alle orationi de V. R. P. et la pregho per una penitentia solenne

---

Haec tamen nostrae provinciae nomine dico, nec praeiudicium afferre volo reliquis theologis subtilioribus et absolutioribus, qui Romae et in tota Societate ac maxime in Hispania et Lusitania sunt. Et nisi reverentia vestra tam gravibus rebus continuo occupata esset, maior mihi animus esset rogandi, ut R. V. salutis communis gratia quinque tantum foliorum libellum nobis conscriberet, quo modum et ordinem comprehenderet, qui rebus theologicis tractandis magis convenire ipsi videretur. Sic R. V. brevi tempore et exiguo labore optima fundamenta iacere posset, ut alii suo tempore superaedificarent et sequerentur, quam sapiens architectus ideam praemonstrasset. Quae omnia R. V. iudicio et caritati permitto, quae pro sapientia, quam a Deo accepit, hac vel simili ratione illuminet tenebras nostras[1], maxime germanicas.

De collegio hoc copiose non scribam, quia tam longus iam fui. Monachii efficere conabor, ut ei annuus reditus suus in perpetuum constituatur. Nihil est, quod in eo notandum videatur, nisi quod scholarum magistri neque ex se neque ex discipulis optatum fructum colligunt, neque suppetunt, qui in eorum locum substitui possint. Fortasse tamen tempore procedente Deus huius rei remedium nobis offeret et ex aliis collegiis homines idoneos nobis suppeditabit. Denique quam vehementissime R. P. V. precibus me commendo eamque rogo, ut sollemnem mihi irroget

---

[a] *Sic apogr.; sed legendum esse videtur:* maior *(maggior).*

---

exscripta; sed fortasse Lainii ipsius manu scripta supersunt inter codices eius, quos ob litterarum eius singularitatem et obscuritatem negat legi posse *Gius. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Giacomo Lainez (Firenze 1880) p. 340. De aliis Lainii libris sive typis exscriptis sive non exscriptis vide: *Sommervogel*, Bibl. IV, 1596 ad 1600, et *H. Grisar* S. J., Iacobi Lainez Disputationes Tridentinae I (Oeniponte 1886), 24*—30*. [1] Ps. 17, 29.

per tanti mei manchamenti et defetti, delli quali nessuno mi avvertisce. De Inglostat a 23. de Febbraro 1558.

Servus in Christo Pet. Canisius.

Al molto Reuerendo padre mio M. Giacomo Laynez Vicario generale della Compagnia de IESV. Jn Roma.

Nota: Manu eiusdem temporis epistulae adnotatum est eam receptam esse Romae 10. Martii 1558.

---

poenam plurimarum neglegentiarum et erratorum, de quibus nemo me monet. Ingolstadio 23. Februarii 1558.

Servus in Christo Pet. Canisius.

Admodum reverendo patri meo M. Iacobo Lainio, vicario generali Societatis Iesu, Romae.

279.

CANISIUS

„CONSILIO RELIGIONIS" BAVARICO [1],

Monachii constituto.

Monachio 26. Februarii 1558.

Ex autographo (2° min.; pp. 5), cui Canisius ipse superscripsit: „† Responsio Canisij ad 2 articulos 26 Februarij . 1558". Inscriptio non exstat. Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 70—73.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 35^a—36^b.

Epistula usus est *Riess* l. c. p. 241.

Se paratum esse, urbi straubingensi opem ferre. Ea in re a duce variis litteris iuvari cupit. Straubingensibus severe interdicendum, ne quid in religione innovent. Quot Socii in collegio monacensi alendi sint. In monasteriis hominum paucitate fieri, ut disciplina relaxetur. Optat, ut Augustiniani monacenses Societati monasterium, probantibus tamen supremis ordinis moderatoribus, cedant vel saltem Socios hospitio excipiant certis condicionibus. De collegio Landishuti apud Dominicanos instituendo cum horum praesidibus esse agendum.

Pax IESV Christi suauiss. nobiscum.

Quoniam articuli duo Jllustrissimi Principis et Patroni nomine mihi propositi fuere, paucis ad eos respondere conabor, fauente mihi Christo Opt. Max.

Quod ad Straubingam adeundam [2], meaque praesentia in fide ac Religione Catholica per hanc Quadragesimam quatenus eius fieri potest,

---

[1] Vide, quae post ipsam epistulam scribentur.

[2] Iam anno 1537 Guilielmus IV. dux senatum Straubingae (Straubing), quae e praecipuis ducatus bavarici civitatibus erat, acriter vituperaverat, quod Lutheri et Zwinglii doctrinis faveret, quod in urbe bona ecclesiastica ad usus profanos converterentur ac dilapidarentur, quod mille homines paschatis tempore ad sacram mensam non accederent. Paulo autem antequam Canisius haec scriberet, tum parochus, tum contionator, cum protestantium doctrinas per urbem disseminassent,

adiuuandam attinet[a], praesertim in hac tanta necessitate, ubi sine pastore oues male sanae dispersae et desolatae cernuntur, ego etsi Pragae a multis expecter, meque eo ante Dominicam Laetare[1] venturum promiserim, ob negotia quaedam non parui momenti conficiunda, tamen considerata et optima tanti Principis Moecenatisque nostri voluntate, et rei praeterea qua de agitur magnitudine, quae totius, nec infimi quidem oppidi Straubingensis incolumitatem, ac multarum illic animarum aeternam salutem[b] tangit, vt hinc nemo non pius illorum vicem dolere, fratribusque in Christo suis consilium et auxilium omne pro uirili adferre debeat, Jdcirco si alius nemo qui succurrat periclitantibus ciuibus, reperirj posse videatur, non recusabo sane operam meam, quin potius expeditis Jngolstadij rebus nonnullis, quod diebus perpaucis fieri potest, in nomine Domini JESV difficilem hanc prouintiam aggrediar, non quae mea sed quae aliorum sunt, pro mea quidem imbecillitate Straubingae ad summam summi Dei gloriam procuraturus, illicque si clementiss. Duci visum est, paschales etiam ferias in Domino celebraturus.

Cupio interim apud Reuerendissimum D. Cardinalem Augustanum literis excusari, quod huc euocatus et praesente Straubingensis Reip. necessitate permotus, relictis negotijs omnibus alijs, assenserim postulationi Illustrissimi Ducis, atque idcirco non comparuerim Dillingae iuxta promissum, nisi forte possim expeditis Ingolstadij rebus adhuc[c] Dillingam excurrere, et illinc mox Straubingam petere, vt plus temporis ad euangelizandum[d] lucrifaciamus.

Deinde Ingolstadij forte commodius expectabo literas Jllustrissimi Principis, quae per me adferantur Straubingam (literas credentiales vocant) et alias ad Reuerendissimum D. Patauiensem[2] illius ciuitatis ordinarium, vt ne sit locus aduersus me iniquae suspitioni, et alias quoque ad Remp. vt faueat pijs conatibus missi Theologi, nec sinat

[a] *Vocabulum in margine a Canisio additum.*
[b] *Sequitur:* respicit, *a Canisio ipso oblitteratum.*
[c] *A Canisio in margine ascriptum.*
[d] *Inter hoc vocabulum et sequens* illinc *supra versum scriptum, sed postea oblitteratum est.*

ex urbe et omni Bavaria aufugerunt, atque ita — id quod Albertus V. ipse Monachio 28. Februarii 1558 scripsit ad cardinalem augustanum (vide infra, monum. 144) — factum est, ut Straubingenses initio Quadragesimae nec pastorem haberent nec praeconem verbi divini (*E. Fr. H. Medicus*, Geschichte der evangelischen Kirche im Königreiche Bayern diesseits d. Rh. [Erlangen 1863] p. 372. *Agricola* l. c. I, Dec. 2, n. 79—81. *S. Sugenheim,* Baierns Kirchen- und Volks-Zustände im sechszehnten Jahrhundert [Giessen 1842] p. 50—52. *Sammelblätter* zur Geschichte der Stadt Straubing. Nr. 45 [Straubing 1882], p. 177—178).

[1] D. 20. Martii.
[2] Canisium scribere oportebat: Ratisbonensem; vide, quae post ipsam hanc epistulam dicentur.

Senatus indigne quosdam quoad eius fieri potest, contionanti contradicere, praeterea vt quacunque possunt authoritate reprimant conatus factiosorum[a], nec sinant sine voluntate Principis sui circa cultum diuinum et circa Religionem quicquam immutari atque sicut coeptum esse dicitur, innouari[1] propter sacerdotes quosdam non pastores quidem, sed sicut exitus probat, mercenarios[2] et siue in vita, siue in doctrina contemptibiles atque pernitiosos etc. Quare seuerum illis quaeso mandatum proponatur, vt neque propter vicinos, neque propter praesentes quosdam alterius Religionis homines sibi licere putent vllam a veteri et Catholica Religione defectionem, sed iuxta Jmperialem constitutionem in ueteri[b] obedientia et vnitate fidei quam semper amplexa est Bauaria, constanter et concorditer cum suo Principe[c] perseuerent. etc[3]

Nunc ad articulum alterum. Is negotium de collegio Monachij nostris instituendo continet. sed quoniam circa locum collegij non paruae incidunt difficultates, visum est eas nonnihil explicare, vt eo rectius amoueri, et pium hoc institutum citius promoueri possit. Ac initio illud praefabor, non uideri consultum ad collegij fundamenta probe iacienda mitti pauciores e nostris, quam 12 uel 14. ut inter se illi necessarias in hoc collegio operas partiantur. Opus est enim Rectore et professoribus et ministris et sacerdotibus, ut etiam si necessitas postulet, alij alijs inseruire et aegrotos praesertim releuare, atque sub aliqua disciplina viuere possint, ne si pauci tantum adsint[d], nimium illi grauentur docendo, et domesticam disciplinam in qua nostrorum salus magnopere conseruatur, negligere cogantur. Nam et plaeraque monasteria propterea nunc misere collapsa sunt et quotidie collabuntur, quia dum personae illic paucae visuntur, quae sunt instituti et ordinis sui propria nec possunt, nec volunt exercere, atque sic a spiritualibus studijs nescio in quam vitae licentiam prolabuntur, ac velut commixti inter gentes, discunt et faciunt eorum opera[4], tandemque tepidi et aridi non sapiunt quae sunt spiritus[5] etc. Horum exempla nos mouent, ut tam multos commorari in vno collegio desideremus e nostris, et praesertim in ipso Collegij exordio vbi magis laboratur, quia multi se inuicem confor-

---

[a] *Sequitur:* et, *a Canisio oblitteratum.* [b] *Supra versum scriptum.*
[c] *Verba:* cum suo Principe *a Canisio in margine ascripta sunt.*
[d] *Sequitur:* et, *oblitteratum.*

---

[1] Haec eo maxime spectasse videntur, ne sacra eucharistia sub utraque specie populo daretur; cf. infra p. 221. [2] Io. 10, 12—13.

[3] „Pace religionis augustana" anno 1555 constituta ordinibus quidem imperii optio data est, utrum catholicam religionem sequi vellent an confessionem augustanam; iis vero, qui eorum imperio subiecti erant, id nequaquam concessum, immo axioma illud sollemniter quasi sancitum est: „Cuius regio, illius religio."

[4] Ps. 105, 35. [5] Rom. 8, 5.

tare in[a] spiritu[1] et spiritalibus studijs aedificare possunt, vt ordine et decenter omnia fiant[2].

Quod cum ita sit, locus profecto Collegij qui[b] tot personas non incommode comprehendat, est adhibendus. Judicent autem sapientes, an in monasterio D. Augustini quod ad eam rem propositum est, ea commoditas inueniri possit, vt et illis qui adsunt fratribus et nostris praeterea venturis distinctae habitationes ex hoc vno monasterio confici possint. Opus erit vtrinque hypocaustis[3], cubiculis, culinis, hortis: opus praeterea[c] scholis quae nostris proprie ad iuuentutem instituendam seruiant. Ego vereor hic aliquid, non solum ob angustiam loci, qui aegre vtrique parti faciet satis, verum etiam ob coniunctionem istam hominum qui sub vno tecto diuersa sequentur viuendi instituta. Cogitemus quaeso, quam facile sit Augustinensibus locus futurus obmurmurandi, obtrectandi, inuidendi, nec deerunt qui illorum in nostros maleuolentiam foueant linguis virulentis. Si quid recte agi a nostris videbitur, fortasse id[d] seruiet vulgo ad fratres illos qui paria non faciant, magis ac magis reprehendendos. Tum Ecclesiae seu templi ius illi vendicabunt sibi, nec immerito, sed dubium quam propensis futuri animis, cum nostri quid petent aut ad sacra postulaturi sunt etc.

Haec et id genus maiora pluraque incommoda metuenda mihi videntur, si vt dixi, partiemur vnum hoc monasterium in usum duplicem tum fratrum quorum est locus proprius, tum collegij simul et scholae nostris committendae. Quare consultius existimauerim omnem operam dare[e], vt cedant praedicti fratres suo monasterio et migrent in aliud ordinis sui, consentiente tamen primum Generale [*sic*][4] et Protectore huius ordinis, id quod Reuerendissimi et Jllustrissimi Domini Cardinales Caraffa[5] et Augustanus cum venerint Monachium, se libenter recipient[f] procuraturos. Nisi enim illi quos dixi, consenserint, neque Jllustriss. Principi, neque nostris consultum putarim hic tentare quicquam, nunc maxime cum rumor non gratus per Vrbem et alibi fortasse increbuerit, nostros ui quadam intrusos huc accedere velle.

Quod si neque per Cardinales amplissimos iam nominatos hic impetrari consensus Romae posset non tam[g] a Pontifice, quam a dictis Generale [*sic*] et Protectore Augustinensium, nimirum vt in gratiam

---

[a] *Sequitur:* domino, *a Canisio oblitteratum.*
[b] *Sequitur:* tam, *a Canisio oblitteratum.*
[c] *Sequitur:* nostris, *a Canisio oblitteratum.*
[d] id *a Canisio correctum est ex:* in illorum tendet.
[e] *Sequuntur verba:* per uel, *a Canisio oblitterata.*
[f] *A Canisio correctum ex:* offerent.
[g] Tam *supra versum scriptum est.*

---

[1] Luc. 1, 80. 2 Tim. 2, 1.
[2] Cf. 1 Cor. 14, 40. [3] Conclavibus communibus, quae calefiant.
[4] Christophoro Patavino; de quo vide infra, monum. 193.
[5] Carolus Caraffa; de quo supra p. 175[2]. 208.

nostrorum fratres isti migrarent, alibique per Principem commode sustentarentur, plus etiam quam Monachij, tunc habituri, qua in re consilium dictorum Cardinalium[a] et auxilium sedulo requirendum puto: Certe illud superesse videtur, vt primum sapientibus viris inspiciendus monasterij locus totusque ambitus committatur, an videlicet ex eo duae et diuersae illae duarum partium habitationes confici possint, ita vt etiam scholae sint ad manum. Deinde vbi iudicarint tantum loci quantum huc requiritur, superesse, agendum aut saltem tentandum hoc negotium esset cum Priore monasterij[1], ut exploremus istorum animos priusquam serio aliquid concludatur, aut ad aedifitia ipsa procedatur.

Jam si locus erit capax satis, et fratres Augustiniani[b] recipere conditionem velint ob communem Reip. vtilitatem, ut nostros admittant hospites, sed seclusos tamen ac habitatione distinctos, tum nulla erunt incommoda[c] quantum auguror[d], ex parte cultus diuini, quem in templo per illos ipsos fratres[e] conseruari cernemus, tum vt satis fiat fundatoribus monasterij, tum vt non querantur ciues, Exequias et anniuersarios dies suorum amicorum negligi, tum[f] vt cantus etiam Ecclesiasticus pro more illic retineatur. Verum si fratres ut dixi, nobiscum intra monasterij septa viuent, opus erit certis quibusdam conditionibus quas ipsi promittant se obseruaturos: Nimirum quod non inuiti nostros admittent, quod illorum studia non impedient, illorum conatibus non domi aut foris obstrepent, sed fraterna charitate cum illis ubique agent, illosque siue in templo siue in schola quiete sinent offitium suum praestare etc.

Verum Lanzutae ut plus loci datur apud Dominicanos, ita minore negotio Collegium instituetur si consensus tantum Patris Prouintialis[2] accedat[g]: is per Lanzutanum priorem[3] adiri et exorari non difficulter potest, ut mea fert opinio. Satis autem fuerit hoc ipso anno Collegium vnum instruere: quod si fiet, satius arbitror quamprimum aliquid certi decernere, vt Patres in Vrbe nostri de mittendis in tempore admoneantur, priusquam ad alia Collegia quae passim fundantur et eriguntur, selectiores personae mittantur. Haec ego ut in mentem

[a] *Sequitur:* sedulo, *oblitteratum.* [b] Augustani *autogr.*
[c] *Sequuntur verba:* quae negligenda certe non sunt, *a Canisio postea oblitterata.*
[d] *Verba:* quantum auguror *a Canisio in margine ascripta sunt.*
[e] *Sequitur:* cupio, *a Canisio oblitteratum.*
[f] *Tria haec* tum *Canisius posuit loco trium* sive, *quae prius scripserat.*
[g] *Sequuntur verba:* idque per, *a Canisio oblitterata.*

[1] Hic quis fuerit, mihi non constat. In tabulis antiquis hi comparent priores: 6. Decembris 1533 et 21. Maii 1535 Simpertus Pruckner, 8. Iunii 1564 Augustinus Gschürr (*Ern. Geiss,* Die Reihenfolgen der Pfarr- und Ordensvorstände Münchens etc., in „Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte", herausgeg. vom Histor. Vereine von und für Oberbayern XXI [München 1859—1861], 17).
[2] Ioannis Pesselii (Tilani), ut videtur; cf. supra p. 77.
[3] Hic quis fuerit nescio.

mihi venire potuerunt, libere annotanda duxi, ne deessem pijs votis Jllustrissimi Moecenatis, cui in his alijsque omnibus ad propagandam et conseruandam Religionem Catholicam spectantibus et cupimus et debemus modis omnibus inseruire. Deus Opt. Max. in gloriam suam nostros vertat conatus, et Jllustriss. Principem diu incolumem nobis et Ecclesiae tueatur. Monachij 26 Februarij 1558

Seruus in Christo Pet. Canisius.

Inscriptionem quidem hae litterae non habent; sed res ipsae, quas continent, prorsus suadent Canisium scripsisse consilio illi („Religions-Rath") ab Alberto duce 3. Octobris 1557 constituto, ad quod res omnes ecclesiasticae deferendae erant. Lecti erant in hoc consilium doctor Wiguleus Hundt, Georgius de Gumpenberg, doctor Christophorus Seld, doctor Onuphrius Perbinger, Henricus Schweicker secretarius; praeerat Guilielmus Lösch. Praecipua his cura erat, ne Bavari in rebus religionis plus libertatis sibi arrogarent, quam anno 1556 „declaratione" illa ducis (cf. *Can.* Epp. I, 609[2]) concessum esset (*C. M. Freih. v. Aretin*, Geschichte des bayerischen Herzogs und Kurfürsten Maximilian des Ersten I [Passau 1842], 82[6]. *Sugenheim* l. c. p. 273. *Al. Knöpfler*, Die Kelchbewegung in Bayern unter Herzog Albrecht V. [München 1891] p. 193—195).

His Canisii litteris effectum est, ut Albertus V. epistulis Monachio 28. Februarii 1558 datis, quae infra, monum. 144—146, ponentur, Canisium et apud Ottonem cardinalem Truchsessium excusaret et officialibus suis straubingensibus episcopoque passaviensi commendaret. Huic tamen episcopo litterae illae commendaticiae ex errore inscriptae esse videntur; Straubinga enim ad episcopatum ratisbonensem iam tunc pertinebat, ideoque Canisius ipse Straubinga 19. Martii 1558 Schweickero scripsit duci de urbe in fide conservanda cum episcopo ratisbonensi agendum esse. Ceterum propter privilegia pontificia, quae Societas Iesu tunc habebat, Canisius illic etiam sine episcopi ordinarii licentia contionari et confessiones excipere poterat; cf. *Can.* Epp. I, 196.

280.

CANISIUS

CONSILIO RELIGIONIS BAVARICO,

Monachii constituto.

Monachio inter 26.—28. Februarii 1558.

Ex autographo Canisii (2° min.; 1 p.); qui etiam titulum scripsit et summaria in margine posuit. Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 96. 97.

Epistulas a duce petit, quibus apud cardinalem augustanum excusetur et Straubingensibus commendetur. His severe interdicendum, ne quid in religione innovent. Ingolstadii et collegio Societatis quaedam tribuenda, et curandum esse, ut collegium georgianum magis floreat.

†

Memoriale Canisij.

De literis ad Card. August. quas expectabo Ingolstadij.

1 Vt excusetur literis Principis ad R. D. Cardi. Augustanum datis, quod subito ex Ingolstadio vocatus et in[a] necessitatem Straubingensis Reip. Jngolstadium remissus a Principe, iter

[a] *A Canisio correctum ex:* ab.

instituat Straubingam vsque, Ideoque non possit ut desiderabat, Dillingae ad tempus manere, sed statim vbi D. suam Reuerendissimam inuiserit, debeat recta Straubingam petere, ut eo plus temporis habeat per Quadragesimam illic contionandi et succurrendi errantibus ouibus absque pastore[1].

Literae ad Vicedominum et Senatum Straubingensem.

2 Vt commendetur literis[a] Vicedomino[2] et Senatui, alteris etiam populo ut cum authoritate Principis magis fructificare possit in verbo Dei[3], nemine contradicente.

Mandatum principis circa Religionem.

3 Vt literae conficiantur cum mandato Principis ad impedienda studia nouatorum in communi populo Straubingensi, ut omnes intelligant Principis zelum in conseruanda veteri Religione, non obstantibus studijs uicinorum et praesentium qui alterius sunt Religionis[4]. praeterea vt nihil innouetur circa dispensationem Sacramentorum. etc.

Literae ad Patauiensem Episcopum.

4 Vt literae scribantur ad Reuerendissimum Episcopum Patauiensem, quibus intelligat me spetiali sententia Principis Straubingae residere, ad excludendam omnem iniquam suspitionem[5].

Literae ad vniuersitatem.

5 Vt confirmetur memoria eorum quae sunt hic conclusa 1° ut Vniuersitas Ingolst. numeret nostris ad singulas Angarias[6] aliquam pecuniae summam. 2. ut Camerarius expendat pecunias pro quinque lectis emendis. 3 vt hortus ematur pro summa iam constituta, id est 600 uel 700 floren.[7] 4 ut Regens noui Collegij curet stipendiatos rectius versari in disciplina et studijs[8].

Licet his litteris, neque ad quem neque quando datae sint, adnotatum sit, ipsae tamen res produnt eas ad eosdem fere datas esse, quibus epistula, quae proxime praecedit, destinata est; post illam autem eas datas esse ex eo coniectare licet, quod missae sunt ad eos, qui iam nossent, quae in praecedente epistula scripta erant: Canisium Straubingam proficisci paratum esse. Cum autem litterae commendaticiae, quas Canisius utraque epistula petit, 28. Februarii a duce datae sint, hoc „memoriale" inter 26. et 28. Februarii scriptum esse dixeris.

Quintae huius „memorialis" particulae manu alia eiusdem temporis (Henrici Schweickeri?) adnotatum est: „Das soll beschehn wan man der Vniuersitet die newen Verschreibungen zueschikht."

---

[a] *Sequitur:* D., *a Canisio oblitteratum.*

---

[1] 1 Petr. 2, 25. Marc. 6, 34 etc. [2] Magistratus ducalis is erat.

[3] Col. 1, 6. 10.

[4] Canisius potissimum significare videtur civitatem ratisbonensem, quae lutheranismo patrocinabatur. [5] Cf. supra p. 220.

[6] Angariae = ea, quae vocari solent „quattuor tempora".

[7] Vide supra p. 121. 122.

[8] Regens collegii novi sive georgiani ineunte a. 1558 constitutus erat M. Fridericus Liechtenauer (*A. Schmid* l. c. p. 94).

281.

CANISIUS
SOCIIS VINDOBONENSIBUS.

Straubinga 15. Martii 1558.

Ex „Collectaneis", supra p. 54 memoratis, quorum auctor huic „regesto" praefatur: „Ex literis datis Straubingae prope Ratisbonam idibus Mart."

„Scribit Reuerendus P. Canisius venturum se Viennam post Pascha."

282.

CANISIUS
HENRICO SCHWEICKER,

secretario ducis Bavariae.

Straubinga 19. Martii 1558.

Ex autographo (2°; pp. 2; in p. 4. inscr. et pars sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 80. 81.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 40a—41a.

Partem epistulae posuit *Petr. Python* S. J., Vita R. P. Petri Canisii S. J. (Monachii 1710) p. 145—146, compluribus tamen verbis pro more suo — brevitatis et claritatis an politioris sermonis studio — omissis vel mutatis. Maiorem partem germanice vertit *Riess* l. c. p. 242—243, et ex eo partim deprompsit *Drews* l. c. p. 85—86.

Canisius Straubingae prospere contionatur. Sacerdotes quidam corruptores nimis diu tolerati sunt. Per episcopum efficiendum, ut sacerdotes nil mutent. Senatus urbis a duce graviter monendus. Bonus parochus providendus. Sacra contemnuntur. Ludimagister vitembergensis. Quorundam licentia a duce acriter reprimenda. Canisius ipse clementer aget. Novus Caesar. Collegium monacense. Deo confidendum. Canisius uxori Schweickeri librum donat et sacras reliquias ornandas commendat. Schweickeri hospitalitatem laudat. Amicos quosdam salutat. Iter pragense.

†

Pax Christi nobiscum suauissima.

Veni huc fauente Christo ante dies decem, vir nobilis et amiciss. Patrone:[1] nec me aduentus huius poenitet, cum sentiam (Christo gratia) mihi eam contigisse messem, in qua cum animarum lucro versari possim. Augetur contionanti frequens numerus auditorum, qui satis ostendunt sibi hos placere conatus, quos in gloriam suam et praeclarae Reip. huius commodum qui messis est Dominus[2] et ad-

---

[1] Canisius Monachio per Ingolstadium Dilingam ad Ottonem cardinalem venisse atque inde tribus quattuorve diebus post profectus esse videtur Straubingam; cf. supra p. 216. 221 et infra, monum. 144.

[2] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2. Dubitari vix potest, quin Canisius contiones suas habuerit in maximo illo templo S. Iacobi; quae hodie quoque praecipua est ecclesia parochialis urbis straubingensis. Labitur *Gottfr. Kolb,* cum asserit Canisium anno 1557

iuuat euangelizantes, prosperare dignetur. Jtaque progrediar in suscepto de Passione dominica argumento, quod et tempori [1] et loco non inutile fore duco. Licet per hebdomadam ter aut quater contionari: audio satis intelligi quae dicuntur, id quod et frequentia et attentio populi confirmat.

Parcat autem deus fugitiuis illis, qui tam frequentem et piam laudatamque Remp. egregie corruperunt. Vtinam alibi tales pestes in tempore submouerentur: ita minus esset negotij ad restituendam postea religionem, et ad euellendas omnis impietatis radices, quae saepe funditus haerent, ut uix euelli humana arte possint. Caeterum curabilis haec mihi ciuitas videtur, si pauca quaedam Religiosus Princeps uelut dexter medicus pharmaca non neglexerit. Primum illud erit, cum Reuerendisssimo D. Ratisbonensi Episcopo [2] tractare, vt pro authoritate sua instet oportune et importune [3] apud sacerdotes huius ciuitatis, quo nihil mutent aut innouent citra consensum ordinarij sui circa Religionem.

Alterum, vt Principis Jllustriss. literis admoneatur hic Senatus quem aiunt grauiter laborare, de retinenda et asserenda Religione [4]. Nam hae literae plus efficient, quam admonitiones Vicedomini [5] et aliorum. Senatus timet Principem, nec audet prodere studium et beneuolentiam erga fugitiuos illos: admonitus autem, praesertim hoc tempore, non poterit [a] ad meliora non [b] permoueri. Hoc postremo anno magnam audio mutationem esse factam: ita deseruntur sacra, negligitur venerabile sacramentum et nescio in quos vsus vertuntur si quae vacant bona ecclesiasticorum. Tum Wittenbergensem habere dicuntur Ludimagistrum, ut ita iuuentus a teneris uitietur horrendis doctrinae corruptelis [6].

---

[a] *Sequitur:* non, *a Canisio oblitteratum.*
[b] *A Canisio supra versum scriptum.*

Straubingae contionatum esse (Geschichte der Unterrichts-Anstalten der Stadt Straubing [Landshut 1858] p. 100).

[1] Quadragesima tunc erat.

[2] Georgio de Pappenheim. *Riess* l. c. p. 242 haud recte huius loco episcopum passaviensem ponit; vide supra p. 220.

[3] 2 Tim. 4, 2. [4] Cf. infra, monum. 147.

[5] Bavaria tunc quattuor praefecturis constabat, quae „Rentämter" dicebantur: München, Burghausen, Landshut, Straubing. Straubingae „vicedominus" (Vitzthum) ducalis cum consiliariis suis sedem habebat.

[6] In actis visitationis parochiarum et monasteriorum, quam Albertus V. initio anni 1559 in parte bavarica dioecesis ratisbonensis per ecclesiasticos et laicos quosdam fieri iussit, haec leguntur: „Malstatt Straubing. Magister Michael Kistler, Aquensis ex Saxonia 6 meil von Wittenberg. Jst ain Jar Schuelmaister zu Straubing, vor collaborator in der Poetenschuel zu Regenspurg gewest; durch ainen Rath daher promovirt; zu Wittenberg Magister worden . . . Hat zwelf knaben den er privatim list: Epistolas Ciceronis, Maioris, Aeneida Virgilii, catechismum Lutheri. Profitetur ingenue augustanam confessionem; sei Jme derwegen von aim Rath nichts

Tertium erit, pastorem idoneum his ouibus praeficere[1]: qui si non ilico contingat, non desunt ex senioribus hic sacerdotibus, praesertim D. Hieronymus[2], qui vicariam praestare operam possit, vt multis quidem annis praestitit, homo doctus et ut mihi videtur, ad hanc prouintiam non ineptus. Nam qui nunc Sacellanum agit, parum placet Catholicis, et male audit apud probos, utinam syncerior in doctrina[3].

Expectamus nouum Cancellarium[4], qui si isthic adsit, meo nomine reuerenter quaeso salutetur. fortasse per illum huc venientem Princeps Jllustriss. multa commode expediet, quae ad sectariorum conatus impediendos (non enim dormit Judas[5]) et ad promouendos[a] conseruandosque Catholicos spectant. Semper enim Catholico Principi prima et summa de Religione cura, si antehac vsquam, certe in Bauaria nunc maxime esse debet. Vereor ne indulgentius aliquamdiu cum quibusdam sit actum: ea indulgentia licentiam quam uidemus peperit: licentia nondum eousque progressa est, quin corrigi et comprimi possit, sed remedijs minime mollibus est opus: quaedam hic sunt vlcera quae fomentis non curantur, sed potius acrimonia si non et exustione. Atque hoc prudentiae principis relictum esto: meum sit seruum agere

[a] *Sequitur:* Catholicos, *oblitteratum.*

verbotten worden" etc. Atque urbis parochus de eo testatus est: „Der Schuelmaister halt nichts vom Ampt der hl. Mess; bleib dabei wie ein Plinde-stockh und verstockhts Hertz. Der Schuelmaister ist von Magdenburg, zu wittenberg studiert und ist mit der verfüerischen lehr in Poden vergifft. Pfarrer glaubt, wann er nit so teuflisch lutherisch wär, wurde Jn ain Rat nit ain Stund behalten" (*J. Hollweck*, Zur Geschichte des bayerischen Schulwesens im 16. Jahrhundert, in „Historisch-politische Blätter für das katholische Deutschland" CXIV [München 1894], 728—729). Dictum illud parochi positum est etiam a *L. Westenrieder*, Historischer Calender für 1801 (München 1801) p. 216.

[1] Potestas parochum ecclesiae S. Iacobi constituendi anno 1487 ab Innocentio VIII. principi tributa erat; qui etiam contionatorem nominasse videtur (*Mart. Sieghart*, Geschichte und Beschreibung der Hauptstadt Straubing, 1. Th. [Straubing 1833], p. 268; 2. Th. [Straubing 1835], p. 274).

[2] Reverendus D. Dr. *Adalbertus Ebner*, theologiae professor in regio lyceo eystettensi, qui historiae straubingensis peritissimus est, mihi scripsit: Inter „Electos" confraternitatis sacerdotum straubingensis anno 1554 primum nominari „Ieronimum Prosoydt"; hunc in aliis monumentis nonnumquam „Profoydt" vocari; ex eiusdem confraternitatis rationibus (tabulis accepti et expensi) cognosci „dominum Jeronimum Prosoydt" inter 22. Maii 1558 et 7. Maı 1559 e vita cessisse.

[3] Ex litteris Canisii sequentibus atque ex iis, quas Albertus V. mense Maio a. 1558 ad magistratus straubingenses dedit, intellegi potest a Canisio significari Georgium Prunner (ex Plattling, ut videtur, ortum), sacellanum valetudinarii straubingensis. Idem asserit *Agricola* (l. c. n. 80. 81). *Sugenheim* (l. c. p. 52) falso scripsit Georgium Prunner parochum illum fuisse, qui, antequam Canisius Straubingam venisset, inde aufugisset.

[4] Wolfgangus Viepeckh a duce nominatus erat cancellarius praefecturae sive „regiminis" straubingensis; vide infra, monum. 148.

[5] Cf. Matth. 26, 40—47 etc.

Domini[1] minime durum aut contentiosum, vt sanentur oues morbidae, non arceri videantur ab ouili. Qua in re faciam spero quod optimo Moecenati non sit ingratum, aut huic Reip. incommodum.

De nouo Caesare nescio quid iactant, et pollicentur eius aduentum breui[2]. sed literis tuis certiora cognoscam, tum de Cardinale Caraffa[3], si quid forte cum eo transactum sit de monasterio Augustinensium, quod mihi non videtur hoc anno cessurum collegio. Sed fiat Domini uoluntas[4], ipsi cura de nobis[5], seruiamus tantum Opt. Max. in corde perfecto[6], et respiciamus in faciem Christi[7] crucifixi, quem breui proponet Ecclesia[8].

Vxorem salutari uelut matrem cupio, Jngolstadij colligatur liber quem promisi, si tamen allatus non est. Jmposui vobis molestam curam de ornandis sanctorum Reliquijs[9], nec reliqui nummos ad sumptus necessarios, ueluti non satis occupati et sumptibus onerati sitis. Hanc refero gratiam ingratus pro munere hospitij, quia hospes fui et collegistis me[10]. Sed charitas uestra non quaerit quae sua sunt[11], temporaria in pauperes erogat, vt recipiamini in tabernacula electorum sempiterna, si forte quando defeceritis[12].

Salutari uelim Mag. Dominum D. Hondium vna et R. P. Gresceni-cum[13] et P. Guardianum[14], et P. Setelium[15] optimos uiros.

Ego post Paschatis festum[16] in Boemiam properabo, si Dominus annuet, ut expediam quae propter Jllustriss. Principem hoc tempore intermisi.

Dominus JESVS tuam humanitatem diu saluam et prosperam seruet.

Straubingae decimo nono Martij 1558 ex monasterio Carmelitarum.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

---

[1] 2 Tim. 2, 24; cf. Matth. 18, 23—35.

[2] Ferdinandus I. Francofurti ad Moenum 14. Martii 1558 a principibus electoribus agnitus et pronuntiatus erat imperator.

[3] Carolo Caraffa; vide supra p. 208. 218. [4] Act. 21, 14 etc.

[5] 1 Petr. 5, 7. [6] Is. 38, 3. [7] Ps. 83, 10.

[8] Sacrum „tempus passionis" eo anno incipiendum erat 27. Martii.

[9] Canisius sine dubio reliquias sanctorum Sixti ac Polycarpi et aliorum significat, quas paulo ante a clero argentoratensi acceperat; cf. supra p. 190.

[10] Matth. 25, 35. [11] 1 Cor. 13, 4. 5. [12] Luc. 16, 9.

[13] P. Ioannem Cressenicum O. Pr.

[14] Wolfgangus Schmidlkofer (Schmilkhofer, † 1585) tunc conventus monacensis Franciscanorum „observantium" guardianus erat (*Parth. Minges* O. S. Fr., Geschichte der Franziskaner in Bayern [München 1896] p. 94—96). *Albertus V.* in litteris Monachio 27. Augusti 1557 ad Ottonem cardinalem augustanum datis mentionem facit Franciscanorum monacensium, „die sich bisher, wie E. L. und Frtl. ohn zweifel wol bewisst, Jrer Profession, Regl und Orden gemässs löblich vnd wol gehalten" (Ex *apographo, saeculo XVIII., ut videtur, scripto, quod est Monachii in archivo regni bavarici, „Jesuitica München Fasc. 88 nr. 1776").

[15] P. Wolfgangum Sedelium (Seidl) O. S. B.; de quo plura infra.

[16] Pascha eo anno erat d. 10. Aprilis.

† Nobili uiro, Henrico Schweickero, Secretario principis Bauariae Jllustriss. Domino et amico colendo. zu München

Inscriptioni Schweickerus adnotavit: „Praesentatae 25 Martij Anno 1558.“ Idem in pagina tertia huius epistulae commentarium posuit litterarum, quibus Canisio (27. Aprilis) ad hanc epistulam responsurus esset; hae Schweickeri litterae infra proponentur.

283.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.

ceterisque Sociis coloniensibus.

Straubinga 20. Martii 1558.

Ex archetypo (in quo Canisii manus non compareret) vel apographo eiusdem temporis (2°; 1 p.; in p. 2. inscr.); folii pars infima, in qua Canisii nomen subscriptum erat, recisa esse videtur; inscriptioni manu antiqua adnotatum est: „1558. 20. Martij P. Canisius Straubing.“ Cod. colon. „Epistt. ad Kessel. I.“ f. 135.

Epistulae mentionem fecit *Hansen* l. c. p. 297[1].

Facultatem fideles ieiunii lege eximendi mittit. Ipse Straubingae contionatur. Societatis congregatio generalis. Novus caesar Societatis patronus summus. Vehementer Canisius rogat, ut suis subditis colonienses Socii se iungant in certis precibus pro eo faciendis. Socios sibi mitti cupit. Nova ex Indiis allata.

†

Pax christi suauiss. uobiscum.

Cogor paucis agere uobiscum Chariss. fratres, quando negotia non sinunt perscribere omnia, quae breui forte accipietis. Ex vrbe accepi quam mitto dispensationem circa Jeiunationes Ecclesiae, nec opinor quicquam uobis adferri posse eis gratius, sed vtinam mature satis[1].

Vestras ego nullas accepi, postquam Vuormatia discessi, nisi vnicas Argentine, ubi scripsi prolixe. Cum ad Boemiam redire vellem, princeps Bauariae hic me retinendum curauit, ut populo essem a concionibus. fugerunt enim improbi contionatores ac pestes potius huius insignis Reip. quam Dominus IESVS ad veterem Religionem reuocare dignetur. certe frequentes audiunt, et Catholicos tamen nos duos[a] [?]: in quo munere ad pascha vsque, si dominus annuet, perseuerabo. Incertum, an futura sit prepositi[2] electio, Jubent me paratum ad profectionem esse Mense Maio. Dominus Caesari nouo gratiam addat asserendae Religionis[3]. habemus certe patronum gratiosiss. et primum

[a] *Sic; sed fortasse hic locus a scriptore corruptus est.*

[1] Facultatem significari, qua Socii fideles lege ieiunii solvere possent, patet ex litteris Canisii 23. Aprilis 1558 ad Lainium datis.

[2] Praepositi generalis Societatis.

[3] Notum est Paulum IV. postea Caroli V. caesaris abdicationem et Ferdinandi I. electionem irritas dixisse, eo quod inconsulto summo pontifice factae essent.

Caesarem cui curae simus. Vestrum erit hactenus nobiscum conuenire, ut preces et sacrifitia pro huius Imperij consecrandis primordijs coniungatis atque coniunctim pro Caesare Ferdinando offeratis Regi Regum[1] Opt. Max. Itaque sacerdotes dicant sacra septem singillatim ad septem dona Spiritus, huic Imp. impetranda: reliqui septem diebus legent septem psalmos cum letania eundem in finem[2]. Oro uehementer, ne graue sit hoc mihi concedere pro Caesare, pro Germania, pro Maecenate Maximo hec postulanti[3]. Cupio nosse de p. Goudano si quid habetis, tum de statu fratrum et Collegij, si qui preterea sint, qui ad haec nostra et noua etiam constituenda collegia mitti posse uideantur. Tum de sumptibus quaeso collegij nuntiate. Mittetis posthac literas facile per Maternum[4]: is recta mittet ad Card. Augustanum Dillingam uel Augustam, inde ad me et ad Ingolstadienses fratres perferentur, ubicunque degam. De fratribus in India scribunt ex vrbe, ut legetis. Dominus uobiscum, Orate pro Canisio uestro diligenter. Salutate R. P. Priorem Carthus.[5] et amicos reliquos. Straubingie .20. Martij 1558.

† Chariss. in Christo Patri Domino Leonardo Kessel de societate Jesu, fratri suo. Coloniae in bursa noua Coronarum.

284.

CANISIUS

OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinali et episcopo augustano.

Straubinga 21. Martii 1558.

Ex apographo [A], quod a. 1896 ab admodum reverendo domino Doctore *Fr. A. Specht,* metropolitani capituli monacensis canonico et bibliothecae eiusdem capituli praefecto, scriptum mecumque humanissime communicatum est; in qua bibliotheca autographum asservari idem mihi testatus est.

Alterum apographum [B], saeculo XVII. aut XVIII. scriptum (2°; pp. 3; inscriptio epistulae alia manu transcripta est), exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Jesuitica in genere Fasc. 13 No. 214“; tertium [C] ibidem in libello quodam non ligato (4°; p. 1—3), quartum [D] a *Boero* e fonte ignoto haustum apud nos, quintum [E] in cod. monac. „Lat. 1606“ f. 90a—91a superest.

---

[1] 1 Tim. 6, 15. Apoc. 17, 14 etc.

[2] „Septem psalmos poenitentiales“ (6. 31. 37. 50. 101. 129. 142) dicere videtur, qui una cum „litaniis“ omnium Sanctorum hodie quoque in omnibus „Breviariis romanis“ positi sunt.

[3] Ex his verbis cognoscitur Canisium eadem sacra atque easdem preces pro Ferdinando faciendas provinciae Germaniae superioris, cui ipse praepositus erat, iniunxisse. Ac 23. Aprilis 1558 Canisius perspicuis verbis Lainio scripsit singulos provinciae suae sacerdotes septem sacra pro Ferdinando fecisse.

[4] Maternum Cholinum, typographum et bibliopolam coloniensem; de quo supra p. 134[4].

[5] Gerardum Hamontanum (Kalckbrenner).

Maiorem epistulae partem haud ita accurate typis descripsit *Python* l. c. p. 286—289; magnam etiam partem germanice vertit *Riess* l. c. p. 244—246, et ex eo partim deprompsit *Bern. Duhr* S. J., Die Quellen zu einer Biographie des Kardinals Otto Truchsess von Waldburg, in „Historisches Jahrbuch" VII (München 1886), 203—204.

Confutationem Brentii ab Hosio scriptam et a se recognitam mittit, ut typis describatur. Cholinum typographum coloniensem laudat. Pro novo caesare orandum. Deesse Theodosios, quod non exstent Ambrosii. Ottonem gravissime hortatur, ne beneficia sua ecclesiastica et „splendores" profanos in dies augere conetur, cum detrimento dioecesis augustanae et periculo animae suae. Se frequenti populo contionari, caesarem exspectare. Egentes Socios romanos commendat.

Pax Christi suavissima nobiscum

Reverendissime in Christo et illustrissime Domine.

Et ago et debeo gratias amplitudini tuae, quod suum ad me nuntium mittat urgeatque polonici operis, quod jam perlectum[a] et castigatum mitto, aeditionem[1]. Adjunxi literas ad typographum[2], sed magis referet, dignitatem quoque tuam scribere et hoc opus illi velut homini fido, et catholicis dedito, commendare, ita, ut statim prelo subjiciatur, exeatque castigatum. Magni ille faciet[b] favorem hunc et studium, quod ex vestris literis intelliget: excusari interim potest, cur Dillingae liber excusus typis[c] non sit. Reliqua intelligit sapientia tua. Francfordiae liber tradi facile potest, ubi nunc adsunt Colonienses negotiatores[3].

Novo Caesari precanda puto ea, quae ad Imperii constitutionem foelicem spectant; praecipue vero zelum asserendae Religionis, qui nunc passim refrixit, fortasse ut quia non habemus Ambrosios, careamus etiam Theodosiis, justo Dei juditio[4]. Et vigilante interim adeoque saeviente Iuda, dormit adhuc Petrus[5] neque considerat, quam reddet rationem pro tot pereuntibus ovibus, quarum sanguis brevi a pastorum manibus requiretur[6].

Sara queri videtur de ancillis, quas superintroduxit Abraham[7]: dolet illa se indigne tractari ac negligi dum circa has[d] maritus occupatur, et fert adhuc indignius proba matrona, praeter ancillas adesse

---

[a] perfectum *D.* [b] faciat *A.* [c] *C om.:* typis. [d] hanc *A.*

---

[1] Confutationis „Prolegomenorum" Brentii; vide supra p. 202—203.

[2] Maternum Cholinum, typographum coloniensem; vide infra, monum. 204.

[3] Francofurti ad Moenum mercatus librorum eo tempore fiebat.

[4] Similiter Canisius 1. Aprilis 1546 Sebastiano de Heusenstamm, archiepiscopo moguntino (*Can.* Epp. I, 178), et 22. Martii 1558 Antonio Brus, episcopo vindobonensi, scripsit (vide infra p. 232).

[5] „Judam non videtis, quomodo non dormit, sed festinat tradere me Judaeis? Quid dormitis?" etc.: *Breviarium romanum,* Responsorium post lect. VIII. feriae V. in Coena Domini. Cf. Matth. 26, 36—49. Marc. 14, 32—45 etc. Similiter de vigilante Iuda et dormiente Petro (episcopis?) Canisius scripsit ad Lainium 23. Aprilis 1558.

[6] Ez. 3, 18; 33, 6 etc. Cf. ibidem 34, 8—10 et Hebr. 13, 17.

[7] Cf. Gen. 16, 5; 21, 9. 10.

pellices, quae huc illuc flectant mentem viri, quem nec sinant domi quiescere et curare familiam, et rem vel conservare, vel augere[1]. Saram intelligo Augustanam ecclesiam velut Abrahami nostri sponsam, quae multo rectius, ut sane mereretur, curari poterat, exclusis ancillis, praeposituris scilicet, ac rejectis pellicibus, id est, novis istis splendoribus, qui vel procul ob promissiones vel coram propter oblationes apparent, atque huc illuc mentem distrahunt, ab amplexu sponsae remorantes[a]. Vereor certe, ne sathan aliquando fallat his, quae ipse studio quasi nobis procurat, impedimentis ac tumultibus negotiorum. Non sat esse debet, si boni spetie quadam moveamur uti propter solvendum, aes alienum, ad fundanda pia quaedam, ad benemerendum de Catholicis etc.

Hi respectus ad scopum instituti nostri sincere sic referantur, ut salva sit nobis conscientia, ut non negligantur magis necessaria, ut non simul Christo et Saeculo inservire, temporalia plusquam[b] spiritualia curare videamur. Quid faciam inquit simplex ille Iob, cum venerit Dominus ad judicandum?[2] quid respondebo, cum rationem exiget totius villicationis?[3] Vicimus opinor, plerosque mundi carnisque laqueos, sed vincendum superest, et illud, quod cupiditas fallax et honor vanus ingerit, ut discamus et paucioribus esse contenti, et non admittamus onera quae gravent conscientiam, et meliora magisque necessaria impediant. Breve datur vitae hujus curriculum, in quo certare nos decet expedite, viriliter, et continenter. Non sedeamus duabus aut tribus sellis, ubi una sufficere potest, deponamus non augeamus sarcinas, quas (heu) graves satis in humeros sustulisse videmur. Angusta est via[4], non facile admittit tot sarcinis onustos, tot vinculis implicatos, tot curis depressos. Rogemus igitur sanctum patrem Udalricum, ut nobis consilio auxilioque esse

[a] rememoratae *E.* [b] plusqam *A.*

[1] Otto tunc iam erat cardinalis, „protector nationis germanicae" apud curiam romanam, episcopus augustanus, princeps imperii, comes consistorianus caesaris, praepositus ecclesiae cathedralis wirceburgensis, praepositus ecclesiae collegialis elvangensis, canonicus cantor ecclesiae cathedralis spirensis. Hoc autem tempore id egisse videtur, ut etiam praepositus ecclesiae cathedralis frisingensis crearetur; id quod etiam hoc anno 1558 obtinuit. Ex archiepiscopatu toletano per Carolum V. „pensio" annua 5000 aureorum ei obvenit. Utrum etiam decanatum ecclesiae cathedralis tridentinae, quem iam anno 1541 habebat, anno 1558 tenuerit necne, ignoro. De praepositura elvangensi diu (1552—1562) ei litigandum fuit cum Wolfgango Schutzbar, vulgo Milchling, ordinis teutonici magistro. „Protectionis germanicae" causa saepe Romae fuit (*Ign. Gropp* O. S. B., Collectio novissima scriptorum et rerum Wirceburgensium [Francofurti 1741] p. 701. *Fr. Xav. Remling,* Geschichte der Bischöfe zu Speyer II [Mainz 1854], 369. *Franc. Ant. Veith,* Bibliotheca Augustana IV [Augustae Vindelicae 1788], 97—98. *Plac. Braun,* Geschichte der Bischöfe von Augsburg III [Augsburg 1814], 362. *Car. Stengelius* O. S. B., Rerum Augustan. Vindel. Commentarius [Ingolstadii 1647] p. 301. *Duhr* l. c. p. 205—207).

[2] Iob 1, 1. 8; 31, 14. [3] Luc. 16, 2—4. [4] Cf. Matth. 7, 14.

dignetur, ad munus hoc, quod et ipse sustinuit congrue obeundum[1]. Certe author[a] et impulsor non erit, ut praeter sponsam, quam ipse unice complexus est, res sit cum ancillis et pellicibus et pedissequis aliis, quae tandem nobis dominantur[b], et servos mundi aliquando et diaboli ex dominis, ne dicam Episcopis faciunt. Tanti refert ridentem etiam saepe fortunam contempnere et funem abrumpere, quo male vincti periclitamur. Sed dabit dominus de his intellectum[2]: illi tantum ne claudamus aures et pectus, solliciti semper intelligere simul et sequi, quae sit voluntas Domini bona, beneplacens et perfecta[3]. Versemur in illius Ecclesia quantum[c] fieri potest a curis et studiis mundi prorsus alieni, detrahamus quotidie aliquid istis sive vanitatibus, sive voluptatibus, sive concupiscentiis nostris, ut ad veri pastoris normam magis magisque accedamus, sublatis primum iis quae nos a Deo et animarum salute avocant, saecularibus impedimentis[4].

Haec longius quam oportuit, ut rogem obsecremque patrem in Domino, ne sibi ipsi desit in negotio suae et aeternae salutis, cui semel omnia posthabenda, si quicquam sapimus.

Pergo hic contionari, nec laboris poenitet, cum videam, attentum et frequentem audire populum, qui certe non parum a fugitivis illis vitiatus est, det mihi dominus augeatque gratiam ad evangelizandum. Expectabo hic Caesaris adventum, qui fortasse sinet me redire ad tempus Ingolstadium, priusquam ad eligendum in Urbe praepositum proficiscar. Sed nihil adhuc certi de hac profectione.

Si nondum accessit istuc Reverendissimus et Illustrissimus Cardinalis Caraffa, tempestivum erit illi nostros cum venerit, eorumque necessitatem, ingentem commendare, ut coram quoque rogavi[5].

Dominus Iesus passionis et crucis suae fructum nobis uberem largiatur, ut in ipso vincamus mundum[6] ac sathanam, carnemque crucifigamus cum vitiis et concupiscentiis[7]. Ita rectius postea resurgemus in vitae novitate[8], et merito cantabimus, Alleluja.

Straubingae in monasterio Carmelitarum feriis S. Benedicti 1558.

Servus in Christo
Pet.[d] Canisius.

---

[a] ad hoc *A*. [b] dominatur *B*. [c] quam *BD*. [d] Peter *A*.

---

[1] Sanctus Udalricus episcopus, comes dilinganus, saeculo decimo dioecesim augustanam sanctissime rexit et eiusdem primarius est patronus.

[2] 2 Tim. 2, 7. [3] Rom. 12, 2.

[4] Castus quidem et sobrius erat Otto; sed suopte ingenio ad magnificentiam quandam et magnam liberalitatem ferebatur; aedificiis etiam struendis et musicis concentibus maxime delectabatur (*Duhr* l. c. p. 184—186).

[5] Necessitatem Sociorum romanorum et collegii germanici significat; cf. supra p. 208.

[6] Io. 16, 33. 1 Io. 5, 4. [7] Gal. 5, 24. [8] Rom. 6, 4.

Reverendissimo in Christo et illustriss. principi ac Domino, Cardinali et Episcopo Augustano, protectori Germaniae, et patrono clementissimo ad manus proprias.

Quid Canisius apud Ottonem ea harum litterarum parte, qua a beneficiis ecclesiasticis augendis eum gravissime dehortabatur, effecerit, haud facile est dictu. Otto praepositura wirceburgensi anno 1562, canonicatu spirensi anno 1568 se abdicavit; sed cum in magna difficultate nummaria esset, etiam postquam a Canisio monitus est, nova beneficia ecclesiastica admisit; ita a Pio IV. et Pio V. episcopatus suburbicarios, primum albanensem, dein sabinensem, denique praenestinum accepit (*Gropp* l. c. *Remling* l. c. *Duhr* l. c. p. 201—203. *Alph. Ciaconius* O. Pr. et *Aug. Oldoinus* S. J., Vitae et res gestae Pontificum Romanorum etc. III [Romae 1677], 695). Hoc certissime constat eum Canisii monitione nequaquam offensum esse et usque ad mortem Canisio familiarem amicum et Societati Iesu clementissimum patronum se praestitisse.

285.

CANISIUS

ANTONIO BRUS,

electo episcopo vindobonensi et magistro generali ordinis Cruciferorum cum rubea stella.

Straubinga 22. Martii 1558.

Ex autographo (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.); quod exstat Pragae in archivo archiepiscopali, Soc. Jesu Fasc. 3, n. 16 (Miscell.).

Epistula usus est *Riess* l. c. p. 244.

Episcopatum ei gratulatur. Multa paulatim, non subito corrigi. Haereticos doctores profligari cupit. Aliquem e catechismis suis et libellum de colloquio vormatiensi a se conscriptum mittit. De laboribus suis straubingensibus. Socios commendat.

†

Pax Christi IESV suauiss. nobiscum.

Reuerendissime in Christo Pater.

Debebam equidem iam antea, quod mei muneris erat, congratulando testari, cum alijs bonis omnibus, tum mihi quoque pergratam hanc Regis optimi electionem esse, quod Ecclesiae Viennensi tandiu desertae et afflictae pastor et praesul institueereris[1]. Benedictus Dominus, qui praeclaram hanc de Austriacis bene merendi occasionem contulit dignitati tuae: dabit idem princeps pastorum[2] gratiam, quae si aduigilamus, his pascendis regendisque ouibus oportuna sit.

---

[1] *Ferdinandus I.* Praga 18. Ianuarii 1558 Paulo IV. scripsit aut scribere voluit: Se „Anthonium [Brus] a Mugliz generalem magistrum cruciferorum cum rubea stella, qui hucusque xenodochio Pragensi non sine fructu praefuit et verbi Dei praeconem egit“, episcopum vindobonensem „praesentasse et nominasse“ et a pontifice petere, ut eum confirmaret (Ex harum litterarum *commentario, quod est Vindobonae in archivo aulae caesareae, Romana 1558. 6. 7). Cf. epistulam Canisii ad Brusium datam Roma 13. Iunii 1558.

[2] 1 Petr. 5, 4.

Oro tantum, ne primis illis quae fere incidunt, difficultatibus commoueamur: paulatim incommoda saepe uincuntur, quae subito corrigi uix aut raro possunt, immo etiam si nimium urgeas, deteriora fiunt. Aderit et Caesar cuius Jmperij auspicia DEVS OPT. Max. bene fortunet, eritque ni fallor, tanto magis Theodosius, quo certius uidebit sibi rem cum Ambrosio esse [1]. Tantum haereticos doctores vtinam profligare possemus, ne cum vnus aedificat, alius ex professo destruere uideatur [2]. Mitto libellum puerilem, sed vulgo ni fallor, hoc tempore commodum, et cui sapientia tua non difficulter addenda curabit quae ad sanam Catholicorum institutionem nunc sunt necessaria [3]. His libellis egemus non minus quam illis voluminibus prolixe tractantibus de Catholica Religione. Adiunxi Catholicum responsum quod opponi possit scripto aduersariorum de colloquio nuper dirempto [4]. Tuum de his iuditium liberum esto. Nunc Straubingae versor indignus Ecclesiastes, sic postulante Bauariae Duce, ut meam operam darem seducto misere populo, quem Deus colligat et restituat Ecclesiae suae. Intra sex dies hic Caesarem expectamus [5]. Nostri quaeso amplitudini tuae sint, maneantque in Domino commendati: ego prae ceteris debeo plurimum, et cupio certe gratum declarare pectus. Conseruet tuam pietatem in gloriam suam Dominus IESVS, qui nostros labores prosperet. Straubingae 22 Martij Anno 1558. Mox redibit huc tabellarius.

Reuerendissimae dign. tuae
Seruus in Domino
Petrus Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patri ac Domino .D. Antonio Episcopo Viennensi etc. Patrono suo digniss. Viennae.

Antonius episcopus Canisio rescripsit 30. Martii 1558.

---

[1] Cf. supra p. 228[4].

[2] Canisius maxime significare videtur Sebastianum Phauserum, Maximiliani regis contionatorem; cf. supra p. 194[1].

[3] Canisius aut „Summae" suae compendium illud latinum (catechismum suum minimum?) Brusio misit, quod Coloniae mense Aprili a. 1557 et mense Ianuario a. 1558 evulgatum est (vide infra, monum. 202), aut — id quod multo magis mihi probatur — unam e primis catechismi sui minimi editionibus germanicis; de quibus infra, monum. 199.

[4] Dubitari vix potest, quin Canisius libellum a se conscriptum „Vom Abschiedt des Colloquij zu Wormbs" significet; de quo infra, monum. 203.

[5] Rediturus is erat Francofurto. At 27. Martii Rotemburgi, 29. Norlingae, Kalendis tandem Aprilibus Ingolstadii fuit (*Stälin* l. c. p. 394).

286.

CANISIUS

SOCIIS VINDOBONENSIBUS.

Straubinga 25. [?] Martii 1558.

Ex „Collectaneis" supra p. 54 memoratis; quorum auctor huic summario sic praefatur: „Ex literis Straubingae datis 18 [?] Cal. April." Cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 140ᵃ.

„Scribit P. Prouincialem Carmelitanorum[1] *Viennam venire, qui sperat monasterij Viennensis bona suis fratribus in Collegio nostro instituendis et alendis applicare, Sed Reuerendus P. Canisius, nihil effecturum credit."*

Codex noster habet: „Ex literis . . . 18 Cal. April.", idque ita, ut numerus 1 valde parvus sit. Sed pridie eius diei, qui est ante diem XVII. Kalendas Apriles, sunt Idus Martiae; et „Collectaneorum" nostrorum auctor fere proxime ante hunc locum (uno tantum loco interposito) posuit sententiam excerptam „ex literis [Canisii] datis Straubingae prope Ratisbonam idibus Mart." [1558] (cf. supra p. 222). Fortasse igitur legendum est: „8 Cal. April."

De monasterio Beatae Mariae Virginis, ordinis Carmelitarum, vindobonensi, a. 1554 a Ferdinando I. Sociis vindobonensibus tradito, P. *Nicolaus Lanoius* S. J., qui a. 1552—1558 rector collegii vindobonensis et postea primus praepositus provincialis provinciae austriacae fuit, in *relatione, ex parte autographa, quam Vindobona Romam ad Societatis praepositum generalem (anno non ascripto) misit, haec scribit: „Dum [pater Provincialis Carmelitarum Germaniae superioris anno 1554] hic diuersaretur, aliquoties illum accessi ut intelligeret nostro consilio minime fierj si disponente rege e monasterio Dominicanorum contingeret nos in hoc sui ordinis Monasterium commigrare, quin immo nos egisse pro viribus ut sibj et ordini fieret satis et consensus haberetur si aliquando monasterium nostrae Societatj vniretur; alias nos nec velle nec posse nisi tanquam hospites in eodem habere mansionem. Js Reuerendus P. nobis congratulatus est et suo monasterio quod per nostram praesentiam sperabat in meliorem statum reductum irj. Secundo se non posse praestare conditiones a rege exactas confessus est[2]. eo quod ex viginti tribus aut quatuor monasterijs huius suae prouinciae germanicae superessent adhuc .15. in quibus vix ulli fratres essent residuj. Tertio ait se paratum obsequi mandato regis in cuius manu positum esset hoc monasterium a maioribus et ducibus Austriae erectum et donatum ad alios transferre ubi etiam de iure et non solum de facto visus est loqui, nam de alijs bonis quae ordo suus aliunde accepisset iudicabat aliam esse rationem" (Cod. „Aust. Fund. Coll. II" f. 182ᵇ).

„Supplicationem", inquit *Polancus* (Chronicon IV, 234. 250), „porrexerat Provincialis excelso Regimini vel Consilio Austriae, ut mobilia ex eo monasterio sibi auferre liceret, quandoquidem illa non a Ducibus Austriae provenissent, sed a piis hominibus donata fuissent"; nec tamen consiliarii id permiserunt; „nam ad cultum

---

[1] P. Leonardus Gamma (Gamman), quem a. 1553 Carmelitarum straubingensium priorem fuisse idque munus usque ad a. 1566 tenuisse ex eiusdem temporis *monumentis manu scriptis demonstrari potest, anno 1558 „provincialis et prior" vocatur. Intellego ex R. D. Dr. *Adalb. Ebner* (cf. supra p. 224[2]).

[2] Rex ab eo postulabat, ut „religiosos mitteret qui istud suum viennense monasterium occuparent et in eo, ut par est, officium diuinum peragerent": *Lanoius* in parte superiore eiusdem *relationis.

Dei in illo loco donata videbantur . . . Animadversum tamen est, quod, cum consensum a Provinciali Superioris Germaniae Rex postulasset, per errorem id accidisset; nam a Provinciali, quem vocant Generalem, is consensus postulari debuit; nihilominus Regis Consiliarii superfluum id sibi videri affirmabant, praesertim si compensatio aliqua ipsis esset offerenda; cum enim destitutum esset omnino monasterium a religiosis, ad Principem devolvi ejus collationem censebant, ad id saltem, ut aliis religiosis vacuum monasterium dari juberet. Nostri tamen ab ipso Generali vel Summo Pontifice consensum haberi securius arbitrabantur, et ita illud fieri curabant" (cf. supra p. 218).

Antiqua autem *„*Historia collegii viennensis*" haec habet: „Nulla" anno 1554 „accessit ordinis renunciatio, aut Summi Pont. dispensatio, siue confirmatio (quam tamen Rex post aliquot annos, cum nihil eorum quae petiuerat, a Prouinciali Carmelitarum praestari posse, remque omnem ex parte illorum deploratam esse cerneret, uiua uoce factam in literis fundationis testatus est) . . . Bona stabilia monasterij nulla recepta . . . Cum Prouincialis Carmelitarum 9 die Decembris [1558] huc uenisset, et bona huius Monasterij occupare, aut in vsum quatuor studiosorum sui Ordinis, quos hic in Studijs fouere uellet, conuertere conaretur, Caesarea Maiestas id fieri minime permisit, utque apud Collegium omnia illa bona, quemadmodum antea quoque statutum fuerat, deinceps manerent, omnino voluit" (Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn." f. 3[a]. 5[b]).

Haec confirmantur iis, quae anno 1567 *aliquis de Societate* * relationi de origine et progressu collegii vindobonensis conscriptae adnotavit, quae mense Maio anni 1567 Vindobona Romam missa est: „Cum temporis successu vellet ordo carmelitarum aliquot viennae monachos studere ex suis, rogabant vt ex fructibus seu censibus monasterij se se sustentare possent; quibus fuit responsum a Rege vel excelso regimine, iam diu fuisse illa bona ad reparationes et conseruationes Monasterij applicata iustis rationibus" (Cod. „Austr. Fund. III." f. 186[b]).

Die tandem 3. Februarii 1569 ipse Fr. *Ioannes Baptista Rubeus,* generalis Carmelitarum, urgente Maximiliano II. imperatore * litteris Romae in „Carmel ‚Sanctae Mariae Transpontinae" datis monasterium illud cum ecclesia et iuribus Societati permisit ea condicione, ut monasterium eiusdem saltem valoris Vindobonae attribueretur Carmelitis (Ex * archetypo. Cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 165. 166). Diploma tandem pontificium, quo „concessio" illa sive attributio a Ferdinando I. facta rata habebatur, Rudolpho II. caesare petente Romae 15. Martii 1581 a Gregorio XIII. datum est (*Synopsis* Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu I [Florentiae 1887], 119—120).

287.

ANTONIUS BRUS,

electus episcopus vindobonensis et magister generalis ordinis Cruciferorum cum rubea stella,

CANISIO.

Vindobona 30. Martii 1558.

Ex autographo (2°; pp. $2^1/_4$; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Scriptt. coll. Ing." f. 50 et sq. non sign. Epistula usus est *Riess* l. c. p. 244.

Se Lutheranis vindobonensibus odio esse. Gaudet, quod pro Christo contumeliam patiatur. Societatem sibi carissimam esse. Scalichium et alium quendam haeresum praeconem Vindobona esse pulsos. Vergerium ibidem libellos sparsisse. De colloquio vormatiensi. Optat Canisium Vindobonam et Pragam venire.

†

Salutem in Christo Jesu.

Non parua est foelicitatis portio, suauissime Canisi, in aduersis habere amicum, qui calamitatis ipse expertus, oppressos solari nouit

nec amici officium intermittit. Ita mihi literae tuae cum libellis missis fuerunt gratissimae, tum quod te nondum in Italiam abijsse, sed non procul a nobis adhuc morari, idque non sine fructu, significarent, tum quod me humanissime solarentur, expositum omnibus angustijs et grauissimis tentationibus vexatum, atque currenti in uinea Domini calcar adderent. Jam enim reipsa experior quanti laboris sit et periculi cum immanissimo Goliath conflictari, priusquam caput eius haereticum conteratur[1]. Videor mihi omnium odia et[a] maleuolentiam erga Jesuitas (.vt inimicorum uoculo utar[2]) in[b] me unum hic Viennae transportasse. Solus Episcopus hic lapis offensionis[3] est. et ut est nouus et Catholicus, ita magis omnibus in ore aduersariorum est. Nec tamen hoc de Catholicis dixerim, qui non tam mihi honorem, quam sibi gratulantur, quod tandem rebus pene desperatis pastorem acceperint: Sed ijs duntaxat, quibus Pharisaei petulans garrulitas sola suauis est. Superstitiosus sum, Papista Sycophanta et Seductor. Benedictus sit Deus quod dignus habear ego humilis et inutilis seruus[4] pro nomine et Ecclesia Dei Contumeliam pati[5], et qui author est vocationis meae ipse faueat incaepto operi et seruo suo pacientiam tribuat. Patres Societatis vestrae saepius mihi comendas, idem quoque facit frequenter Pater Victoria, Sed certo credas me eos sic amare et amplecti, vt alium neminem, Comperi enim me eorum orationibus liberatum a multis molestijs; itaque de fide et integritate mea erga te tuosque nihil quaeso, dubites. Fuerunt hic duo clamosissimi Sycophantae, qui repentina quadam metamorphosi ex pseudocatholicis in haereticos mutati non tam insanire quam furere incoeperant; praesertim praesente Paulo Vergerio Catholicomastige[6]. Paulus vnus erat, quem nouisti[7], alter nomine Ambrosius[8], quibus

[a] *Supra versum scriptum.* [b] in in *autogr.*

[1] Cf. 1 Reg. 17, 4—54.

[2] Vide, quae disseruimus in *Can.* Epp. I, 134[4].

[3] Is. 8, 14. Rom. 9, 32. 33 etc.

[4] Matth. 25, 30. Luc. 17, 10. [5] Act. 5, 41.

[6] Petrus Paulus Vergerius, qui ex episcopo catholico et nuntio apostolico capitalis ecclesiae catholicae hostis evaserat, Maximiliani regis invitatu sub initium mensis Martii 1558 per aliquot dies Vindobonae moratus erat (*Ed. Reimann*, Die religiöse Entwicklung Maximilians II. in den Jahren 1554—1564, in „Historische Zeitschrift" XV [München 1866], 20—22).

[7] Paulus Scalichius, theologiae doctor bononiensis et Ferdinandi regis capellanus aulicus (de quo vide *Can.* Epp. I, 471[1]), in universitate vindobonensi epistulam ad Ephesios datam e Lutheri sententia explicaverat, in publica disputatione lutheranam fere de iustificatione propugnaverat doctrinam, in summum pontificem, episcopos, monachos petulanter erat invectus. Quare a Ferdinando Vindobona abire iussus, Graecium et postea Tubingam profectus est (*Theod. Wiedemann*, Geschichte der Reformation und Gegenreformation im Lande unter der Enns II [Prag 1880], 83—86. *Aschbach* l. c. III, 269—271). Plura de eo vide infra, monum. 155.

[8] Significari videtur Ambrosius ille Ziegler, qui Maximiliano regi et Sebastiano

hinc discedentibus causa abitionis in solum Episcopum torquebatur, ut qui haec tam clara ueritatis lumina ferre nequeat. et apud Caesarem expulsionem eorum sollicitauerit. Quae licet vana sint, mihi tamen et Catholicis gratulor, quod eos Vienna cuiuscunque tandem instinctu vel suasu hoc factum sit, euomuerit. Discessit etiam Vergerius, non tamen prius quam grauioris mali hic fomitem relinqueret per sparsos a se libellos famosos [1]. Ruptum esse et solutum colloquium — —[a] inuitus audiui, sed hoc futurum sub initium statim uerebar; nec unquam induci potui, ut crederem nostrorum culpa esse factam solutionem. Ista dissensio haereticorum spem nobis facit, ut cum se inuicem proprio gladio iugulauerint, tandem credamus eos ad sanam mentem redituros. Quod faxit Pater omnis misericordiae [2], nos enim qui sumus in Ecclesia pie et deuote animis eorum consultum uolumus. Da quaeso operam, mi Canisi, ut aliquando nobis incolumis restituaris; quod non tantum mea causa peto, quod te uidere desiderem uehementer. Sed quod sciam te prae caeteris multum apud[b] quosuis ualere; et Ecclesiae posse prodesse et Pragae et Viennae. quas Ciuitates in religione multum inter se discriminis habere inuenio. Vt tamen aperte dicam. Scio tuos Pragae in maiori aestimatione haberi, et magis ibi cum fructu manere et aedificatione quam hic. Cura vt quam rectissime valeas. et pro me ora. quod si feceris mutuum te facere credas. Ex domo Episcopali Viennae 30 Martij Anno 1558.

Antonius El. [3] Viennensis.

† Reuerendo et Excellentiss: Patri Petro Canisio Theologiae Doctori etc. Domino et amico colendo. Straubing.[c]

---

[a] *Sequitur vocabulum obscure scriptum.*
[b] *Sequitur:* quosdam, *oblitteratum.*
[c] *Vocabulum germanicis litteris a Brusio scriptum.*

Phausero bene notus erat et minister lutheranus factus est. Is mense Iulio a. 1558 in tractu anisio (Land ob der Enns) apud Georgium de Perckheim morabatur et falso dicebatur Ferdinandi I. iussu in vincula traditus esse. Exstant litterae Maximiliani regis et Christophori ducis wurtembergensis, in quibus haec referuntur, apud *Io. Frid. le Bret*, Magazin zum Gebrauch der Staaten- und Kirchengeschichte etc. IX (Ulm 1785), 125—127. 135—137.

[1] Vergerius iam plus quam 120 opuscula composuerat, e quibus pleraque ad catholicorum et imprimis summi pontificis infamiam editi erant (*Friedr. Hubert,* Vergerios publizistische Thätigkeit [Göttingen 1893] p. 261—308).

[2] Cf. 2 Cor. 1, 3.

[3] Id est: electus (nondum „confirmatus") episcopus.

288.

FERDINANDUS I.,

electus imperator,

CANISIO.

Ingolstadio 1. Aprilis 1558.

Ex apographo eiusdem temporis (2°; $1^1/_5$ pp.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 82.

Rogatu Alberti ducis Canisio permittit et mandat, ut usque ad Pentecosten Straubingae contionetur.

Ferdinand etc. [1]

Wir geben dir hiemit genedigclich zuuernemen, Das vnns der Hochgeborn Albrecht, Phaltzgraf bej Rein, Hertzog in Obern vnnd Nidern Bairn, vnnser lieber Sun vetter vnnd Furst, freuntlich vnnd gehorsamlich furgebracht, wie du in seiner Lieb Stat Straubing zu erpauung vnnd erhalltung der heilligen Christlichen gemain vnnd Khirchen, mit deinem Predigen vil guets schaffen khundest, vnnd vnns darauf Sönlich vnnd gehorsamlich angesuecht vnnd gebetten, Das wir dir genedigclich erlauben wollten, damit du die eingennde heylig Zeit, vnnd bissauf negstkhomennde Pfingsten [2], daselbs zu Straubing verharren, vnnd Predigen möchtest, Darauf haben wir seiner lieb solches freuntlich vnnd gnedigclich bewilligt, vnnd ist vnnser gnediger Beuelch an dich, das du allso die bemellt zeit daselbst zu Straubing verharrest, vnnd mit deiner Predig furfarest, mittler weill wirde sich sein Lieb, in annder weg, mit ainem anndern Predicannten versehen, Daran thuest du vnns ain gnedigs gefallen, vnnd vnnsern gnedigen willen vnnd mainnung. Datum Inngolstat den ersten Aprillis Anno 5[8.]

Ferdinandus etc. [1]

Hisce litteris clementer te certiorem facimus dominum Albertum, palatinum Rheni ac superioris et inferioris Bavariae ducem, dilectum nobis filium, affinem, principem, amice et devote ad nos rettulisse te in urbe straubingensi caritati suae subiecta sancto conventui ecclesiaeque christianae salubriter monendae et conservandae per contiones tuas egregiam operam navare posse, ideoque eundem pie et devote petisse ac rogasse, ut te per sacrum tempus, quod nunc incohatur, atque usque ad proximum festum Pentecostes [2] in urbe illa straubingensi manere ac contionari clementer concederemus. Quod cum caritati suae amice et clementer concesserimus, tibi clementer mandamus, ut per illud tempus Straubingae permaneas et contionari pergas. Interea caritas sua alia ratione sibi consulet, alium sibi comparans contionatorem. Hac re valde nobis gratificaberis et clementi voluntati ac menti nostrae obsequeris. Datum Ingolstadio Kalendis Aprilibus anno 5[8.]

---

[1] In archetypo scriptum esse videtur: „Ferdinand von Gottes genaden Erwölltter Remischer Khayser zue allen Zeitten Merer des Reichs" (Ferdinandus Dei gratia electus imperator romanus, semper augustus). Vide infra, post epistulam 4. Aprilis 1558 datam.

[2] Festum Pentecostes eo anno futurum erat 29. Maii.

Nota: Apographi nostri parti extremae adnotatum est eadem manu: „An Doctorem Conisium", et alia manu antiqua: „A 1558". Atque hoc anno has litteras datas esse ex ipsis etiam rebus clare patet.

Huius epistulae argumentum dederunt litterae, quas Wolfgangus Viepeckh, cancellarius straubingensis, illius „regiminis" sive praefecturae mandatu Landishuto 31. Martii 1558 per nuntium volucrem ad Albertum V. misit: Canisium, si diutius Straubingae moraretur, maxima commoda ei urbi allaturum esse. At ipsum dixisse se in caesaris potestate esse ac collegia sua visitare debere et ante finem Maii in Italia adesse iuberi. Rogant itaque ducem officiales, ut apud Ferdinandum id efficiat, ut Canisius saltem usque ad Pentecosten Straubingae maneat. Epistula cancellarii integra ponetur infra, monum. 148.

Canisius Ferdinando rescripsit 4. Aprilis 1558.

289.

CANISIUS
FERDINANDO I.,
electo imperatori.

Straubinga 4. Aprilis 1558.

Ex apographo (2°; $1^1/_2$ pp.), Lentiae (Linz) in cancellaria Ferdinandi I. scripto et ab eodem 8. Aprilis 1558 Monachium ad Albertum V. misso (vide infra, quae post epistulam ipsam ponentur); in p. 4. a librario scriptum est: „Exemplum literarum Petri Canisij ad sacr: Caesaream Maiestatem datarum." Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 89. 90.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 43.

Ferdinando de imperio gratulatur, Sociorum preces sacras promittit, religionis studium commendat. Se Straubingae quidem mansurum, rogare tamen vehementer, ut mense Maio Romae electioni praepositi generalis interesse possit.

Pax aeterni Regis suauiss: nobiscum

Jnprimis pro me et fratribus in Christo meis, gratias, quas possum maximas ago Deo Opt: Max: simulque ex animo gratulor Sac: Caesareae Maiestati V. quam aeterna bonitas summum et semper Augustum nobis dedit Jmperatorem. Pro quo nos quot quot in hac minima Jhesu societate uersamur, ut coepimus, ita pergemus, offitij ergo vota facere, preces et missas offerre illi, qui solus et hoc sac: Ro: Jmperium condidit et conditum gubernat illustratque. Is ipse summae charitatis suae donis noui Jmperij huius auspicia consecrare, et Sacram Caesaream Maiestatem V. nouo ardentique zelo tuendae religionis, cuius prima semper cura esse debet, instruere atque cohonestare dignetur. Amen.

Faciam quod iubet S. Maiestas V. ut voluntati opt: Principis Alberti et Reipublicae huius necessitati me totum accommodem, neque ab hoc contionandi munere ante Pentecosten discedam Dei fauente gratia. Tantum hoc unum addam reuerenter, nostros in Jtalia lapidem mouere omnem, ut noui Praepositi nostri electio tandem peragatur, et si fieri ulla ratione possit ante Pentecosten Romae inchoetur. Qua

de re certi aliquid expecto quotidie, et iussus sum me ad iter accingere, ut acceptis literis post pascha statim ingrediar profectionem salua quidem authoritate Sac: Caesareae Maiestatis V. Quam idcirco precor enixe, vt non grauatim sinat, si uocabor, in Jtaliam, me facere satis sanctae obedientiae, et hanc operam dare huic societati nostrae, quae certe absque capite bene habere, et recte gubernari, alijsque in christo prodesse non potest. Vellem igitur Jllustrissimus Princeps Albertus intelligat, me hac lege Straubingae ad Pentecostem commoraturum, nisi Romanis literis iterum urgear, ut una cum patribus aliarum nationum qui breui adfuturi Romae existimantur, dictae Praepositi electioni in Maio[a] proximo intersim. Nec erit mihi gratius quicquam aut etiam optabilius, quam ut Sac: Maiestas V. dignetur super ea re constituere, et si, vt spero, tantillum societati nostrae concedet, literis etiam admoneat Principem Albertum, cui alioquin ego lubens, vt debeo, gratificarer. Dominus Jhesus uirtutem sacrosanctae mortis suae nostris imprimat animis, vt peccatis mortui iustitiae viuamus[1], et cum ipso laeti foelicesque resurgamus. Straubingae postridie Palmarum 1558.

S. Caesareae Maiestatis V.

Seruus in Domino
Petrus Canisius.

Ferdinandus Lentia apographum huius epistulae Monachium ad Albertum V. misit cum *epistula 8. Aprilis 1558 ad eundem data, in qua scribit: „Was vnnss der Ersamb vnnd vnser lieber andachtiger Petrus Canisius der Heilligen Schrifft Doctor, auff Iüngisten vnnsern an Ine ausganngnen beuelch auff das Er noch ein Zeit, vnnd nemblichen bis auff nechstkhummende Pfingsten in deiner lieb Statt Straubingen verharren, vnnd mit der Predicatur fürfaren solle, für Anndtwort vnnd enntschuldigung In schrifft zuekhumen hatt lassen. Das würdet dein lieb ab Nebenligender Abschrifft, seines an vnnss ausgangnen schreibens zuuernemen haben" (Ex archetypo [2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et sig.]; Ferdinandus sua manu subscripsit; inscriptioni manu eiusdem temporis adnotatum est: „geantwurt zue Munchen den 18 tag Aprilis. Anno 1558"; exstat in cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 88. Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 42[a]).

Ferdinandus brevi post accepturus erat litteras, quibus *Lainius*, Societatis vicarius generalis, Roma 19. Martii 1558 ei scribebat: Proximo tempore Societatis congregationem generalem habitum iri, in qua et praepositus generalis eligeretur et alia negotia tractarentur. Ideo nomine totius Societatis „supplico", inquit, „humilmente à V. Majestad sea seruida de dar licencia al D. Canisio con otros dos profesos, que seran eligidos en esa prouincia por nuestra Compañía, para que se hallen, asi en la election, como en los otros negocios comunes; de los quales una parte sera para en seruicio de esos estados de V. Majestad y otros de Alemañia en las cosas, que segun nuestra profession, y flacas fuerças podremos emplearnos à gloria diuina y aiuda dela religion catholica. y porque menos falta haga su ausencia, se ymbian algunos otros; y entre ellos el Doctor Theodorico Canisio hermano del Prouincial nuestro, persona de muy buenas letras y raro exemplo de uida. En lo demas en

[a] *Praecedit:* maio, *oblitteratum.*

[1] 1 Petr. 2, 24.

esta casa y en el collegio de Roma cada dia se dizen Missas particulares, y muchas oraciones por la persona, y casa, y estados de V. Majestad" (Ex *epistula archetypa [2° min.; $1^1/_2$ pp.], ab ipso Lainio subscripta, quae est Vindobonae in archivo aulae caesareae, Romana, 1558, 20. 21).

290.

CANISIUS
SOCIIS VINDOBONENSIBUS.

Straubinga 4. Aprilis 1558.

Ex „Collectaneis" supra p. 54 memoratis, quorum auctor huic „regesto" praefatur: „Ex literis Straubingae datis pridie nonas April." Cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 140ᵃ.

„Scribit Reuerendus P. Canisius, Reuerendissimum D. Labacensem misere collapsum, et occulte laesum corruisse mortuum: Jngolstadij sepultum 1° vel 2° Aprilis 1558."

Urbanus Textor episcopus labacensis initio anni 1558 Donawerdae in monasterio benedictino S. Crucis, cum mane e conclavi descendere vellet, per scalas glacie adopertas vestigio fallente lapsus obiit. Catholici dicebant scalas illas noctu ab adversariis aqua perfusas esse; e protestantibus aliqui asserebant diabolum episcopo cervicem fregisse (*Wiedemann* l. c. I, 101).

291.

CANISIUS
ALBERTO V.,

Bavariae duci.

Ingolstadio 21. Aprilis 1558.

Ex autographo (2°; pp. 3; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 107. 108.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 46—47.

Maiorem partem, multis tamen verbis omissis vel mutatis, typis exscripsit *Python* l. c. p. 146—148. 152. Ex eo particulam germanice versam posuit *Janssen* l. c. IV, 408. Epistula usi sunt *Agricola* l. c. I, Dec. 2, n. 81 et *Riess* l. c. p. 246—247.

Sibi Straubinga discedendum fuisse, quod Romam ad Societatis congregationem generalem evocaretur. Societati nullam nationem magis curae esse debere quam germanicam. Carmelitas humanos sibi hospites fuisse. Se nolle quicquam mercedis accipere. Curandum, ut Straubingae probus quidam sacerdos parochi vices obeat et suspectus ab eo munere arceatur. Severe interdicendum, ne quid novi in religione fiat, et pravos doctores librosque impios arcendos esse. Duci operam suam offert, si quid Romae curari velit.

†

Pax IESV CHRISTi suauiss. nobiscum.

Jllustrissime Princeps et Clementiss. Domine.

Fui hactenus Straubingae, quemadmodum Cels. tua postulauit, atque vtinam in hoc munere euangelizandi, quod scio illic Dei gratia

infrugiferum non fuisse, diutius versari mihi liceret: efficerem sane, vt neque sanctis tanti Patroni votis, neque S. Caes. Maiestatis literis, neque multorum piae de me expectationi deesse ulla ex parte viderer. Nunc superiorum authoritate, cui refragari minime tutum et a nobis alienum est, cogor discedere et in Vrbem vocor, vt Patrum nostrorum qui Praepositum eligent conuentus generalis, et multis quidem magnisque de rebus, breui celebretur. A quo conuentu me nolunt abesse, quod uisum sit de Germania quoque tractare et conferre sententias, si ullis forte rationibus illa sanari, et sibi, Christo Ecclesiaeque restitui incolumis possit. Nec est sub caelo in terris natio, prouincia nulla est, quae nobis maiori curae esse debeat, melioremque exercendae patientiae ac virtutis segetem praebeat, quam haec ipsa Germanica, ut in qua refrixit adeo charitas[1], et fides omni perfidia mutata est, et pseudoeuangelica iniquitas abundauit[2]. Quare cum non solum ob Praepositi nostri electionem, sed etiam propter[a] communes grauesque Ecclesiae causas iudicandas indictus sit ille quem dixi, Romae conuentus, eoque me serio nostri uocent, nihil equidem dubito, quin hic meus e Straubinga discessus sit apud bonos omnes veniam impetraturus.

Rogo autem Jllustrissimam Cel. tuam, ut suis literis ad Straubingenses datis hanc meam excuset absentiam, utpote necessariam, et cuius rationem dedi Caesareae Maiestati[3]. Deinde quoniam communis mihi uictus fuit cum Priore Carmelitarum[4], quem certe humanum hospitem expertus sum, dignabitur spero clementia tua, quicquid pro me famuloque exoluendum est, eidem Priori rependere, ut ego his qualibuscunque debitis liberer[5]. Studui certe pro mea virili prodesse ut debui: si quid profeci ut sapientes iudicabunt, gaudeo et Christo, et Ecclesiae, et Principi meos comprobari labores, sed nullum ego praemium praeterquam ab immortali Deo uel expectabo, uel accipiam: rogo tantum in bonam id partem accipi, quod a me bono quidem animo factum est, et diutius fieret, nisi reuocarer obedientia sancta, in qua uiuens moriens conquiesco[6].

Vt pauca subiungam de toto illius Reip. statu, quantum ego quidem iudicare possum, illud in primis operae pretium erit, decretum quoddam Cels. tuae proponi Straubingensibus, ut quamdiu pastor

---

[a] propter *supra versum scriptum est.*

---

[1] Matth. 24, 12. [2] Ibidem. [3] Vide supra p. 238—239.

[4] Leonardo Gamma, vide supra p. 233[1].

[5] Dux id praestitit; vide infra, monum. 151. Hodie quoque ordo Carmelitarum calceatorum sedem habet in eo monasterio; cuius historiam vide in „*Kalender* für katholische Christen auf das Jahr 1849“ (Sulzbach 1849) p. 67—74.

[6] Albertus dux sub hoc tempus quaestori suo straubingensi scripsit: Se certiorem factum esse Canisium diligenter et bono cum fructu contionari; ideo ei, cum Straubinga discessurus esset, suo nomine 50 aureos pretii loco dandos esse. Epistulam ipsam v. infra, monum. 150.

desideratur, uices pastoris simul et contionatoris maneant penes Dominum Hieronymum[1] senem illum, sed vegetum, doctum et probatum in ea ciuitate presbyterum, qui sinceram Catholicamque doctrinam facile tueri, et post me confirmare possit. Js nisi mature mihi in docendo succedat, magnum est periculum a Georgio[2] quodam iuniore sacellano et indocto uiro, cui nimium fauent seditiosi, et qui iam ante apud bonos multis nominibus coepit audire non bene. Hic igitur facile prouideri potest, ne is quem dixi, Cathedram vendicet sibi, ac pro tritico zizania seminet[3], si modo idoneus alter quem nominaui, ad tempus subrogetur contionator ac uicepastor.

Quod ad uulgus hominum Straubingae spectat, egent illi fido et perito medico, cum toxicum sumpserint a lupis et fugitiuis illis qui exiuerunt a nobis, quia non erant ex nobis, ut Joannes inquit[4]. Sed sanabiles tamen erunt, atque huiusmodi errantes oues[5] reduci facile possunt, si ostium praecludamus impijs doctoribus, ne Cathedram pestilentiae[6] teneant: tum si seuerae uigeant leges, quae seditiosos ciues a studijs innouandae Religionis deterreant auocentque. Tertium accedit, quo sine priora nihil iuuerint, obseruatio calcographiae, fontis horum in Religione dissidiorum, qui si pergat impune nobis fundere ut hactenus, corruptelam et impietatem omnem, certe nullus aut modus, aut finis erit sectarum; noua semper factiosorum studia longe lateque serpent instar cancri, et veteris Ecclesiae instituta quamuis sacrosancta pro cuiusque libidine abrogabuntur. Quare nihil magis optarim, quam ut exequutioni demandetur, quod nuper edicto Cels. tuae propositum fuit, ut nouorum librorum ubique in Bauaria delectus adhibeatur, nihilque aut inuehi, aut exponi publice permittatur, quod uulgo pestilens et a pietate alienum uideri possit[7]. Sed hic dormiunt, ut alibi fere, ordinarij legum exequutores: non dormit autem cum sua cohorte Judas[8], cui plus est in malo impudentiae, quam bonis in bona causa confidentiae: ut uerum sit quod Veritas ipsa testatur, filios huius seculi in sua quidem generatione prudentiores esse filijs lucis[9]. Sed est interim uel de inuitis bene merendum, ut quanta ui maxima possumus, a praecipitio retrahamus insanos, qui et se, et suos medicos perditum iri uolunt: aduersus hos quaeso tueamur fines et conseruemus ter-

---

[1] Prosoydt; v. supra p. 224[2]. [2] Prunner; v. supra p. 224[3].
[3] Cf. Matth. 13, 24—30. 36—43. [4] 1 Io. 2, 19.
[5] 1 Petr. 2, 25. [6] Ps. 1, 1.
[7] Albertus contra bibliopolas aliosque, qui libros pravos spargerent, 20. Ianuarii 1558 severam legem tulerat; quam proponit *Knöpfler* l. c. p. 169—170. Die 23. Maii 1559 ea lex repetita est. Fortasse iam eo tempore Straubingae morabatur Ioannes ille Burger, typographus lutheranus, quem ab exeunte anno 1558 usque ad annum 1565 Straubingae degisse certum est. De eo disseruit clar. Dr. *Adalbertus Ebner* in „Sammelblätter zur Geschichte der Stadt Straubing" Nr. 115 (Straubing 1884), p. 457—458. 462—471.
[8] Cf. Matth. 26, 36—50. Marc. 14, 32—45 etc. [9] Luc. 16, 8.

minos quos posuerunt patres nostri[1], neque spectemus quid mundus delirans in hac extrema senecta conetur, sed quid Deo aeterno patri, et Ecclesiae sanctae matri, et toti demum terrarum orbi coram tribunali CHRISTi comprobaturi simus.

Quae si a me fusius quam Cels. tua postulat, explicata sunt, peto veniam huius non impiae garrulitatis, et rogo, vt mature scribatur Straubingensibus, quemadmodum supra dixi. Quod si ex Vrbe reuersus potero aliquid, in Deo certe pij nihil non posse sibi uidentur[2], non amittam occasionem qualemcunque reperiam, Optimo Principi et clementiss. Moecenati nostro gratificandi. Tum si quid a me Cels. tua Romae effici volet, praesertim quod ad Collegium Monachij constituendum spectat, non recuso laborem. Dominus JESVS Catholicum Cels. tuae pectus nobis et Ecclesiae diu saluum seruet, ac summis bonis augeat. Jngolstadij 21. Aprilis. 1558.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Jllustrissimo Principi, D. ALBERTO Bauariae Duci, et Moecenati s.

Inscriptioni huius epistulae alia manu antiqua adnotatum est: „22. Iulij Anno 1558“ [recepta]. Cf. infra p. 247.

292.

CANISIUS

HENRICO SCHWEICKER,

secretario ducis Bavariae.

Ingolstadio 22. Aprilis 1558.

Ex autographo (2°; 2½ pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359 I.“ f. 101—102.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606“ f. 35ᵃ—36ᵇ.

Particulam posuit *Python* l. c. p. 138—139. Epistula usus est *Riess* l. c. p. 246—247.

Cur Straubinga discesserit neque eo redire possit. Se haud frustra ibidem laborasse. Quae a duce ad Straubingenses cito scribi cupiat. Uxorem Schweickeri, „matrem“ suam, sacrarum quarundam reliquiarum custodem constituit. Cultum reliquiarum defendit. Quomodo reliquias illas ornari velit. Ingolstadii duos libros a Sociis parari; num duci dedicandi sint. De collegio monacensi.

†

Pax Christi IESV suauiss. nobiscum.

Magnifice Domine Secretarie.

Redij Jngolstadium e Straubinga, cum diebus 14 abesse liceret a munere contionandi. Nam ad proximam dominicam[3] in arce celebrant D. Georgium, nec auditur ulla tum contio nisi Prioris Carmelitarum

[1] Prov. 22, 28. [2] Cf. Phil. 4, 13. [3] 24. Aprilis.

in arcis sacello[1]. Cum autem huc redijssem, mittit ad me Reuerendissimus Cardinalis Augustanus literas Romanas, quibus in Vrbem vocor et adesse Romae iubeor ante finem mensis Maij ob Praepositi nostri electionem, et ad alia multa quae magni momenti sunt, rite constituenda[2]. Jgitur doleo a me praestari non posse quod Jllustrissimus Princeps iure a me suo postulauit et Caesar comprobauit, vt ante Penthecosten e Straubinga non abirem. Et eo quidem haesissem libentius, quod populum mihi beneuolum utcumque senserim, et ingens auditorium uiderim, et non parum fructus illic Deo adiuuante multi cognouerint atque praedicare non cessent. CHRISTO sit omnis honos, qui uirtutem etiam peccatori saepe tribuit euangelizanti[3].

Cum autem ut dixi, abstrahat me authoritas superiorum, scribo ad Jllustriss. Ducem, ut meam absentiam boni consulat, et rationes ostendo, quibus illi Reip. in causa Religionis consuli facile possit, praesertim si ad tempus assumatur Vicepastor et contionatoris loco sit[a] Dominus Hieronymus, cui etiam in hac parte fauet ac suffragatur Vicedominus uere Catholicus ille senex[b] [4]. Praeterea rogo clementiss. Principem, ut literis statim datis Straubingam, meam excuset absentiam, tum vt sumptus pro me famuloque meo in Carmelitarum monasterio curet exolui seu redimi, abunde mihi sat esse, si debita soluantur Priori, ut qui se humanum certe hospitem praebuit. Nunc in tua potestate situm arbitror amiciss. vir, vt uideamus[c] ea quae petij, scripta cito confici, et confecta huc mitti, vt mox cum tabellario proprio Straubingam ea ipsa destinemus, et inde famulum vna cum aliqua supellectilis parte huc redire curemus. Quare ad scandalum infirmis tollendum et ne quisquam inique de hoc abitu suspicetur, oro uehementer vt humanitas tua quamprimum fieri potest, expediendas literas curet, easque in hoc nostrum mittat collegium, ut nostra deinde cura Straubingae tradantur, praecipue autem, ut hac ratione cathedram Catholicus in tempore occupet, dictus scilicet D. Hieronymus. Si me amas, negotium hoc expediendi quaeso matures.

---

[a] *Vocabulum supra versum scriptum.*

[b] *Sequitur:* Straubingae, *oblitteratum.*

[c] *Verba* vt uideamus *a Canisio in margine addita sunt.*

---

[1] Huius sacelli, quod S. Sigismundo sacrum erat et etiam altare S. Georgii habebat, curam duces ordini carmelitano tradiderant (*Sieghart* l. c. I, 183—184; II, 86—88).

[2] Similes litteras Canisius etiam antea iam acceperat; vide supra p. 226. 239.

[3] Cf. Ps. 67, 12.

[4] Ex huius temporis *monumentis, ut a R. D. *Adalb. Ebner* scripto accepi, intellegitur Burchardum a Schellenberg in Höfingen 5. Decembris 1538 vicedominum straubingensem fuisse idque officium, si non diutius, certe usque ad 9. Septembris 1559 tenuisse.

Nunc ad Reliquias sacras, qui meus thezaurus est auro charior:[1] huius thezauri custodem facio coniugem tuam chariss. et eam rogo, ut reuerenter seruet et diligenter ornanda curet sancta sanctorum ossa et reuictura gloriose pignora, in quibus Dei spiritus potenter et admirabiliter habitauit[2]. Rideant Vigilantiani[3] hanc pietatem, quam Christiani semper in colligendis, ornandis, exosculandis et uenerandis sacris Reliquijs ostenderunt. Magis ridendi sunt Diuorum osores et sacrorum omnium irrisores insani, qui uel nolunt prae malicia, uel ex coecitate non possunt Dei uirtutem sapientiam et gratiam in sanctis eorumque Reliquijs contemplari. Sed ad rem ipsam. Doctor Babtista [*sic*][4] promisit mittere quod ad capsam Reliquiarum harum ornandam faciat: promisit et vxor D. Doct. Seldij[5] aliquid. sed scio multa requiri praeterea, nec decet uos nimium grauari his sumptibus ne Judae fratres acclament, Vt quid perditio haec?[6] Sed laudem habet suam et immortalem illam Magdalena, quae nouit multa esse benefactorum genera Deo grata, neque omnia concludi uno opere misericordiae quod pauperibus exhibetur[7].

Ego tantum uos esse mihi fideiussores uelim, ad tempus habete patientiam in me, reddam[8] quicquid uolueritis etsi mendicato sit opus. Quanquam quod facitis, non tam mihi quaeso factum[a] putetis, quam sanctis ipsis et horum[b] creatori, qui uti Dauid inquit, [cu]stodit omnia ossa eorum, unum ex eis non conteretur[9], puta sine singulari Dei uoluntate atque prouidentia. De capsa lignea fabricanda hic egeram cum fabro, sed nihil effecit, indignus forte, qui suas daret operas tabulae sacris vsibus destinatae. Jgitur et hanc sollicitudinis partem prudentiae uestrae relinquam: est enim matris pro filijs gerere curam, non contra filiorum maternum sibi munus usurpare[10]. Mitto tamen idaeam aliquam ac formam quae hic concepta est: in minore charta plus est gratiae, hoc ergo sequamur exemplar, adscriptis etiam sententijs et literis, ut inserui. Seruiet tamen

[a] *Verba:* quaeso factum *a Canisio in margine ascripta sunt.*
[b] *A Canisio correctum ex:* eorum.

---

[1] Reliquias significat sanctorum Sixti et Polycarpi atque aliorum, quas a clero argentoratensi acceperat; cf. supra p. 190. 225.

[2] „Membra vestra templum sunt Spiritus sancti": 1 Cor. 6, 19.

[3] Notum est Vigilantium, sacerdotem barcinonensem, initio saeculi quinti, praeter alia instituta christiana, cultum Sanctorum et sacrarum reliquiarum vehementer impugnasse et a S. Hieronymo acriter refutatum esse.

[4] Ioannes Baptista Weber significari videtur; qui primum iuris professor in universitate ingolstadiensi, dein cancellarius landishutanus et Ferdinandi I. et Maximiliani II. consiliarius, tandem imperii vicecancellarius fuit. De quo *Mederer* l. c. I, 245.

[5] Christophorus Seldius Monachii Alberto duci a consiliis erat.

[6] Matth. 26, 8. [7] Cf. Io. 12, 1—8. Matth. 26, 6—13. Marc. 14, 3—9.

[8] Matth. 18, 26. 29. [9] Ps. 33, 21.

[10] Cf. Rom. 16, 13. Canisius uxorem Schweickeri „velut matrem" colebat; vide supra p. 225.

et maior figura in hoc, ut tabulae longitudinem ostendat, sed formam ipsam ut dixi, ex breuiore charta mutuemur. Latitudo tabulae sit maior quam in hac grandi charta, ita ut quattuor tantum digitis[a] iuxta se positis semel fiat latior amplior que. Jgitur habes formam, longitudinem et latitudinem: de profunditate sic sentio[b], sat esse si paulo sit profundior quam[c] ad dimidium pedem[d], possunt addi fenestrae quae claudant anteriora[e] quod ad superiorem partem attinet. nihil autem refert, quo ordine Reliquiae istae collocentur. spero omnes ea capacitate quam dixi, posse concludi. Moniales illae sua prudentia norint omnia digerere[1]. ni fallor noua opus est Scriptione nominum, quorum Reliquiae hic inserentur.

Vides molestum interpellatorem, qui tantum negotij occupato audet imponere, quasi non sit quod cures in aula, domi foris. Sed rogo concedas hoc mihi. Reuerendissimum D. Cardinalem[2] facile permouero, ut pro tabula soluat artifici atque pictori quicquid uolueritis. Virgines autem nihil facile conficient, nisi parata iam capsa, nisi quod conquirent forte quibus opus est ad ornatum, et interea renouabunt chartas quibus nomina sanctorum inscribenda. Sed nolo nimium sollicitus esse. matri curae sumus et erimus semper, illa sui memoriam huic collegio immortalem reliquerit hac pia cura.

Est opus hic prae manibus vnum atque alterum quod puto magna cum laude nec minore fructu edi posse, ut in psalterium et de Rebus gestis noui orbis apud Indos[3]. Vide quaeso, an Jllustrissimo Principi dedicari alterum uel utrumque non possit a nostris qui vtrumque condiderunt.

Matri chariss. id est uxori librum munusculi loco misi: non contempnet spero donum filij.

De Collegio Monachiensi quid effectum sit cum Reuerendissimo Cardinale Caraffa[4], nescio. si quid Romae prodesse possum, meam polliceor operam in literis ad Principem, cui me quaeso commendes. Jnserui quae[dam] de Religione, sed Catholicum Moecenatem non offendent quantum auguror.

[a] *Quattuor verba sequentia a Canisio in margine addita sunt.*
[b] *Sequuntur verba:* quattuor aut q, *a Canisio oblitterata.*
[c] *Sequitur:* est, *a Canisio oblitteratum.*
[d] *Sequuntur verba:* sat esse, *a Canisio oblitterata.*
[e] *Quinque verba sequentia a Canisio in margine addita sunt.*

[1] Monachii tunc monasterium ordinis S. Clarae („S. Jacob am Anger") et duae domus sororum tertii ordinis S. Francisci („Regelhaus S. Christophori", „Ridler Regelhaus auf der Stiegen") exstabant (*E. Geiss,* Pfarr- und Ordensvorstände [cf. supra p. 219[1]] p. 13—15. 30—32).

[2] Augustanum.

[3] P. Ioannes Cuvillonius utrumque librum parabat. Canisius plura hac de re scripsit ad Lainium 23. Aprilis 1558.

[4] Vide supra p. 218. 225.

Dominus IESVS tuos conatus in gloriam suam et Ecclesiae pro qua contemnis iniurias, utilitatem prosperet. Oro ad extremum, ut cito literas Straubingam Principis nomine scriptas ut praedixi, accipiamus. Ingolstadij 22 Aprilis 1558.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Nobili uiro, D. Henrico Schweickero, Patrono suo. Monachij.

Inscriptioni huius epistulae Schweickerus adnotavit: „Praesentatum .22. Julij [*sic*] Anno 1558." Ac collegii ingolstadiensis rectori idem Monachio 22. Iulii 1558 scripsit eas litteras 21. Iulii domum suam, se absente, ab ignoto illatas esse (Ex *apographo epistulae Schweickeri, Romam misso a. 1558).

293.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

CANISIO.

Monachio 22. Aprilis 1558.

Ex commentario (2°; 2½ pp. dimidiatae). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 74ᵃ—75ᵃ.

Epistulae mentionem fecit *Riess* l. c. p. 247.

Gaudet, quod Canisius Straubingae mansurus sit. Eum in illa urbe doctrina, morum mansuetudine, vitae exemplo magna efficere. Societati omnem favorem, Canisio etiam viaticum offert. Quaerit, quibus rationibus Straubingae religio conservari possit.

Albrecht.

Vnnsern gunstlichen grues zuuor Wurdiger Hochgelerter Lieber Andechtiger. vnns haben die Rom. Khayserlich Maiestet vnnser aller gnedigister Lieber heer Vatter, Vetter vnd Schweher Ewer diemietigist[a] anntwurt vnd Enntschuldigung auf Irer khayserl. Mt. beuelhen das Ir noch ain Zeit vnd nemblichen biss auf nechstkhumende pfingsten in vnser Statt Straubingen verharren vnd mit der predicatur furfarn sellet zuuernemen gnedigist zuegeschickht[1]. Weil wir den darauss befinden, das sollich Enntschuldigung durch Euch anders nit den con-

---

Albertus.

Salutem et gratiam nostram, reverende, perdocte, nobis dilecte, devote. Sacra caesarea maiestas, clementissimus et dilectus nobis pater et propinquus ac socer litteras clementissime nobis misit inspiciendas, quibus demississime respondisti et te excusasti eidem caesareae maiestati mandanti, ut aliquantisper et nominatim usque ad festum Pentecostes proximum in civitate nostra straubingensi permaneres et contionari pergeres [1]. Ex quibus litteris cognovimus velle te hac tantum cum condicione excusatum haberi, si ad praepositum ordinis vestri eligendum Romam evocareris;

---

[a] diemietigist *in margine ascriptum est.*

---

[1] Vide supra p. 238—239.

ditionaliter[a] gemaint worden, alls[b] wo Ir solltendt auf die Election aines Prepositi Ewers ordens ghen Rom enfordert werden, muesst Ir der wegen geburlich gehorsam laissten, vnd khundt wider die Statuten vnd ordnungen desselben nit aussenbleiben sonder Euch den nachsten auf den weg begeben; sonst seihe Euch nit zewider vns zue gnedigem geuallen, zuuor aber zu befurderung viler Seel seligkhait vnd der Eren dess allmechtigen gottes zuforderest, zue Straubing biss auf obgemellte zeit in dem wol vnd fruchtperlichen angefangen Predig ambt zuuerharren [1]. Ab sollicher Ewer Declaration, vnd das wir Ewers vilfeltigen guethen gescheffften nutz dise claine zeit, von andern guethertzigen, grundtlich bericht seindt, haben wir ain sonders grose freudt, gefallen[c] vnd hoffnung enntpfangen, Der Allmechtig Ewig gott werde sein gnad noch reichlich verleihen, das die Jrrigen Schefflen wider auf die Christlichen Catholische weg In die versamblung der waren Apostolischen Khirchen gebracht, vnd die andern so auss clainmuetigkheit viler trubseligkheit vnd arglistiger verfuernis der verkherten leerern sich auch baldt auss disem Schiffle Petrj[d] begeben mögen, darinnen nun meer Standthafft pleiben vnd verharren. Da Ir nun vmb solliches loblichs gueths vnd ganntz Christenlichs Werckh, von gott dem rechten widergellter alles guethen, reiche vnauffhorige[e] belonung one allen zweiffel[f] In dem Ewigen zuegewarten. wellen wir In dem zeittlichen Euch vnd Ewern orden souil vns zuthuen muglich

---

huiusmodi enim mandato debitam te debere praestare oboedientiam, nec neglectis ordinis vestri constitutionibus legibusque abesse te posse, sed quam primum iter ingredi debere; de cetero vero paratum te esse, nostri obsequii gratia et praecipue ad multarum animarum salutem procurandam ac maxime ad omnipotentis Dei gloriam augendam Straubingae usque ad illud tempus in contionibus habendis perseverare, quae bene et prospere abs te incohatae sunt [1]. Haec quod respondisti, et quod ab aliis hominibus probis copiose edocti sumus te brevi illo tempore Straubingensibus multis modis profuisse, vehementer gavisi delectatique sumus et spem concepimus summam, omnipotentem et aeternum Deum gratiam uberem largiturum esse, qua oviculae errantes in vias christianas et catholicas reducerentur atque ecclesiae verae et apostolicae iterum aggregarentur, et reliqui, qui animorum deiectione magnaque tristitia moti atque a pravis magistris fraudulenter seducti mox et ipsi hanc Petri naviculam deserturi erant, iam constanter in ea manerent et perseverarent. Cum autem operis huius laudabilis et boni ac prorsus christiani sine ullo dubio merces copiosa et perpetua te maneat a Deo omnium bonorum operum iusto remuneratore in aeterna vita tribuenda, nos in hac vita tibi et ordini tuo, quidquid poterimus prae-

---

[a] *Verba:* den conditionaliter *in margine addita sunt.*
[b] *Supra versum scriptum.* [c] *Supra versum scriptum.*
[d] *Correctum ex . . . [vocabulo obscuro]* gottseligen versamblung.
[e] *In margine ascriptum.*
[f] *Tria verba sequentia in margine addita sunt.*

---

[1] Albertus, cum haec scriberet, epistulam Canisii Ingolstadio 21. Aprilis datam nondum acceperat, qua certior fiebat Canisium Romam iam esse evocatum. Vide supra p. 241. 243.

In ganntz gnedigem beuelh haben, vnd allenthalben gnediglichen befurdern, wie Ir vnsers erachtens bisher im Werckh zum theil vnd in disem anfang befunden habt[a], vnd hinfuran noch teglichs erfaren sollt. Wo sich nun[b] zuetrueg das Ir ghen Rom also Eilendts[c] erfordert wurdet, haben wir vnnserm Renntmaister Rath vnd L. g. Andres Prewen beuelh geben Euch mit ainer gnaden[d] zeerung zustatten zekhumen die wusst von Im zuentpfahen[1]. Doch wellen wir berichts von Euch erwarten wie verner die sachen anzegreiffen damit dis Christlich volckhel bej vnser Statt Straubing Jn diser Jetzt wider angerichten Christlichen Catholischen Zucht, gehorsam, vnd Religion, durch guethe vnd milte mittel mög erhallten werden[2]. Dan wiewol wir deren ettlicher verstendigt worden durch ain schreiben so[e] Ir vnserm Secretarien vnd L. g. heinrichen Schweickher gethan[3], haben wir doch bedacht das durch Ewer leher Sanfftmuetigkhait vnd gueth Exempel dise zeit herumb noch ain meerers bej disem volckh mög aussgericht werden. Derhalben dieselben furgeschlagen mittel[f], die vasst all in Ewerm auffziehen von vns gesuecht vnd beschehen seindt[4]. verner zu exequiren

---

stare favoris, praestabimus et ubique clementer vos adiuvabimus; id quod vos iam ex parte et in hisce initiis ipsa re expertos esse censemus et in posterum quoque cotidie experiemini. Sin autem acciderit, ut romanum illud iter cito ingredi iubearis, scito quaestorem et consiliarium nostrum, dilectum nobis et fidelem Andream Prew beneficium viatici tibi tribuere a nobis iussum esse; quod ab ipso accipies[1]. Perscribes tamen ad nos, quid amplius faciendum sit, ut christiana haec civitatis nostrae straubingensis plebecula in disciplina, oboedientia, religione christiana et catholica modo restituta bonis ac suavibus rationibus conservetur[2]. Quamquam enim aliquas huiusmodi rationes ex litteris cognovimus ad secretarium nostrum et dilectum nobis ac fidelem Henricum Schweickerum a te datis[3], existimantes tamen doctrina tua et morum mansuetudine ac vitae bonae exemplo hoc tempore etiam plura in hoc populo effici, remedia illa abs te proposita, quae admodum omnia te Straubingam veniente quaesivimus et exsecuti sumus[4], amplius adhibere noluimus, donec occasione

---

[a] *Sex verba sequentia in margine addita sunt.*
[b] *Sequitur:* also, *oblitteratum.*
[c] *Verba:* also Eilendts *in margine addita sunt.*
[d] *In margine ascriptum.* [e] *Sequitur:* wir, *oblitteratum.*
[f] *Duodecim verba sequentia in margine addita sunt.*

---

[1] Dux quaestori mandaverat, ut 50 aureos („goldt Cronen") Canisio daret; vide infra, monum. 150.

[2] *Henricus Schweicker,* Alberti secretarius, eiusdem mandatu litteris Monachio 23. Aprilis 1558 datis Wolfgangum Viepeckh, cancellarium straubingensem, iussit ad ducem perscribere, quodnam incrementum Straubingae religio ex Canisii contionibus quadragesimalibus cepisset, ac maxime num confessionis ac communionis maior fuisset frequentia; quid etiam faciendum esset, „damit der Enntloffenen pueben geseete zizania souil muglich aussgereut oder doch Erstickht mögen werden" (Ex * commentario huius epistulae, quod est in cod. monac. „Ies. Ing. 1359 I." f. 87).

[3] Dux litteras significat Straubinga 19. Martii datas; quas v. supra p. 222—226.

[4] Ex his verbis conici potest iam mense Martio a duce facta esse, quae *Agricola* narrat: „Exprobratum est Magistratui, quod contra usitatos ritus, veteremque

daher [a] Eingestellt, biss nach glegenhait vnd gstallt aller sachen volckhomens Erspriesslichs vnd bestendigs Einsehen beschechen mög. Dis alles wollten wir Euch gnediger maynung nit pergen, vnd stehen Euch vnd den Ewrigen mit allen gnaden wol genaigt. Datum In vnser Stat Munchen den xxij Aprilis Anno 1558.

Dem wurdigen hochgelerten vnserm lieben andechtigen Petro Canisio der heiligen Schrifft Doctor, vnd der wurdigen Societet Iesu General [*sic*] in obern teutschen Landen auch durch die Chunigreich Behem vnd Vngern.

Nota: Canisius Alberto duci rescripsit 29. Aprilis 1558.

---

data et rebus omnibus perpensis plene, utiliter, firmiter componi haec et constitui possent. Quae omnia tecum communicare clementer voluimus, te tuosque ex animo amplectentes atque amantes. Datum in civitate nostra monacensi die 22. Aprilis a. 1558.

Reverendo, perdocto, nobis dilecto, devoto Petro Canisio, sacrae theologiae doctori et reverendae Societatis Iesu per Germaniam superiorem atque etiam per regna bohemicum et hungaricum praeposito generali [*sic*].

294.

HENRICUS SCHWEICKER,

secretarius ducis Bavariae,

CANISIO.

Monachio 23. Aprilis 1558.

Ex commentario, quod ipse Schweickerus in pagina tertia epistulae 19. Martii 1558 a Canisio ad se datae scripsit, idque ita, ut nec nomen subscriberet, nec inscriptionem poneret. Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I.“ f. 81ª.

Apographum eiusdem temporis, ab aliquo collegii ingolstadiensis Socio scriptum, exstat in cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 11. Apographum aliquanto posterius, in quo multa desunt, est in cod. eystett. „Hist. coll. Ing.“ p. 9.

Epistulae mentionem fecit *Riess* l. c. p. 247.

Dux collegio ingolstadiensi hortum emit. Schweicker Societati omnem operam locabit. Cardinalis augustanus in negotio monasterii Augustinianorum monacensis Societati cedendi tergiversari videtur. Liber de colloquio vormatiensi a Canisio conscriptus Monachium mittendus est. Dux Canisio viaticum destinavit. Orandum pro Schweickero.

Reuerende pater ac Domine Obseruandiss. [b]

Fuerunt mihi redditae Reu. P. v. literae de decima nona Martij proxime praeteriti [c] [1]. Sed quia illis propter profectionem meam et

---

[a] *Supra versum scriptum.* [b] etc. *sequitur in Ing. et Eyst.*

[c] praeteriti *Ing., Eyst.; Schweicker in commentario loco verbi* praeteriti *posuit* praecedenti, *et hoc verbum ac praecedens in margine ascripsit.*

Religionem quaedam introduci permisisset, prohibitumque gravissime, ne cives ad Baptismum Liberis a viciniae praeconibus [protestantibus] impertiendum, aut conciones eorum audiendas egredi permittantur“ (L. c. I, Dec. 2, n. 80).

[1] Has vide supra p. 222—226.

alia diuersa negotia hactenus respondere non potui: Amanter rogo ut[a] in meliorem partem[b] diuturnum hoc silentium interpretetur. Quomodo Jllustrissimo Principi opera vestra sancta et pia satisfaciat[c] ac quid deinceps agendum sit, ex suae excellentiae literis P. v. cognoscet. Nudius tertius pro coempto horto collegij vestri Jngolstadij[d] transmisi sexcentos aureos quemadmodum a Rectore[1] ilhic intelliget. Nihil magis ex animo cupio quam ubicunque possum nudum solum Instrumentum gratia[e] [?] dej, omnem operam meam locare seruis dej. Proinde et p. v. et illius venerabilis Societatis Collegae semper mihi pro votis suis jmperabunt, quorum jussa capessere fas est[f]: Quid cum Caraffa actum sit[g] de Monasterio Augustinensium nihil intelligo[2]: perscripsi meo nomine ea de re ad Reuerendissimum Cardinalem Augustanum: responsumque expecto. Videtur tamen mihi: ut inter nos ex corde loquamur, tergiuersare [*sic*] negotium, qua de causa fiat nescio. Si Reu. p. v. Romam erit proficiscendum cupio super eo negotio primum cum Eadem consilia conferre. Liber vxorj promissus nondum est allatus, nec aliqua cura adhuc ornandis Sanctorum reliquijs[h] est comissa: miror qui non fiat. De sumptibus non sitis sollicitj. Curabo etiam apud Illustrissimos Duces[3], ut largiter donent: ad has pias causas. Audio aliquid de colloquio Wormatiensi pro Defensione Catholicorum per .R. p. v. scriptum, quamuis ipsius nomine non sit editum, Cupio tamen huiusmodi omnia vestra oportunitate habere, ut etiam ea Illustrissimus princeps videat et confortetur[4]. Jllustrissimus princeps pro viatico tantum ordinauit 50. coronatos aureos .R. p. v. dari quos in discessu vestro accipietis a questore; sunt illa[i] tantum gratiae, qua erga vos omnes[k] mirifice est affectus minima signa. Deus Opt. Max. donet nobis suam pacem. vt sua Illustrissima excellentia quod sentit atque[l] ex animo desiderat: pro gloria et honore omnipotentis abunde praestare valeat. Nihil restat jam nisi vt p. v. R pro se

---

[a] *In Ing. tria verba sequentia, in Eyst. praeterea etiam* ut, *omissa sunt.*

[b] *Tria verba sequentia in comm. margini ascripta sunt.*

[c] *Quinque verba sequentia in comm. margini sunt ascripta.*

[d] *Ita Ing. et Eyst.; in comm.:* Jngolstadij *non est.*

[e] *Sic etiam Ing.; Eyst.:* gratiae, *et sic legendum esse videtur.*

[f] *In Eyst. omnia, quae sequuntur, desunt et tantum locus et tempus epistulae comparent. Vide infra p. 252 [h], [i], [k].*

[g] *Tria verba sequentia in comm. margini ascripta sunt.*

[h] *In comm. et Ing. sequitur:* cura.

[i] *Sequitur in comm.:* demonstrationis, *oblitteratum.*

[k] omnes *in comm. margini ascriptum est.*

[l] atque *in comm. supra versum scriptum est.*

---

[1] P. Thoma Lentulo. [2] Vide supra p. 186—187. 218 etc.

[3] Ex epistula, quam Canisius ineunte Maio a. 1558 ad Schweickerum misit, intellegitur a Schweickero hic significari „iuniores Principes“ sive Alberti V. liberos: Guilielmum, Ferdinandum, Mariam Maximilianam, Mariam, Ernestum.

[4] De hoc Canisii libello vide supra p. 232[4].

suisque mancipio vtatur Henrico deditiss. quousque vixerit ac pro illo[a] intercedatis in quotidianis orationibus vestris[b] ut misericordiam et gratiam semper consequatur[c] [1]: Ad[d] Jnseruiendum illis[e], qui in hoc extremo seculo Nomen illius illustrant et praedicant. Jdem[f] Dominus noster Iesus Christus Reu. p. v.[g] saluam et foeliciss. semper seruet et custodiat. Monachij[h] Die 23[i] Aprilis[k] 1558[l].

Ad Reuerendae P. V. vota

Deditiss: H. Schwijckher Secretarius.

Canisius Schweickero rescripsit 28. Aprilis 1558.

295.

CANISIUS IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 23. Aprilis 1558.

Ex apographo, quod sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo (Canisius sua manu pauca ascripsit et nomen subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 41—408 posito, transcriptum, et postea cum eodem collatum est.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 144—145 et Hist. S. J. II, l. 2, n. 13. Particulam posuit *Boero*, Can. p. 183.

Canisius ad congregationem generalem accedet. Dilingae de collegio aget. Alii Romam venturi. Facultas Sociis impetrata, qua fideles de ieiunio eximere possent. Sociorum numerus augetur; domo noviciorum opus est. PP. Hoffaeus, Theodoricus Canisius, Petrus Schorichius, Goudanus. Universitas vindobonensis iuvanda. Scalichius, doctor blasphemus, inde amandatus. P. Victoria viceprovincialis. Frater quidam desertor. Episcopus labacensis. Monasterium oibinense. P. Cavillonius litteras indicas germanice versas evulgabit; de psalmis quoque librum conscribit; Germani scriptores maximi faciunt. Subsidia Vindobona Romam missa. Adulescentes, qui collegium germanicum ingredi velint, difficile est invenire. Dux Ingolstadii convictum religiosorum instituere vult. Puerorum convictus Germaniae necessarii. Episcopus eystettensis cunctatur scholasticos Societatis sacris ordinibus initiare. Canisius Straubingae contionatus; sacra communio ibi sub una specie sumpta. Desunt vel dormiunt pastores. Ministrorum protestantium mores meliores sunt quam sacerdotum. Episcopus herbipolensis trucidatus. Vastitas et rapinae in monasteriis. Novus caesar Societati commendatus esse vult ac debet.

---

[a] *Hic in comm. vocabula aliqua oblitterata sunt, quae nunc legi vix possunt.*
[b] *Sequuntur in comm. verba:* Qui Eam *[?], oblitterata.*
[c] *Sequitur in comm.:* queatque *[?], oblitteratum.*
[d] Sed *Ing.* [e] illis *in comm. supra versum scriptum est.*
[f] *In comm. correctum ex:* Cupio.
[g] Reu. P. V. R. *Ing.* [h] Datae Monachij *Eyst.*
[i] *Ita Ing. et Eyst.; in commentario numerus obscurus est.*
[k] Anno etc. 1558 *Ing.;* anno 1558 *Eyst.*
[l] *Omnia, quae sequuntur, ex Ing. suppleta sunt; desunt enim in comm. et Eyst.*

---

[1] Hebr. 4. 16. Rom. 11, 31.

Jhesus.

Pax Christi suauissima nobiscum — Molto Reuerendo in Christo Padre

Essendo già io tornato da Strabingha, dove ho predicato per questa quaresima ad instantia del Illustrissimo Duca, responderò ad diverse littere, che sono state scritte in Roma da parte de V. R. a 25. di Febraro et a 19[a] [?], a 12, 18, et 26 di marzo. Ho resposto breuemente con la ultima quanto ad la Congregatione, et come la Sua Maestà Imperiale insieme con il Principe di Baviera hauesse concluso et avvisatome di restar in quella predicatura insino alla festa de Penthecoste. Hora mi son determinato con la gratia di Christo, non obstante la volontà di questi Principi, et anchora che se potria aspettar un' altro avviso più certo, de andare ad la Congregatione. Pur essendo il tempo molto corto insino al fine di maggio, ho determinato dico con il consiglio di questi Padri et con la gratia di Christo, de partirmi domane a Thilinga, dove il Reverendissimo Cardinale de Augusta mi aspetta, volendo conferire del suo Collegio per applicarlo alla Compagnia; et da Thilinga al fine di questo mese penso di partirme per Augusta, pigliando la via di Trento con un novitio tudescho de Spira, che mi è dato quì per compagno. Et così ho scritto la mia scusa al preditto Duca, perchè non posso restar in Stabingha; et questa scusa spero valera appresso la Sua Maestà Cesarea.

Saria venuto volentieri con li altri doi Padri, cioè il Padre Lanoy et il Padre Ursmaro[1], alli quali ho mandato doi delli nostri, che

---

Iesus.

Pax Christi suavissima nobiscum. Admodum reverende in Christo pater.

Revectus iam Straubinga, ubi illustrissimo duce instante per hanc Quadragesimam contionatus sum, ad complures epistulas respondebo, Roma a R. V. ad me missas die 25. Februarii et die 19[a] [?], die 12., 18., 26. Martii. Postremis litteris meis ad ea breviter respondi, quae de congregatione scripta erant, et ad vos rettuli caesaream maiestatem una cum Bavariae principe constituisse mihique mandasse, ut usque ad festum Pentecostes contiones illas continuarem. Etsi autem haec est principum illorum voluntas et nos alium nuntium eumque certiorem exspectare possemus, ego nunc Christo iuvante decrevi ad congregationem proficisci. Quia tamen usque ad finem Maii minimum tantum superest tempus, his patribus suadentibus et Christo iuvante cras Dilingam proficisci statui, ubi reverendissimus cardinalis augustanus me exspectat, de collegio suo Societati attribuendo mecum collaturus; Dilinga autem hoc mense exeunte Augustam Vindelicorum proficisci consilium est, atque inde Tridentum tendere cum novicio quodam germano eoque spirensi, qui hic mihi additus est comes. Itaque duci per litteras me excusavi exponens, cur Straubingae manere non possem; quam excusationem etiam caesareae maiestati probatum iri spero.

Volebam quidem cum duobus patribus reliquis, patre Lanoio et patre Ursmaro, istuc venire[1]; quos missis duobus nostris curare iussi, ut, quam primum possent,

---

[a] *Sic apogr.; 9?*

---

[1] Ex constitutionum Societatis (P. 8, c. 3, n. 1) praescripto ad generalem hanc congregationem tres provinciae Germaniae superioris patres venire debebant:

facciano conto de avviarsi, quanto più presto possono, per arrivar a Roma innanzi de giugno. Ma essendo loro tanto lontani de qui, me pareva più securo de pigliar questa via per Augusta, come più corta per Italia. Il Signore aiuti tutti li Padri peregrinanti per arrivare a bona hora et cum fructu della Congregatione. Mandassimo anchora subito uno apposta a Colonia, acciò il Padre Leonardo se sappia aggiutare della littera de V. Reuerentia; benchè in un modo pare molto difficile, di arrivar a tempo per quelli di Fiandra, se non haueranno prima determinato delle persone, che hanno de andare.

Questa Provintia resta molto obbligata a la R. V. per rispetto della dispensa, la quale è stata impetrata dal Cardinale de Santo Angelo[1] circa li ieiunii della chiesa; et spero, che li nostri con gran utilità et edificatione delle anime si serveranno di questo priuilegio[2].

---

iter ingrederentur et ante mensem Iunium Romam advenirent; sed cum ipsi hinc tam procul absint, securius duxi per Augustam iter meum dirigere; sic enim celerius in Italiam perveniam. Dominus omnes patres peregrinantes adiuvet, ut eorum adventus maturus et congregationi utilis sit. Statim etiam Coloniam aliquem misimus ad hoc ipsum, ut pater Leonardus litteris reverentiae vestrae uti posset; quamquam valde difficile fuerit Flandris suo tempore advenire, nisi iam prius statuerint, quinam proficisci debeant.

Provincia haec reverentiae vestrae multum debet, quod dispensatio illa a cardinali Sancti Angeli[1] est impetrata, quae ad ieiunia ecclesiastica spectat; spero nostros magna cum animarum utilitate pietatisque incremento privilegio hoc usuros esse[2].

---

ipse praepositus provincialis et duo Socii, qui antea in congregatione provinciali eligendi erant (cf. supra p. 1—2). Iam anno 1556 in conventu illo passaviensi, qui quasi prima quaedam illius provinciae congregatio erat, solus Nicolaus Lanoius, collegii vindobonensis rector, cum Canisio ad praepositum generalem eligendum (id quod tamen neque tunc neque anno 1557 fieri potuit) missus erat (v. supra p. 26). Anno autem 1558 altera congregatio provincialis in Germania habita non est. Fortasse itaque Ursmarus Goissonius, collegii pragensis rector, cum Lanoio a Lainio Romam evocatus, vel uterque a Canisio socius adlectus est e consilio et consensu ceterorum provinciae maiorum per litteras significato. Constitutionibus tunc plenam vim legum nondum fuisse iam saepe indicavimus.

[1] Ranutius Farnesius eo tempore presbyter cardinalis ecclesiae „S. Angeli in foro piscium" et „poenitentiarius maior" erat (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. p. 721—722).

[2] Quae Canisius scribit de utilitate fidelibus per hanc dispensationem afferenda, satis ostendunt non Societatis homines ipsos de ieiunio exemptos esse, sed facultatem iis tributam fideles iustis de causis hac lege solvendi. Si Socii aliqui germani huiusmodi solutionem sibi ipsis quaerebant, nequaquam opus erat cardinalem S. Angeli adiri; a Lainio enim ipso solvi poterant tum eo ipso, quod Societas a summis pontificibus de episcoporum potestate exempta erat, tum eo, quod Iulius III. litteris apostolicis Romae 22. Octobris 1552 datis S. Ignatio eiusque successoribus confirmaverat, praeter alia, facultatem „cum personis Societatis" „circa ieiunia, et cibos prohibitos, per se, vel alios [Societatem ipsam professos?] dispensandi" (*Litterae apostolicae* . . . Societatis Iesu [Antverpiae 1635] p. 73. *Bullarium Romanum* VI [Augustae Taurinorum 1860], 465). Prior autem illa dispensandi potestas Sociis ad breve tantum tempus concessa, postea renovata esse videtur; nam inter facultates, quas Pius IV. 10. Martii 1561 iis tribuit, haec recensetur: „Dispensandi cum quibusdam

Circa li Collegii, che si hanno de fare in questa Provincia, non dirò altro, se non che espettarò volentieri da determinatione delli Padri in questa Congregatione. Laudato sia Iddio, che il numero della gente in questi Collegii sia abundante di modo, che quasi è necessario disminuirla: pur haueranno per adesso patientia fin' al fine della Congregatione. Molto necessario saria una casa de probatione [1] per tutta la Provincia, sia in Alamagna o in Roma; et sopra ciò spero de conferire più al lungo [?][a] con la R. V., si come anche dele altre cose in genere et in ispecie, et maxime circa le classi di queste schole.

Espettiamo de dì in dì la venuta delli dottori P. Paulo et Theodorico [2], il quale è tanto necessario in Vienna per la absentia del Padre Lanoy, che per adesso non potrà far il viaggio al suo paese, si come desiderai [3], ma subito de quà sarà mandato a Vienna, et il doctor Paulo a Pragha per aiutar il Padre Hurtado, che già sarà Rettore [4], et il Padre Henrico [5], che spesse volte se trova debile. Forse dopoi pochi mesi se trovarà bon recapito per il mio fratello de far un excurso insino a Colonia et ad Gheldria. Per hora pare conveniente de contentar quanto più se po, la Maestà Cesarea et de aiutar il Collegio et ginnasio [6] de Vienna, per che se e mandato uia quello

---

De collegiis in hac provincia condendis aliud non dicam, nisi me libenter exspectaturum sententiam a patribus in hac congregatione ferendam. Laudes sint Deo, quod haec collegia Sociis ita abundant, ut paene opus sit eorum numerum restringi; attamen interea patienter exspectabunt, quoad congregatio absolvatur. Valde necessaria est domus probationis [1] toti provinciae destinata, sive in Germania ea exstabit sive Romae. Hac de re ego copiosius me spero collaturum esse cum R. V., atque etiam de ceteris rebus universe et singillatim, et maxime de harum scholarum classibus.

In dies adventum doctorum P. Pauli et P. Theodorici [2] exspectamus; et hic quidem Vindobonensibus propter absentiam patris Lanoii tam necessarius est, ut in patriam proficisci (quod ego volueram) nunc quidem non possit [3]; sed statim hinc Vindobonam proficisci iubebitur, et doctor Paulus Pragam mittetur ad iuvandos patrem Hurtadum, qui iam rector erit [4], et patrem Henricum [5], qui saepe infirmus est. Fortasse post paucos menses fratri meo opportunitas praebebitur excurrendi Coloniam usque et in Geldriam. Nunc vero convenire videtur nos, quam maxime fieri possit, caesareae maiestati satisfacere et collegium ac gymnasium [6] vindobonense adiuvare,

---

[a] *Vel:* largo; lango *apogr.*

---

tam in Germania quam in alijs locis vbi expedire iudicabitur, circa ieiunia quia non facile homines inducuntur ad ieiunandum, praecipue ad totam Quadragesimam. Hoc tamen cum ordinario conferendum est" (*Concessiones 10 Martij obtentae. Cod. „X. Sa." f. 190[b]).

[1] Domum noviciorum vel „noviciatum" vocare solent.

[2] Pauli Hoffaei et Theodorici Canisii. Vide supra p. 96[2]. 139[4]. 209.

[3] Cf. supra p. 209—210.

[4] Hurtadum Perez; de quo plura infra scribentur.

[5] Blissemium. [6] Universitatem significat.

Dottor Paulo[1] blasphemus persequutor et contumeliosus[2]. Iddio lo conuerta et faccia un Paulo Dottore in fide et ueritate[3]. Unde io lassero qui l' ordine per li predetti dottori che si mandino presto a Vienna poi che saranno arriuati.

Quanto al Padre Vittoria, che tornando presto de Pragha resterà come il principale in Vienna per molti respetti, Sua Reuerentia in questa quaresima è stata con meco in Strabingha, venendo sponte de Pragha per explicare le sue tentationi[4]. Et vero è che sotto la specie della humilità, se fece troppo pusillanime; onde io lo confortai et consolai, dandoli bon animo et esortandolo ad la santa discretione, lassandoli anchora, come desideraua, la libertà del poter procedere secondo la sua conscientia, aggiungendo pur chè più spesse volte si aggiutassi per li suffragii delli altri Padri et doue potria hauer gran contradictione delli altri, in questo se referisse alli soi superiori, et che guardassi la sua natura un poco tetrica per andar piu suavemente con li fratelli, poi che vede le querele diverse che mi sono scritte de lui de tutti li tre Collegii. Stette Sua Reuerentia con meco tre o quattro dì, conferendo con meco de tutte le cose, non senza mia grande consolatione, poichè Sua Reuerentia tiene tanto bono animo et assai se travaglia in quelli doi Collegii di Pragha et Vienna, et con tutto questo se exercita anche in patientia, vedendo et experimentando la infermità et contradictione delli nostri. Credo, che per le sue faccende sia tanto servito il Signor nostro, quanto se

---

amandato inde doctore illo Paulo[1], blasphemo, persecutore, contumelioso[2]. Deus eum convertat atque efficiat, ut sit Paulus doctor in fide et veritate[3]. Ego igitur mandatum hic relinquam, quo doctores illi, ubi advenerint, Vindobonam mitti iubebuntur.

Quod ad patrem Victoriam attinet, qui mox Praga redibit et multis de causis Vindobonae sedem figet et collegio praeerit, reverentia sua hac Quadragesima mecum fuit Straubingae, quo Praga sua sponte venerat ad difficultates suas mihi exponendas[4]. Certe cum humilitatis virtutem colere sibi videretur, animum nimis abiecit; quare ego eum confirmavi et consolatus sum, animum ei addens et monens, ut sancta discretione uteretur; liberam quoque potestatem, quam optabat, ei concessi ex animi sui sententia res disponendi; attamen monui eum, ut ceteros patres saepius consuleret, et ut de rebus, in quibus ne ceteri vehementer ipsi adversarentur, timendum esset, praesides consuleret atque indolem suam acerbiorem ita contineret, ut fratres lenius tractaret, videns ex singulis tribus collegiis varias contra se quaerimonias ad me per litteras deferri. Reverentia sua per tres quattuorve dies mecum fuit, de omnibus rebus mecum conferens non sine magno meo solacio; optimam enim reverentia sua habet voluntatem et multum laborat in duobus hisce collegiis pragensi et vindobonensi simulque etiam in patientia exercetur, nostrorum infirmitates ac contradictiones et videns et experiens. Censeo haec agendo eum domino nostro tam bene servire, quam si publicas scholas haberet; et quia pater

[1] De Paulo Scalichio, qui ex capellano aulico Ferdinandi I. minister protestantium evasit, scriptum est supra p. 235[7]. [2] 1 Tim. 1, 13. [3] 1 Tim. 2, 7.

[4] Victoria 21. Februarii 1558 Pragam venerat; unde 22. Martii Straubingam profectus est; Pragam iterum ingressus est 4. Aprilis 1558 (*Schmidl* l. c. I, 115. 117).

leggesse pubblicamente; et perchè il Padre Theodorico Canisio pare più exercitato in leggere, che il Dottor Paulo, desidera il detto Padre Vittoria de hauer il mio detto fratello per Vienna, pensando, che Dottor Paulo se potrà exercitare un poco in Pragha nell' offitio de lettore, essendo li poca gente et maggior quiete.

Il principal mancamento del Padre Vittoria mi pare non essere altro senon che sia troppo excitato et inclinato ad ordinare diuerse cose et a mutare facilmente quello che e de poca importantia procedendo per il suo giuditio. Ma e da sperare che se conciara de bono in meglio con la gratia de Christo Signor nostro. Mando qui un auiso et giuditio del P. Ursmaro accio V. R. sia auisata de tutto et sappia tanto meglio indrizzare il Padre Vittoria poi che ha de gouernare per questo estate li ambi duoi collegii de Vienna et Pragha sed maxime de Vienna.

Jonas Adlerus [1] e uenuto a Strabingha per trouarmi et poi tornato con meco á Inglostad non cercando altro senon la absolutione del suo uoto mostrando poca penitentia della sua apostasia et non uolendosi intendere circa il periculo del suo caso. Il respetto del mondo e delli parenti oltra la liberta de la sensualita molto lo impedisce et lo retiene fortemente ut non sapiat quae sunt spiritus [2] et suae primae vocationis, et supra cio scribera il Padre Couillonio diffusamente. Non era ordine di persuaderli de uenir in Italia come io le offeriua con le mie spesse, et cosi li dissi per conclusione che io non auessi alcuna Commissione d' absolverlo et anchora che io la auesse, che con bona conscientia non potria uedendo il fundamento

---

Theodoricus Canisius magis versatus esse videtur in scholis habendis quam doctor Paulus, pater ille Victoria fratrem illum meum Vindobonam destinari cupit; doctorem autem Paulum in munere docendi Pragae, ubi pauci sunt auditores et maior tranquillitas, aliquantulum se exercere posse existimat.

In hoc maxime deficere mihi videtur pater Victoria, quod sit nimis concitatus et propensus ad varia praescribenda et res parvi momenti facile mutandas, prout ipsi videtur. Sed spes est eum Christo domino nostro iuvante de bono in melius profecturum esse. Mitto hic relationem quandam sententiamque P. Ursmari, ut R. V. de omnibus rebus certior fiat eoque melius patrem Victoriam dirigere possit, quippe cui per hanc aestatem utrumque collegium, vindobonense et pragense, maxime autem vindobonense gubernandum erit.

Ionas Adlerus [1] cum Straubingam mei inveniendi gratia venisset, Ingolstadium mecum rediit, aliud non quaerens quam ut voto suo solveretur; qui apostasiae suae haud magnam prae se ferebat paenitentiam neque intellegere volebat, quam periculosam tractaret causam. Praeter sensuum libertatem et licentiam amor rerum terrenarum et propinquorum multum eum impedit et magnopere prohibet, quominus sapiat, quae sunt spiritus [2] et suae primae vocationis; qua de re pater Cuvillonius copiose scribet. Persuadere ei conabar, ut in Italiam veniret, oblato etiam viatico; sed frustra; quare tandem ei dixi mihi solvendi potestatem nullam esse, atque etiamsi esset, me bona fide eum solvere non posse, cum omnes rationes ab eo prolatas tam futiles esse viderem. Ipse igitur promisit se solutionem illam a R. V. per litteras peti-

---

[1] Cf. supra p. 61[3]. 113. 132. 159. [2] Cf. Matth. 16, 23. Rom. 8, 5.

de tutte le suae raggioni tanto leggiero. Lui adonde[a] [?] promesse di scribere á V. R. per obtenere questa absolutione et se non ottenera, pensa di procurarla apresso de la Santa Sede Apostolica per poter tanto piu presto arriuar á alcuni beni ecclesiastici uolendo dir la prima messa[1]. Li fratelli nostri qui et io li hauemo fatto gran caresse et dato molti auici per aiutar la anima. Iddio per la sua gracia conuertisse tutti li erranti et inobedienti accio non morrano nell stato della perpetua damnatione.

Circa il Dottor Schorichio[2] scrissi per l' ultima, che potria facilmente mutarsi dal vescovato Labacense; essendo già morto il Reuerendissimo; Iddio consoli l' anima de tanto patrono[3]. Io fin' a quì non ho receputo nessuna lettera del detto Padre. Forse faria più frutto nel monesterio de Vbin, che altrove, et potria anche haver una libertà de governare quella famiglia, che li nostri de Pragha hanno de intertenere, et faria piu, credo, solo, che adesso insieme il Padre Cornelio[4] et il P. Luca[5]. Sopra ciò V. R. se degni scrivere (se piace) al Padre Vittoria[6].

Il Dottor Goudano per tutto il tempo, che sta in Fiandra, non mi scrive niente[7]. Io li scrivo per la ultima, che lo espettiamo con gran desiderio in questa Provintia, sperando che la sanità non manchi. Pur non sapendo più in particulare delle sue faccende, non faccio

turum esse; quam si a R. V. non obtinuerit, a sancta sede apostolica impetrare vult, quo citius bona aliqua ecclesiastica assequi et primum sacrum facere possit[1]. Collegii huius fratres et ego magnas ei exhibuimus amoris significationes et multas fecimus admonitiones, ut animam eius salvaremus. Deus gratia sua omnes errantes et contumaces convertat, ne in eo statu moriantur, in quo in aeternum sint damnandi.

Postremis litteris scripsi doctorem Schorichium[2] e dioecesi labacensi facile evocari posse, mortuo iam reverendissimo episcopo; Deus insignis huius patroni nostri animam consoletur[3]. Ego nullam adhuc epistulam ab illo patre accepi. Fortasse maiorem utilitatem in monasterio oibinensi afferet quam ullo alio loco; ubi etiam liberam familiae illius, quam Socii nostri pragenses sustentare debent, regendae potestatem habere poterit, ac plus mihi effecturus esse videtur ipse solus, quam nunc pater Cornelius[4] et P. Lucas[5] simul iuncti efficiunt. Qua de re R. V. scribere dignetur, si videbitur, ad patrem Victoriam[6].

Doctor Goudanus toto tempore, quo in Flandria moratur, nullam ad me dedit epistulam[7]. Ego postremis litteris ei scripsi eum magno cum desiderio in hac provincia a nobis exspectari, sperantibus prospera eum valetudine usurum esse.

[a] adonche? adunche?

[1] Bona illa assecutus „titulo beneficii“ sacros ordines recipere poterat.
[2] P. Petrum Schorichium; cf. supra p. 212.
[3] De obitu Urbani Textoris, episcopi labacensis, vide supra p. 240.
[4] Brogelmannus. [5] Molitor; vide supra p. 100[1].
[6] Socii sub id tempus, regis edicto per P. Victoriam impetrato, in monasterii illius possessionem quodam modo missi sunt illudque administrare iussi (*Schmidl* l. c. I, 115). [7] Cf. supra p. 178. 212.

troppo forza, che vengha subito. Il Signore ci voglia indrizzare alla sua gloria per li mezzi convenienti.

Le littere de India ci danno grande consolatione; et spero che il Padre Cuvillonio presto transferira anchora questa parte; et così farà un libro [1], che si pensa essere di grande importantia in settentrione, ut videant caeci transferri a se regnum Dei [2]. Tiene il medesimo Padre nelle mani un altro libro del Psalterio, che ha letto quì, et desidera anche stamparlo et dedicar al Duca [3]. Non ce è dubbio, che la opera riuscirebbe con gran guadagno de autorità appresso della gente thudesca, la qual fa più conto de un scrittore, che de dieci lettori. Et certe il stilo di questo Padre non se pò dispreggiare, oltra che la robba e selecta et de belle et antique cose. V. Reuerentia ordini quello, che pare più spediente in Alemagna.

Quanto alli scholari Thudeschi per il Collegio Germanico, ho scritto a Vienna et Pragha, che avvisasseno la R. V. delle parti di loro, che pareranno più a proposito [4]. Vero è, che pochi delli dotti se inclinano

---

Cum tamen, quid agat, penitus non noverim, haud nimium urgeo, ut statim veniat. Dominus modis convenientibus nos dirigat ad gloriam suam.

Ex litteris indicis magnum capimus solacium; spero patrem Cuvillonium hanc quoque earum partem brevi versurum esse; atque ita librum componet [1], quem in regionibus septentrionalibus multum valiturum esse putant, ut videant caeci transferri a se regnum Dei [2]. Eidem patri etiam liber de psalterio, quod hic exposuit, in manibus est; quem et ipsum prelo submittere vult ac duci dedicare [3]. Non dubitamus, quin ex hoc libro auctoritas nostra magnum capere possit incrementum apud nationem germanicam, quae unum scriptorem pluris facit quam decem magistros. Haud vile certe scribendi genus hic pater sequitur, et scriptionis argumentum exquisitum est et res pulchras habet atque antiquas. Reverentia vestra ea, quaeso, constituat, quae Germaniae commodiora fore censebit.

Quod ad scholasticos germanos attinet in collegium germanicum mittendos, Sociis vindobonensibus et pragensibus per litteras mandavi, ut de rebus illorum, qui magis idonei esse viderentur, ad R. V. referrent [4]. At inter eruditos pauci hanc

---

[1] Cf. supra p. 206². 227. 246. Nescio num hic liber in lucem emissus sit. Certe liber „Indianischer Religionsstandt der gantzen newen Welt, beider Indien gegen Auff vnd Nidergang der Sonnen", quem *De Backer* (l. c. II, 244) Ingolstadii ipso anno 1558 editum esse affirmat, ibidem non hoc anno, sed a. 1588 a P. Valentino Friccio O. S. Fr. evulgatus est (*Marcell. da Civezza* O. Min. Obs., Saggio di Bibliografia Sanfrancescana [In Prato 1879] p. 194).

[2] Matth. 21, 43.

[3] *Petrus de Ribadeneira* S. J., primus Societatis bibliographus, de Cuvillonio: „Reliquit", inquit, „in Psalmos Quaestiones": Illustrium Scriptorum Religionis Societatis Iesu Catalogus (Antverpiae 1608) p. 114. P. *Andreas Brunner* S. J.: . . . „cum Ioanne Couillonio Soc. Iesv, cuius enarrationes in Psalmos Alberto [v. duci; cf. supra p. 246] inscriptas vidimus": Excubiae tutelares (Monachii 1637) p. 532. Prelum subisse non videntur. Cf. *Sommervogel*, Bibl. II, 1594.

[4] Collegium germanicum paucissimos tunc habebat alumnos; nam primis quattuor annis, quibus Paulus IV. regnavit, quinque tantum recepti erant. Tandem anno 1558 recipi potuerunt novem (Card. *Steinhuber* l. c. I, 45).

a questa conditione, et[a] per pigliare tal' assumpto difficilmente se trovano già introdutti in rettorica molto manco de theologia et philosophia.

Ringratiamo al Signor, che ha commosso li cori in Vienna per dar soccorso alla casa de Roma[1]. Volesse la divina Bontà che in questo ministero fusse io tanto felice, come il Padre Vittoria appresso li soi Spagnoli. Forsi non manchara una poca colletta al suo tempo. Iddio ci conforti et sustenti in utroque homine alla gloria sua.

Le cose di questo Collegio vanno de bene in meglio. Sia il nome de Gesù benedetto sempre. Già è comprato un bello giardino[2] in loco vicino per li nostri, et tiene una casa grande, dove il Duca accenna de nutrire alcuni religiosi, che fussero sotto la nostra disciplina et havessero uno delli nostri seco, si come li commensali in Vienna[3]. Vero è, che in Alemagna se potria far grandissimo frutto per questa via di haver commensali, sicome anchora si fa in Colonia; et la necessità dell' allevar la gioventù cosi alla pietà pare che sia molto grande, vedendo la commune corruptione degli altri pedagogi et padri de famiglia. Pur li nostri non pigliaranno questo assunto qui innanzi, che sia finita la Congregatione, maxime perchè difficile è hauere uno o doi securi et bastanti suppositi per pigliare questo

---

condicionem in se suscipere cupiunt, et quaerenti, qui eam subeant, difficile est invenire, qui rhetorica iam instituti sint, et multo difficilius, qui iam inducti sint in theologicas et philosophicas disciplinas.

Gratias agimus Deo, qui Vindobonae quorundam animos ad subsidia domui romanae ferenda permovit[1]. Utinam per Dei bonitatem hoc ministerio ego tam prospere fungerer, quam pater Victoria eo fungitur apud Hispanos suos. Fortasse parvam collationem faciemus opportuno tempore. Deus et animos et corpora nostra confirmet et conservet ad gloriam suam.

Huius collegii res de bono in melius proficiunt. Nomen Iesu semper laudetur. Iam nostris emptus est hortus pulcher[2] et loco vicino situs ac magnam habens domum, in qua dux alere se velle significat aliquot religiosos, qui sub nostra sint disciplina et aliquem e nostris secum habeant sicut convictores illi vindobonenses[3]. Certe in Germania, si convictores recipientur, maximus fructus colligi poterit; id quod etiam Coloniae fit; et necessitas iuventutis ita ad pietatem instituendae permagna esse videtur consideranti communem morum corruptionem, quae in ceteris est paedagogis et patribus familias. Nec tamen nostri, antequam congregatio absoluta erit, hoc munus hic suscipient eam maxime ob causam, quod difficulter unus vel duo repe-

---

[a] *Quattuor verba sequentia ipsius Canisii manu addita sunt.*

---

[1] Cf. supra p. 208. [2] Cf. supra p. 121. 251.

[3] „Emptus est et hortus in loco uicino una cum domo, quae cum ubique lacera, et tota ruinosa esset, reparata, et polita interius exteriusque fuit, et multis cubiculis fulta et ornata: Hortus quoque prius sine clausura: partim muro, partim crassis, et altis saepibus undique cinctus ac munitus, ab incursu hominum et bestiarum se tueri postmodum facile potuit": *Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 12[a]. De contubernio illo religiosorum cf. supra p. 8.

assunto, si come se vede li nel Collegio Germanico; et sopra ciò se potrà anche trattare in Roma.

Il Vescouo de Estat[1] ci fa una difficulta in ordinare li nostri dicendo che non sia la medesima raggione delli nostri et delli seculari ne anche delli religiosi qui uenghono per pigliare li ordini sacri conciosia che li nostri che si mandano tenghono uoti et pur non sono securi ó certi che habbiano de restar in la compagnia et cosi hauendo forsi de lassar la compagnia, et essendo ga ordinati, non haberent titulum sicut Canones praescribunt[2]. Unde in questa Pascua sono stati impediti nel presbiterio M. Guilielmo[3], Maestri Gerardo[4] et Tarquinio[5]. Pur Maestro Syluio[6] dando fede del suo patrimonio che tiene ha impetrato l' ordine sacerdotale et presto dira la primera missa per la gracia de Cristo, li altri restano Diaconi.

---

riuntur homines fidi et ad hoc officium apti; id quod in collegio germanico experimur; Romae hac quoque de re agere poterimus.

Episcopus eystettensis[1] nostros ordinibus initiare cunctatur, dicens condicionem nostrorum non esse eandem ac saecularium, neque etiam eandem ac religiosorum, qui ad sacros ordines suscipiendos veniunt; nostri enim, qui ad ordines suscipiendos mittuntur, votis quidem obstricti sunt, sed non sunt securi nec certo sciunt se in Societate mansuros esse; itaque si forte ex Societate dimittentur iam constituti in ordinibus, non habebunt titulum, qualem canones praescribunt[2]. Hac de causa hoc Paschate a sacerdotio prohibiti sunt M. Guilielmus[3] ac magistri Gerardus[4] et Tarquinius[5]. Magister autem Sylvius[6] fide data patrimonii quod habet, ordinem sacerdotalem impetravit et mox Christo propitio primum sacrificium Deo offeret, ceteris in diaconatu manentibus.

---

[1] Everardus de Hürnheim.

[2] Inusitatum erat illo tempore ac valde novum, episcopo sacris ordinibus „titulo paupertatis religiosae" initiandos sisti eos, qui religioni suae per vota sollemnia irrevocabili modo iuncti non essent, sed vota tantum simplicia fecissent, eaque ita, ut ipsi quidem pro sua quisque parte religioni in perpetuum adstringerentur, religioni autem liberum maneret, eos (donec vota sollemnia nuncupassent) iusta de causa dimittere ita, ut votis suis prorsus solverentur et religiosi esse omnino desinerent. Attamen iam *Paulus III.* litteris Roma 5. Iunii 1546 datis concesserat, ut Societatis „coadiutores", qui sollemnia vota numquam facturi essent, praepositi generalis permissu omnes ordines, etiam sacerdotii, accipere possent. Ac postea *Gregorius XIII.* litteris apostolicis Roma 28. Februarii 1573 datis pronuntiavit: Ipso „instituto" Societatis, cui concilium tridentinum „minime derogavisset", „caveri, . . . ut ii, qui in eadem Societate tria Paupertatis, et Castitatis, et Obedientiae vota emisissent", ad omnes ordines, „etiam antequam solemnem professionem emisissent, promoveri valerent". Addit pontifex hoc a se approbari et, „quatenus opus sit, de novo concedi" (*Litterae* apostolicae S. J. p. 30. 136—137. *Institutum* Societatis Iesu I, 12. 54). Ideo *Polancus* Lainii nomine Roma 28. Maii 1558 (rectori ingolstadiensi, ut videtur) *rescripsit: „Reuerendissimus Episcopus Aystettensis absque scrupulo promouere potest nostros scholares qui habent votum Societatis tanquam veros Religiosos" (Cod. monac. „Resp." f. 37a).

[3] Guilielmus Limburgius; cf. supra p. 60[6]. 137[10].

[4] Fortasse „Gerardus Werdenus, ex inferiori Germania", qui Ingolstadium mense Iulio a. 1556 cum primis illius collegii Sociis venerat (*Agricola* l. c. I, Dec. 2, n. 26. Cartas de *San Ignacio* VI, 497).

[5] Rainaldus; de quo supra p. 96[1]. 146. 211.

[6] Petrus Silvius (van den Bossche), ex collegio pragensi in ingolstadiense translatus; de quo vide *Can.* Epp. I, 770[1].

Quanto alle mie prediche de Strabingha[1], ringratio al Signor nostro, che me ha dato volontà et forza de spargere il suo seme in quello agro tanto corrotto per li zizzanii innanzi seminati dalli heretici[2]. Pur quanto intendo, la fede catholica con queste prediche in molti cori è stata confermata, et confutata la falsità. Li Signori principali hanno fatto instantia per retenerme, et così anchora il Duca et l' Imperatore; nè haueria mancato de lavorare in questa vigna, vedendo la moltitudine et benevolenza delli auditori, li quali ci hanno dato grande consolatione in questa Pasqua, frequentando li Santi Sacramenti, poichè prima erano molto persuasi delli soi predicatori de communicare sub utraque specie. Iddio si voglia servire ogni dì più et più delle nostre fatiche et darci gratia de aiutare et defendere la chiesa santa in queste bande, dove tuttavia mancono li ministri catholici, et li pastori diventano lupi non parcentes gregi[3] dominico.

Et quanto alla vita exteriore, il demonio molto ci noce, havendo li soi predicatori et preti de miglio esempio, che communmente sono li nostri catholici, qui dicunt et non faciunt[4], et plus opere destruunt, quam verbo adstruant, pleni crapula, impudicitia et cupiditate. Vnde li gentilhomini et Principi molto si moveno, massime dormiente Petro, dum vigilat cum sua cohorte Iudas[5], qui nullis parcit laboribus ad dispergendas oves[6], exturbandosq. pastores.

Quod ad contiones meas straubingenses attinet[1], domino nostro gratias ago, quod voluntatem et vires mihi dederit ad semen suum spargendum per hunc agrum zizaniis, quae haeretici antea seminaverant[2], valde corruptum. Audio contionibus illis fidem catholicam in multorum animis confirmatam et errores refutatos esse. Viri primarii institerunt, ut diutius illic remanerem; institerunt etiam dux et imperator, neque ego laborem recusassem in hac vinea, auditores cernens multos et bene erga me affectos, qui hoc Paschate sanctis sacramentis frequentatis magnum solacium nobis praebuerunt; antea enim a contionatoribus suis ad eucharistiam sub utraque specie sumendam vehementer impulsi erant. Deus laboribus nostris in dies magis magisque utatur et gratiam nobis det, qua sanctam ecclesiam in his regionibus adiuvemus et defendamus, ubi ministri catholici continuo desunt, et pastores evadunt lupi non parcentes gregi[3] dominico.

Et quod ad vitae exempla attinet, diabolus valde nobis nocet eo, quod contionatores et sacerdotes habet meliora praebentes exempla, quam plerumque catholici nostri praebent, qui dicunt et non faciunt[4] et plus opere destruunt, quam verbo adstruant, pleni crapula, impudicitia et cupiditate. Qua re nobilium et principum animi vehementer commoventur, praesertim dormiente Petro, dum vigilat cum sua cohorte Iudas[5], qui nullis parcit laboribus ad dispergendas oves[6] exturbandosque pastores.

---

[1] Aliqua ex his contionibus excerpta vide infra, monum. 149.

[2] Cf. Matth. 13, 24—30. 36—43. De fructu, quem Canisius Straubingae collegit, vide infra, monum. 148.

[3] Act. 20, 29. [4] Matth. 23, 3.

[5] Cf. Matth. 26, 40—50. Marc. 14, 32—46 etc. Cf. etiam supra p. 242.

[6] Matth. 26, 31. Io. 10, 12 etc.

Pochi giorni sono, che hanno ammazzato subito il Reuerendissimo Vescovo Herbipolense [1].

Li monasterii ogni dì più e più sono abbandonati, et li beni se applicano al fisco delli secolari, tanto bene nelle terre delli catholici, come delli heretici.

Iddio aiuti questo novo Imperatore. Li hauemo detto sette Messe ogni sacerdote per sè, acciò la gratia divina dia la prosperità et felicità al principio et successo del suo reggimento. Spero, che la Reuerentia V. con tutta la Compagnia abbraccierà questo Imperatore con grande animo, perchè mi pare, che lui sia il primo patrono et benefattore aperto de noi altri fra tutti li Imperatori Romani; et come io scrissi per altra volta, lui desidera et espetta un aiuto spirituale dalla Compagnia nelli suoi grandissimi bisogni temporali et spirituali, particulari et universali. Vnde non dubito, che la Compagnia per V. R. se moverà de dar soccorso a questo Cesare in questi tempi tanto pericolosi.

Non altro, se non che anchora me stesso reccomando nelle orationi et sacrificii de V. R. et prego il Signor nostro, che mi conservi per basciare le mani de tutti li Reuerendi Padri già forsi congregati; et desidero essere accompagnato per questo viaggio delle sue sante orationi.

D' Inglostat, a 23. d' Aprile 1558.

Servo in Christo Piedro Canisio.

Ante paucos dies reverendissimus episcopus herbipolensis repente trucidatus est [1].

Monasteria in dies magis magisque deseruntur, et eorum bona fisco civili attribuuntur; id quod in catholicorum regionibus haud minus faciunt quam in terris haereticorum.

Deus novum hunc imperatorem adiuvet. Nos sacerdotes singuli septem sacra pro eo fecimus, ut per divinam bonitatem imperium eius prospere ac fauste inciperetur et progrederetur. Spero reverentiam vestram cum tota Societate imperatorem hunc magno animo amplexuram esse; ipse enim inter omnes imperatores romanos primus patronus noster ac fautor manifestus esse mihi quidem videtur; atque alias vobis iam scripsi a Societate eum sacra quaedam subsidia petere et exspectare in maximis suis necessitatibus, sive ad hanc vitam eae spectarent sive ad aeternam, sive particulares essent sive universales. Quare persuasum mihi est Societatem per R. V. excitatum iri ad auxilium caesari huic ferendum periculosissimis hisce temporibus.

Aliud quod scribam non habeo, nisi quod me quoque ipse precibus et sacrificiis R. V. commendo et dominum nostrum rogo, ut me conservet, quoad manus omnium istorum reverendorum patrum, fortasse iam congregatorum, osculari queam; et in hac peregrinatione sacris precibus eorum adiuvari cupio.

Ingolstadio 23. Aprilis 1558.

Servus in Christo Petrus Canisius.

---

[1] Melchior Zobel, episcopus herbipolensis (wirceburgensis) et Franconiae orientalis princeps, 15. Aprilis 1558 Wirceburgi, dum paucis comitantibus ex urbe in arcem suam Frauenberg revertitur, occisus est a Christophoro Kretzer, famosi illius equitis lutherani Guilielmi de Grumbach assectatore.

. . . .

Al molto Reuerendo in Christo Padre M. Giacomo Laynez Vicario della Compagnia de JESV Padre mio osseruandissimo.

In Roma.

Nota: Archetypo manu alia eiusdem temporis adnotatum est epistulam Romam allatam esse 12. Maii 1558.

. . . .

Admodum reverendo in Christo patri M. Iacobo Laynez, vicario Societatis Iesu, patri meo observandissimo. Romae.

296.

CANISIUS

CONSILIO RELIGIONIS BAVARICO,

Monachii constituto.

Ingolstadio 24. Aprilis 1558.

Ex autographo (2°; 1 p.); Canisius etiam titulum („Memoriale" etc.) scripsit. Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 95.

Straubingae probum contionatorem constituendum et malum quendam sacerdotem ab eo munere arcendum esse. Civibus explicandum, cur Canisius redire nequeat, et Carmelitis restituenda esse, quae pro ipso expenderint.

†

Memoriale Canisij 24 Aprilis 1558.

Cupit apud Mag. D. Hondium, Schweickerum etc. excusatus haberi, quod praeter expectationem in Vrbem vocetur, ut Straubingae non possit contionari.

Et ut conseruentur ibidem Catholici, multas ob causas consultum putat[a], ut Jllustrissimus Princeps missis Straubingam literis quamprimum instituat contionatorem D. Hieronymum[1] Seniorem, quem etiam ad hoc munus idoneum iudicat Vicedominus[2], cum sit vir doctus, probataeque fidei, doctrinae et conuersationis, iamdiu in ea Ecclesia sub Pastore D. Vito foel. mem.[3] exercitatus.

Is nisi cito succedat in functione contionandi, periculum est ne intrudatur a seditiosis ciuibus Dominus Georgius Sacellanus[4], qui etsi sit

---

[a] *A Canisio correctum ex:* cupit.

---

[1] Prosoydt.

[2] Burchardus de Schellenberg; vide supra p. 244[4].

[3] Vitum Duchsenhauser (Tuchsenhauser) dicit, qui etiam praepositus collegii canonicorum straubingensis et canonicus ecclesiae cathedralis augustanae fuit (*Mart. Sieghart,* Geschichte und Beschreibung der Hauptstadt Straubing II [Straubing 1835]. 272—273).

[4] Georgius Prunner; cf. supra p. 224[3].

imperitus, tamen ualde suspectus et in Docendo peruersus existimatur: sic autem posteriora fierent illic peiora prioribus[1].

Praeterea literis illis jllustrissimi Principis hoc addi cupit, se cum bona venia Ducis et necessariam ob causam auocatum redire non posse statim, ut ne quis forte aliter quam res est, de ipsius discessu suspicetur aut loquatur.

De sumptibus in monasterio Carmelitarum factis hac Quadragesima, sperat clementiss. Principem procuraturum, ut ea debita Priori[2] soluantur pro se et comite suo, qui adhuc Straubingae literas Principis expectat, ut ne abeat nisi re cum Priore transacta, solutisque debitis.

Orat postremo ut huiusmodi literae si missae non sunt, per clariss. D. Doctorem Joannem Babtistam[3] mittantur Jngolstadium, ubi deinde aliquis ex collegio cum ijsdem literis Straubingam proficiscetur. Dominus IESVS in suam gloriam omnia[4].

Jdem Petrus Canisius subscripsit.

Inscriptionem quidem hae litterae non habent; sed eas ad „consilium religionis" bavaricum (de quo supra p. 220) datas esse et res ipsae, quae scribuntur, et forma, qua proponuntur, suadent; id quod etiam magis patebit comparanti has litteras cum iis, quae positae sunt supra p. 220—221.

297.

CANISIUS

HENRICO SCHWEICKER,

secretario ducis Bavariae.

Augusta Vindelicorum 28. Aprilis 1558.

Ex autographo (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 93. 94.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 50a—51b.

Particulam posuit (minus tamen accurate) *Python* l. c. p. 148—149. Maiorem partem germanice vertit *Riess* l. c. p. 247—248, et ex eo partim deprompsit *Drews* l. c. p. 86—87. Particulam ex Pythone depromptam italice vertit *Boero*, Can. p. 183—184.

Sacrae reliquiae. Iter romanum. In oboedientia securitas et solacium. Duci mittentur, quae a Canisio et aliis catholicis de colloquio vormatiensi scripta sunt. Canisius viaticum a duce accipere non vult. Schweickero, quod protestantibus odio sit, gratulatur. Dux fortiter iis obsistere nec consiliarios „claudicantes" audire debet. Straubingae sacerdos quidam a sacro suggestu removendus est.

---

[1] 2 Petr. 2, 20. Matth. 12, 45. [2] Leonardo Gamma.

[3] Doctor Ioannes Baptista Weber has Canisii litteras Ingolstadio Monachium attulisse videtur; vide litteras Canisii ad Schweickerum datas 28. Aprilis 1558.

[4] Cf. supra p. 115[4].

†

Pax Christi IESV suauiss. nobiscum.

Suauiss. accepi literas tuas amiciss. uir[1], nec uideo, quid aut ego maius ab humanitate tua expectare possim, aut tu studiosius quam facis, praestare debeas immerenti. scripsi autem ante paucos dies fusissime, cum sacras Reliquias thezaurum illum meum mundo absconditum[2] mitterem:[3] in eo curando et ornando quam polliceris operam, ego gratissimam habeo. Scripsi ad Principem quoque, et ijsdem ni fallor de rebus, quas nunc ex me scire cupit[4], de statu scilicet rerum, quae ad Religionem Straubingae conseruandam et uindicandam facere mihi uideantur. Addo nunc etiam aliquid:[5] rem totam tuae comitto industriae, ut excuser in hac proficiscendi necessitate, quam etiam Doctor Babtista[6], ut puto, coram explicabit. Abeo igitur recta Tridentum, sit IESVS uiae dux perpetuus, non aestus, non labores impedient unquam, quo minus obedientiae sanctae faciam satis, in hac securitas et uoluptas et consolatio nostra propter eum, qui se humiliauit factus obediens usque ad mortem crucis[7], ut nos peccato mortui, iusticiae et obedientiae uiueremus[8]. Quod cum ita sit, clementiam et beneuolentiam optimi Principis mihi saluam manere confido, etsi ad tempus et grauibus sane quas scripsi, de causis abesse cogar. erit fortassis haec absentia etiam Germaniae nostrae non infrugifera. Dominus consilia nostra prosperet. Scriptum pro Catholicis contra Confessionistas quod ad colloquium spectat, nostri[a] Jngolstadio mittent[9] vna cum alijs quibusdam eodem spectantibus. quaeso ut Jllustrissimus princeps uideat omnia[10].

Venio ad viaticum a Principe concessum proficiscenti. Hoc munus primum ut par est, magni facio, et maius duco quam ut mihi pro totius anni contionibus exoluatur. Ago gratias igitur clementiss.

---

[a] *Supra versum scriptum.*

---

[1] Monachio 23. Aprilis datas; quas vide supra p. 250—252.

[2] Is. 45, 3. Matth. 13, 44 etc.

[3] Canisius litteras die 22. Aprilis datas dicit; quas vide supra p. 243—247.

[4] Eodem fere tempore Canisius duci (die 21. Aprilis) et dux Canisio (die 22. Aprilis) scripserant. Vide supra p. 240—243. 247—250.

[5] Vide epistulam proxime sequentem.

[6] Ioannes Baptista Weber; de quo supra p. 245[4]. 265.

[7] Phil. 2, 8. [8] 1 Petr. 2, 24.

[9] Canisius libellum suum: „Vom Abschiedt des Colloquij zu Wormbs" etc. significat; vide supra p. 232. 251 et infra, monum. 203.

[10] Dubitari vix potest, quin Canisius duci praeter suum libellum etiam illos miserit, quos de eodem colloquio pro catholicis germanice conscripserunt Bartholomaeus Latomus (vide supra p. 180) et Ioannes a Via (Warhaffte vnd Bestendige Antwort etc.; sine loco et anno; simul etiam latine editus; cf. Wetzer und Welte's *Kirchenlexikon* VI, 1780—1781, et „Historisches Jahrbuch" XVI [München 1895], 567).

Moecenati. Remitto autem literas de hac pecunia scriptas Straubingensibus[1], quia ut prioribus ad principem literis testatus sum, fateor mihi nihil deberi: minora quam illius merita et animarum cura[a] [?] postulabant praestiti, et adiunxi literis ijsdem, me neque petere, neque accipere uelle quicquam praemij, abunde sat esse, si victus tantum et debita quaedam Priori Carmelitarum exoluenda redimantur nomine meo: gratis dare cupio quod gratis accepi[2], memor exempli Pauli[3], et instituti nostri, quod iubet euangelizandi munus sincere, gratis et fideliter administrari[4]. Quare ijs literis Ducis ad extorquendam mihi pecuniam non est opus. Perge autem mi Sueckere tibi gratulari, quod etiam pro nomine JESV, et pro Religionis defensione pateris aliquid, et ijs maxime displices, qui nullis bonis et sanctis placent[5]. Nunc tempus est si unquam antea fuit, ut confiteamur nomen domini[6] et non erubescamus Euangelium[7], quod iubet audire Ecclesiam[8], et obedire praepositis eius[9], et non praeterire terminos quos posuerunt patres nostri[10]. Vtinam zelus domus dei[11] nos corripiat et inflammet aduersus insanos istos, quibus ludus est conculcare sacra, diripere templa, euertere monasteria, mutare religionem et quidlibet credere quod ipsorum Magistri somniant ac indiem fingunt ac refingunt. Spero Jllustrissimum Principem pro sua innata prudentia prospecturum, ne sinat istorum seditiosorum et impiorum conatus[b] impune grassari[12]. tantum inuicto est animo hic opus, non fidendum humanis quorundam consilijs qui claudicant miseri, et dum alteri parti nimium fauent, alteri inique ius suum detrahunt, ita fit vt vtramque postea partem insanabiliorem reddant, ac morbos adferant deteriores quam quibus mederi sperabant. Tanti refert cordatos nunc habere Consiliarios, quibus non animus nutet in Religione, ut[c] cui caetera omnia longe posthabenda sunt, uelit nolit mundus delirans ac furiens [*sic*] plane in Germania.

Dominus JESVS te cum matre nostra[13] conseruet incolumem. Augustae 28 Aprilis 1558 Seruus in Christo P. Canisius.

[a] *Vel:* lucra; ucra *autogr.* [b] *Sequuntur verba:* in peius, *oblitterata.*
[c] *Sequuntur verba:* pro qua, *oblitterata.*

[1] Litterae igitur, quibus dux Andreae Prew quaestori suo straubingensi, ut Canisio abeunti 50 aureos daret, mandabat, Ingolstadium ad Canisium missae sunt, ut hic Straubingam eas mitteret vel secum adferret. Litteras illas vide infra, monum. 150.

[2] Matth. 10, 8. [3] Cf. 2 Cor. 11, 7—12. Act. 20, 33—34 etc.

[4] *Constitutiones* Societatis Iesu, Ex. c. 1, n. 3; P. 6, c. 2, n. 7; P. 10, n. 5 etc.

[5] Bavariae ordines „saeculares", quos vocant, a duce facultatem poscebant lutheranismum sequendi. [6] Matth. 10, 32. Luc. 12, 8 etc.

[7] Rom. 1, 16. [8] Matth. 18, 17. [9] Hebr. 13, 17.

[10] Prov. 22, 28. [11] Ps. 68, 10. Io. 2, 17.

[12] Canisii monita irrita non fuere. Vide infra p. 271—272.

[13] Schweickeri uxore; cf. supra p. 225. 245.

Per misericordiam Dei et Domini nostri JESV CHRISTI rogo, ut D. Georgius [1] a contionandi munere Straubingae supersedere iubeatur. Adhuc hodie scribitur ad me, quam coeperit is homo lupus esse rapax [2] post discessum e Straubinga meum. Iterum autem commendatum uelim D. Hieronymum, de quo in alijs literis plura. Obsistamus ijs principijs insani et indocti plane contionatoris, cui tantum fauent schismatici et male feriati homines [3]. alioquin fient nouissima illic peiora prioribus [4].

† Nobili uiro, D. Henrico Sceweickero, Patrono suo. Monachij.

298.

CANISIUS

ALBERTO V.,

Bavariae duci.

Augusta Vindelicorum 29. Aprilis 1558.

Ex autographo (2°; 3 pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I.“ f. 91. 92.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606“ f. 52ᵃ—53ᵃ.

Posteriorem epistulae partem primus typis exscripsit (minus tamen accurate) *Python* l. c. p. 149—150. Aliam partem eamque maiorem germanice vertit *Riess* l. c. p. 249—250. Usi etiam sunt hac epistula *Boero*, Can. p. 184—185, et *Gothein* l. c. p. 710—712.

Duci gratias agit, quod iter romanum sibi permittat. Straubingae sacerdotem quendam a contionando prohibendum esse. Iuventutem a ludimagistris protestantibus misere corrumpi. Duci suadet, ut ex clericis et laicis „consilium ecclesiasticum“ sibi constituat. Nullam pestem in ecclesia nocentiorem esse quam laicos in episcoporum officia se ingerentes. Se viaticum oblatum accipere nolle.

†

Pax IESV CHRISTi nobiscum.

Jllustrissime Princeps.

Reuerenter accepi literas Celsitudinis tuae 22° Aprilis datas, cum nondum meae quidem Jngolstadij scriptae isthuc peruenissent. Jn his autem egi prolixe tum de mea in Jtaliam profectione suscepta necessario, tum de rationibus quae mihi ueniebant in mentem, conseruandae Religionis apud Straubingenses. Nunc gaudeo et ex animo gratias dico, quod priusquam mea scripta adferrentur, clementia tua gratiose concesserit, vt vocatus in Vrbem (quod certe iam factum est) e Straubinga discedam. Rogo autem etiam atque etiam sic aduigilemus, ut homo inimicus ubi iam sparsum est triticum, non

---

[1] Prunner. [2] Act. 20, 29. Matth. 7, 15.
[3] Vide, quae ad epistulam proxime sequentem adnotabuntur, infra p. 272.
[4] Matth. 12, 45.

superseminet zizania[1]: non pro pastore uel doctore lupus Straubingae succedat, non Georgius[2], sed Hieronymus[3] ille quo de crebro scripsi, cathedram occupet. Nam saepius ad me scribitur, conatus Georgij Sacellani pestilentes atque seditiosos magis ac magis conspici, multumque periculi ab hoc homine licet indocto ac temerario, Straubingae metuendum esse. Quocirca hoc profligato, et D. Hieronymo ut certe meretur, substituto, paucisque alijs quae postremo scripsi obseruatis, consulemus illi Reip. uehementer. Jllud me non parum angit, quod non modo Straubingae, sed in alijs etiam Bauariae scholis insignes iuuentutis corruptores, non probi institutores deliguntur, adhibentur et regnant. Jtaque mali corui, ut dicitur, malum sequitur ouum[4], nec possunt Ecclesiae esse filij, qui inde a pueritia Lutheri et sectariorum discipuli esse coeperunt, utpote a peruersis magistris peruerse et impie instituti. O grauem, communem et horrendam Bauaricae pueritiae corruptelam[5]: Haec aliaque multa quae causam Religionis perturbant et dissipant incommoda praecaueremus, aut etiam si irrepserint, sanaremus minore[a] negotio, si essent sapientes ac pij uiri, quibus hoc demandaretur munus a pietate tua, vt praeter laicos istos ecclesiastici quidam ex professo notarent atque inter se studiose tractarent quae circa Religionis causam uel innouantur uel seditiose seminantur in tota Bauaria. Dicam clarius: habet amplitudo tua tot Consiliarios, quibus Bauariam in quatuor regiones distributam rite administrandam gubernandamque committit. Habeat insuper uel paucos quibus hoc solum incumbat muneris, ut dispiciant, notent, perscribant nouos et graues motus istos qui passim incidunt et sine reprehensione magis magisque perturbant Remp. ob studium Religionis ueteris obscurandae, et nouae amplectendae. Qui spirituales quidem consiliarij (ut sic loquar) partim e seculari, partim ex Ecclesiastico statu assumpti Clerum in offitio esse cogerent, monasteria quae adhuc stant, conseruarent, deserta uero ab omni prophanatione vindicarent, ecclesiastica

---

[a] *Sequitur:* tunc, *oblitteratum.*

---

[1] Matth. 13, 24—30. [2] Prunner. [3] Prosoydt.

[4] Ἐκ κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν: *Sextus Empiricus,* Adversus rhetores 99.

[5] „Die allgemeinen [bayerischen] Kirchenvisitationen von 1558—1560 galten selbstverständlich vor allem auch dem Schulwesen, allein dieselben förderten im Allgemeinen ein nicht gar günstiges Bild vom Stand der Schulen, wie der Thätigkeit der Lehrer zu Tage. Überall, wo sich utraquistische Regungen oder irgendwelche religiöse Ausartungen zeigten, waren sicher die ‚Schulmaister' an der Spitze, ja oft waren sie die einzigen Vertreter solcher Richtung. Nicht selten fand es sich auch, dass in den Schulen sectische Bücher gelesen und die Kinder nach Luthers kleinem Katechismus unterrichtet wurden. Freilich gab es auch gute Schulen und tüchtige Lehrer; wie selten sie aber gewesen sein müssen, dürfen wir wohl daraus schliessen, dass der Herzog in einem solchen Fall ein specielles Anerkennungsschreiben ausstellen zu müssen glaubte": *Knöpfler* l. c. p. 178. Haec confirmantur actis visitationis anno 1559 factae, quae evulgavit *J. Hollweck* in „Historisch-politische Blätter" CXIV (München 1894), 725—749.

bona ne passim alienarentur aut indignis modis consumerentur, cauerent, tum pastores contra vim nobilium et sectariorum defenderent, aliaque id genus permulta quae statum Ecclesiarum misere collabentem[a] ab interitu vindicare possent, prouiderent atque constituerent, aut saltem ad Jllustrissimam cels. tuam subinde referrent. Qua in re tum Dei bonitas magis prosperaret pia vota et consilia nostra, si quae Episcoporum sunt ex Diuina institutione, illis ipsis permitteremus, studiose cauentes, ne falcem nostram (ut dici solet) in alienam messem immittamus. Nulla enim pestis in Ecclesia nocentior: et ad euertendum ordinem omnem potentior[b] methodus mihi videtur, quam commiscere iurisdictiones ecclesiasticam et ciuilem, cum distinctae sint prorsus ac discretae utriusque potestatis functiones, ut nepharium sit laicis in Episcoporum quales quales demum illi sint, offitium inuolare[1]. Vbi praeclare facit dignitas tua, quod vicinos Episcopos omnes sibi conuinctissimos[c] [?] habeat, et cum ijs libenter conferat de negotio Religionis, de incidentibus sectariorum studijs, de scandalis Cleri auertendis. Juuabit autem iuditio quidem meo, si quos spirituales dixi consiliarios, etiam aucthoritatem Ordinarij Episcopi uel plurium, sibi concessam et impetratam habeant, ut eo plus momenti adferant in consilijs suis, rectiusque disponant, uel per Cels. tuam disponenda curent omnia, quae causam Ecclesiae promouere posse uidebuntur. Atque haec ego ueluti sutor vltra crepidam[2], ex amore tamen ac studio peculiari quo complector Bauariam, dixerim, non[d] ut leges feram, sed ut sapientibus occasionem praebeam de re tanta rectius statuendi. Tum ea est clementia tua Princeps humaniss. ut nostra consilia qualia qualia sunt, boni consulere, nostrosque tum amare, tum fouere non dedigneris.

Venio nunc ad eam literarum partem, quae mihi abeunti promittit viaticum, additis in hoc literis ad quaestorem Straubingae. Pro hac insigni munificentia quas debeo gratias, ago maximas, et fateor me nihil tale promereri. Sed quia non est consuetudinis nostrae quicquam accipere, nisi quod ad uictum necessarium spectat, et quoniam omnia quae Christi gratia possumus, Cels. tuae et inclytae Bauariae semel ac simul debentur, deinde cum gratis euangelizandi hoc munus et sincere obire uelimus, neque uti semper expediat potestate, quam

[a] *Sequitur:* decent, *oblitteratum.* [b] *Sequitur:* mihi, *oblitteratum.*
[c] *Sic (ni fallor); sed malim legere:* coniunctissimos.
[d] *Sequitur:* dem, *oblitteratum.*

[1] Canisius, praeter multa alia, „declarationem“ illam significare videtur, quam dux anno 1556 ordinibus ducatus sui dederat; vide *Can.* Epp. I, 609[2], et infra, monum. 199. Initio anni 1558 ab episcopis postulabat, ut communionem „sub utraque specie“ laicis permitterent (*Knöpfler* l. c. p. 28—41). Quam multis modis saeculo XVI. episcoporum iura in Bavaria laesa sint, cognoscitur ex „gravaminibus“ eorum sub a. 1582 collectis, quae posuit *Em. Friedberg,* Die Grenzen zwischen Staat und Kirche. 1. Abth. (Tübingen 1872), p. 201—204.

[2] „Ne supra crepidam sutor“: *C. Plinius,* Naturalis Historia l. 35, c. 10.

Christus quidem concessit operarijs messis suae, ut digni sint mercede sua[1] non solum coelesti atque perpetua, sed etiam temporaria et pecuniaria[2], Paulus uero id sibi licere noluit[3]: Jdcirco non grauatim quaeso ferat dignitas tua, literas illas Quaestori Straubingensi scriptas a me remitti, pecuniam vero constitutam recusari: non quod contempnam tanti Moecenatis gratiam et liberalitatem, pro qua etiam atque etiam gratias ago et semper acturus sum, sed quod pro huius instituti ratione[4] quae gratis quidem accepi, creditori Deo sincere[a] reddere, et fratribus in Christo gratis dare[5] cupiam, ut etiam hinc amplitudo tua intelligat, nos ueluti filios in hac prouintia, non sicuti mercenarios, summo aeternoque Patri inseruire, et optimo Principi fideliter gratificari velle, ubi et quandocunque possumus. Quare abunde sat est exolui sumptus ac debita, quae ut scripsi postremo, Carmelitarum prior a me repetere potest Straubingae.

Dominus IESVS, cuius gloriam vnice spectemus et indefesse promoueamus in hac aerumnosa uita, summis aeternisque bonis augeat Cels. tuam: cui me totum vna cum minima societate commendo reuerenter. De reliquis ad Schweickerum, ut nostro nomine agat ac excuset[b], sicubi forte nostrum offitium praetermisimus. Equidem Straubingae bene consultum uelim, tantum arceamus pestem et scandalum illud D. Georgium: reliqua uel a D. Hieronymo, uel a nouo probatoque pastore, si is quamprimum institui potest, longe facilius curabuntur. Jgnoscet spero clementia tua meae tum audaciae, tum prolixitati. Dominus IESVS in gloriam suam nostra consilia dirigat. Hodie ipso fauente recta ingrediar iter in Italiam. Augustae. 29 Aprilis. 1558.

Seruus in Christo Petrus Canisius.

† Jllustrissimo Principi, Domino ALBERTO Bauariae Duci, Moecenati suo clementiss. Monachij.

His Canisii litteris tria apud Albertum V. ducem effecta sunt:

1. Dux litteris Monachio 16. Maii 1558 datis quaestorem suum straubingensem priori Carmelitarum, quaecumque pro Canisio expendisset, suo nomine rependere iussit; vide infra, monum. 151.

2. Ad „vicedominum" straubingensem huiusque consiliarios Albertus scripsit: Delatum ad se esse, statim ubi Canisius praesidum iussu Straubinga discessisset, suspectum illum sacellanum Georgium a senatu urbis constitutum esse contionatorem et parochiae administratorem; se aegerrime id ferre atque ipsis mandare, ut Georgium ilico Monachium ad se mitterent et cum Hieronymo agerent, ut ipse utrumque illud munus ad tempus subiret. Georgius Prunner 16. Maii 1558 Monachium ad-

[a] *In margine ascriptum.* [b] *Sequitur:* omnia, *oblitteratum.*

[1] Matth. 10, 10. Luc. 10, 7.
[2] Cf. 1 Tim. 5, 17. 18. 1 Cor. 9, 4—11.
[3] Cf. Act. 20, 33—35. 1 Cor. 9, 14—15 etc.
[4] Vide supra p. 150[2]. 267[4]. [5] Matth. 10, 8.

venit indecore vestitus; negavit se contra verum Dei verbum vel contra Canisium quicquam e suggestu dixisse; de religione interrogatus in eaque instructus est; sollemniter spopondit se catholicam doctrinam et verbis et rebus professurum. Cum vero ex ipso modo, quo Monachii se gerebat, coniectandum esset eum fraudulenter spopondisse, Albertus litteris Monachio 25. Maii 1558 datis officialibus suis praescripsit, ut Georgium, cum Straubingam rediisset, diligentissime observarent (Ex *apographis, sub a. 1862 curante P. *Floriano Riess* S. J. descriptis ex tabulis antiquis hanc causam spectantibus, quae sunt Monachii, „Bayerische Religionsacten T. III.“ f. 149—155; cf. *Riess* l. c. p. 247—248). Nec diu homo in urbe persistere potuit; nam in catalogo sacerdotum straubingensium, qui in actis visitationis initio anni 1559 habitae exstat, eius nomen non comparet (*L. Westenrieder*, Historischer Calender für 1801 [München 1801], p. 213—223). Hodie quoque Straubingae in thesauro rerum antiquarum vestis talaris asservatur, quam in sacristia templi S. Viti reliquisse fertur, cum e suggestu Lutheri dogmata proclamare conatus ideoque ab iratis fidelibus fugam capere coactus esset (*Sammelblätter* l. c. Nr. 30, 118—119).

3. „Consilium religionis“ (cf. supra p. 220) 23. Aprilis 1559 ab Alberto V. dissolutum est, negotiis religionem spectantibus ad commune et plenum ducis consilium remissis (*Knöpfler* l. c. p. 195). Anno autem 1570 Albertus — cuius tamen rei solum Canisium ei auctorem fuisse censendum non est — novum quoddam collegium consiliariorum ecclesiasticorum („geistliches Rathscollegium“) ex clericis et laicis constituit, de quo anno 1576 doctor *Martinus Eisengrein*, universitatis ingolstadiensis procancellarius et ecclesiae collegialis Veteris Oetingae praepositus, in „Postillae“ suae epistula dedicatoria sic ei scribere potuit: „Monachij . . . ex Sacerdotibus, Theologis, Senioribus, praeter reliquos consiliarios tuos, viris cum sacrarum literarum cognitione omnique genere eruditionis, tum vsu quoque rerum et pietate clarissimis, conflatum, esse voluisti, non solum, vt pro conseruanda religione Catholica, diligentes excubias agat, verum etiam, vt Clero, hoc exulceratissimo seculo, multis calumniis, iniuriis et persecutionibus male feriatorum hominum exposito, certissimum refugium ac quasi Asylum esset, vnde vel consilium salutare, vel iustam certamque opem sibi polliceri, vel si res ita posceret, ad legitimum suum iudicem et ordinarium ablegari posset“ (Postilla Catholica [Ingolstadii 1576] f. b 4[a]). Collegium hoc sive „consilium“ piissimus dux Guilielmus V. anno 1584, apostolica sede consulta et conventione cum episcopis facta, novis legibus instruxit (*Knöpfler* l. c. p. 195—200. *Aretin* l. c. p. 161—162. 297—302).

299.

CANISIUS

HENRICO SCHWEICKER,

Bavariae ducis secretario.

Ex monasterio ettalensi ineunte Maio 1558.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I.“ f. 98.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606“ f. 54.

Epistula usus est *Riess* l. c. p. 253.

Schweickerum rogat, ut reliquias sacras, ab abbate ettalensi sibi donatas, adiuvante familia ducis ornandas curet. Deum in Sanctis honorari. Monacensi collegio satanam obsistere.

†

Pax Christi suauiss. nobiscum.

Cum hac transirem, excepit me R. D. Abbas humaniter Magnifice Domine, neque abeuntem dimisit nisi sacris reliquijs donatum [1].

Nosti proculdubio, mihi donum charius esse non posse, quam a talibus uiris hoc modo profectum munus[a] et ad sacrum usum mihi concessum. Tua pietas hanc quoque partem Reliquiarum accipiat, et reliquis adiungat quemadmodum Jngolstadij scripsi [2]. Quod autem in postremis tuis literis admones, iuniores Principes non defuturos huic instituto pio, uehementer placet. Auia fortasse Jllustrissima [3], ut nihil de matre pientiss. [4] dicam, si audierint a te ornari quod conamur [*sic*], suam fidem erga sanctos confirmauerint. Sed industriae tuae et matris nostrae sollicitudini Canisius absens committit ac permittit omnia. Curabitis rem ut decet, mihi non laborabitis sed sanctis, sed sancto sanctorum [5], Regi Regum [6], cui fit quod sanctorum eius cultui deferimus in fide Catholica et doctrina Ecclesiae sana. Et est praeceptum diuinum: Laudate Dominum in sanctis eius [7]. Reliqua non persequar, importunitatem meam boni consules, sanctorum honorem tanto maiore uoluntate complector, quanto longius a veteri pietate discedit mundus immundus, imo et insanus, et coecus, et furiosus.

Augustae scripsi pluribus et rogaui me excusatum haberes ob refutatum viaticum, quod ego ueluti praemium laborum apud Straubingenses exantlatorum interpretor. Non dubito, quin haec aliaque plura sis facturus fideliter, utpote pro nomine IESV, in quo salus, uita et resurrectio nostra [8]. Fratres Jngolstadij tuae charitati com-

---

[a] *A Canisio in margine ascriptum.*

---

[1] Monasterio benedictino Ettal, quod saeculo XIV. in superiore Bavaria ab imperatore Ludovico Bavaro conditum, initio saeculi XIX. suppressum est, eo tempore praefuisse Placidum Gall († 1566) ex catalogo abbatum eiusdem monasterii intellegitur, quem *Wiguleus Hundt,* illorum temporum aequalis, in suae „Metropolis Salisburgensis" tomo altero evulgavit (in editione Ratisbonae a. 1719 facta p. 219). „Placidus abbas", inquit *Agricola* anno 1727, „ut erat ipse Religionis zelo plenus, ita Petro etiam [Canisio], ac Societati addictus eo amore, quem adhuc erga Societatem in florentissimo hoc Monasterio . . . vigere grati testamur" (l. c. I, Dec. 2, n. 76).

[2] Vide supra p. 245—246.

[3] Iacoba, Philippi marchionis badensis filia et Guilielmi IV. Bavariae ducis uxor.

[4] Anna, Ferdinandi I. caesaris filia et Alberti V. ducis uxor.

[5] Dan. 9, 24. [6] Apoc. 17, 14; 19, 16.

[7] Ps. 150, 1. Quae verba sensu „consequenti", quem theologi vocant, ad cultum sanctorum recte applicantur.

[8] Cf. Io. 11, 25. Non solum in „introitu" missae „feriae V. in Coena Domini", quam „*Missale* Romanum" habet, sed etiam in responsorio quarto officii matutini inventionis sanctae Crucis, cuius memoria die 3. Maii ab ecclesia recolitur, haec sunt: „Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita et resurrectio nostra" (ita saltem in *Breviario* romano). Fortasse igitur Canisius hanc epistulam scripsit die 3. Maii.

mendo. De Monachiensi collegio uideo Sathanam nobis aduersari, quia timet nomen Domini IESV [1] et nollet illius societatem fructificare in ea ciuitate, ubi nunc sine hoste triumphat, aut certe quod vult facit potentissime.

Dominus IESVS dirigat actus nostros in gloriam suam. Ex monasterio D. Mariae Virg. in Eetal. 1558.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Nobili uiro D. Henrico Schweickero, Jllustrissimi Ducis Bauariae Secretario et Patrono suo colendo. Monachij.

Subiungo aliquid, quod Canisio iter hoc romanum prosequenti contigit Laureti, quodque Boero ex commentariis quibusdam manu P. Iacobi Burghesii (Borghese), qui illo ipso tempore Laureti in collegio Societatis degebat, scriptis deprompsit: „Poichè", inquit *Boero* (Can. p. 185—186), „il P. Canisio giunse a Loreto, fu a picchiare alla porta del Collegio. Il portinaio, ch' era uomo semplice, ma di maniere rozze e scortesi, gli dimandò se avesse le lettere patenti, che sogliono darsi dai superiori ai nostri viandanti. Rispose il Padre con molta modestia, che essendo egli Provinciale della Germania, non aveva patenti: e l' altro, chiusagli in faccia con mal garbo la porta, e voi, soggiunse, non entrerete in casa. A un tal atto l' umile servo del Signore, senza punto commuoversi nè dir parola, tornò indietro, e stanco del lungo viaggio si pose a sedere quietamente sopra una panca di rimpetto alla porta; e stettevi da circa un' ora, finchè sopragiunto dalla vicina Basilica un de' Padri, e conosciutolo per quel ch' egli era, gli dimandò meravigliato perchè non entrasse. A cui il P. Canisio sorridendo, perchè, disse, il fratello portinaio non vuole che io entri. Il P. Rettore [2] con esso tutta la comunità, avutone avviso, scesero incontanente a riceverlo; e poichè non finivano di far mille scuse, il sant' uomo procurò di sviar tosto quel ragionamento, prendendo le difese del fratello."

300.

CANISIUS

P. THOMAE LENTULO S. J.,

rectori collegii ingolstadiensis.

Roma exeunte Maio a. 1558.

Ex iis, quae P. *Florianus Riess* S. J. sub annum 1862 Monachii in archivo regio („Reichsarchiv", ut videtur) ex eiusdem tabulis ad Societatem Iesu spectantibus excerpsit.

Lentulus Ingolstadio 2. Iulii 1558 Schweickero scripsit: Mittere se litteras a Canisio Roma ad ducem datas cum nuntiis de paganorum conversione ex novo orbe allatis [3]. *„Meminit", inquit Lentulus, „Pater Canisius Buslidii procuratoris vel agentis Illustr. principis nostri obitus."* [4]

---

[1] Cf. Marc. 16, 17. Luc. 10, 17 etc.

[2] Oliverius Manareus id munus tunc tenebat.

[3] Haec superesse non videntur. Canisium epistulam illam exeunte Maio ad ducem dedisse ex litteris patet, quas hic 12. Iulii 1558 ad Canisium misit.

[4] De Hieronymo Buslidio vide *Can.* Epp. I, 720 et infra, monum. 189.

301.

CANISIUS
MARTINO CROMER,

canonico cracoviensi et Poloniae regis apud Ferdinandum I. legato [1].

Roma 11. Iunii 1558 [2].

Ex autographo (2° min.; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. cracov. „Cromeri epistt." n. 5.

Epistula primum vulgata est in „Pastoralblatt für die Diöcese Ermland", herausgegeben und redigirt von Dr. *F. Hipler* (20. Jahrg., Braunsberg 1888), p. 115—116.

Gaudet de exitu, quem colloquium vormatiense habuerit. Staphyli epitomen theologiae Lutheri laudat. Quae in ea corrigenda esse videantur. Curaturum se, ut insignes Socii Cracoviam mittantur; inde Societatem in Varmiam transituram. Italiam Turcas timere. Religioni in Polonia conservandae omnem operam navandam esse. Litteras mittit ex Indiis allatas; illuc regnum Dei transferri. Cromeri librum de caelibatu videre cupit.

Pax IESV CHRISTi nobiscum sempiterna.

Cum huc venisset D. Lanoius [3], accepi literas tuas Reuerende Domine, pergratas illas quidem mihi, quod veterem erga me beneuolentiam tuam confirmarent. Priusquam uero ex Bauaria ingrederer iter, alteras ad me Vienna dedisti, quibus tu [a] pie et sapienter monebas de colonia quadam nostrorum Cracouiam transferenda. Hoc enim praecipue mihi tractare videbantur. Nam de colloquio [4] repetere quid attinet? illius exitus quam ingressus foelicior fuit, illorum bellum pax Ecclesiae: fingant versipelles quaelibet: in Deo fecimus virtutem [5], qui immisit in illos spiritum vertiginis [6] atque confusionis. Qua de re meas qualescunque annotationes tibi non displicuisse laetor [7]. Caeterum quod ad Staphyli nostri opus attinet, laudatur ille quidem et bene cecidit praeclarus conatus, ut gratias debeamus Ecclesiae propugnatori [8]. Vellent interim nonnulli, partum illum, ut alicubi

[a] tum *Pastoralbl.*

[1] De doctissimo hoc viro, qui postea episcopus varmiensis fuit, vide *Can.* Epp. I, 458[2] etc.

[2] Canisius, „medio circiter Maio Romam cum attigisset, egregiam contulit operam praeparandis iis rebus, quas praeuerti Comitiis" generalibus Societatis „oportebat, vt primus ille Ordinis conuentus, in quo praeter creationem Praepositi, recognoscenda multa, et permulta sancienda erant, recte et commode haberetur" : *Sacchinus,* Can. p. 146—147.

[3] Vide supra p. 253—254.

[4] Vormatiae a. 1557 de religione habito.

[5] Ps. 107, 14. [6] Is. 19, 14.

[7] Canisius libellum suum: „Vom Abschiedt des Colloquij zu Wormbs" etc. significat; vide infra, monum 203.

[8] Fridericus Staphylus (v. *Can.* Epp. I, 557[1]) inter colloquium vormatiense scripsit et ineunte a. 1558 Ottoni cardinali augustano dedicavit librum: „THEOLOGIAE |

immaturum, absolui, Graecorum quas adscripsit sententias, dilucidius verti, quaedam in explicatione verborum, Sinite vtraque crescere[1] immutari, ut nihil dicam de ijs, quae Philippus truculenter objicit[2]. Haec obiter ego, et ut spero, non temere prorsus, quod optimo viro ex animo faueam, et cui pro tua prudentia et authoritate consules quae ad rem facere maxime videbuntur. illi salutem ex me uelim adscribas.

Jam quod Polonis tuis sodalitium hoc nostrum quantulumcunque est, cum in literis tum in pietate operam nauare vtilem posse confidis, idem ego semper existimaui. Et maiore cum fructu fortasse quam alibi, Cracouiae laborabimus, adductis eo praestantibus Theologis atque professoribus, qui se indies nostris magis ac magis adiungunt. Hucusque, ut fit, rudia collegiorum nostrorum fuere principia: nunc virtutem et augmentum tribuit Dominus, vt paulatim ad perfectiora tendamus, et idoneos Ecclesiae operarios passim constituamus. Ac de Polonia quidem iuuanda vt salua sit illic Religio quae tot modis afflicta iacet, solliciti sane sumus. Tum erecta in DEVM fide nobis gratulamur, illique gratias agimus, qui hanc tibi mentem tum de Cracouia, tum de Polonia bene merendi donat atque conseruat. Perge pro pietate tua mi Cromere, perge hoc praeclarum quaeso institutum prouehere, quando apud Regem Augustum authoritate vales[3], et in nobis mora non est, quo minus colonia quaedam e nostris Cracouiam traducatur. Cardinalis de puteo, qui uester et noster est plane, libenter adlaborabit, vt hoc salutare institutum Regi vestro, si uelit, comprobetur[4]. Tantum de loco commodo et sumptibus non amplis sed necessarijs cogitandum puto, vt collegij Cracouiensis fundamenta quaedam iaciantur. Nisi forte rectius fore censes, me[a] aut e nostris aliquem Crocouiae [*sic*] ad tempus degere, ac mature omnia quae ad hoc collegium spectant, deliberare. Nam in hoc totus ero, mihi crede, ut uobis minime desint Crocouiae uiri docti, elegantes et pij, quales merito desideratis, qui docendo agendoque spartam ornare, et bonis

---

[a] *Pust. om.:* me.

MARTINI LVTHE- | RI TRIMEMBRIS | EPITOME. | De Topicis Prædicamentis: seu | Theologicis principijs. | De Materia præsentium contro- | uersiarum Theologicarum. | De Successione & Concordia di- | scipulorum Lutheri, in Augu- | stana Confessione. | Nuper collecta Wormatiæ, durante Colloquio. | Anno M.D.LVIII." (sine loco. 4°. 72 ff. numeris non signata). [1] Matth. 13, 30.

[2] Canisius libellum significare videtur: „Responsio ad calumniationes Staphyli et Avii, edita a Philippo Melanthone. Francoforti. 1558" (*F. W. E. Roth*, Johannes zum Wege, in „Historisches Jahrbuch" XVI [München 1895], 569).

[3] Cromer haud multo ante a Sigismundo Augusto Poloniae rege ordini equestri ascriptus erat (*Ant. Eichhorn*, Der ermländische Bischof Martin Kromer, in „Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands" IV [Braunsberg 1869], 42).

[4] Iacobus cardinalis Puteus sive a Puteo († 1563) in curia romana, praeter alia, munus „protectoris regni Poloniae" administrabat (*Hosii* Epistolae II, 1098. *Oldoinus-Ciaconius* l. c. III, 773).

satisfacere posse videantur. Neque grauatim feret opinor antistes Warmiensis, quem summi honoris gratia nomino, primum hoc studium et offitium a nobis Regi tribui: inde porro ad Warmiensem Ecclesiam transitus erit commodus CHRISTO annuente[1]. Commendari uelim amplissimo viro, cuius librum aduersus Brentium, elegantem et copiosum expectamus[2].

Pacatam habemus urbem et Italiam fere totam, praecipuus est metus a classe Turcica, quae magnum aliquod malum, vt verentur, apportabit. Non discedam hinc, ni plane fallar, ante mensem Septembrem: interea tuas ego literas hic auide expectabo, nec intermittam profecto quicquam si[a] praestari a me voles. Vtinam tui similes complures habeamus, quibus cordi sit Religio, et qui ad septentrionis tenebras luce Catholicae doctrinae propulsandas, atque ad reliquias istas Jsraelis[3] conseruandas, tum ad nouas Ecclesiae plantulas diligenter educandas, se totos impendant. Adiunxi literas de rebus Indicis, nihil dubium, quin pij legendo isthaec mire afficiantur, Deique iudicia in hoc nouo orbe nunc loeti nunc tristes suspiciant. Non est profecto Verbum Domini alligatum[4], migrat ab Hebraeis ad Graecos, transit ex Oriente in Occidentem, a Graecis ad Germanos praecipue fluxerat, neque hic consistit, sed ab ingratis et indignis transfertur ad gentem maioribus incognitam et inauditam. Tanti refert prouidere ne cadas, cum stare maxime arbitraris[5]. Dominus IESVS lucem charitatis suae nobis impertiat, non solum ut cernamus quae vere sunt nobis et alijs salutaria, verum etiam ut totis viribus eadem consectemur. Romae ferijs B. Barnabae Apostoli. 1558 anno Christi Opt. Max.

Seruus in Christo Petrus Canisius.

Scriptum tuum de coelibatu[6] si in lucem prodijt, spero ad me aliquando mittetur: tum si quid praeterea ediderit dignitas tua, cui me reuerenter commendo, scire uelim.

† Praestantiss. uiro .D. Martino Cromero, Serenissimi Poloniae Regis ad Jnuictiss. Caesarem Oratori, etc. Patrono semper[b] obseruando. Viennae.

---

[a] *Sequitur:* quid, *oblitteratum.* [b] *Past. om.:* semper.

---

[1] Stanislaus Hosius, episcopus et princeps varmiensis, iam ineunte anno 1554 petierat, ut aliqui de Societate ad se mitterentur; vide *Can.* Epp. I, 459—460.

[2] De hoc libro vide supra p. 202—203. [3] Ier. 6, 9. Ez. 9, 8.

[4] 2 Tim. 2, 9. [5] Cf. 1 Cor. 10, 12.

[6] Cromer librum parabat, quo caelibatum defenderet contra doctissimum virum Stanislaum Orzechovium (Orichovium, Orzechowski), qui in sacerdotio matrimonium inierat, ceterum autem catholicam fidem tenebat et propugnabat. Liber hic anno 1564 Coloniae ex typographia Materni Cholini prodiit in 8°, sic inscriptus: „Martini Cromeri Orechovius, sive de conjugio et coelibatu sacerdotum commentatio. Ad Stanislaum Orechovium“ (*Eichhorn* l. c. p. 115).

302.

CANISIUS
ANTONIO BRUS,

electo episcopo vindobonensi, et magistro generali ordinis Cruciferorum cum rubea stella.

Roma 13. Iunii 1558.

Ex autographo (2⁰ min.; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod est Pragae in archivo archiepiscopali, Soc. Jesu, Fasc. 3, n. 16 (Miscell.).

Gaudet Brusium ecclesiae vindobonensi reformandae insistere, eumque hortatur, ut, in solo Christo domino spem ponens, saepe missae sacrificium Deo offerat, multum oret, pravorum conatibus fortiter obsistat. Confirmationem pontificiam ei, antequam munus episcopale iniret, petendam fuisse. Staphylum salutat.

†

Pax domini IESV nobiscum sempiterna.

Reuerendissime Domine.

Quod amanter ad me scribat dignitas tua, cui multum debemus, equidem gratiam habeo [1]. Praeclarum uero studium tuum in hac Ecclesia reformanda libenter intellexi, et opto uehementer, vt pietatis tuae conatus cum apud Viennenses, tum apud Caesarem valeant, optimeque succedant. Ingens uoluitur saxum, et in tempestate non modica nauigatur, sat scio; sed nostrum est, aratrum in agro quamuis inculto et sterili promouere, nauimque inter tot fluctus et scopulos ne prorsus pereat, conseruare. Jncidimus ut nosti, in haec difficillima tempora, quae si unquam alias, nunc profecto maxime bonos Ecclesiarum gubernatores ac veros Episcopos pastoresque declarant. Jn humanis consilijs parum ego spei ponendum duco: vicit impietas et malitia, ni plane fallar, ingenij studijque nostri facultatem. Ad CHRISTVM ducem pastoremque ouium errantium [2] cum lachrymis confugiamus, dormientem in nauicula vt opem periclitantibus adferat, excitemus [3], et ut suis ipse nos viribus ad regendam nauim instruat, exoremus. Huc magnopere conferet, si dignitas tua frequenter, vt Episcoporum lumen Ambrosius quotidie, propitiatorium illud Eucharistiae sacrificium [4], quo nihil efficacius, Deo patri offerat, ac deinde studij temporisque multum sacris tribuat precationibus, quae uere arma Episcoporum, tum si infracto animo cum tepidis et frigidis istis agat negotium

---

[1] Canisio certe P. Nicolaus Lanoius, collegii vindobonensis rector, has litteras Romam attulit una cum Cromeri epistula, de qua supra p. 275.

[2] Cf. Io. 10, 11—16. Luc. 15, 3—7 etc.

[3] Cf. Matth. 8, 23—27. Marc. 4, 35—40.

[4] Canisius significare videtur id, quod *S. Ambrosius* populo mediolanensi aliquando dixit: „Vos quoque ipsos mihi bonos filios [iniquus] gestiebat eripere, pro quibus ego quotidie instauro sacrificium": Epistula 20, n. 15 (S. Ambrosii opera, ed. *P. A. Ballerini,* V [Mediolani 1881], 403. *Migne,* PP. LL. XVI, 1040).

Christi et Ecclesiae, nihilque minus quam zelum domus Dei[1] requiri in se patiatur, praesertim vbi Religio Catholica vindicanda est. Videmus non diuersa modo, sed etiam contraria prorsus esse studia mundi et eorum, qui quod dicuntur, Catholici et Ecclesiae Rom. filij esse uolunt: his certum arduumque certamen quod cum vita ipsa finiatur, hoc tempore expectandum est. Quare etsi non deceat Episcopum a me admoneri, tamen beneuolentia erga me tua singulari fretus quam maxime possum, et hortor et obsecro, ut quoniam duobus placere dominis nec possumus[2], nec debemus, istorum probra, odia inuidiamque omnem certo expectemus et fortiter contemnamus: tum quod nostri est muneris, absque respectu[a] personarum vrgere et exequi non cessemus: vt diuina potius quam humana ope et authoritate in his motibus niti videamur. Et haud dubie pugnabit pro nobis Deus vltionum[3], in eo faciemus virtutem, ipse inimicos nostros ad nihilum deducet[4], aut certe illorum conatus in salutem suorum diriget.

Venio ad negotium confirmandi muneris Episcopalis, in quo certe a nobis laboratum est, ut coram testabitur Dominus hic Antonius[5]. Sed incidit duplex incommodum, quod nobis permolestum fuit et causam ipsam difficiliorem facit: alterum quia intempestiue proponeretur priusquam ego quicquam intellexissem, nondum acceptis a D. Lanoyo literis: alterum, quoniam grauatim ferunt post tot menses peti gratiam[6], qua sine tentandum nihil erat in hac Ecclesia, uti Canones iubent[7].

---

[a] *A Canisio correctum ex:* delectu.

---

[1] Ps. 68, 10. Io. 2, 17.
[2] Cf. Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. [3] Ps. 93, 1.
[4] Ps. 107, 14.
[5] Significari videtur Antonius Guise, de quo in **catalogo* collegii dilingani sub 1. Novembris 1567 scripto refertur: eum esse „Flandrum", „Altenardensem" (Audenarde, Oudenarde, in regno belgico), mense Iunio a. 1558 Romae Societatem ingressum, mense Decembri 1558 Vindobonae vota scholasticorum nuncupasse, per 5 annos ibidem litteras humaniores explicasse, per annum Pragae contionatum esse, modo Dilingae theologiam audire (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 382a). Anno 1559, 19 annos natus, Vindobonae litteris humanioribus studebat (* *Catalogus* collegii vindobonensis, a. 1559 Romam missus. Cod. „Austr. Fund. III." f. 161a). Anno 1561 in eodem collegio logicam audiebat et typographiae correctorem agebat (*C. Sommervogel* S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M.D.LXI [Bruxelles 1892] f. C 3b). Eodem anno „Antonius Flander" cum aliis Tirnaviam ad collegium praeparandum missus est (*Socher* l. c. p. 89).
[6] Brusium iam mense Martio munus episcopale administrasse coniectari potest ex litteris supra, p. 234—236, positis.
[7] *Bonifacius VIII.* constitutione, quae incipit „Iniunctae", interdixit, ne episcopi electi ante acceptam confirmationem pontificiam dioecesim administrare inciperent (Corpus Iuris Canonici, Extrav. comm. l. 1, tit. 3, c. 1). At asserebant, „dar posesion de las dignidades eclesiásticas electivas antes de la confirmacion del Papa" esse „uso y costumbre que en Germania se ha tenido de antiguo tiempo acá" (*Colección* de documentos inéditos para la historia de España XCVIII [Madrid 1891], 69).

Sed prius illud plus adfert momenti, et postulat expectari occasionem causae commodius expediundae: idque fiet composito negotio inter Pontificem et Caesarem principali [1], de quo plura scriberem, nisi coram explicaturus esset omnia Reuerendus Pater, qui non ignauus profecto ut tibi gratificaretur, administer fuit [2]. Speramus breui conciliandos esse Monarchas, vulgus hominum aegre iudicare potest, quantum hic difficultatis res ipsa adferat. Sapienter hic (mihi crede) omnia, tum in futurum prospiciunt, ne detrimentum accipiat Religio, quae tot annis quomodo tractata sit a nostris, utinam coeci non uideant et res ipsa non apertissime fateatur. Dominus IESVS dignitatem tuam seruet incolumem cum Staphylo nostro, si tamen isthic adest, quem salutatum ex me cupio. Tuus ego semper ero ex animo Reuerendissime in Christo Pater.

Romae 13 Junij 1558.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo patri, ac Domino, Antonio Episcopo Viennensi, Patrono suo semper colendissimo. Viennae.

Inscriptioni epistulae alia manu eiusdem temporis adnotatum est: „Praesentatae 9. Augusti Anno 1558."

303.

CANISIUS

ALBERTO V.,

Bavariae duci.

Roma 18. Iunii 1558.

Ex autographo (2° min.; 4 pp.; in p. 6. inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 103—106.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 59^a—61^b.

Partem epistulae germanice vertit *Riess* l. c. p. 253 et aliam particulam *Janssen* l. c. V, 461—462.

Quantum fides catholica in novo orbe proficiat. Germaniae tepore et impietate portendi eius devastationem et imperii exitium. Quam dire christiani a Turcis in Italia et aliis terris vexentur et infestentur, ducis oculis Canisius subicit. Eundem hortatur, ut paci publicae studeat, et ut Carolum V. imitetur, summa vi contendentem, ut protestantismus ex Hispania exterminetur. Cavendum duci a catholicis illis, qui minus catholicas in republica opiniones sequantur. Mittit ei disputationes collegii romani, ex quo Germaniae multa commoda oritura sint. Gratias ei agit, quod Straubingensium saluti consuluerit. Bavariae principes ecclesiae fidelissimos esse.

---

[1] Ferdinandus hoc tunc agebat, ut Paulus IV. se agnosceret imperatorem; cf. supra p. 226[3].

[2] Nicolaus Lanoius?

†

Pax IESV CHRISTI suauissima nobiscum.

Jllustriss. Princeps.

Quas ego postremas isthuc dedi, noua quaedam de orbe nouo nuntiabant[1]. Longioris enim est operis, quod forte alias dabimus, coetera quae huius argumenti sunt, explicare. Coeterum ex paucis illis quae misimus, admiranda Dei Opt. Max. tum opera, tum iudicia intelligi possunt, quae nos etiam merito terreant, si simus ignaui et ingrati[2]. Nihil perit patrifamilias, curat vndecunque domum suam impleri, reijcit ingratos etsi primum vocatos ad coenam, et subrogat ex alienigenis, qui postremo inuitati, primum mensae regni sui adhibeantur[3]. Quo magis metuendum est Germaniae nostrae, quae diues quidem folijs, sed vacua fructibus Euangelij[4]: quae tot annis contendit de fide, sed indies magis ac magis fit sterilis in opere: quae tot modis experta fraudes et pestes nouae doctrinae, tamen pergit ita tumultuari, ut nulla doctrinae aut Religionis constantia, nullus etiam apud Catholicos zelus, poenitentia fere nulla reperiatur. Quid haec quaeso mala portendunt, quid ostendunt aliud, quam praesens Jmperij exitium, et Germaniae deuastationem?[5] ut a nostris, uelut iniustis possessorib. Regnum Dei et quae cum eo coniuncta sunt infinita bona, breui alio traducantur[6], et sicut scriptum est, domus nostra deserta maneat[7]. Et quasi Religionis dissidia non satis Germaniam perturbarent, en classis adest Turcica non procul a Neapoli: qua ex re Calabriam summis affici malis necesse est. Superioribus annis, ut fide digni testantur, plus minus quadraginta milia Christianorum ex hoc ipso vnicoque Regno Neapolitano in seruitutem miserrimam, in deditionem Turcicam deuenerunt. Horrendum dictu, quantas nostris ærumnas, quos angores adferat in his expeditionibus hostis plusquam barbarus. Violantur honestae matronae et pudicae uirgines, prophanantur sacra, diripiuntur aedes, abducuntur homines ceu pecudes, ex liberis serui, ex opulentis repente fiunt egeni, perit omnis cognatio, coniuges distrahuntur, cessant foedera, aequitatis et honestatis iura iacent, Mammolucis, ut vocant, et barbaris[a] quae libent, licent, illorum

[a] barboris *autogr.*

[1] Exeunte Maio datae erant; vide supra p. 274[3].

[2] Spes est fore, ut multae epistulae hisce annis a Sociis ex Indiis Romam missae mox typis describantur. Scripserunt etiam his de rebus: *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 1, n. 140—159. *Io. Petr. Maffeius* S. J., Opera omnia latine scripta II (Bergomi 1747), 127—155. *Emm. Acosta* S. J., ibidem p. 14—18. *Sim. de Vasconcellos* S. J., Chronica da Companhia de Jesu do Estado do Brasil, 2. ed., I (Lisboa 1865), 106—138.

[3] Luc. 14, 16—24. Matth. 22, 1—14.

[4] Cf. Matth. 21, 18. 19. Marc. 11, 12—14.

[5] Praedixisse hic videtur Canisius funestum illud bellum „triginta annorum“.

[6] Cf. Matth. 21, 43. [7] Matth. 23, 38.

libidini seruiunt omnia: tum quod ad praedam inutile uidetur, flammae traditur, ut hostilem immanitatem uastitas ipsa testetur. Haec fratres, haec sorores (sunt enim omnes in Christo nobis coniunctissimi) patiuntur: his modis periclitantur miserrimi, pereunt et in sempiternum pereunt animarum milia: tot nobiles et ciuitates et prouintiae nobis adimuntur quotannis, et Turcico cedunt Jmperio. Quid interim sit nobis animi, quis sanguis et spiritus Christianus in publica maximaque calamitate, satis nostra docent dissidia, ostendunt Christianorum mutuo inter se concertantium studia, quibus orbis fere totus concutitur. Hinc hinc Deus iratus, ut res ipsa docet, tot saeua bella, et gliscentes semper haereses nobis aut immittit, aut permittit, ut neque modum, neque finem tot malorum reperiamus.

Atque in his tantis motibus duo sunt mea quidem sententia, quae Celsitudo tua CHRISTo et Ecclesiae pro ratione officij praestet: alterum, vt saepe multumque curet publicae paci atque tranquillitati resarciendae consulere: quod partim in pijs ad CHRISTVM precationibus, partim in Christianis et serijs adhortationibus, literis et collationibus, quae cum Monarchis eorumque Legatis amice fiunt, positum uidetur. Alterum, ut eadem dignitas tua Maximi CAROLI sequatur exemplum, quod Germanis quidem Principibus, qui Religioni bene uolunt, uel maxime imitandum est. Js enim postquam Jmperij sui gubernacula et sceptra in germanum fratrem et Regem nostrum transtulit, ac publicis munijs se totum mirantibus omnibus abdicauit, ita Religiosus est, vt Religionis uindicandae studio coeteros facile antecellat[1]. Quare ferre non potuit nouum in Hispanijs rumorem, qui Lutheranae sectae aliquot in ciuitatibus illis deprehensos, et in his etiam nobiles uiros denuntiabat[2]. Quo nuntio Catholicus ille Rex, ne Caesarem[a] appellem, primum non potuit non commoueri, deinde rei magnitudine, et metu periculi monitus, ad scribendum se conuertit. Hic non otio, non quieti, non precationibus aut solitudini tribuit locum, sed agit ipse instituti sui uelut oblitus, et urget negotium, scribit,

[a] *Sequitur:* illum, *oblitteratum.*

[1] Carolus V., postquam regnis suis se abdicavit, initio anni 1557 in monasterium S. Iusti (Yuste), ordinis hieronymiani, in Extremadura (Baeturia) situm, secesserat ibique pietatis exercitiis diligenter vacabat.

[2] Paulo ante compluribus Hispaniae locis protestantes occulti ab inquisitoribus comprehensi sunt. Imprimis autem mense Aprili anni 1558 Vallisoleti inventa est „ecclesia“ haereticorum, qui in privata domo more lutherano res divinas pertractabant. Inter eos, qui nova illa dogmata clam per Hispaniam seminabant, eminebant nobilis vir Carolus de Seso, frater Dominicus de Rojas O. Pr., nobilis et ipse, maxime vero doctor Augustinus de Cazalla, canonicus salmanticensis ac Caroli V. contionator et capellanus aulicus, qui novem fere annis Carolum per Germaniam et Flandriam comitatus erat (*Marcel. Menendez Pelayo,* Historia de los Heterodoxos Españoles II [Madrid 1880], 314—336. Cf. etiam *Fr. Jav. G. Rodrigo,* Historia verdadera de la Inquisicion II [Madrid 1877], 285—293).

iubet, mandat filiae, quam Lusitaniae Rex[a] iunior viduam reliquit[1], et in eandem sententiam serium proponit edictum Senatui Regio, tum Jnquisitoribus, ut Hispani vocant. Summa haec fuit, quamprimum aduersus sectarios ubi ubi reperirentur, instituendum esse certamen, profligandum hoc genus hominum, imo potius, vt comprehensi omnes deprauatae Religionis poenas darent, ac reliquis exemplo essent, oportere curari. Adiunxit, ne suo quidem nepoti parcendum esse, quo nihil tamen habere uidetur charius[2], in omnes citra discrimen animaduerti uoluit[b] qui a Religione Catholica desciscerent, ut tanta lues, quae Germaniam tam misere uitiasset ac probrosam pijs omnibus reddidisset[c], ab Hispania modis omnibus abigeretur. Quod exemplum quia recens est admodum, mihique bene compertum, idcirco libenter adscripsi, vt pietati tuae simul solatium et speculum quoddam praebeat, tuumque principale pectus confirmet aduersus eos, qui cunctando, conniuendo, tacendo, permittendo non rem nobis restituunt, sed Religionem Catholicis tantum non extinguunt. Qui dum[d] phreneticis magis quam sanis placere student[e], morbos non minuunt, sed augent imperiti sane[f] medici, quorum primus et extremus aphorismus est, Oportet magis obedire hominibus, quam Deo et Ecclesiae[3]: huc enim et vita illorum et consilia spectant: nec est illis aliud Christianum, quam politicum esse, mundo simul et DEO satis facere uolunt, quos etiam pudet nonnunquam se Catholicos profiteri, ne Papistae uideantur. Sed haec ego pluribus quam institueram: rogo ne Moecenatem offendat libera oratio: tua nouit sapientia, me non vana hic proloqui.

Adiunxi literis disputationes nostrorum, quas eruditis quidem non displicituras arbitror, magnis enim de rebus vtiliter et accurate conscriptae uidentur. Tum non obscure significant aliquem studiorum esse profectum, ubi in amplissima doctissimorum hominum qui Romam confluunt, corona tot tantaeque res publice defenduntur[4]. Et sentiet

[a] *Sequitur:* viduam, *oblitteratum.*
[b] *Quinque verba sequentia a Canisio in margine ascripta sunt.*
[c] *Duo verba sequentia a Canisio in margine ascripta sunt.*
[d] *A Canisio correctum ex:* et. [e] *Sequitur:* Itaque, *oblitteratum.*
[f] imperiti sane *correctum ex:* isti.

[1] Ioanna, vidua Ioannis, principis hereditarii Lusitaniae, quae Philippo II. fratre in Belgio degente Hispaniam regebat (*M. Gachard*, Retraite et mort de Charles-Quint au monastère de Juste I [Bruxelles 1854], 293—303).

[2] Carolus non Maximilianum II., Ferdinandi I. fratris sui filium, significasse videtur, sed Carolum, Philippi II. filium natu maximum. Philippum ipsum de eodem Carolo filio, cum Carolus de Seso morte multaretur, similia dixisse tradunt (*M. Gachard*, Don Carlos et Philippe II. vol. I [Bruxelles 1863], p. 56—57. *O. Pfülf* S. J., Die Geschichte eines unglücklichen Fürstensohnes, in „Stimmen aus Maria-Laach" XLVII [Freiburg i. Br. 1894], 151. *M. Büdinger*, Don Carlos' Haft und Tod [Wien und Leipzig 1891] p. 99—101). [3] Cf. Act. 5, 29.

[4] Canisius duci misisse videtur libellos: „Assertiones logicae, physicae, metaphysicae atque ethicae disputandae in templo Societatis Iesv, tempore Congregationis

breui Germania, quid haec nostra Romae academia (ut ita dicere liceat) quantumque vtilitatis adferat, quando hic centum propemodum vno eodemque loco docti et studiosi homines, et in his Boemi multi, pluresque Germani commorantur. Faxit summa Dei bonitas, ut in Bauaricam quoque messem idonei operarij, quorum est ingens ubique penuria, foeliciter extrudantur: faxit, vt nos de Bauarica domo ac gente quemadmodum cupimus, ita bene mereri possimus in Christi IESV nomine.

Postremo summas ago gratias clementiae tuae, quod Straubingensibus Catholicum dederit, schismaticum ademerit contionatorem. Et oro, ut Christi gratia fauente pietas tua confidenter agat in negotio Religionis, nec sinat usquam grassari lupos [siue in] templis, siue in scholis. Ita conseruabit laudem huic nobilissimae familiae debitam, ut etiam posteri norint ac celebrent Bauaricam domum, quae uel sola, uel praecipua in Jmperio Catholicum nomen iure suo uindicet sibi, neque vnquam ab Ortodoxa Religione deflexerit, tot licet modis oppugnata et sectarijs vndique circumuallata. Dominus IESVS inuictum nobis Moecenatem, eumque florentem diu conseruet in gloriam suam. Me celsitudini tuae cum fratribus commendo reuerenter, coetera forte ad D. Schweckerum [*sic*]. Romae 18 Junij. 1558.

Seruus in Christo Petrus
Canisius.

† Jllustriss. Principi et Domino ALBERTO Bauariae Ducj Moecenati suo.

Inscriptioni alia manu eiusdem temporis adnotatum est: „Starnberg .22. Julj Anno 1558", atque ex *litteris Schweickeri Monachio 22. Iulii 1558 ad P. Lentulum datis (vide infra p. 294) intellegitur Albertum eodem die Canisio rescripsisse.

304.

CANISIUS
HENRICO SCHWEICKER,
secretario ducis Bavariae.

Roma 18. Iunii 1558.

Ex autographo (4°; 1 p.; in p. 4. inscr. et particulae sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 109. 110.

---

generalis, propugnatoribus quatuor ejusdem Societatis philosophis, praesidibus vero totidem philosophiae professoribus. Romae, in aedibus Societatis Iesv, anno 1558" (4°; pp. 10) et „Assertiones theologicae disputandae in templo Societatis Iesv, tempore electionis Praepositi Generalis. Respondente uno ex ejusdem Societatis Theologis, et Praeside Theologiae quodam Professore. Romae, in aedibus Societatis Iesv, anno 1558" (4°; ff. 8 non sign.) (*Sommervogel,* Bibl. IV, 1648; VII, 44). Fortasse Canisius his „assertionibus" eas addidit, de quibus superioribus annis disputatum erat; de quibus supra p. 38[1]. Cf. etiam *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 35.

Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606" f. 56[a].

Res straubingenses. Sacrae reliquiae. Amici. Metus Turcarum. Congregatio Societatis.

†

Pax Christi suauiss. nobiscum.

Magnifice domine.

Etsi audio mihi non defuisse calumniatores, qui reprehendant meum e Straubinga discessum, cuius rationem, ut spero, Jllustrissimo Principi comprobaui, tamen humanitas tua intelligit, me bono, ne dicam necessario consilio adductum subito abiuisse [1]. Scribo nunc iterum ex Vrbe Principi, nec mea me fallet opinio quantum auguror, humaniss. Moecenatem boni consulturum quod a me factum ac scriptum est. Si quid offendo, admonebis errantem atque sanabilem: tuo iudicio in his libens parebo.

De sacris reliquijs onus imposui occupatissimo; sed chariss. uxor supplebit quod hac in parte uterque nostrum praestare non potest [2].

Valde probo zelum Principis, qui D. Hieronymum Straubingensibus dederit, alterum eiecerit contionatorem [3]. Salutari uelim clariss. D. Doc. Seldium [4], et Medicum Principis [5], tum P. Guardianum [6] una cum Contionatore aulae [7]. Vtinam effici a me quicquam possit, quod vobis gratum et Bauariae frugiferum sit. De urbe nihil habeo scribendum noui. Turcicam classem metuunt, Neapoli magis. Italia non sine magno periculo dimittet Barbaricum hostem.

Dominus IESVS in suam gloriam nos tueatur in fide constantes atque fortes aduersus Religionis inimicos, ut audacter profiteamur et agamus quae sunt Catholicorum. Romae 18 Junij 1558

Seruus in Christo Canisius.

Salutat D. T. plurimum Dominus Polancus [8]. Congregationem intra menses duos uix absoluerimus, ad Septembrem, ut spero Germaniae restituar.

---

[1] Non defuerunt, qui „ad ignauiae conflandam infamiam rumorem dissiparent, turpem sibi" Canisium „necis formidine consciuisse fugam, nec, si moram faceret, diu fuisse victurum" (*Sacchinus*, Can. p. 146). [2] Cf. supra p. 245—246. 273.

[3] Georgium Prunner. Notandum est a summis pontificibus Adriano VI. et Clemente VII. 12. Iunii 1523 et 5. Februarii 1526 Bavariae ducibus concessum esse, ut clericorum delicta ipsi castigare possent. Quae tamen potestas sub annum 1582 iis adempta est (*Aretin* l. c. p. 14. 298—299. *V. A. Winter*, Geschichte der Schicksale der evangelischen Lehre in und durch Baiern I [München 1809], 229—230).

[4] Christophorum Seldium, ducis consiliarium.

[5] Hic quis fuerit nescio.

[6] P. Wolfgangum Schmidlkofer O. Min. Obs.; cf. supra p. 225[14].

[7] P. Ioanne Gressenico O. Pr.

[8] P. Ioannes de Polanco congregationis generalis (cuius coetus 19. Iunii haberi coepti sunt) secretarius erat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 17. 25).

Salutabis uxorem nomine meo, utpote matrem et Martham alteram [1].

† Humaniss. uiro, Domino Henrico Schweichero Secretario Principis Bauariae Domino suo in Christo colendo.

Inscriptioni Schweicker ascripsit: „Starnberg .21 Juli Anno 1558“ [hae litterae mihi allatae sunt]. Vide, quae epistulae proxime praecedenti adnotata sunt, supra p. 284.

305.

CANISIUS

aliique Patres aliquot primae congregationis generalis Societatis Iesu participes

SOCIIS EXTRA ROMAM DEGENTIBUS.

Roma paulo post 6. Iulii (8. Iulii?) 1558.

Ex apographo eiusdem temporis (2^0 min.; $2^1/_2$ pp.), quod saeculis XVII. et XVIII. Friburgi Helvetiorum in collegio Societatis asservabatur; in pagina quarta P. Nicolaus Lanoius S. J. scripsit: „Jhesus. Acta Pontificis Ma. Pauli .4. cum Congregatione generali Sotietatis Jesu 1558 etc.“, atque in eiusdem paginae infima parte manu antiqua, quae fortasse ipsius est librarii, notatum est: „8. Jul.“ Cod. „Scripta B. P. Canisii, X. Va“ n. 1.

Sacchinus (Hist. S. J. II, l. 2, n. 36—42) relationem posuit, quae cum his litteris saepe ad verbum consonat, nonnumquam autem discrepat. Eas tantum lectiones variantes ponam, quae maioris momenti esse videntur; nam ipse *Sacchinus* (l. c. n. 37) fatetur se, quae in tabulis antiquis invenerit, tantum „prope ad litteram“ exscribere. Liberius etiam eadem reddita sunt in „Vita P. Iacobi Laynis, Alphonsi item Salmeronis, a *P. Ribadeneira* Hispanice scripta; Latine vero ab *And. Schotto*“ S. J. (Coloniae Agrippinae 1604) p. 65—69. Maiorem litterarum partem ex apographo nostro germanice vertit *Riess* l. c. p. 255—257. Italice maiorem litterarum partem iam multo ante proposuerat *Dan. Bartoli* S. J., Dell' istoria della Compagnia di Giesu, L' Italia l. 4, c. 2 (Roma 1673), p. 391—393.

Iacobus Lainius praepositus generalis electus. Electores et procuratores a Paulo IV. benignissime excepti. Qui orationem gravissimam ad eos habuit. Societatis privilegia confirmata et nova ei oblata; universae Societati benedictio amplissima impertita. Pontifex etiam victum providet patribus congregatis. Orandum pro eo.

†

† IHS †

De actis Romae inter Pontificem Maximum et Patres Praecipuos Societatis Jesu in Octava Sanctorum Apostolorum Petrj et Paulj [2]. Anno 1558.

Postridie Kalen: Julij Cum festum Visitationis Deiparae Virginis celebratur, Singularj Dej: Opt: max: gratia . quam domj ac foris Communis hominum applausus et ingens consolatio Spiritus facile confirmauit, Electio Praepositi R. P. Jacobi Laynez facta est. Assistente Summj Pontificis loco, Reuerendissimo et Jllustrissimo Cardinale

[1] Cf. Luc. 10, 38. [2] Die 6. Iulii.

Pacecho[1]. Post haec obseruata est occassio [*sic*], quando nouus praepositus, una cum electoribus ac Procuratoribus, ad hanc electionem missis[2], Pontificem ipsum adire, seque supplices illi sistere possent. Admissi sunt tandem cunctj die 6. Julij. qui in Octauas Apost: Pet: et Pau: incidit, Et Pontificem in Palatio D. Petrj[3], cum adessent Reuerendissimj Cardinales. Tranensis[4] et Alexandrinus[5], accesserunt. Pontifex cum primus ingredientes uidet, preterquam quod eos per benigne exciperet, etiam propius accedere iubet, ac aperta uoce ut omnes se intro reciperent monet. Jgitur quod Praepositus in Osculandis Pontificis pedibus, primum et reuerenter ostendit, idem exemplum reliquj omnes e uestigio secuti sunt, ac deinde flexis genibus uelut acturj gratias Pontificis Cathedram ad modum fere Coronae cinxerunt[6].

---

[1] Societatis congregatio generalis, cum ab 21. ad 27. diem Iunii de ratione eligendi praepositi generalis egisset, die 28. Iunii sollemne quatriduum incepit, per quod electores tum precibus et paenitentiae operibus copiosius vacarent, tum cognoscendis hominibus, ut maxime idoneo munus demandaretur, insisterent. Die 2. Iulii electores in destinatum locum conscenderunt, quod erat illud ipsum conclave, in quo S. Ignatius e vita cesserat. „In his Comitiis", inquit *Sacchinus* (Can. p. 147), „mos est ex beati Ignatij ductus institutis, vt quo die eundum est in suffragia, eo die ad omnes, quibus suffragij latio est, in vnum congregatos, de corpore ipsorum Pater, quem iidem arcanis ante suffragiis destinarint, orationem latinam habeat loco, temporique accommodatam. Prima haec in hoc genere, et sane grauis dictio in tanta praestantium virorum copia Petro Canisio demandata est: nec minore assensu est auditus, quam consensu lectus Orator." Habita est igitur haec oratio in conclavi illo S. Ignatii; qua „sedulo", inquit alio loco *Sacchinus* (Hist. S. J. II, l. 2, n. 26), „cauebatur, vt eorum, qui lecturi magistratum erant, sic animi ad sumne idoneum legendum incitarentur, vt interim certus quispiam designari ab oratore nullo pacto videretur". Contionem Canisii audiebat etiam Petrus Pachecus (Paciecus, Pacheco), cardinalis et episcopus albanensis, quem Paulus IV. electioni interesse volebat, quod cardinalis Rudolfus Pius Carpensis, Societatis protector, Meldulam abisset. Suffragia tulerunt Paschasius Broetus, Nicolaus Lanoius, Franciscus Borgias singula, Hieronymus Natalis quattuor, reliqua tredecim Lainius. Atque hunc ilico praepositum generalem pronuntiaverunt et venerati sunt. Cardinalis patribus convivium paravit (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 18—31. Electorum nomina vide ibidem n. 25. Cf. etiam *Riess* l. c. p. 253—255 et *Boero*, Lainez p. 157—166).

[2] Praeter viginti electores Romae aderant provinciarum procuratores quinque, qui post electionem cum iure suffragii ad congregationem admissi sunt. Eorum nomina ponit *Sacchinus* l. c. l. 2, n. 47.

[3] In Vaticano.

[4] Ioannes Bernardinus Scotus (Scotti), ordinis theatini, archiepiscopus tranensis et presbyter cardinalis S. Matthaei in Merulana (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III, 846—848).

[5] Michaël Gislerius (Ghislieri), ex agro alexandrino ortus et inde cardinalis alexandrinus dictus, ordinis praedicatorum; qui postea sanctus Pius V. papa fuit.

[6] *Sacchino* si credimus, pontifex primum quidem ad patres flexis genibus circumfusos maiorem partem sermonis, qui hic sequitur, habuit. Deinde autem, praeposito generali et Societatis instituto ac privilegiis confirmatis, „Cardinalis Tranensis . . . accedit ad summum Pontificem, ac vestem summouet, vt paterent osculo pedes: ac Patres ordine progressi osculantur: quibus vt accedebant, seorsim Paulus dextera crucem figurans benedicebat, intentis in vnumquemque paterna quadam clementia et hilaritate oculis, quorum non paucis prae interioris copia dulcedinis lacrymae cadebant": Hist. S. J. II, l. 2, n. 40.

Orsus tum est Pontifex grauj et praeclara uti oratione[1], in hanc fere sententiam. Laeti Summo et Jmmortalj Deo gratias agimus qui uobis[a] hanc gratiam ijs diebus[b] est largitus, ut quemadmodum ex fida relatione[2] accepimus: Praepositi electio uobis, Pia, Canonica, et Sancta, contigerit. Vnde non obscure intelligimus, autore Spiritu Sancto hanc ita conformem ac consentientem electionem peractam esse[c], eaque res nobis confirmat, uos in unitate Spiritus[3] ambulare, vos unum et idem in Domino sapere[4], uestramque Beatam Societatem supra firmam petram[5], et in ipso angularj lapide, qui est Christus fundatam esse[6]. Et magnj profecto referebat, hunc primum actum ita faeliciter cedere, ut ad hanc ueluti normam, reliquj electionis actus concorditer atque pacifice, transigantur. Qua in re[d] magnam spem in Domino concipimus, nobisque pollicemur fore, ut Diuina bonitas, quae in uobis tam praeclare coepit, uos etiam conseruet, et augeat sua benedictione, idque in gloriam aeternae maiestatis suae, et ad utilitatem Ecclesiae Sanctae. Deinde Conuersus ad Praepositum, in te, inquit, Dilectissime fili, haec sors cecidit: Praepositus factus es, Benedictae Societatis, quae ab infirmis et debilibus principijs orta, non parum multa pertulit, ac interea fructus in nomine Domini uberrimos peperit Ecclesiae Dej. Nos iam inde ab initio uobis fauorem et amorem nostrum, declarauimus, neque hactenus defuimus, neque etiam deesse uolumus. Nam et multorum testimonijs intelligimus, quem per uos profectum Deus ostendat, et adferat mundo, quam faelices uestrj conatus passim proueniant, Domino cooperante[7]. Verum cogitate interim uos non ad quietem et Delicias, sed ad laborem et crucem uocatos ac destinatos esse. Proponite uobis Dominum et Saluatorem nostrum, eius exemplum et uerbum animaduertite, non est Seruus maior Domino suo, nec discipulus super eum quj misit illum[8]. Veniat uobis in mentem praecursor Dominj ille Joannes, quem diuina uoce Sanctissimum esse accepimus[9]. Considerate Beatissi: apostolum.[e] et Apostolorum Principem Petrum. qui sicut in Diligendo Christo, fuit prae caeteris ardentior, sic etiam in Christo imitando factus est conformior. Vnde iam iam moriturus humiliauit sese, non solum usque ad mortem crucis[10], sed etiam, ut ne dignum quidem se arbitraretur, crucis perferre supplicium ad eum modum, quem dominus et Magister[11] in cruce subijsset, inuerso tantum

[a] nobis *apogr.* [b] vobis singulare hoc beneficium his diebus *Sacch.*

[c] electionem adeo consentientem atque concordem amore Spiritus sancti esse peractam *Sacch.*

[d] Quare *Sacch.* [e] Apostolum Gentium *Sacch.*

[1] Latine locutus est (*Sacchinus* l. c. l. 2, n. 36).

[2] Cardinalis Pacechi (*Sacchinus* l. c. n. 31). [3] Eph. 4, 3.

[4] Phil. 4, 2. [5] Cf. Matth. 16, 18. [6] Eph. 2, 20.

[7] Marc. 16, 20. [8] Io. 13, 16. Matth. 10, 24 etc.

[9] Cf. Matth. 11, 7—11. Luc. 7, 28. [10] Phil. 2, 8. [11] Io. 13, 14.

capite supplicium crucis exigere uoluit[a] [1]. eamque humilitatem multis Romae, quj eam imitati sunt documento reliquit [2]. Perpendite Sanctorum exempla tum Veteris tum Nouj testamentj, communis haec illorum sors fuit, summis laboribus et maximis periculis caelestem haereditatem adire. Quem Prophetarum non occiderunt Patres uestrj inquit ille? [3] Et uos[b] implete mensuram Patrum uestrorum [4]. Nunc in quo rerum statu atque discrimine uersemur, si nondum cognoscitis, hoc perturbatissimum seculum abunde declarat: Vbi Ecclesiam Dej tam diris modis uexarj, et undique fere oppugnarj uidetis. Sunt enim Sponsae Christj persecutores, non tantum Jmpij, Jnfideles, Barbarj: et qui in nouis etiam Jnsulis Christianum nomen hostiliter insectantur: Sed etiam illi qui communj Christj nomine gloriantur, qui eodem Baptismate sanctificantur, qui eorundem Sacramentorum participatione nobiscum utuntur[c]. Vos igitur hic aduigilare minimeque segnes esse decet, ueniet tempus, ueniet, quando uos et doctrinam uestram non recipient [5], sed odio eritis plerisque propter nomen Jesu [6], Et arbitrabuntur obsequium se praestare Deo, cum uos persequentur, et nonnullos ex uobis interficient [7]. Quare quod[d] uestrj est muneris, timorem ac respectum hominum seponite, libere et intrepide coram hominibus confiteaminj nomen dominj [8], Nulli uos[e] fauores impediant quo minus ueros et perfectos uos Dej seruos praestetis, atque ita in finem usque perseuerantes [9], omniaque pericula, quae Dej seruos exercent, alacriter suscipientes propter nomen dominj uos totos pro Ecclesia Sancta impendite, ut sitis demum sacrificium Deo nostro

---

[a] Inuerso enim capite, siue, vt Graeci dicunt, *ἐπὶ κεφαλήν*, voluit crucifigi *Sacch.*

[b] *Melius Sacch.:* et Dominus: Mensuram *etc. Cf. infra, adnot. 3 et 4.*

[c] *Apud Sacch. sequuntur verba:* quos tamen omnium maxime sanguinem nostrum sitire certum est.

[d] *Supra versum scriptum.* [e] *Supra versum scriptum.*

---

[1] „*Πέτρος . . . ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν*“: *Origenes*, Commentarius in Genesim t. III (*Migne* PP. Gr. XII, 92). „Simon Petrus . . . affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, et in sublime pedibus elevatis, asserens se indignum qui sic crucifigeretur ut dominus suus“: *S. Hieronymus,* De viris illustribus c. 1. Similiter *S. Gaudentius Brixiensis,* Sermo XX. (*Migne* PP. LL. XXIII, 638; XX, 995).

[2] Utrum Paulo IV. dicemus an doctis illis patribus, qui hanc orationem litteris consignaverunt, notum fuisse hunc locum epistulae clementinae, quam quidem illa aetate in occidente communiter notam fuisse negant: „*Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν* [i. e. Petro et Paulo] *ὁσίως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις διὰ ζῆλος παθόντες ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν*“ (*S. Clemens Romanus*, Epistula ad Corinthios prima VI, 1 [Opera Patrum Apostolicorum, ed. *Fr. Xav. Funk,* ed. 5 (Tubingae 1878), 68. *Migne* PP. Gr. I, 220])?

[3] S. Stephanus protomartyr, Act. 7, 52. Cf. Matth. 23, 31.

[4] Ita Christus dominus, Matth. 23, 32.

[5] Matth. 10, 14. Marc. 6, 11 etc. [6] Matth. 10, 22. [7] Io. 16, 2.

[8] Luc. 12, 8 etc. [9] Matth. 10, 22.

in odorem suauitatis[1]. Caeterum quod ad Electionem spectat, eam nos libenter confirmamus, pro ea nos Deo omnipotentj gratias agimus, confirmantes praeterea et approbantes Apostolica autoritate, gratias et priuilegia, tam spiritualia quam temporalia quaecunque per Pontifices alios praedecessores nostros siue per nos ipsos, uobis ac Societati uestrae, concessa sunt. Deinde si quibus adhuc gratijs et priuilegijs sit opus, ad ea quoque conferenda prompti sumus, Neque tantum generalem[a], sed etiam specialem societatis uestrae Patrem agere et manere uolumus: Vt ad nos proinde tanquam filij dilectissimj confugere, atque confidenter recurrere debeatis, etiamsi negotijs alijs nonnunquam impeditj uideamur. Sunt enim quibus nos Deus exercet ac probat graues hoc tempore et frequentes occupationes: sed quocunque tamen tempore nos interpelletis licet: Cum liber ad nos uobis aditus pateat. Habetis interim et hos Reuerendissimos Cardinales duos, quibus res uestras curae esse sentietis: et quibuscum omnia conferre possitis, ut nos deinde si opus sit uestro nomine alloquantur. Habetis et Cardinalem Neapolitanum nepotem nostrum[2]. qui iuuandis uobis operam dabit sicut illi demandabimus. Longum esset repetere quam grauiter et sancte[b] Pontifex idem precatus sit praesentibus Patribus, Jmplorauit Dej Omnipotentis auxilium, tum autoritatem Apostolorum Pet: et Pau: interposuit. Et quamcunque demum ipse, uel posset uel haberet Benedictionem, nostris ex animo contulit, illius loco cuius uices in terra gerit. Jnter caetera hoc etiam addidit. Praecamur omnipotentem Deum ut hanc Benedictionem ad omnes fratres uestros, ubicunque terrarum degant, transmittere dignetur, et in omnibus efficacem reddat. Offerimus uos omnes[c] Deo altissimo, praecamur etiam, ut uirtute, numero, et merito, ita uos augeat, ut per vniuersum orbem nomen eius portetis[3], eiusque gloriam faelicissime propagetis. Praeterea quicquid in reliqua generali congregatione uobis[d] tractabitur, et quae ad stabiliendam hanc Societatem spectant. in his facultatem nos omnem tribuimus ac si quid illorum ad nos referendum putabitis, patrem certe sentietis, qui nihil uobis etiam in temporalibus deesse patiatur. Quae omnia ut[e] [?] diserte admodum et grauiter tunc dicta sunt, ardens enim et optimis affectibus referta fuit, haec tota eius oratio, Jta ut singularem Pontificis erga Societatem hanc, amorem, eiusque animj synceritatem atque Charitatem Summo Pastore dignam, facile comprobent. Nam et uerbis

[a] Generalem *apogr.* [b] sanctae *apogr.* [c] *Scriptum supra versum.*
[d] *Scriptum supra versum.* [e] *Sic ap.; sed legendum esse videtur:* et.

[1] Eph. 5, 2.
[2] Alphonsus Carrafa (Caraffa), filius Antonii Montisbelli, nepotis Pauli IV. et fratris Caroli cardinalis Carrafae, cardinalis diaconus S. Nicolai inter Imagines erat et administrationem archidioecesis neapolitanae habebat (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III, 861). [3] Act. 9, 15.

facta respondent, et Beneficia ipsa consonant, quae in Societatis huius Patres dum Romae conuentum celebrant, ultro ille confert ac liberaliter, ne quid ipsis in quottidiano uictu desit. Sed haec satis ut omnes intelligant praesertim qui in hac Jesu Societate uersantur. Primum pro Summo Pontifice et quae ad illum spectat Ecclesiae Catholicae faelicj gubernatione. maiorem in modum, sicut et ille postulat, Deum Opt: max: rogari oportere. Deinde singulares aeternae bonitatj agendas nunc esse gratias pro hac concordj et confirmata Electione dicti Praepositi. Quem una cum tota Societate nominis suj Dominus Jesus conseruet atque augeat in gloriam suam et utilitatem Ecclesiae Vniuersalis. Sit nomen Dominj Benedictum[1]. Amen.

„Excepere", inquit *Sacchinus* (Hist. S. J. II, l. 2, n. 36), „cum cura et fide orationem [pontificis] cunctaque acta Canisius et alij Patrum, quibus et memoria excellens, et prudentia praesto erat. Et quemadmodum omnes in oras ad caeteram eo ipsi tempore Societatem transmisere, sic ego posteris" etc. Ac *Bartolus* (l. c. p. 391) patres illos (Canisii hic perspicuis verbis non facit mentionem), statim ubi domum redierint, collatis inter se consiliis, orationem illam litteris mandasse affirmat. Relationis huius exemplum, quo nos usi sumus, a P. Nicolao Lanoio, qui ex tribus electoribus provinciae Germaniae superioris erat, Roma in Germaniam ad illius provinciae Socios missum vel perlatum esse aliqua ratione ex iis coniectari potest, quae in eodem ipsius manu notata esse supra scripsimus. Ipsum exemplum quis scripserit, non constat. Nam notavit quidem P. *Claudius Sudanus* S. J., qui sub a. 1623—1629 Friburgi Helvetiorum collegio Societatis praeerat et a. 1655 ibidem obiit, in pagina quarta exempli nostri: „Exaratum manu Reuerendi P. Petri Canisij p. m." [2]; et alia manu, quae et ipsa saeculi XVII. esse videtur, ibidem notatum est: „Epistola scripta manu R. Petrj Canisij Societatis JESV Romae in congregatione Generalj et Electione in Generalem R. P. Laijnez"; atque hos secutus est *Riess* l. c. p. 255[1]. At si quis hoc exemplum cum codicibus, quos Canisii manu scriptos esse certissime constat, diligenter contulerit, iam dubitare non poterit, quin Sudanus ceterique erraverint; qui fortasse, quae a Sacchino de Canisio scripta esse modo diximus, ad exemplum nostrum perperam accommodaverunt.

Apographum nostrum 17. Augusti 1741 Friburgi Helvetiorum in archivo collegii Societatis una cum multis aliis rebus ad Canisium spectantibus iudicibus exhibitum est, qui in processu beatificationis Canisii a sede apostolica constituti erant (* Cod. „Sacra Rituum Congreg. Lausanen. V. S. Dei Petri Canisii . . . Pars II. Copia Proces. Remissorialis Et Compuls. Lausan. Apost. constructi super virtutibus et miraculis in specie" f. 1644^a—1646^a).

Agricola (l. c. I, Dec. 2, n. 83): „Canisius", inquit, „nihil prius habuit quam ut a novo Generali Praeposito Jacobo Lainio . . . confirmationem obtineret Decreti, quod ante quinquennium a vivente adhuc Ignatio impetraverat, unius nimirum ab universis e Societate quovis mense dicendi Sacri, siquidem Sacerdotes essent; recitandae Coronae Marianae, si non essent, pro haeresi ab Germania, caeterisque ad Septentrionem plagis avertenda." Ceterum vide, quae de hoc Ignatii decreto sunt in *Can.* Epp. I, 427. 429.

---

[1] Ps. 112, 2.

[2] P. *Petrus Hugo* (Hug) S. J., lucernensis († 1657), in suprema parte paginae primae scripsit: „Epistola ad quendam Anonymum data Anno 1558".

306.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

CANISIO.

Ex arce starnbergensi 12. Iulii 1558.

Ex commentario (2°; 1½ pp. dimidiatae). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I.“ f. 99. Apographum saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat in cod. monac. „Lat. 1606“ f. 62.

Epistulam typis descripsit *Mederer* l. c. IV, 294—295. Maiorem eius partem germanice vertit *Riess* l. c. p. 252—253.

Gaudet in Indiis fidem et pietatem catholicam egregie florere. Dolet et timet de Germaniae impietate. Canisii opera impetrare vult, ut scholas Societatis Monachii in monasterio augustiniano instituere possit.

Albertus Dei Gratia Comes Palatinus Rheni,
Superioris et Jnferioris Bauariae Dux et caet.

Salutem et Gratiam nostram[a] ad omnia que et[b] ad paternitatem tuam ornandam[c] et istius venerabilis Societatis Jesu: confratres digno fauore prosequendos spectant. Reuerende Deuote nobisque Dilecte Canisi: De profectione tua rerumque faelici successu uestrarum[d] pacataque Italia ex literis quas in Vrbe 26[e] [?] Maij ad nos[f] Datas accepimus libenter jntelleximus[1]. Magis uero gratum charissimumque accidit cognoscere de conuersione tot infidelium[g] ad Catholicam et orthodoxam Religionem nostram Christianam, In ignotis[h] et Incognitis hactenus illis Jnsulis tanta locorum distantia a nostro orbe Remotis et pro gloria Omnipotentis Dei Ecclesia sua tanta fidelium populorum et noui Orbis accessione[i] propagata:[2] Nec sine[k] Jngenti animi dolore[l]

[a] *Sequitur:* singularem, *oblitteratum.* [b] *Med. om.:* et.
[c] ornandam *in margine ascriptum est.* [d] *In margine ascriptum.*
[e] *Obscure scriptum; fortasse legendum:* 28. *Med. posuit:* 28.
[f] *Verba:* ad nos *in margine ascripta sunt.*
[g] *Septem verba sequentia in margine addita sunt.*
[h] *Tria verba sequentia in margine ascripta sunt.*
[i] *In comm. correctum ex:* auctione.
[k] *Duo verba sequentia scripta sunt in margine.*
[l] *Duo verba sequentia in margine addita sunt.*

[1] Haec Canisii epistula periisse videtur. *Henricus Schweicker* de ea (ut videtur) P. Thomae Lentulo, collegii ingolstadiensis rectori, Monachio 22. Iulii 1558 scribit: „Illustrissimo principi gratissimae illae fuere Canisianae tam quidem ut in momento mandauerit eas in nostram linguam transferre, quo et ipsa Christiana et catholica coniux copiam legendi haberet. Jam instant aliqui boni uiri ut translatio illa prelo excudatur quo et populus studia illa pietatis nouorum christianorum legat, et uel illorum exemplo a peruersis istarum nouitatum impiarum autoribus et haeresiarchis retrahatur“ (Ex *apographo eiusdem temporis, Romam misso).

[2] Vide supra p. 281².

et cruciatu Germaniae nostrae soporem in rebus diuinis, prae istarum Gentium nouissime conuersarum vigilantia assiduitate et ardentissimo amore in deum, cum admirari tum detestari potuimus: Nescientes sane quo malo praesagio Idem ominemur quod in calce Epistolae tuae legimus: ne auferatur a nobis Regnum Dei[1]: nisi Conuersi ad Dominum Deum nostrum penitentiam omnes[a] agamus[2] et in semitas patrum nostrorum ac ecclesiae catholicae et obedientiam et vnitatem reuertantur illi qui ab Aquilone[3] omnia subuerterunt: et ab his Idolis pendent: Tuarum erit partium cum confratribus deprecari sedulo Patrem Domini nostri Iesu christi[4] ut tantum A Sacro[b] Jmperio auertat malum, et propter magnam misericordiam suam spiritus sui gratia omnium illuminet corda, ut cognoscentes errores suos, eos tandem deponant cum lachrimis et reconcilientur pientiss:[c] Matri nostrae[d] ecclesiae: Cum vero Gustus hic Historiae reliquae: quam polliceris nobis fuerit suauissimus gratissimusque: Fac ut et integra[e] ad nos afferatur[5]: Te Breui felicissime reducem. optamus confecto negotio erectionis scolae apud Augustianos[f] hic nostros quorum Res[g] Indies magis deprauantur[6]. Pro quo[h] tandem Impetrando apud S: D. N.[7] Iam praesens in urbe (vti non ambigimus) plurimum efficere poteris. Vale. Datae in arce nostra Starnberg[8] Die Xij Julij Anno MDLviij,

Reuerendo Patri: nobis Deuoto et Sincere Dilecto Petro Canisio venerabilis Societatis Iesu Theologo etc. Romae.

307.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

CANISIO.

Ex arce starnbergensi 22. Iulii 1558.

Ex apographo epistulae Schweickeri, eodem fere tempore a Sociis ingolstadiensibus scripto et Romam misso.

---

[a] *Scriptum supra versum.* [b] A Sacro *in comm. correctum est ex:* ab.
[c] *In margine additum.* [d] *Scriptum supra versum.*
[e] *In comm. correctum ex:* solidus cibus.
[f] *Sic; sed scribendum erat potius:* Augustinianos; *Med. haud recte:* Augustanos.
[g] *In margine ascriptum.*
[h] *Duo verba sequentia in margine addita sunt.*

---

[1] Matth. 21, 43. [2] Os. 14, 2. Ez. 18, 30 etc.
[3] Cf. Ier. 1, 14; 4, 6 etc. [4] 2 Cor. 1, 3. Eph. 1, 3 etc.
[5] Cf. supra p. 292[1]. [6] De hoc negotio vide supra p. 218. 246 etc.
[7] Paulum IV.
[8] Arx illa haud procul a Monachio amoenissimo illi lacui apposita erat, qui hodie lacus starnbergensis vocari solet.

Henricus Schweicker, ducis secretarius, P. Thomae Lentulo S. J., collegii ingolstadiensis rectori, Monachio 22. Julii 1558 haec, praeter alia, scripsit: „Ad eas igitur [litteras] quae Illustrissimo principi a pijss: et amantiss: patre nostro Petro Canisio inscriptae erant mitto responsum praesentibus coniunctum pietatis uerae et amoris christiani plenum: quod ipsum Canisium aeque miris modis delectabit, ac qua perpetuo militat Christo constantiam confirmabit: ut in Domino audeat omnia quum tam fortes Athletas principes inueniat. . . Habemus enim quotidie nouos Haeresiarchas in carceribus, etiam infimae plebis homines quamplurimos, Centauros infinitos, cum quibus nobis diuersis rationibus est agendum. Aliqui perpetuis carceribus adiudicantur, alij in exilium proscribuntur, plures emendationes promittunt, et domum reuertuntur, cum quibus plerunque posteriora fiunt peiora prioribus: Extincto et suffocato incendio unius loci, alius totus conflagrat."

Haec qui cum iis, quae Canisii litteris 18. Iunii 1558 ad Albertum datis manu eiusdem temporis adnotata sunt (vide supra p. 284), contulerit, Albertum loco et tempore supra notatis Canisio rescripsisse clare intelleget.

308.

CANISIUS

OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinali et episcopo augustano atque imperii principi.

Roma 7. Augusti 1558.

Ex autographo (2° min.; 2¼ pp.; in p. 4. inscr. et reliquiae sig.); quod est Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis (Ordinariats-Archiv), Collectanea Placidi Braun, fasc. „Original Manuscripte berühmter Männer. XVI. Jahrhundert".

Canisius cardinalem Pisanum, in Poloniam profecturum, comitari iussus est; attamen comitiis Augustae habendis interesse poterit. Gaudet ecclesiarum Bavariae visitationem institui, ad eamque diligenter peragendam cardinalem adhortatur. Lainius gratias agit cardinali generalatum sibi gratulato; P. Natalem ei mittere modo non potest. Hosius Romae exspectatur; recens eius contra Brentium opus in Poloniam cito mittendum. Franciscus Turrianus caesari commendandus.

†

Pax JESV CHRISTI suauiss. nobiscum.

Reuerendissime in Christo et Jllustrissime Domine.

Scripsi nuper de mea in Poloniam profectione, quae hucusque protrahitur ob mutatum a Pontifice Legatum [1]. Js est Reuerendissimus et Jllustrissimus D. Cardinalis de Pisa [2], post paucos quidem dies

---

[1] Epistula haec superesse non videtur.

[2] Canisius non Franciscum cardinalem Pisanum (Pisani), episcopum tusculanum et archiepiscopum narbonensem, significat, sed Scipionem cardinalem Rebibam, siculum, presbyterum cardinalem tituli S. Pudentianae, qui ab archiepiscopatu pisano, cui praeerat, cardinalis Pisarum dicebatur. Hunc Paulus IV. in consistorio secreto 20. Iulii

disscessurus Viennam, ut rem cum Jnuictiss. Caesare transigat, quod vtinam foeliciter cadat [1], mox inde in Poloniam transiturus, ut Comicijs Petricouiae [2] celebrandis adsit [3]. Itaque cum obedientia praeter expectationem omnem eo me extrudat, doleo sane fieri non posse quod postremis etiam literis a me postulat amplitudo tua, nimirum vt isthuc ad iuuandam Germaniam nostram cito reuertar. Quanquam sperat ac plane statuit Reuerendus Praepositus noster id fore, ut Christo fauente et reuerso mox e Polonia Legato (diu enim abesse non potest) ego circa Nouembrem me Augustam recipiam, et Comitijs istis intersim; si Caesarea Maiestas ita uelit [4]. Quod autem authoritate cum Principis, tum Episcoporum Bauaria visitatur, non potuit mihi non gratissimum nuntium esse, Christumque ex animo precor, vt sanctos conatus uestros ipse prosperet ad salutem tot mille [*sic*] animarum nunc pereuntium, quarum vtinam clamor et sanguis ad aures usque Domini Sabaoth non ascendat [5]. Rogo igitur per summam summi Dei clementiam, ut ne dormiant diutius homines, quorum socordia lupi hactenus abutuntur in grege Dominico dissipando atque perdendo:

1558 habito „legatum a latere" ad Ferdinandum I. et in Poloniam destinaverat (*Raynaldus*, Annales ecclesiastici XXI, a. 1558, n. 8. 16).

[1] Paulus IV. promiserat se ad Ferdinandum I. missurum esse legatum, qui ei exponeret, cur electionem, qua Ferdinandus Francofurti ad Moenum imperator romanus creatus erat, ratam habere non posset (*Bucholtz* VII, 408).

[2] Piotrcovia (Pieterkow, Piotrków), urbs polonica, nunc ad Russiam occidentalem pertinens.

[3] Per Poloniam lutheranismus, calvinianismus, alii errores gravissimi grassabantur. Episcopi in iis compescendis haud semper satis concordes diligentesque erant; Sigismundus Augustus rex nimium indulgebat; nobilium pars magna haeresim aperte protegebant. In comitiis regni annis 1552—1557 Piotrcoviae et Varsaviae habitis postulatum erat, ut, qui a catholicis in fide dissiderent, de episcoporum potestate eximerentur, ut controversiae religionis in synodo aliqua „nationali" dirimerentur etc. Magnopere timebatur, ne in proximis comitiis piotrcoviensibus fidei adversarii pessima molirentur magnosque turbines excitarent; ideo etiam, ne forte sedis apostolicae dignitas detrimentum caperet, postea, mutato consilio, non cardinalis quisquam in Poloniam destinatus est, sed episcopus satrianensis; de quo infra plura scribentur (*Hosii* Epistolae II, 561. 844. 912. *Floremundi Raemundi* Synopsis omnium huius temporis controversiarum [Coloniae 1655] l. 4, c. 8—12. *Riess* l. c. p. 257—261).

[4] Comitia imperii Augustae Vindelicorum 1. Ianuarii 1559 incipienda erant; id quod ibidem 26. Novembris 1558 pronuntiatum est. At ordinum tarditate factum est, ut 3. Martii 1559 incoharentur (*Häberlin* l. c. III, 581; IV, 3. 10).

[5] Iac. 5, 4. Is. 37, 29. Gen. 4, 10 etc. Anno 1553 in synodo provinciae ecclesiasticae salisburgensis Muldorfii (Mühldorf) habita constitutum erat, ut ecclesiae Bavariae „visitarentur". Iterum dux cum episcopis ea de re egit anno 1558, atque ipsa visitatio annis 1558 et 1559 per clericos et laicos partim ab episcopis, partim a duce delectos habita est in dioecesibus salisburgensi, frisingensi, ratisbonensi, passaviensi. Quae ex ipsis actis copiose describitur a *Knöpfler* l. c. p. 42—65; cf. ibidem p. 12. 27—41. Scholas quoque visitatas esse iam notatum est supra p. 269[5]; vide etiam supra p. 269—270. Ad dioeceses quoque eystettensem et augustanam aliquae Bavariae partes pertinebant; quas tamen visitatas non esse censet *Knöpfler* l. c. p. 55[1].

quin potius citra expectationem et exemplum aliorum[1], reddamus quod Christus, quod Ecclesia, quod munus hoc nostrum flagitat, nimirum vt nobis gregique nostro quam maxime possumus, attendamus[2], et vineam Domini tot modis corruptam, ex parte nostra visitemus, curemus, reformemus. Si humanae uires nos deficiunt, uiuit et regnat is, qui dat suis os et sapientiam[3] contra omnes aduersarios, qui praeterea in messe sua laborantibus aderit, neque defraudabit oues uerae salutis pabulo propter ministrorum atque pastorum indignitatem.

Quod autem celsitudo tua Praeposito nostro gratulari dignatur, gratum ei fuit hoc offitium, sed multo futurum[a] gratius, cum rationem administratae huius prouintiae Deo redditam atque comprobatam boni omnes illi gratulaturi sunt. Finem potius quam cursum putat spectandum et gratulatione dignum esse.

De Patre Natale sic mihi respondit[4]: cupere se pijs et sanctis dignitatis tuae Jllustrissimae uotis atque desiderijs cooperari, nostrumque omnium studia huic Patrono deberi multis nominibus. Deinde communib. Patrum qui hic adsunt, sententijs factum esse, vt ex omnibus pauci admodum[b] crearentur assistentes, et in his primo loco deligeretur P. Natalis, qui Praeposito, maxime in his administrationis primis difficultatibus assisterent, et coram Romae manerent, ideoque assistentes dicti[5]. Jamuero cum de constitutionibus totius instituti edendis atque absoluendis agatur, cum de tot prouintijs bene gubernandis maxime consultetur, cum prae caeteris idem pater et vsu rerum, et authoritate, et prudentia prodesse fratribus plurimum possit, eiusque absentia toti Societati non mediocre detrimentum allatura uideatur, Jdcirco ait idem Praepositus, se uidere non posse, quam consulte faceret, dictum Patrem contra communem aliorum sententiam, et cum euidenti damno societatis huius amandando. Rogat interim obnixe Cels. tuam Reuerendissimam, ut ad tempus expectet, quoad res melius hic constitutae maiorem occasionem mittendi Patris adferant. Jnterea me rediturum sperat Augustam, cum Comitia celebrabuntur, ibique certius aliquid posse constitui fauente Christo

[a] *Sequitur:* illi, *oblitteratum.*
[b] *Duo verba sequentia in margine addita sunt.*

[1] Canisius significare videtur, quae cardinalis Otto ceterique Bavariae episcopi initio anni 1558 Alberto duci scripserant: Ecclesiarum bavaricarum visitationem et reformationem non statim faciendam, sed prius curandum esse, ut eadem reformatio simul per totam Germaniam superiorem institueretur (*Knöpfler* l. c. p. 35—36).

[2] Act. 20, 28. [3] Luc. 21, 15. [4] Cf. supra p. 116. 128—129.

[5] A viginti illis electoribus creati assistentes: Natalis, Ludovicus Consalvius, Ioannes Polancus, Christophorus Madridius. His deinde Lainius Societatis provincias sic demandavit curandas: Natali Germaniam superiorem et inferiorem ac Galliam; Consalvio Lusitaniam, Brasiliam, Aethiopiam, Indiam; Polanco Castellam, Aragoniam, Baeticam; Madridio Italiam cum Sicilia (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 45—46).

seque daturum operam, ut quoad eius fieri potest, societas nostra Reuerendissimae Cels. tuae dedita atque deuota ad Christi gloriam uideatur.

Expectatur hic Reuerendissimi Domini Warmiensis aduentus[1]: eius contra Brentium opus in Polonicis quae instant, comitijs utilissimum erit Reip. Quamobrem uehementer opto et rogo, vt quamprimum liber in lucem exierit, in Poloniam perferatur, causamque Religionis afflictae iuuet in conuentu hoc statuum et ordinum Polonicorum. Vtinam Germania nostra scriptorem habeat Doct. Franciscum Torrensem Theologum Hispanum, et inculpatae uitae philosophum[2]. possit is profecto Catholicis ualde prodesse. Jmperatori merito commendandus, et de publico ali dignus uidetur.

Si forte tardius veniat P. Natalis, qui nunquam societati huic magis, quam hoc tempore Romae necessarius fuit, aut esse posse uidetur, non deerunt in collegio Jngolstadiensi quidam Theologi, plures enim eo mittentur, qui in Episcopali uisitatione uestra suas conferre operas possint. Sed priusquam ad Augustanae Ecclesiae uisitationem ueniatur, ego me ut spero, Augustae reddam Domino adiuuante. Qui Reuerendissimam Cel. tuam ad Ecclesiae vtilitatem et Germaniae instaurationem diu seruet incolumem. Romae 7 Augusti. 1558.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo et Illustrissimo Domino D. Cardinali et Episcopo Augustano, Patrono digniss.

309.

IACOBUS LAINIUS,

praepositus generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 11. Augusti 1558.

Ex apographo eiusdem temporis, a Socio aliquo collegii ingolstadiensis ex ipso archetypo, ut videtur, transcripto; quod apographum exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Jesuitica in genere Fasc. I. nr. 3.“ f. 2ª.

Ibidem f. 2ᵇ exstat apographum eadem manu scriptum diplomatis Romae 3. Augusti 1558 a Lainio dati, quod prioris illius valde simile est, ita tamen, ut in eo nec Canisii nec rectorum collegiorum perspicua mentio fiat.

---

[1] Hosius ternis litteris Romam evocatus erat a Paulo IV.; qui Hosii opera in concilio habendo et reformanda ecclesia uti volebat (*Hosii* Epistolae II, 954. 955. 959).

[2] Franciscus Torres (1504—1584), vulgo Turrianus, Herrera ortus, infinitae paene erat lectionis, graeci sermonis peritissimus, codicum in bibliothecis latentium investigator assiduus. Qui, etsi leges criticas haud satis observavit, plurimis tamen, quos scripsit vel vulgavit, libris de religione et litteris insigniter meruit. Concilio tridentino interfuit theologus pontificius; senex societatem Iesu ingressus est anno 1566 (*Hurter*, Nomenclator I, 105—106. 200. Turriani opera recenset *De Backer*, Bibl. III, 1224—1233).

Cum Canisio aliisque quibusdam facultatem communicat vestes sacras aliaque divino cultui necessaria benedicendi.

Jhesus.

Jacobus Laynez Societatis IESV

Praepositus Generalis.

Charissimo in Christo Fratri Doctori Petro Canisio Praeposito Prouinciali in Germania eiusdem Societatis, et alijs quorum id scire interest uel interesse poterit salutem in Domino sempiternam. Cum Reuerendissimo Cardinali Sancti Angeli summo Poenitentiario[1] exponeretur nostros in quibusdam locis difficultatem non modicam pati, dum ornamenta et uestes sacras et alia ad cultum Diuinum in suis Ecclesijs necessaria benedici ab Episcopis (qui aliquando procul absunt) procurant, benigne Praeposito Generali pro tempore existenti Societatis IESV per se uel per alios, quos ipse nominaret, res huiusmodi benedicendi (quae ab alijs quam Episcopis benedici possunt) facultatem concessit[2]. Nos igitur, qui tibi et Rectorib: Prouinciae tibi commissae in collegio Viennensi, Pragensi et Jngolstadiensi multum in Domino confidimus, res huiusmodi sacras, praeter calices et patenas, ubi difficile erit eas Episcopis benedicendas offerre, eo quod procul absint, facultatem communicamus, ut ea, quemadmodum fratres s. ordinis minorum et nostri, qui in locis Jndiarum constituti sunt, utaris, et praefatis Rectorib: uti ad Dei gloriam iubeas. Jn quorum fidem praesentes litteras manu nostra subscripsimus, et Societatis nostrae sigillo obsignari fecimus. Romae in aedibus Societatis Jesu 11 Augusti 1558[a]. Jacobus Laynez.

Aedes, vasa, vestes, ornamenta alia divino cultui destinata „benedicere" vel „consecrare" iure ordinario episcoporum est. At, ut de aliis privilegiis taceamus, Leo X. per litteras „Religionis honestas" Roma 3. Februarii 1514 datas superioribus Franciscanorum („Minorum") „de Observantia", praeter alia privilegia, facultatem tribuerat „paramenta et ornamenta ac alia quaecunque, ad divinum cultum et usum" suum „necessaria, in quibus chrisma non interveniret, pro" suo „usu tantum . . . benedicendi" (*Em. Rodericus* O. Min. Obs., Nova collectio et compilatio privilegiorum apostolicorum Regularium Mendicantium, et non Mendicantium [Venetiis 1611] p. 282). Ac Paulus III. litteris apostolicis Roma 18. Octobris 1549 datis Societatis Iesu praeposito generali, praeter alia, concesserat, ut Sociis in Indias similesque terras missis posset „auctoritate" pontificia „facultatem concedere, ut . . . vestes sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, coemeteria (si episcopus, qui ea faceret, catholicus inibi non adesset) benedicere" possent (*Litterae* apostolicae p. 50—51). Amplior etiam benedicendi facultas Societati obveniebat ex „communicatione privilegiorum"

[a] *Lainii nomen, quod sequitur, in apographo nostro alia manu antiqua positum est; quod recte suppletum esse ex duobus diplomatis archetypis cognoscitur, quae exstant in eodem illo fasciculo f. 4—7.*

[1] Ranutio Farnesio (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III, 721—723).

[2] Calices et patenas per cardinalem ab hac facultate exclusas esse in altero illo diplomate perspicue notatur.

cum congregatione S. Iustinae benedictina, cum ordine Minimorum etc. (*Compendium privilegiorum* et gratiarum Societatis Iesu [Antverpiae 1635] p. 32. *Institutum* Societatis Iesu I, 531—532). Quae tamen Lainio tunc aut nota non fuisse (cf. infra p. 300) aut commoda visa non esse videtur.

Canisium hac facultate sibi attributa cum magna moderatione usum esse litterae ab eo paulo post ad collegiorum rectores datae, quae infra ponentur, ostendunt.

310.

IACOBUS LAINIUS,

praepositus generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 11. Augusti 1558.

Ex apographo eiusdem fere temporis, a Socio aliquo collegii ingolstadiensis scripto, quod exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Jesuitica in genere Fasc. I. nr. 3" f. 2[b].

Cum Canisio facultatem communicat Societatis aedituis, ut calices et corporalia tangant, permittendi.

Jacobus Laynez Societatis Jesu
Praepositus Generalis.

Charissimo in Christo fratri Doctori Petro Canisio Praeposito Prouinciali in Germania eiusdem Societatis salutem in Domino sempiternam. Cum alias a Reuerendissimo Cardinali Sancti Angeli summo Poenitentiario [1] facultatem obtinuerimus, ut nostri qui Sacristae officio in Ecclesijs Societatis funguntur, nec tamen Sacros ordines habent, calices et corporalia, dummodo primam haberent tonsuram, possint[a] contingere. Nos tibi, ut id per teipsum et per Rectores Collegiorum tuae Prouinciae possis ministris huiusmodi ecclesiarum concedere, nostram authoritatem communicamus. Romae in aedibus societatis Jesu 11 Augusti 1558[b].

Jacobus Laynez.

„Sacra vasa non ab aliis quam a sacratis Dominoque dicatis contrectentur hominibus . . . Vestimenta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, et sacrata debent esse et honesta . . . nec ab aliis debent contingi aut ferri nisi a sacratis hominibus": C. In sancta [41] et c. Vestimenta [42], de consecr. dist. 1. Ex his similibusque *Corporis Iuris Canonici* locis concluserunt iis, qui in sacro aliquo ordine vel saltem in ordine acolythorum constituti non essent, nec sacra vasa nec corporalia tangere licere [2]. Poterant quidem, ni fallor, Socii vel illo tempore ex

[a] *Sic;* possent?

[b] *Lainii nomen, quod sequitur, alia manu antiqua ascriptum est, idque recte; cf. supra p. 298[a].*

[1] Ranutio Farnesio.

[2] *S. Alphonsi de Ligorio* Theologia moralis l. 6, n. 382. Cf. etiam „Collegii *Salmanticensis* FF. Discalceatorum B. Mariae de Monte Carmeli . . . Cursum Theo-

„communicatione privilegiorum", quae cum ceteris religiosis iis erat — si minus facultatem usurpare a Calixto III. fratribus laicis ordinis franciscani concessam, tangendi calices et lavandi corporalia et alia ecclesiastica, „cum expedierit" (*Em. Rodericus* O. Min. Obs., Quaestiones regulares et canonicae II [ed. 2, Venetiis 1611], 349) —, saltem privilegio uti, quo Sixtus IV. fratribus laicis ordinis Eremitarum S. Augustini congregationis Lombardiae, quamdiu sacristiae curam gererent, calices, patenas, corporalia, purificatoria tangere permiserat (*Io. Bapt. Confettius,* Privilegiorum Sacrorum Ordinum Fratrum Mendicantium et non Mendicantium Collectio [ed. 4, Venetiis 1610] p. 69). At fortasse Socii ea privilegia (typis nondum evulgata?) non noverant.

311.

IACOBUS LAINIUS,

praepositus generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma m. Augusto (?) 1558.

Ex epistula Blissemii autographa, quae est in cod. „Epp. Germ. 1572" („G. Epp. coll. II") f. 109—110, et ex antiquo indice sive registro eidem codici praeposito.

Facultas Socios „extra tempora" ad sacros ordines promovendi.

P. Henricus Blissemius S. J., collegii pragensis rector, Praga 1. Octobris 1572 Romam ad P. Hieronymum Natalem scribit: „Jnter priuilegia nostra inueni vnum (cuius exemplum mitto[1]*) vnde colligitur nos habere facultatem, vt nostri possint extra tempora a iure deputata*[2] *ad sacros ordines promoueri, etc." In indice autem supra memorato de hoc privilegio notatum est: „Praga 1558 Copia di patenti del P. Lainez à Canisio. 110." Ex quibus verbis colligi potest, Lainium anno 1558 (mense Augusto?) Canisio praeter duo diplomata supra p. 298. 299 posita tertium tribuisse, quibus facultatem modo memoratam sibi tributam esse testabatur eamque cum Canisio communicabat.*

De eadem facultate *Polancus* Lainii nomine Roma 11. Novembris 1558 ad P. Victoriam scripsit: „Facultatem promouendi nostros extra tempora habemus viuae duntaxat vocis oraculo, quod, si quis Praelatus nob. amicus sit, et fidem habeat, sufficere posset" (Ex *apographo huius summarii exeunte saec. XVI. vel ineunte XVII. scripto. Cod. monac. „Resp." f. 63^{a}). Eandem facultatem postea Societati universae etiam per litteras apostolicas concessam esse satis notum est.

---

logiae moralis" V (ed. 3, Matriti 1727), tract. 21. De praec. Decal. c. 10, n. 125—131. De nostrae aetatis disciplina vide *S. Alphonsum* l. c. et *Aug. Lehmkuhl* S. J., Theologia moralis II, 237 (ed. 8, Friburgi Brisgoviae 1896, p. 177).

[1] Hoc perisse videtur.

[2] Sabbata quattuor temporum, sabbatum ante „Dominicum Passionis", sabbatum sanctum.

312.

CANISIUS

SOCIIS [GERMANIS?] IN LUSITANIA DEGENTIBUS.

Pisauro[1] 28. Augusti 1558.

Ex litteris autographis Theodorici Aemsterodami.

P. Theodoricus Aemsterodamus S. I. P. Ludovico Consalvio („Gonzalues"), praepositi generalis pro Lusitania „assistenti", Ariminio (Rimini) 29. Augusti 1558 haec, praeter alia, scripsit: „Septem dierum equestre iter Pisaurum vsque, duodecim dierum quiete resarcijt nobis Dominus. . . Quia frustra expectabamus literas Pisauri, Ariminum nauigio profecti sumus festo S. Augustini[2]. . . Reuerendus P. Canisius heri literas ad Portugalenses fratres Romam misit quas aliquando expetieras."

Canisium ad Germanos — et maxime ad Societatis fratres scholasticos — qui in provincia Societatis lusitanica degebant, scripsisse opinor.

Praeposito generali electo congregatio constitutionibus Societatis a S. Ignatio conscriptis supremam quasi manum imposuit et multa alia constituit ad res Societatis publicas et privatas ordinandas. Quae praecipue acta sunt, saepe typis sunt exscripta; vide *Sommervogel,* Bibl. V, 81—88. 95. Soluta congregatio die 10. Septembris. Attamen Canisio paulo post 7. Augusti Roma discedendum fuit; nam Paulus IV. Camillum Mentuatum (Mentuati, Mantuato) placentinum, episcopum Satriani (Satriano) et Campaniae (Campagna), nuntium, quem postea cardinalis legatus Pisanus secuturus esset, in Poloniam ad comitia piotrcoviensia misit (cf. supra p. 294—295), atque nuntio huic apostolico „duos de Societate Theologos, et Canisium nominatim adiunxit" [3]. Alter theologus erat P. Theodoricus Aemsterodamus (ita ipse in his litteris nomen suum scripsit), „quem", ut inquit *Sacchinus* (Can. p. 148), „in florentissima Romani Collegij iuuentute, siue pietate, siue ingenio, siue doctrina, siue quibusuis aliis humanis, diuinisque ornamentis, consentiens omnium opinio ferebat principem. Itaque summo in amore omnibus, summa in expectatione erat; pauloque ante insignibus Theologi Doctoris acceptis nunc primum in lucem, solemque prodibat." His Sacchini verbis in exemplo operis sacchiniani, quod in bibliotheca collegii nostri exaetensis asservatur, *haec margini ascripta sunt manu antiqua: „Fuit matris [m]eae frater major, filius Gerardi Teus, Consulis Amsterodamensis." Vide etiam, quae de eo refert *Polancus,* Chronicon III, 7—8. 276—277.

---

[1] Pisaurum, Pesaro, urbs Italiae centralis, mari hadriatico apposita.

[2] Die 28. Augusti.

[3] *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 47—52. 65, et Can. p. 147—148. *Raynaldus,* Annales ecclesiastici XXI, a. 1558, n. 16. *Institutum* Societatis Iesu, Congregat. I, decr. 47 et 146. Cf. infra, monum. 157.

313.

CANISIUS

P. HIERONYMO NATALI S. J.,

praepositi generalis „assistenti" et collegii romani rectori [1].

Ariminio (Pisauro?) sub 29. Augusti 1558 [2].

Ex Aemsterodami litteris autographis.

P. Theodoricus Aemsterodamus S. I. P. Ludovico Consalvio Ariminio 29. Augusti 1558 haec, praeter alia, scripsit: „Forte non esset infrugiferum, si P. Petronius (ad quem etiam ipse Fredericus [Petronius, P. Petronii pater] de hoc scripsit) illi adesset aliquantisper, et Collegij aliquod initium esse possit, de quo iam cogitauit et pronunciauit quoque Ducissa Vrbinensis [3]. Jndiget satis Pisaurum et commodum fore videtur [a] (qua de re plura P. Canisius ad Rectorem Collegij)."

314.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Vindobona 29. et 30. Septembris 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a. P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 42—560 posito, collatum est.

Epistula usi sunt *Sacchinus* (Can. p. 148—150 et Hist. S. J. II, l. 2, n. 113—120) et *Boero* (Can. p. 189—192). Particulam germanice versam posuit *Janssen* l. c. IV, 101.

P. Gerardi aegrotat. Alter theologus nuntio apostolico mittendus est. Ratio itineris polonici instituendi. Expedit cardinalem mox advenire, qui Ferdinandum pontifici reconciliet. Ferdinandus religionem et Societatem Poloniae regi et reginae commendavit, Sociis doctoratum theologicum confirmavit. Idem rogatus est, ut Sociis in universitate vindobonensi docendi munera quaedam et instituti sui libertas constarent. Vindobonae novum collegium pro pauperibus institutum. Socii in varia loca, iuvenes in collegium germanicum missi. Collegii vindobonensis pietas et frequentia. P. Lanoii magnum est apud proceres desiderium. P. Victoria. Vindobona altera Vitemberga erit. Permulti adulescentes germani Romae Societatem ingredi volunt. Nuntius pecuniae inopia laborat. P. Natalis Augustam ad comitia mittendus. Wenceslaum Sturmium avide exspectant. Pro caesare orandum. Frater quidam scholasticus mire mutatus.

---

[a] *Quae sequuntur, ab Aemst. in margine addita sunt.*

---

[1] Cf. *Sacchinum*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 45—46; l. 3, n. 34.

[2] Cf. supra p. 301.

[3] Victoria Farnese, uxor Guidobaldi de la Rovere, ducis urbinatis. Qui a. 1569 Socios Pisaurum, frustra tamen, advocavit (*Franc. Sacchinus* S. J., Hist. S. J. pars tertia [Romae 1649], l. 5, n. 44).

†

Pax Christi suauiss. nobiscum — Reuerende pater Praeposite

Die 19. Septembris Viennam sumus ingressi[1]; cras, id est 30. mensis eiusdem, in Poloniam progressuri, si CHRISTVS annuat, relicto hic interim charissimo P. Theodorico Aemstelrodamo, qui in suis febribus deliquio mentis subinde laborat, et, si medicis credimus, in magno vitae discrimine uersatur, ut extrema unctio illi adhibenda uideatur[2]. Laboraui et ego febri tertiana, sicut et Reverendissimus D. Legatus; unde diutius Viennae moramur; sed nos ambo, Dei gratia, restituti. P. Theodoricus, uti dixi, charissimus alioquin comes, cuius aegritudinem Legatus deplorat, relinquendus erit Viennae, pro quo adiunctus est a nostris comes mihi P. Dominicus[3], theologiae quidem ignarus, sed bonus et simplex ille sacerdos, quamquam ego solus abire statueram, ut ne quid huic collegio incommodarem. Legatus alium theologum e nostris substitui cupit, sicut et Pontifex initio decreuit duos mitti. Ego talem studiorum socium, qualis P. Theodoricus fuit, admodum optarim, et res ipsa requireret, si quid forte grauius de tractandis controversiis incideret. Quod R. P. T. constituerit, id optimum ego iudicabo.

Ex Cracouia in Vascouiam[4] nobis progrediendum erit, ut Regem Poloniae[5] adeamus; neque ante menses tres sperandum ex Polonia reditum putant, quia nondum indictus est ille conuentus Statuum Petricoviae, qui in Septembri celebrandus putabatur, et cuius nos gratia potissimum mittimur.

Caesarem semel invisi, et iussit redire. Excepit me humaniter, audiuit clementer pro hoc Collegio intercedentem, et annuit, ut bona eius venia Poloniam adeam; sed ad ministerium Suae Maiestatis me postea redire cupit; locum vero et tempus non expressit. Nisi male habeat Pontifex, ut hic nuntiant, maturari velim profectionem Cardinalis[6], si huc tamen venturus est Legatus, ut malorum semina, quae iacta sunt, in tempore submoveantur. De tractabili et facili Caesaris animo non metuendum: abibit hinc ad finem Octobris, Pragae commoraturus mensem unum, ut putant; postea ibit Augustam, Comitia celebraturus. Sed et Polonicis rebus profuturum censent, si

---

[1] *Sacchinus* affirmat Canisium, antequam in Poloniam veniret, primum ingolstadiense collegium, deinde vindobonense et pragense revisisse et in singulis sat prosperum rerum cursum invenisse (Can. p. 148. 149 et Hist. S. J. II, l. 2, n. 113). At equidem dubito, num tempus et nuntius apostolicus Canisium Ingolstadium et Pragam ire permiserint.

[2] Vide, quae huic epistulae subiungentur.

[3] Menginus, de quo supra p. 151[3] (*Sacchinus*, Can. p. 150. *Socherus* l. c. p. 72).

[4] Nescio, utrum Varsovia (Warszawa), quae urbs nunc Poloniae russicae caput est, an Masovia significetur, quae regni polonici provincia erat, urbes Varsoviam, Bielkam, Ploscum etc. continens.

[5] Sigismundum Augustum.

[6] Scipionis Rebibae; vide supra p. 294[2].

R. D. Cardinalis paulo post adsit, praesertim ob auctoritatem. Fiat voluntas Domini, et adsit viae nostrae custos Christus.

Inter ea, quae cum Caesare potissimum egi, litteras ad Regem et Reginam[1] pro causa religionis iuvanda impetraui[2]; testimonium doctoratus Caesarea auctoritate nostris theologis comprobari curavi[3]: ad haec duos e nostris, si non tres, theologiae professores hic recipi et agnosci in Universitate postulavi; lectionem praeterea philosophicam in nostros tranferri, et eos, qui professuri sunt, ne statutis Universitatis cum aliqua Jnstituti et Ordinis sui iniuria adstringerentur, proposui. Quae omnia speramus impetratum iri[4]. Philosophiae lectorem aut P. Canisium[5], aut P. Christianum[6] dare cogemur: nam minus spei concipimus de M. Gerardo[7] Pragae necessario, et in his principiis opus est non vulgari professore. Sed iudicabit etiam R. P. T.

Veniam ad res Collegii nostri. P. Victoria diligentem et utilem hic operam navat (un grand negotiatore)[8]; diebus festis concionatur Hispanis: iecit ac provehit fundamenta noui Collegii, adiutus Hispanorum pia liberalitate, in paruulis recte instituendis et fouendis. Illud minus placet, quod cum sint angustae nobis aedes, in gratiam puerorum istorum pars Collegii imminuta sit[9]. In Collegio quinquaginta fere

---

[1] Catharinam, ipsius Ferdinandi I. filiam.

[2] Has vide infra, monum. 158. 159.

[3] Huius diplomatis, Vindobona 26. Octobris 1558 dati, summa ponetur infra, post litteras 5. Octobris 1558 Ferdinandi nomine ad Socios datas.

[4] Quaenam impetrata sint, ex litteris illis Ferdinandi 5. Octobris 1558 datis cognoscetur.

[5] Theodoricum Canisium.

[6] „Christianus Riuius, Diocesis coloniensis, agit annum 30., tres annos in societate egit, horum primo anno fecit uota": * *Catalogus* collegii vindobonensis, anno 1559 Romam missus (Cod. „Austr. Fund. III." f. 159—162). Rivium in collegio romano doctorem theologiae creatum esse patet ex litteris illis Ferdinandi I., de quibus supra, adnot. 3.

[7] Werdeno? Cf. supra p. 80.

[8] Id est: magnus negotiator (in rebus gerendis valde diligens et dexter).

[9] „Jpsis Calendis Februarij" anni 1558, inquit vetus ille collegii vindobonensis **historicus*, „FERDINANDVS Rex aliquot Symphoniacos pueros, qui aetatis mutatione voces corrumpant in conuictu SOCIETATIS collocauit . . . Datis itaque in singulos annue 31 florenis (qui postea nostrorum opera ad 37 aucti sunt) triennium eos in aedibus SOCIETATIS cum alijs conuictoribus . . . commorari iussit . . . SEQVENTI IVNIO ne an Julio, incertum est, coepit institutum pauperum collegialium, eodem fere instituti genere, quo in Germanico Collegio Germani ROMAE instituuntur." P. Victoria, pecuniis corrogatis, „delectum pauperum Scholarium habuit, intra paucissimos dies ad duodecim conscribit, omnia necessaria illis comparat, leges quibus recte gubernarentur [*sic*], dat, et ut istius instituti scopo, qui erat Operarios pro Christi vinea parare, ipsa quoque institutio responderet, decernit, ut talares castanei coloris vestes, more Collegij germanici romani, continue gestarent, ac in templo Superpelliceis uterentur, locum ubi habitare possint, in extrema Collegij parte uersus Carthusianorum curiam parat . . . Domum uero illam, quam istud Seminarium incolit, nouum Collegium appellari, qui autem in eo aluntur, collegiatos dici placuit. Quorum progressus et incrementa multis annis floruerunt, cum praesertim in eandem

offendi fratres: ex his Romam tres modo missi cum P. Dirsio[1]; duo Ingolstadium, duo Pragam cum P. Paulo[2], qui tamen ante P. Christiani adventum hic retinendus lector atque concionator, duo denique ad peregrinationem, ut in spiritu adiuventur. De his in specie P. Victoria scribet, quemadmodum et de 5 aut 6 studiosis ad Germanicum Collegium isthuc profectis[3]. Et magnus quidem profectus est fratrum, siue domesticam disciplinam spectem, siue rationem studiorum et gubernationem classium animadvertam. Quare omnino consultum fuit, P. Victoriae curam administrandi Collegii huius tradere, cum fateantur, eius operam plurimum nostris prodesse.

Quanquam quod ad P. Lanoyum attinet, non putabam Viennenses tanto illius desiderio teneri, quantum nunc sentio: cupiunt illum redire Rex siue Caesar, Episcopus[4], Cancellarius[5], Vicecancellarius[6] et praecipui quique, quorum ille animos sibi magnopere deuinxit. Audio reprehendi in P. Vittoria nescio quam importunitatem, quod sit domi forisque grauior non satis affabilis sedatus et mollis. Verum sanabilia sunt haec et leuia uitia de quibus cum illo coram priusquam proficiscar.

Mitti quidem ex fratribus poterant Romam plures; et ad philosophiam aptiores: sed ubi 500 pueri latine graeceque docendi et in officio continendi sunt, multos adesse et praeesse non imperitos magistros necesse est. Nec dormit interim Sathan, qui alteram ex Vienna Wittembergam aut Genevam in dies magis ac magis efficit. Hinc boni velut de medio Babylonis fugam meditantur[7], praesertim

---

disciplinam quam plures alij successu temporis se traderent, qui tametsi proprijs pecunijs victum sibi subministratum compensabant, et ob eam causam Conuictores dicebantur, tamen et eadem cum Collegialibus mensa utebantur, et eundem quoque habitum ut plurimum gestabant" (Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn." f. 5ª).

[1] Ioannes Dyrsius, cum Vindobonae philosophiae discendae ac docendae operam dedisset, Romae per duos annos theologiae studuit. Ita *ipse* in * catalogo collegii oenipontani, sub ineuntem annum 1567 Romam misso (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 413ª).

[2] Hoffaeo.

[3] Significantur fortasse hi iuvenes, quos constat autumno anni 1558 in collegium germanicum esse admissos: „Joannes Gernlein Eystettensis Bauarus", „Theobaldus Stotz Augustanus", „Joannes Rabenstein Herbipolensis Franco", „Stephanus Englmayr Viennensis Austriacus" (*Cod. roman. „All. coll. germ." p. 11).

[4] Antonius Brus.

[5] Significari videtur Bernardus Gualtherus (Walther), lipsiensis, iuris utriusque doctor et Austriae inferioris supremus cancellarius (de quo *Aschbach* l. c. III, 294—295); nam P. *Carolus Grim*, collegii vindobonensis „minister", anno 1559 in litteris, quibus de eiusdem collegii rebus ad Lainium rettulit: „Nonnulli", inquit, „se amicos nostros apercius demonstrant, inter quos primus est .D. Gualdterus, Cancellarius Austriae" (Ex * archetypo vel apographo eiusdem temporis, quod est in cod. „Austr. Fund. III." f. 152—174).

[6] Doctor Iacobus Ionas (Ion), ut videtur; qui Ferdinandi I. vicecancellarius aulicus et Sociis valde amicus erat. Imperii vicecancellarius tunc erat Georgius Sigismundus Seld.

[7] Cf. Ier. 50, 8.

si qui vere catholici sunt in aula Caesaris et Reginae. Quo magis adiuuandi nostri, ut invisi licet et odio passim habiti, de hac iuventute et tota republica bene mereantur, fructumque afferant in patientia[1]. Itaque P. Victoriae visum est, multos e nostris creare sacerdotes, qui hic neutiquam otiosi esse possunt, non solum Germani, sed etiam Hispani ac Itali. Quod si nostri, ut brevi fore confido, theologicam simul et philosophicam cathedram sibi uendicabunt, magnum ius in academiam[a] eiusque suspectos professores quaesitum erit[2]. Utinam Ludovicus[3], quem apostemate laborantem decumbere audio, ex Urbe huc accedat cum aliis, qui Collegio huic prodesse possunt. Inter Germanos pauci adsunt ad gubernandum ac domi ministrandum apti. Exteri ad agendum valent magis.

Offerunt se multi scholae nostrae pueri, quorum ingens est desiderium Romam proficisci et nostris adnumerari: nec ferunt moram, ab amicis et haereticorum convictu sibi metuentes: agunt nobiscum precibus et lacrimis, quosdam e nostris subornant intercessores; et fieri potest, ut nisi ardentis uoti compotes fiant, bonus illorum spiritus inter has haereticorum spinas suffocetur[4]. De his igitur quid faciundum sit, P. Victoria scire cupit. Nos idcirco eos expectare iubemus, quia pueri sunt annorum 15, et metuimus, ne curiositatis affectu ad Urbem invisendam aliqua ex parte fortassis impellantur; neque sunt domi nostrae probati, ut congruum illis testimonium perhibere possimus: sed neque ad nostros venire sinuntur, si amicis quicquam tribuunt.

Cum hucusque fere scripsissem, mutavit Reverendissimus Legatus suum de proficiscendo consilium, quod mecum ita contulit, ut expectandum hic putet aliquid certius de valetudine aut etiam morte Pontificis, quo extincto omnis etiam Legatio extincta videretur. Sed et metuit, defuturos sibi sumptus itineris, ni breui ex Urbe mittant viaticum, praesertim cum bonam acceptae pecuniae partem in usus necessarios hactenus absumpserit[5]. Itaque ad quatriduum expectare decreuit, quid de Pontifice nuntietur: nam et minus in morando est periculi, nondum indictis, ut dixi, Comitiis Polonicis: tum dubia valetudo senis est Legati.

De Pragensi Collegio sic statui, ut primum huc P. Christianus accesserit, nam P. Lambertus[6], ni fallor, ex patria tardius ueniet,

[a] accademiam *apogr.*

[1] Luc. 8, 15.

[2] In universitate vindobonensi multi professores dubiae erant fidei; aliqui protestantismum magis minusve aperte prae se ferebant.

[3] Flander, ut videtur; v. supra p. 95[3]. [4] Matth. 13, 7. Marc. 4, 7 etc.

[5] Ineunte ac medio fere saeculo XVI. nuntiis apostolicis pecuniam sat tenuem a pontificibus attributam esse ostendit *Ant. Pieper*, Zur Entstehungsgeschichte der ständigen Nuntiaturen (Freiburg i. Br. 1894) p. 11—15. [6] Auer.

adducet P. Victoria Doctorem Paulum Pragam, et praesente paullo post Caesare una constituent, quae ad rem illius Collegii et Obinensis [*sic*] monasterii maxime facient. Nam hoc tempore de toto rerum illic statu non potui cognoscere, neque hic nostri satis intelligunt: statuitque Legatus, relicta Bohemia, per Moraviam Polonos adire.

Quoniam Caesar ante sequentis anni exordium vix aderit Augustae, posset forte P. Natalis interea isthic expedire, quae ipsius praesentiam requirunt maxime. Ut autem ad Comitia postea ueniat, et causam religionis apud Cardinalem [1], multoque magis apud Caesarem et Principes prouehat, multis gravibusque de causis, quas P. Victoria scribet, consultum et optandum uidetur.

Venceslai operam expectant ueluti necessariam Pragae: spero illic [a] [?] iter ingressum esse. Studia Collegii Pragensis, quae iacent, haud parum eriget propitio Christo. Verecundum nobis est apud amicos, ex tot Bohemis nullum dare adiutorem illi Collegio in tantis difficultatibus, quas ea schola sustinet inter medios Hussitas [2].

Commendamus R. P. T. doctorem Theodoricum heri a me sub vesperam sancte inunctum [3], et hodie gravius etiam laborantem. Consoletur animam Deus, et si ita expedit, tueatur ex hoc saeculo

---

[a] *Sic; sed legendum videtur:* illuc. *V. infra, adnot. 2.*

---

[1] Augustanum; cf. supra p. 296—297.

[2] Ferdinandus I. rex litteris Augusta 5. Maii 1555 datis Ferdinando archiduci, filio suo, mandaverat, ut quam primum duodecim iuvenes bohemos Augustam ad se mitteret, Romam inde mittendos, ut a Societatis hominibus instituerentur (*Klem. Borový*, Jednání a dopisy konsistoře katolické i utrakvistické II [V Praze 1869], 212—213. Cf. *Polanci* Chronicon V, 36). De quibus haec, ex parte nondum nota, referuntur in *litteris, quas sub mensem Septembrem anni 1555 *aliquis de Societate* (P. Ioannes de Polanco, ut videtur) Roma dedit vel dare voluit ad Socios extra urbem degentes: „Sonno questi di gionti à Roma noue di quelli Bohemi che menó seco maestro Canisio de Praga in Augusta, gli altri tre mi pare [per] ritrouarsi jnfermi, sono remasti, alli quali si é dechiarato in parte l' Justituto della Compagnia nostra et quello del Collegio Germanico et di maniera tale il signor gli ha illustrati, che tuttj noue si sonno risoluti di piu tosto restare nella Compagnia nostra . che de andare nel Collegio Germanico et certo sj puo tenere per grandissimo miracolo. Et pare chel' signore uoglia operare l' aiuto di quelle misere nationi per mezzo di questa Compagnia sua. che con andare vn solo de nostri, et la prima volta in quel Regno di Bohemia, ha fatto si bella preda" (Ex *archetypo vel apographo eiusdem temporis, cui nec tempus nec scriptoris nomen ascripta sunt. Cod. „Bohemiae Coll. Fund. II." f. 195[a]). *Polancus* in Chronico (V, 25) scribit 11 vel 12 „bohemos scholasticos" eo anno Romam venisse, „qui domi nostrae excepti fuerunt, et quia tunc collegium Germanicum subsidio Pontificis erat destitutum, non videbatur expedire ut facile tam multi in illud admitterentur"; qui paulo post „omnes simul Societatem sunt amplexi". Ex his erat Venceslaus, de quo Canisius scribit, Ssturem, vulgo Sturmius, anno 1533 in oppido tinensi (Bischofteinitz) natus; quem postea verbo et calamo egregiam Bohemiae operam navasse videbimus (Card. *Steinhuber* l. c. I, 32—33. *Acta Sanctorum* Iulii VII [Parisiis et Romae 1868], 511. *Schmidl* l. c. I, 118. *Ant. Frind*, Die Kirchengeschichte Böhmens IV [Prag 1878], 373).

[3] Extremae unctionis sacramento munitum.

emigrantem. Deinde communes illas pro Caesare et eius prouinciis preces, ut maxime necessarias, nunquam intermitti desideramus. Priusquam discedam, scribam, ut spero, plura de his, quae hic statuentur. Quatuor hodie in exercitiis nostris uersari caeperunt: omnes in vocatione sua firmi videntur [1].

Italus quidam primo statim die cum uenissem, insalutatis omnibus et uiolatis uotis fugit. Convertat dominus o u e m e r r a n t e m [2] sicut Wendelinum [3] multis mensibus pertinacem, et a sacris alienum mire conuertit nobisque restituit integrum. Postremo ut meae salutis ratio multis in precando domino commendetur, efficias, quaeso, Pater, cui me totum in Christo subieci atque per omnia subiicio. Vale in Christo R. P. — Viennae prid. Kal. Octobris 1558.

Servus in Christo Petrus Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo Padre mio M. Giacomo Laynez Preposito Generale della Compania di IESV. Jn Roma.

Epistulam 29. Septembris scribi coeptam esse prima eius verba ostendunt; manu antiqua ei adnotatum est Romae 20. Octobris 1558 eam „receptam" esse.

„Viennam", inquit *Sacchinus* (Hist. S. J. II, l. 2, n. 113. 114), „tristis praeiuerat (seu forte ibidem extiterat) rumor Canisium haud Tridento procul dira caede mactatum. Quo amicus perculsus nuncio ad Collegium cursu delatus, Patres tam acerbo in casu, tantaque iactura per consolandi studium solicitudine ac moerore complebat, cum ipse extemplo sanus ac saluus apparet Canisius." Qui ubi praepositi generalis creationem, Societatis progressionem, alia id genus „sancta plenaque grauitatis ac suauitatis oratione sub aspectum ponit, et apposite hortatus et aculeos intermiscet, omnium pectora nouus ardor vigorque ad strenue coepta vrgenda subire visus". Atque „unus Sociorum", ut-idem *Sacchinus* (l. c. n. 115) narrat, „plus biennium ficte se in Religione simulateque versatum professus, demum obstinauerat animum prorsus sacra claustra deserere, seque ad visendos parentes cognatosque proripere." Quae sodalibus eo graviorem dolorem incusserant, „quod semper ille, quamuis simulasse diceret, bona obedientis religiosique hominis pignora et exempla praebuerat" [4]. Eius retinendi gratia preces ad Deum fusae, supplicia ultro suscepta, sed frustra. Canisius vero, ubi advenit, „pereuntem filium amanter complexus hortatur, vt aliquid sibi ipse infligat poenae, et flexis genibus extensisque manibus caelestem Patrem precetur, vt ab ea se daemonis fallacia eximat. Qui cum paruisset, postridie ad Canisium prorsus alter redit, fatetur errorem, expiat generali confessione multis cum lacrymis animum, postulat publicam poenam, quo domesticis satisfaciat: exercitationes quoque Beati Patris [Ignatii], quas ante respuerat, vltro petit, ingentique cum ardore obit. Denique sancte vota instaurat, veroque animo diuinum ex integro capessit obsequium." Iuvenis ille Wendelinus Völck (de quo scriptum est supra p. 95[2]) fuisse omnino videtur, quem Canisius postea per multos annos Augustae socium habere voluit, quique, cum collegia oenipontanum et ingolstadiense rexisset

---

[1] Hi ad Societatem aspirabant vel eiusdem novicii erant.

[2] Is. 53, 6. 1 Petr. 2, 25.

[3] Völck, ut videtur. De quo vide quae post ipsam hanc epistulam scribuntur.

[4] Ex ipsis his *Sacchini* verbis merito quis suspicetur hominem hunc non revera per duos annos simulate in Societate versatum esse, sed hoc tempore, cum ad Societatem deserendam vehementer tentaretur, vel dixisse vel etiam sibi persuasisse se per illud tempus simulasse.

et plus quam 50 annos in Societate perseverasset, a. 1608 Monachii obiit. „Virum", inquit *Adamus Flotto* S. J., „omnibus ornatum virtutibus annales scribunt, et castimoniae praesertim, gravibus periculis egregie probatae, laudibus celebrem . . . Iis viris adnumerandum omnes fatentur, qui in hac Provincia constituenda primi pondus diei et aestum tulerint" (Historiae Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris Pars tertia [Augustae Vindelicorum 1734], Dec. 7, n. 932).

315.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Vindobona 2. Octobris 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum archetypo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 43—558 posito, collatum est.

Particulam posuit *Sacchinus*, Can. p. 150.

Dolet de morte P. Theodorici Aemsterodami. Huius virtutes. Iter polonicum. Acta cum Ferdinando I. Orandum pro eo. Cardinalis cito ad eum mittendus.

†

Pax Christi nobiscum Amen. Reuerende pater

Proxime nuntiaui de P. Theodorico[1] graviter laborante. Is nunc humana deseruit, ingressus viam uniuersae carnis[2], Deo sic uolente. Efflavit animam heri, et sine omni quidem horrore moriens, postquam religiose et sancte totum se domino commendasset. Vita innocens, moribus pius, conversatione blandus, studiis acer, quemadmodum Dei servum decebat, male mori non potuit, sacramentis quidem, ut scripsi, ante munitus. Aeger ego Viennam ingressus, ille sanus: sed praeripuit mihi benedictionem[3], quam pro suis ille meritis dubio procul accepit, domino miserante: mihi non corona, sed poena forte debetur. Quare dulci comite et percharo fratre priuatus hinc discedo, indignus, opinor, tali, quae ab ipso contingere poterat, consolatione spirituali atque fraterna. Cras enim Poloniam adire statuit Legatus, propitio christo, qui nos tueatur in hac profectione. Dei prouidentia id contigit, ut inter fratres et dum hic expectamus, ille decumberet, dormiret in Christo[4], atque cum fratribus sepeliretur. Verum de hac optabili morte Patris alii plura[5]. Cupimus animam Creatori etiam atque etiam fratrum precibus commendari.

Egi multa cum Caesare, qui suum certe pectus nobis aperit, dignus, pro quo diuinam opem in summis periculis omnes imploremus. Quare causas illius gravissimas commendo R. P. V. velut singulari

---

[1] Aemsterodamo sive „Gerardi"; cf. supra p. 301. 303.

[2] 3 Reg. 2, 2. [3] Cf. Gen. 27, 1—36. [4] 1 Cor. 15, 18.

[5] Pulcherrima de eo scripsit P. Theodoricus Canisius, qui eum iam adulescentem familiariter noverat; quae vide apud *Sacchinum*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 119.

intercessori apud Christum, qui in suam gloriam vias nostras dirigat[1].

Dolet Legatus[2] mortem Patris; dolet familia tota; et nunc in Urbem scribitur forte, ut aliquis illi succedat theologus. Verum ego nunquam id suggessi Legato: rem totam permitto prudentiae vestrae, quae solum quod expedire videbitur, hac in re statuet. Patrem Dominicum, ut scripsi, voluerunt hic nostri meum esse comitem, quanquam repugnarem. Haec raptim: quare litteras obsignat Legatus.

Operae pretium esset, mature Legatum ad Caesarem mitti[3]. Rogo, si quid consiliis vestris proficitur, urgete discessum, et Cardinalem[4] cito venire procurate. Causas explicare prolixum est; Dominus Germaniam per orationes vestras respiciat et erigat. Viennae 2. octobris 1558. Orate pro Canisio vestro.

Servus in domino Petrus Canisius.

R. P. Jacobo Laynez Praeposito Generali Societatis Jesu.

Epistulae manu antiqua adnotatum est eam Romae 5. Novembris 1558 „receptam" esse.

316.

P. IOANNES DE VICTORIA S. J.,

collegii vindobonensis rector,

CANISIO.

Vindobona m. Octobri (4. vel 5.?) 1558.

Ex apographo eiusdem temporis (2°; 3 pp.), quod a P. Dominico Mengino S. J. (ut videtur) ex archetypo transcriptum, a Canisio ex Polonia Romam ad Lainium praepositum generalem missum est; tertia quadam manu, quae saeculi XVI. aut XVII. esse videtur, aliqua in apographo nostro correcta, et eadem atque quarta etiam aliqua eidem adnotata sunt; de quibus vide quae post ipsam epistulam dicentur.

Canisium ex Polonia brevi reverti optat. Se caesarem aditurum. Canisio commendat, ut P. Lambertus Auer Vindobonae naturalem philosophiam docere et contionari iubeatur, P. Paulus Hoffaeus in universitate theologiam docere pergat neve Pragam mittatur ad collegium regendum. Professorum et contionatorum frequentes mutationes hominibus ingratas esse. PP. Goudani, Lanoii, Hoffaei, Theodorici Canisii doctrinam et virtutem laudat. Suadet, ut Blissemius Pragae, Hurtadus Oibini rectores constituantur.

Qui Societatis menologia scripserunt, in Kalendis Octobribus Theodorici Gerardi nomen ponere non omiserunt; ita v. g. *Io. Nadasi* S. J., Annus dierum memorabilium Societatis Iesu (Antverpiae 1665) p. 197.

[1] Gen. 24, 40. Tob. 4, 20. 1 Thess. 3, 11 etc.

[2] Camillus Mentuatus, episcopus Campaniae et Satriani.

[3] Vide supra p. 303. [4] Scipionem Rebibam.

†

Jhesus

Pax Christi.

Deus omnipotens Reuerendissimo Episcopo [1] Reuerentiaeque tuae ac toti comitatui et prosperum dederit itineris successum, et rebus uestris adesse semper dignetur atque praeesse quo et Christianae religionis negotia cum polono Serenissimo expediantur foeliciter, et te breui incolumem recipiamus alacriter. Opto profecto mi pater ut id nobis bene et foeliciter eueniat, nam etsi libentissime tuas literas legimus cum abes et maxime illas quibus nos solerter instruis, illa tamen tu certe melius quae per nos expediri optas et ex re et ex tempore industria autoritate prudentiaque tua constitueres: Mihi quidem usque curae erunt quae Victoriae tuo commendata esse uoluistj, verum cum saepe multa sese offerant quae premunt, quod [?][a] quamuis mihi non solum sed alijs etiam probentur, te tamen inscio constituere non auderem facile etiamsi ea sine periculo in aliud reijci tempus aliquando posse non uideantur, cum item[b] multa quoque a longe prospiciam, quae mihi imminent aut certe impendent etiam[c] uideor dum me colligo sperare debere si te uiderem, et ea quae premant et ea quae impendeant me facile transiturum: Orandus igitur Deus est ut te quam citissime incolumem ac sospitem prouinciae restituat tibi commissae. Caesari nondum adfui; hodie me duce deo affuturum spero: Accipiemus forte hodie aut ad summum die crastina literas quas per Reuerendum Cromerum singulari diligentia ad te perferri curabimus [2], reliqua omnia quae per Caes. clementissimum expediri debent in eodem nunc statu sunt in quo tu ea reliquistj [3]. Dubitabamus cum adesses quis futurus esset lector naturalis philosophiae; quoddam sane consilium eadem qua hinc recessistj[d] die [4] cum me ut literis responderem romanis parare cepissem, occurrebat forte non ineptum si tibi probetur ratumque habeatur. Quid si nulla de Doctoribus Theologiae quos modo uienensis habet Vniuersitas nostris mutatione facta (audi obsecro mi pater, tibi enim liberrime non solum sed libentissime tuaeque

---

[a] *Sic ap.; sed fortasse legendum:* quae, *vel:* et quae.
[b] item *correctum est (idque, ut videtur, tertia manu) ex:* ipse.
[c] etiam *tertia manu positum est loco vocabuli:* cum, *quod priore scriptum erat.*
[d] recesistj *apogr.*

---

[1] Camillo Mentuato, nuntio apostolico.

[2] Epistulas significare videtur, quas Ferdinandus I. Vindobona 6. Octobris 1558 ad Sigismundum Augustum Poloniae regem et ad Catharinam eius uxorem dedit, Canisium laudans, et instans, ut rex catholicam religionem strenue tueretur et Societatis collegium Cracoviae conderet. Utramque epistulam vide infra, monum. 158. 159.

[3] Cf. infra p. 303—304.

[4] Canisius die 3. Octobris Vindobona discessisse videtur; vide supra p. 322.

prudentiae ut par est iudicium committimus hoc facturi quicquid his auditis statues) ad Philosophiae naturalis lectionem non solum sed ad conciones etiam quae in nostro templo fieri debent se D. Lambertus[1] accingeret? atque interea temporis inter priuatos se parietes tam concionando quam legendo tam diu exerceret donec et promptitudinem (difficulter enim multiplices suos mentis conceptus exprimit ex tempore aegetque ut meditatione preuia solus prius omnia quae dicturus sit recto disponat ordine) et grauitatem in dicendo maiorem et quendam solidiorem in legendo (ut uocant) habitum pernecessarium acquireret. Quod si uno atque altero saltem mense patienter quasi non adesset ille hominem iuuenem adhuc alioquin probum atque ad haec ipsa, quae diximus, natum operiremur maiori haud dubie cum stupore ac fructu eum audiremus. Paulus[2] ne retinendus Viennae? si ita placet, nobis uehementer probaretur, multas ob causas. Odiosa siquidem res est atque inutilis prorsus[a] uidetur tam frequenter Theologos nostros a publicis Vniuersitatis Viennensis lectionibus auocare alijsque (quasi Vniuers: huius Theologiae nauim magistro instructiori ac notiori excusam[b] [?] fluctibus ualidissimis committi uellemus) eos rebus extra Viennam praeficere[3], neque iam semel quantum intelligo de hac re conquestj sunt probi viri nobis amicissimi, ut interim quid Caesar sentire uideatur taceam, nostj id tu[c] bene Pater Reuerende. Praeterea populo erit ingrata indubie adeo frequens concionatorum mutatio, nouorumque atque eorum quos uel non uiderunt, uel certe tam diu non uiderant ut uix eorum recordentur, accessio. Ad haec recessit D. Canisius[d] bonis omnibus desideratiss: et publicis negotijs astrictus uix unquam apparet, recesserunt D. D. Goudanus et Lannoyus[e], Viri et maturitate et doctrina et sanctimonia ut nosti apud doctos probos atque improbos viros clari. Nouit hoc Cae. M. et forte dolet. Recedat iam D. Paulus postquam coepit esse et notus et gratus dexteritate, prudentia virtuteque non mediocris, grauis satis atque affabilis, doctrina quoque non vulgaris et ingenio. Recedat postea

---

[a] *Vocabulum tertia manu in ap. insertum.*

[b] *Sic apogr.;* excussam?

[c] *Vocabulum supra versum (tertia manu?) scriptum.*

[d] *Sic manu tertia correcta sunt, quae priore scripta erant:* Ad haec recesserunt D. Gaudanus et Lannoyus D. Canisius.

[e] *Haec (incipiendo a* recesserunt*) manu tertia in margine addita sunt.*

---

[1] Auer. [2] Hoffaeus.

[3] Ex his verbis colligitur (id quod universitatis vindobonensis historicos usque adhuc fugisse videtur) Hoffaeum illo tempore Vindobonae publicum theologiae professorem fuisse; consentit collegii monacensis **catalogus* qui ineunte a. 1565, ipso Hoffaeo collegium illud regente, Romam missus est; in eo enim asseritur Hoffaeum per dimidium annum in universitate vindobonensi theologiam docuisse ac postea tres annos pragensi collegio praefuisse etc. (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 376[a]).

in patriam D. Theod. Canis: reuersurus quando deo placuerit pernecessarius huic Viennensi collegio non solum sed toti Vniuersitatj et iam C. vel nomine ipso notus, et gratus, omnibus amabilis[1]. Satis[a] eius et puritatem nosti et doctrinam et probitatem, et ego forte melius quam ob causam et amaui semper plurimum et reuerentia quadam sum interno affectu merito eum tam Romae quam[b] hic prosequutus[c]: forte ipse quoque hinc, ut tu melius nosti, breui recedat[d] [?] aut paulo tardius cuius absentia etsi nihil afferat incommodi tamen perspicietur ex decremento numeri doctorum qualis qualis ipse sim. Deinde fieri non poterit ut D. Lampertus tam cito adsit ut possit cum alijs Vniuersitatis professoribus ad proximam studiorum renouationem[2] sicuti decet, esse accinctus, nosti quantopere post distractiones itineris et negotiorum quae[e] in patria habet laborandum erit ut animum et colligat et ad literarum reuocet exercitia quibus non parum tarditatis lassitudo itineris afferre solet et incommodi, Deinde nouit tua Reuerentia Lampertum et Christianum[3] de quorum probitate minus quam de doctrina dubitare audeo non usque adeo esse graues et rebus gerendis grauioribus nunc temporis accommodos[f] ut quasi soli relinqui possint huius archicollegij moderatores, maiora de eis sperarem, si accederet experientia maior quam uno atque altero anno paulatim cum maiori et aetatis et iudicij grauitate atque maturitate possent bona ex parte sibi comparare, Jngenium praeterea D. Pauli et bonus quem in literis fecit progressus non est negligendus, posset sane doctissimus euadere atque Theologus singularis hoc literario exercitio, essetque longe utilior postea Societati uel in Germania uel ubique etiam gentium quam si neglectis Theologiae honestis fundamentis iactis adiudicaretur domesticis modo curis[4] quibus nimium forte primo anno saltem tum ob rerum constitutionem et naturam Oybinensium atque Pragensium, tum quia non posset nisi longo post tempore completam earum rerum cognitionem habere, grauaretur. Jtaque si ista

---

[a] *Manu tertia correctum ex:* Satim.
[b] *Vel:* tum Romae quum*; obscure scriptum est.*
[c] *Sic; sed fortasse legendum:* reuerentia quadam cum interno affectu merito eum *etc.* sum prosequutus.
[d] *Sic; sed malim legere:* recedet.
[e] *Tertia manu correctum ex:* negotium quod. [f] accommodj *apogr.*

---

[1] Ad res domesticas componendas is Noviomagum petere debebat. Quem sub id tempus in universitate vindobonensi novum Testamentum explicasse ex Ederi catalogo a. 1559 Vindobonae edito intellegitur (*W. Hartl* u. *K. Schrauf,* Nachträge zum dritten Bande von I. R. v. Aschbachs Geschichte der Wiener Universität. 1 Abth. [Wien 1893], p. 31).

[2] Haec medio mense Octobri futura erat (*Aschbach* l. c. I, 63). P. Lambertus Auer in catalogo professorum universitatis vindobonensis anno 1558/59 primum atque eo loco comparet, quo scholasticae theologiae professor poni solebat (*Hartl-Schrauf* l. c.). [3] Rivium; de quo supra p. 304[6].

[4] Pragensi collegio rector destinatus erat.

te pater permouent constitue ut in suis lectionibus Theolog: progrediatur D. Paulus. Lecturus postea lectionem sacram[1] in nostro templo uesperis absolutis, Habebis[a] siquidem postea, nisi meum me ingenium fallit, insignem Theologum Concionatorem et collegij si fuerit opus moderatorem, aut si quando aegeas poterit non dubito uices tuas gerere, ut interim de d. chariss: Theo. Canisio taceam. Lampertus concionabitur, leget physicam illam lectionem et priuato etiam studio quae audiuit poterit non incongrue confirmare stabilireque et maiorem in Theo: et physicis disciplinis simul progressum facere. Quid de Pragensibus? Haec mihi de hac re in mentem ueniebant si tibi Pater Reuerende probentur habeanturque rata, ut pragenses D. Christianum pro Paulo haberent hac lege ut in Oybin illic[b] futurus Rector M. Hortadus[2] [*sic*] proficisceretur ut erat statutum, D. uero Henricus perseueraret in concionibus suis et lectione arcis pragensis ecclesiae[3], praeterea succederet in locum M. Hortadj ut Rectoris officio non tantum oneraretur quam honoraretur, nam si ministrum haberet D. Christianum indubie esset ei satis maxime si studiorum exactor sit Magister GErhardus[4], nam postquam negotia fuerint, ut spero, foeliciter expedita Rectore Magistro Hurtado non facessent negotium Rectori pragensis collegii sicuti ante hac quando plus habebit[c] pecuniae collegium illud annuae. Rector uero sollicitudinem Oybinensium iam nullam uel certe minimam habere cogeretur, quod si domesticae res componantur et studiorum ordo seruetur honestus super utramque, ut aiunt, aurem dormire poterit D. Henricus. Accedit adhaec quod nulla desit huc scribendi commoditas et literas recipiendi semel atque iterum hebdomadibus singulis si sit aliquando opus de re aliqua nobiscum conferre. Caeterum magni est momenti certe si ei qui Serenissimo Principi concionatur rectoratus decor accedat atque dignitas, nam ut optime T. R. nouit nescio quid ponderis honorum accessus in Germania habent ut fidem maiorem concionatoribus atque quibusuis alijs hominibus adhibeant quos aliqua officij dignitate fulgere norunt, Praeterquam quod Praeposito Ecclesiae arcis pragensis uiro probo atque singulari virtute praedito[5] fiet hoc ipso satis qui aliquando mecum de hac re conqueri uisus est quod M. Hurtadum Rectorem collegij pragensis constitueremus cum D. Henricus adesset[6], quanto

[a] *Manu tertia correctum ex:* habebimus.

[b] *Tertia manu correctum ex:* illis.

[c] *Correctum (idque, ut videtur, tertia manu) ex:* haberet.

[1] Interpretationem sacrae Scripturae; vide supra p. 137². [2] Perez.

[3] P. Henricus Blissemius per complures annos ecclesiae metropolitanae pragensis (quae iuxta arcem regiam sita est) catecheta et Ferdinandi II. archiducis, qui Bohemiam tunc administrabat, contionator fuit. Cf. *Can.* Epp. I, 619⁵.

[4] Werdenus? [5] Henrico Scribonio.

[6] In „*Synopsi chronologica Rectorum Collegii S. J. Pragae ad S. Clementem“, quae initio saeculi XVIII. a Socio aliquo bohemo composita esse videtur, Ursmaro

magis si nouum aliquem qui neque doctrina neque aetate neque grauitate neque rerum experientia multis esset D. Henrico excellentior. Notus est D. Henrico D. Paulus bene, in eodemque fuerunt Romae in germanico collegio contubernio[a] [1] et forte posset aliquo promoueri modo[2], quamuis nihil de hac re audeam suspicari. Tibi igitur Reuerende Pater totum hoc negotium committitur, haec lege tanquam ab homine sint stolido scripta neque aliud contendo quam ut explicem quid de ea re cogitauerim: Statue quod placet et iudicaueris deo esse gratius omnibusque utilius, non dubitabimus pro uirili parte nostra operam in hoc totam conferre nostram, ut suum sententia tua primo quoque tempore sortiatur effectum, Scribunt de hac re alij patres, quid autem ignoro, neque enim uidere uolui quid scriberent ut liberius quid in eam rem consilij conferendum putent tibi exponerent. Dominus det nobis aeternae benedictionis dona amplissima ut sanctum suum beneplacitum perspectum semper habere possimus atque illud idem perfecte ac sancte implere. — —

In pagina quarta apographi nostri tertia illa manu notatum est: „IHESVS. Copia de vna lettera per il Padre D. Canisio prouinciale.“ Quarta autem illa manu (cf. supra p. 310) in eadem pagina scriptum est: „1558. Copia d' una lettera del Padre Vittoria pel Padre Canisio.“ Dies quidem epistulae ascriptus non est; at cum ex ipsa cognoscatur eam paulo postquam Canisius Vindobona in Poloniam (3. Octobris, ut videtur) discessit et eo tempore datam esse, quo Victoriae neque litterae, quibus Ferdinandus rex Societatem (6. Octobris) Poloniae regi et reginae commendabat (cf. supra p. 311[2]), traditae erant, neque, quid Ferdinandus 5. Octobris de vindobonensibus Sociis constituisset (vide infra p. 316), notum erat: eam 4. vel 5. Octobris 1558 datam esse censeo. Cf. infra litteras, quas Canisius 18. Octobris 1558 ad Lainium et 25. [?] Octobris 1558 ad ipsum Victoriam dedit.

317.

CONSILIUM AULICUM

Ferdinandi I. caesaris[3]

CANISIO ET SOCIIS VINDOBONENSIBUS.

Vindobona 5. Octobris 1558.

Ex apographo eiusdem temporis, Romam ad praepositum generalem Societatis ex collegio vindobonensi misso. Cod. „G. Ep. I“ f. 8.

---

[a] cuntubernio *apogr.*

Goissonio, primo rectore, a. 1558 Romam evocato, Victoriam ac post eum Hurtadum „vicerectores“ fuisse, die autem 27. Novembris 1558 Hoffaeum rectorem creatum esse affirmatur (Vindobonae, in archivo aulae caesareae, Oesterr. Akten, geistl. Sachen, Iesuitica 422).

[1] Uterque 12. Decembris 1552 in collegium receptus erat (*Cod. rom. „All. coll. germ.“ p. 3). De collegii germanici contuberniis sive „cameris“ vide Card. *Steinhuber* l. c. I, 117.

[2] Id est (ni fallor): Hoffaeus collegii vindobonensis rector nominari posset. Cf. infra, epistulam Canisii 25. [?] Octobris 1558 ad Victoriam datam.

[3] Vide, quae proxime post ipsas litteras dicentur.

Litteris hisce vel iis, quae minoribus typis descriptae iis subiunguntur, usus est *Seb. Mitterdorfer* S. J., Conspectus Historiae Universitatis Viennensis, saeculum II (Viennae Austriae 1724), p. 206—207. Breviter eadem attingunt *Bucholtz* l. c. VIII, 224 et *Aschbach* l. c. III, 101 etc.

Ferdinandus universitati vindobonensi mandat, ut testimoniis doctoratus a Societatis praeposito generali scriptis et in posterum scribendis fidem habeat. Totam facultatem theologicam Societatis esse non concedit; sed duo de Societate semper professores erunt, atque omnes Socii suum institutum libere poterunt sequi.

Sacra Caesarea Maiestas Dominus noster Clementissimus ad supplicationem D. Doctoris Canisij in hanc sententiam clementer respondet:

I. Quod ad primum articulum Caesarea Maiestas clementer annuit confirmare et ratificare testimonium doctoratus recens a Preposito generali societatis nominis Jesu allatum, et vniuersitati seu Academiae Viennensi iniungere vt personas in eodem testimonio nominatas pro doctoribus habeat et recognoscat adeoque in futurum etiam ijs qui a praeposito generali dictae Societatis eiuscemodi testimonium Doctoratus attulerint fidem tribuat [1].

2. Secundo placet Sacrae Caesareae Maiestati quod in hac Maiestatis suae Caesareae Academia Viennensi sint semper Doctores in Theologica facultate ordinarij duo eiusdem Societatis sicuti eo tempore, quo noua reformatio vniuersitatis per Maiestatem Caesaream aedita et publicata fuit [2] duos ipsum scilicet Doctorem Canisium et Doctorem Nicolaum [3] in dicta facultate ordinarios constitutos fuisse constat [4]. Totam vero facultatem eam in Collegium Societatis istius contra memoratam reformationem transferri Maiestas sua Caesarea non putat consultum fore.

3. Quantum ad tertium articulum attinet clementer etiam probatur Caesareae Maiestati, quod professores alijque fratres dictae Societatis possint pro instituti sui ratione exercere liberam disciplinam et obedientiam suis superioribus debitam, nec impediantur in operibus pijs, quae domi aut foris secundum suam vocationem factitare solent, et debent, dummodo lectionibus suis legendis inuigilent ac praesint, et in alijs etiam, quae bonorum professorum sunt sedulo curent [5].

Decretum per Caesaream Maiestatem die V. octobris
Anno M.D.Lvnj.

Vidit Jonas. M. Singkhmoser.

Has litteras a consilio aulico (Hofrath) Ferdinandi I. profectas esse ex nomine Ionae subscripto concludere licet; hic enim eius consilii vicecancellarius erat.

---

[1] Vide, quae post ipsas has litteras ponentur.

[2] „Nova reformatio" haec data est 1. Ianuarii 1554; quam typis descripsit *Rud. Kink*, Geschichte der kaiserlichen Universitaet zu Wien II (Wien 1854), 373—401.

[3] Goudanum. [4] Vide *Canisii* Epistulas I, 729.

[5] Ex his litteris concluseris Canisium non obtinuisse, quod petierat: ut unus de Societate philosophiae professor in academia esset; cf. supra p. 304. 306.

In ipso apographo nostro, proxime ante has litteras caesareas, eiusdem librarii manu scriptum est: „Articulus ex noua reformatione de professoribus recipiendis et admittendis. Si quis autem cuiuscunque facultatis ab externa Academia ad hoc nostrum Archigymnasium Vienn: veniens legere seu practicare velit, ordinamus vt is necesse habeat testimonia gradus sui ex approbato generali aliquo studio ostendere, et membrum huius Vniuersitatis nostrae ac facultatis suae fieri, et pro more repetere seu disputare, adeoque certum suae eruditionis specimen edere, necnon legibus Vniuersitatis et facultatis suae parere ac omnes labores, offitia et onera perinde vt alij[a] de facultate sua obire et perferre."

Hanc igitur legem Ferdinandus in Sociorum gratiam binis temperavit litteris:

1. Vindobonae 26. Octobris 1558 diploma signavit, in quo haec edicit: Collegium vindobonense Societatis Iesu litteras Romae 12. Augusti 1558 datas sibi exhibuisse „approbandas et confirmandas", quibus Iacobus Lainius, Societatis praepositus generalis, haec testificaretur[1]: Iulium III. per litteras apostolicas Societati Iesu concessisse, ut eius scholastici „extra uniuersitates existentes" post rigorosum examen a praeposito generali, vel alio de eius licentia adhibitis etiam aliis doctoribus et magistris, ad omnes gradus academicos, etiam doctoratus, promoveri, sicque promoti omnibus quarumlibet academiarum privilegiis potiri possent[2]; ac praeterea Paulum IV. concessisse, ut non solum qui de Societate ipsa essent, sed etiam externi quivis, scholas collegii romani assidue adeuntes, post rigorosum examen omnibus gradibus academicis ornari possent[3]. Scribere itaque Lainium: ‚Cum quam plures fratres nostri in prouinciam Germaniae missi suae promotionis ad Gradum Doctoratus testimonium scriptum non tulerint, quia tamen diligenti, et diuturno studio, et examine praecedente, cum ultimo per tres dies continuos singuli positiones Theologicas publice sustinentes, digni laurea Doctoratus, et ad Theologiam docendam idonei inuenti fuissent, sic demum ad hunc gradum Doctoratus sunt promoti, visum est per has literas testificari, quod Romae quidem Doctor Nicolaus Lanoyus professor Viennensis, Doctor Hermanus Nouesianus professor Ingolstadiensis, Doctor Henricus Blyssemius professor Pragensis, Doctor Iohannes de Victoria, Doctor Paulus Offeus[b], Doctor Theodoricus Gerardi Amstelredamus, Doctor Lambertus Auer, ac Doctor Christianus Riuius, Bononiae uero simili studio et examinatione praecedente, Doctor Petrus Canisius Praepositus Prouincialis societatis nostrae in Germania, Doctor Nicolaus Gaudanus, ac Doctor Theodoricus Canisius professores Viennenses Lauream Doctoratus in sacrae Theologiae facultate susceperint, praeter quos etiam Doctor Joannes Couillonius professor Ingolstadiensis in Vniuersitate Gandiensi in Hispania promotus est.' Iis autem omnibus unum iam doctoratus testimonium scribi, idque penes praepositum eorum provincialem servandum. Ea igitur a Lainio scribi, easque litteras a se prorsus „confirmari, approbari, corroborari" et ubique locorum valere pronuntiat Ferdinandus, praecipiens, ut ab omnibus imperii romani hominibus ecclesiasticis ac saecularibus observentur, aliter gravissimam indignationem suam ac poenas suo arbitrio infligendas incursuris (Ex *apographo totius diplomatis eodem tempore scripto, quod est Vindobonae in archivo aulico, Reichsregistratur-Bücher, cod. „Ferdinand I. 1557—1564. n. 12." f. 46^b—47^b. Alterum eiusdem diplomatis apographum eodem tempore scriptum exstat Monachii in archivo regni bavarici, Jesuitica in genere, Fasc. I, n. 3, f. 2^b—3^a. Harum litterarum pars exstat apud *Hartl-Schrauf* l. c. I, 30^{11}).

---

[a] alijs *apogr.* [b] *Sic; scribendum erat:* Hoffaeus.

---

[1] Lainii litterae in Ferdinandi diploma ad verbum transcriptae sunt.

[2] Hae Iulii III. litterae, Roma 22. Octobris 1552 datae, compluries typis exscriptae sunt; v. g. in „*Instituto* Societatis Jesu" I (Pragae 1757), 26—28.

[3] Hoc privilegium neque in „*Instituto* Societatis" continetur neque in „*Synopsi* Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu" (Florentiae 1887. Lovanii 1895).

2. Vindobona m. Novembri anni 1558 Ferdinandus ad Socios vindobonenses litteras dedit germanicas, quibus eos certiores faciebat se decrevisse, ut — verba sunt versionis ante annum 1568 factae — „apud Vniuersitatem nostram Viennensem perpetuo duo professores ordinarij ex uobis docere, ac profiteri debeant, sicut alias etiam obseruatum est, . . . ac etiam quod ijdem Professores, nullis alijs, quam Praepositis, et Superioribus suis obedire teneantur, tum quod ipsi et alij de Societate Jesu nec domi [a] nec alijs in locis in docendo, et alijs pijs laboribus, quos pro ratione vocationis suae exercere solent, et debent, minime remorentur, neue aliquod impedimentum illis fieri debeat, Ita tamen ne quid in Lecturis suis publicis negligatur"; atque eadem magistratibus universitatis vindobonensis proposita et mandata esse (Ex *apographo versionis harum litterarum, saeculo XVI. facto, quod exstat in cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 153[b]—154[a]. Ibidem ff. 161 et 162 exstant aliae duae earundem litterarum versiones latinae, quae saeculo, ut videntur, XVI. vel XVII. Romam ad praepositum generalem missae sunt; atque his quidem ascriptae sunt Kalendae Novembris a. 1558, primae autem illi versioni dies 17. Novembris 1558. Cf. etiam *Socher* l. c. p. 70 et *Wiedemann* l. c. I, 105). Attamen ex litteris a Polanco Roma 30. Martii 1560 ad Canisium et ab hoc Vienna 20. Maii 1560 ad Lainium datis, quas infra ponemus, intellegitur universitatem vindobonensem his Ferdinandi litteris praeceptisque vehementer obstitisse.

In *relatione „de origine, principio et progressu Collegij Viennensis", Vindobona 3. Maii 1567 Romam ad praepositum generalem Societatis missa, haec sunt: Collegio „ad sustentationem assignauit .S. Maiestas anno .1554. in mense Julio .fl. 1200. ex Teloneo Lyntiensi" quotannis solvendos. „Huic summae uoluit S. Maiestas anno .1558. mense Octobri perpetuo accedere stipendium duarum lectionum Theologicarum in Vniuersitate uidelicet .280. fl. singulis annis, quae stipendia cum a nostris reijcerentur, dicentibus se non posse ex instituto pro huiuscemodi ministerijs stipendia accipere, uoluit sua Maiestas, ut tanquam pro parte fundationis illam summam admitteremus, quod et factum fuit" (Ex relatione archetypa, quae est in cod. „Austr. Fund. III." f. 186[b]).

318.

CANISIUS

MARTINO CROMER,

canonico cracoviensi et Poloniae regis apud Ferdinandum I. legato.

Cracovia 15. Octobris 1558.

Ex autographo (2° min.; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. cracov. „Cromeri epistt." nr. 13.

Primum typis exscripta in „*Pastoralblatt* für die Diöcese Ermland", 20. Jahrg. (Braunsberg 1888) p. 116. Epistula usus est P. *Stanislaus Zalenski* S. J. in commentatione polonice scripta, quae inscribitur: „Pierwsi Jezuici na ziemi polskiej" (Primi Iesuitae in Poloniam ingressi) atque exstat in libello periodico „Przeglad Powszechny" [Litterarum generalis lustratio] LI (Kraków 1896), 155—173.

Quomodo iter polonicum successerit. Quam honorifice nuntius apostolicus exceptus sit. Mox ab eo regem et episcopum salutatum iri. Se litteras Ferdinandi I. reginae allaturum. Ecclesiae cathedralis splendorem praedicat et haereticorum audaciam dolet. Cromerum exhortatur, ut patriam adiuvare pergat.

---

[a] tomi *apogr.*

Pax Christi nobiscum Reuerende D. Patrone.

Reuerendissimus D. Legatus [1] utcunque ualet, in itinere quidem rectius, qui [a] literis tuis paulo post respondebit. Deo gratia [b], qui nobis haud incommodum in Poloniam ingressum tribuit. Collega meus [2] uicit febriculam satis molestam in ipsa profectione. caeteri hucusque salui. Ad 12 mensis huius diem huc sumus ingressi; nec sine pompa, quod frequens nobilium equitatus praesente etiam Palatino [3] ueniret obuiam Legato, eundemque deduceret ad hospitium, neque uero Canonici defuerunt: res acta est honorificentius quam fore arbitrabar. Fecit hoc Praepositi, quem nobis optimum prorsusque necessarium ducem prouide adiunxisti, prudentia et industria singularis [4]. Altero mox die salutata est Regina, quae in magnifica ut nosti, aula et circumsedente nobili foeminarum coetu Latine maluit quam Italice compellari [5]. Respondit tamen quod ad Religionis conseruandae ac tuendae causam spectat, se nunquam a veteri pietate discessuram, in qua et uiuere et mori cum optimis maiorib. statuisset. Caesaris literas ad illam scriptas expecto, ut et mihi sit adeundi coramque conueniendi occasio [6]. Hic ad Mercurij usque diem [7] haerere uisum est, interea Regis expectatur responsum, vbi salutari uelit a Legato. Sic enim fieri uoluit Palatinus, ne circumcursitantem in venatione Regem nobis difficilius sit consectari. Ad prandium Dominici dieï qui crastinus est, idem Palatinus Episcopum [8] inuitauit, magnamque nobis praebet spem de promouenda causa Religionis, quamuis eam non parum adflictam (nosti ob quorum praecipue socordiam) intelligamus. Cracouiensis Episcopus [9] per aegritudinem necdum salutauit Legatum, equum tamen dono obtulit, cras illum admittet ad colloquium. Vidimus aedis uestrae [10] splendidas opes, et ingentem illum Ecclesiae thezaurum a summis optimisque Regibus donatum, sed cui vtinam reliqua, quae nunc Dei domus postulat, per omnia responderent. Nactus es digniss. uir insignem in hac Ecclesia locum, quem ut facis, et moribus et

---

[a] *A Canisio correctum ex:* et. [b] gratias *Pastoralbl.*

[1] Camillus Mentuatus, episcopus Satriani et Campaniae.

[2] P. Dominicus Menginus S. J.

[3] Stanislao Tenczyński, comite in Tenczyn, palatino cracoviensi. Cf. *Hosii* Epistolas II, 930—931. 958[4].

[4] Praepositus ecclesiae cathedralis cracoviensis tunc erat Raphaël Wargawski; cuius fit mentio in *„Actis actorum Capituli Cracoviensis“ (vol. V, f. 305[b]. 337) 27. Maii 1558 et 3. Maii 1559. Haec et complura alia, quae ad res polonicas pertinent, R. P. *Augustinus Arndt* S. J. benigne mecum communicavit.

[5] Catharina regina, Ferdinandi I. caesaris filia, antea nupta erat Francisco Gonzagae, duci mantuano.

[6] Vide, quae epistulae Canisii 18. Octobris 1558 ad Lainium datae adnotantur.

[7] 19. Octobris. [8] Mentuatum.

[9] Andreas Zebrzydowski (Szebrzidowski).

[10] Ecclesiam cathedralem significare videtur.

scriptis cohonestare perge. Vt ut ingrati sint ciues, ne desis quaeso iuuandae patriae in hoc summo discrimine. si non extincta, certe perturbata dicuntur hic praecipua quae olim ualebant, firmamenta Religionis. In proximis Cracouiae pagis destruunt impij contionatores, quod hic boni aedificare in Christo contendunt. Sed non repetam nota sectariorum exempla. Durandum est igitur in hisce malis, et ut homines sint perfidi, omnesque sua tantum quaerant[1], faciemus tamen mi Cromere, quod boni medici solent in grauissimis morbis medendis. Quaeso te, ne mihi sit fraudi haec loquacitas. Oremus Christum dormientem in nauicula sua, ut componat fluctus et sedet has foedas tempestates[2]. Ego tuae dignitati meam polliceor operam omnem, quae utinam Christo gloriam et Ecclesiae utilitatem aliquam adferat. Cracouiae 15 Octob. 1558.

Tuus in Christo seruus P. Canisius.

Clariss. uiro, D. Martino Cromero, Legato Polonico, Canonico Cracouiensi et Patrono suo colendissimo Viennae.

Inscriptioni manu Cromeri adnotatum est: „26. Octobr.“ [epistulam hanc accepi].

319.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Cracovia 18. Octobris 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 44—148 posito, collatum est.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 149—150 et Hist. S. J. II, l. 2, n. 120. 121, et *Boero*, Can. p. 191—194, qui etiam particulam epistulae italice vertit. Partem epistulae polonice versam posuit P. *St. Zalenski* S. J. in „Przeglad Powszechny“ (cf. supra p. 318) LI (Kraków 1896), 163—164.

Imperator Canisio arcana conscientiae aperuit, et religionem ac Societatem regi ac reginae Poloniae commendat; Canisii etiam operam pro comitiis augustanis poposcit; Canisius ipse se accusat, quod ei haud recte responderit. Cardinalis legatus cito mittendus. Canisius putat se Augustae plus posse efficere quam in Polonia; ad oboediendum paratissimus est. Itineris molestiae; nuntii apostolici benignitas et inopia. Episcopus cracoviensis. Poloniae princeps, nobiles, clerus, vulgus. Protestantes in Polonia. „Iesuitae“ ignominia afficiuntur. Iter reliquum. Societas a Cromero commendata. PP. Victoria et Hoffaeus; ille nimia fere obtinere conatur in universitate vindobonensi. Canisius nuntio magis solacio est quam subsidio. Multum orandum pro Polonia.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende in Christo pater ac Praeposite

Postremas Viennae dedi de foelici transitu charissimi fratris et collegae mei M. Theodorici, qui Christo uiuat, ut certe vivit, absoluta

[1] Phil. 2, 21. [2] Cf. Matth. 8, 23—27. Marc. 4, 35—40. Luc. 8, 22—25.

semel omni peregrinatione. Priusquam uero Vienna discederem, ter[a] [?], Caesarem conveni, et nescio an antea unquam acceptus ab eo benignius. Praeter alia, quae mecum de arcanis plerisque conscientiae suae communicavit, in discessu testatus est, sibi non displicere, quod nunc ad tempus abessem in Polonia, praesertim ad religionis causam iuvandam, ac propterea litteras etiam ad Regem scribendas curabit, simul et Societatis Institutum Reginae, id est filiae suae commendaturus. Quas ego litteras quotidie expecto, neque sine illis Reginam hactenus volui salutare[1]. Adiunxit porro Caesar, quoniam in principio Ianuarii statuisset Augustanis Comitiis praeesse coram, se per litteras curaturum, ut Augustam ex Polonia me reuocaret, quod in Comitiis iisdem mea uti opera cuperet. Hic ego non contradixi, tum quod antea confirmassem, Reuerende Paternitatis Tuae voluntatem in eo esse, ut absoluta hac legatione, ego ad servitium suae Maiestatis redirem, tum quod fieri possit, ut antequam Caesar ad me litteras Augusta mittat, expedita sint haec Comitia Polonica, praesertim cum iam indicta sint, Petricoviae quidem inchoanda circa 19. Novembris, quemadmodum hic primum intelleximus. Haec ego tum apud Caesarem. At domum quidem ad nostros reuersus, me ipsum reprehendi, quod non statim responderim de obedientiae iure Pontifici debito, si forte is vellet diutius, quam Caesar, in Polonia me morari. Quam ob rem P. Victoriae in mandatis dedi, ut ea de re cum Caesare ante discessum Pragae ageret, et haec praecipue duo inculcaret: alterum, uideret Sua Maiestas, expediretne me reuocari in Germaniam, re nondum in Polonicis Comitiis confecta, propter quam eo missus essem: alterum, si propter causam gravem sic expedire duceret, ut Sua Maiestas per litteras cum superiore ageret, ex cuius ego nutu penderem. Oro veniam, R. Pater, si quid a me factum aut dictum hic est inconsideratius.

Refert autem haec non esse obscura aut ignota Rev. Tuae, ut eo rectius de me statuere quidvis possit: Scribit Reverendissimus Legatus, scribo et ego ad Reverendissimum D. Warmiensem[2], multis modis consultum ac etiam necessarium esse, ut quam primum huc Cardinalis mittatur, per quem addatur Legationi auctoritas in hoc summo discrimine multum valitura. Quod si is ueniat, expectabo certam Rev. Tuae sententiam, si quid Caesari concedere possim, et quantum consequi hactenus licet, maiore cum fructu Augustae, quam Petricoviae uersari posse viderer, nec difficile forsan esset Rev. Tuae Cardinali significare, iam hoc Caesarem petiisse, ut Augustam circa

[a] *In ap.* iterum *manu ignota correctum est ex:* ter, *quod Boero et in ap. et in libro supra memorato posuit; Sacch. quoque* ter *legit.*

[1] Vide supra p. 311[2].

[2] Hosius 1. Septembris 1558 Romam advenerat (*Ant. Eichhorn,* Der ermländische Bischof und Cardinal Stanislaus Hosius I [Mainz 1854], 300).

Ianuarium redirem ob grauia quaedam illic tractanda. Sed et P. Victoria, si moneatur, efficiet facile, ut ea ipsa de re scribat in Urbem Caesar, et quidem in tempore.

Haec satis ad explicandum semel animum patri; sum interim, et manebo, lubens in Polonia, nihil omnino addubitans, quin optime cadent omnia ex obediendi simplicitate suscepta; quia domini sumus[1], ubicumque sumus. Nunc quaedam in specie de hac profectione nostra.

3º die mensis huius Vienna egressi, 12º Cracouiam ingressi sumus, duce CHRisto. Is adfuit in itinere socio et fratri nostro M. Dominico[2], cum grauiter febribus laborare coepisset. Eo restituto, dum Cracouiae versamur, afflixit me dissenteria; sed habeo nunc rectius, Domino miserante, cuius gratia quidem egemus in hac difficili peregrinatione. Nec locus ad sacrificandum, nec lectus ad cubandum hic facile inuenitur; agrestes homines et hospites ubique plus satis: barbariem nondum exuit Polonia, ut si cum hac conferas Germanorum prouincias, cultissimae illae videri possint. Experiemur, spero, paulatim incommoda illa, quae P. Alphonsus narrare solet, doctus et ipse Polonicae profectionis laboribus, atque frigoribus[3]. Sed aderit, spero, fragilibus ille protector, qui suos deserit nunquam, auxiliator scilicet in tempore opportuno[4].

Reverendissimus D. Legatus non solum nos amat, sed etiam honorifice tractat immerentes: illum subinde consolamur, quod in hac aetate laboriose conficiat iter, ac dubiae sit ualetudinis, et cui iam loculi fere omnes exhauriuntur, ut nesciat, unde sit tandem familiae prospecturus, nisi mittant ex Urbe viaticum[5]. Episcopum Cracouiensem[6] heri conveni, qui bonam mihi spem dedit contrahendae inter nos necessitudinis. Est is diues, nobilis et catholicus admodum. Reliquos proceres Petricouiae nosse licebit. Causa religionis grauiter afflicta iacet: tota fere nobilium turba studet sectariis, eosque defendit in pagis concionantes, vel inuitis Episcopis. Ex hac una ciuitate decem millia ciuium procurrunt in vicinum pagum diebus festis, ut doceantur pestifera dogmata. Episcopus frustra reclamat; impune abeunt istae corruptelae; sic haeretici cristas magis ac magis erigunt, oppressuri mox libertatem et potestatem ecclesiasticam, nisi magna vi succurratur. Sed quis hunc zelum Principibus inseret? Quis persuadebit locum esse severitati in impios opportunum? Ita pene volentes ac videntes perimus, proh pudor. In vulgo Cracoviensi magna cer-

---

[1] Rom. 14, 8. [2] Mengino.

[3] P. Alphonsus Salmeron primus de Societate Poloniam ingressus erat ineunte mense Octobri anni 1555, a Paulo IV. Aloisio Lipomano, episcopo veronensi, qui nuntii apostolici munus illic obibat, comes additus (*Hosii* Epistolae II, 597. 606. *Casim. Krasicki*, De Societatis Iesu in Polonia primordiis [Berolini 1860] p. 127).

[4] Ps. 144, 15. Hebr. 4, 16 etc. [5] Cf. supra p. 306.

[6] Andream Zebrzydowski. Cf. infra, monum. 160.

nimus argumenta veteris pietatis, adeo sunt in templis addicti sacris, et caeremoniarum seduli obseruatores, tum quae ad templorum ornatum spectant, affatim suppetunt. Episcopis et clero numeroso sunt opes ingentes; sed pauci docti ex tot ministris Ecclesiarum. Gymnasium [1] magis floreret, si salaria professoribus ampliora praeberentur; catholici sunt illi, neque pauci. Ciuitas autem vere regia et opulenta, ubi tamen sectarii plerique non desunt, quod etiam inde colligimus, quia nos forte praetereuntes sannis excipiunt, et, quod miramur, ut huius instituti homines [2] appellant. Itaque sunt nostri etiam Polonis non ignoti, quia Sathanae et pessimis eius filiis aduersi, infestique. Dominus gloriam sui nominis per nos longe lateque propagare dignetur, quantumvis obstent impii nouatores, quibus, ut plurimum, sumus inuisi.

De reliqua profectione sic statuit Reuerendissimus Legatus: Accepto Regis responso, quod intra biduum expectat; iter ingredietur, ni fallor, in Vassoviam [*sic*], ubi Rex in venatione circum cursitare dicitur [3]. Salutato autem Rege, et iactis ueluti fundamentis causae in Comitiis pertractandae de religione, Petricoviam contendemus, nisi deflexerimus forte ad Gnesnensem Archiepiscopum [4], qui Primas est Poloniae. Dominus in omnibus his peregrinationibus illuminet vultum suum super nos et per orationes vestras nostri misereatur [5]. Scripsit D. Cromerus de Instituto Societatis ad quosdam proceres:, Sed nondum apertum videmus ostium, ut in eam de Collegio fundando tractationem ingrediamur. Tantum ne non digni [a] simus, per quos Dei gloria promoveatur, metuo.

De P. Victoria id unum addam; confirmandum uideri in hoc Rectoris officio, quod nescio cur aegre sustineat, aut cito deponere cogitet, ut ex nostrorum litteris colligo. Necessarius est Viennae prorsus hoc tempore. Cupiebat doctorem Paulum retinere, quasi non satis esset tot uni Collegio doctores dari; scripsi confirmans quod Romae statueramus, illo Rectore opus esse Pragae, ut erigatur Collegium Bohemicum [6], idque coram etiam Viennae dixeram, atque scripseram. De reliquis nostri plura Viennae scribent. P. Dirsium una cum sociis Romam uenisse confido. Doctor Jonas Vicecancellarius Caesaris probat in nepote Christophoro, quod meliorem elegerit partem [7] contempto mundo, seque nostris adiunxerit [8]. Habet P. Vic-

---

[a] *Vel:* ne indigni; ne non indigni *apogr.*

---

[1] Universitas cracoviensis.

[2] Id est: Iesuitas, polonice (illo tempore) Jezuitów (in „nominativo" Jezuici).

[3] Cf. supra p. 303. [4] Nicolaum Dzierzgowski. [5] Ps. 66, 2.

[6] Cf. supra p. 305—307. 311—314 et infra p. 326—327. [7] Luc. 10, 42.

[8] In **catalogo* collegii dilingani, sub initium a. 1565 ibidem conscripto, asseritur „Christophorum Zieglerum wirtembergensem", modo 22 annos natum Romae 1. Novembris 1558 Societatis vota nuncupasse, Oeniponte per duos annos grammaticam docuisse, modo Dilingae physicae operam dare et „pro pueris concionari germanice" (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 375[a]). Atque ipse *Ziegler* a. 1562

toria non parum difficilia quae conatur, ut quod studet in nostros transferre lectionem philosophicam et aliam praeterea publicam; quod paruulis Collegium nouum parat, adiutus hactenus Hispanorum liberalitate[1]; quod aedificia quaedam Collegii vult absolvere etc. In quibus ut ne sit nimium importunus uelim, quod iam Caesar illum non aeque ut antea, admittere uideatur notans eundem apud me nimiae diligentiae. Qua de re illum quoque monui et nunc propterea repeto, ut R. P. T. rectius de illius collegii statu judicet. Quanquam mihi non minus probatur hic feruor si quidem ad dei gloriam conceptus is est[a] quam aliorum timor et tepor.

Tempus non permisit Viennae, ut quemadmodum R. P. T. iniunxerat, de statu Collegiorum Germanicae prouinciae praecipua quaedam adnotarem. Quare, si licet, in reditum meum hanc curae et adnotationis partem seruabo, ut vel Viennae, vel Augustae, si Dominus voluerit, de his aliquid in otio scribam. Verum ubique iudicio tuo, Rev. Pater, obsecundabo. Spero patres dissoluta Congregatione, in unitate spiritus[2] discessisse, et eos, qui mittebantur, Germanos, ad Collegia nostra peruenisse.

Si forte roger, quid apud Reverendissimum D. Legatum hactenus agam, semel quidem illum audiui confitentem peccata, idque Pisauri[3]; ad rem aliam nullam utitur opera mea, nisi ad prandendum et caenandum quotidie. Communicat quidem consilia sua nonnunquam; si quid noui de Polonis acceperit, confert, sed ut nihil a me in his adiuvetur. Si prodeundum est, videri vult suum theologum: in summa, solatio illi sum, magis quam subsidio. Itaque priuatim aut scribere licet, aut legere: fructum, quem ex ipso sene, aut eius familia colligam, haud sentio. Si quid in Comitiis illi conferre possim, tempus docebit; non deerit quidem voluntas, ut maxime non suppetant vires. Quare monui et rogaui litteris aliis, si adiungendus esset mihi forte collega, ut in difficilioribus de causa fidei quaestionibus imperitia mea nullum Ecclesiae detrimentum ferat. Nam, ut scripsi, P. Dominicus in sacris nihil est exercitatus, quo cum nunc vivo. Fiat ubique domini uoluntas, quam ex R. T. cupio intelligere et intellectam sequi ad huius usque uitae finem, domino cooperante[4], qui R. P. T. cum Patribus et fratribus in gloriam suam prospere servet. Quoniam uero in summis difficultatibus negotium religionis defendendae versatur, et nostrum est tamen Poloniae omnem operam hoc tempore dare, idcirco quam

[a] *Ita omnino legendum esse videtur;* si quis ad dei gloriam conceptus eo est *apogr.*

vel 1563 P. Hieronymo Natali visitatori scripto affirmavit: „Sum . . . patria Stutgardia . . . Vienna egressus, Romae societatem ingressurus Ferrariae relictus sum; deinde Romam veni“ etc. (Ex *apographo recenti responsorum Ziegleri).

[1] Cf. supra p. 304. [2] Eph. 4, 3.

[3] Cf. supra p. 301 et infra, monum. 157. 160. [4] Marc. 16, 20.

possum enixissime rogo R. P. T. ut suis et aliorum sacrificiis atque precibus in hoc ordinarie ad tempus constitutis ita pro Polonia, sicuti pro Germania divinam nobis gratiam conciliare conetur. Cracoviae 18. octobris 1558. Litteras ex Urbe nullas post discessum meum vidi.

Servus in Christo Petrus Canisius.

R. P. Jacobo Laynez Praeposito Generali Soc. Jesu.

Epistulae manu antiqua adnotatum est eam Romae 4. Novembris 1558 „receptam" esse.

320.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Cracovia 20. Octobris 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 36—138 posito, collatum est.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 151. 155; qui etiam particulam eius posuit l. c. p. 155.

Nuntio apostolico pecuniam tandem ex curia mitti oportet. In Polonis nec humanitas nec religionis studium valde magna sunt; nuntius tamen constans est et diligens. Canisius ad clerum et universitatem dicet. Cardinalis mittendus.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater

Quoniam Reverendissimus D. Legatus litteras ex Urbe nullas accepit, ac permoleste fert, hucusque nihil sibi responderi, multo minus mitti aliquid pro viatico toties desiderato, idcirco per me rogatam voluit R. P. T. ut si pro auctoritate sua hic quicquam efficere possit ad permovendos isthic animos, nobisque in hac legatione conciliandos, id neutiquam praetermittat. Familiae vestes ad hyemem desunt; subtrahitur vinum; non invitantur hospites pro more et honestate Legatorum, ut omittam caetera. Versamur inter eos interim, a quibus mutuo accipere vix quicquam liceat, aut certe non expediat, inscio Pontifice. Tam multa bonum senem perturbare possunt, ut nonnulli vereantur gravius vitae discrimen, accedente difficili, quam breui adibimus, profectione ad Regem, et inde ad Comitia Petricouiensia. Non dicam de inhumanitate Polonorum etiam catholicorum; praetereo quam alieni sint istorum animi a mente Pontificis; omitto quam rara fides, quam exiguus zelus in praecipuis quibusque. Neque tamen Legati concidit animus in his tot tantisque difficultatibus; connivet, indulget, sperat, admonet, urget, nihil intermittit, quominus Legationis durissimae virum infractum et fidum praestet, domino adiuvante. Haec dixerim idcirco, ut R. P. T. tum consiliis apud Romanam Curiam, tum precibus apud Dominum JESVM causam hanc nostram

promouere dignetur, ne si temporalia deesse pergant, spiritualia minore fructu tractentur. Benedictus Dominus, qui nos docet ubique sufficientes esse[1], ut neque lucrifacere, neque amittere posse videamur, solo Christo crucifixo contenti[2].

Reliqua litteris mandavi aliis Reuerendissimo D. Warmiensi missis. Nunc ne prorsus hic otiose versarer, constitutus est mihi dies ad declamandum; dominico die[3] Clero et gymnasio indicetur tempus et locus; expectantur plurimi auditores, quibus de religionis causa modeste quaedam proponam, prout dominus suggesserit per vestras orationes, quibus me reuerenter commendo[4].

Cracoviae 20. octobris 1558.

Audimus Reverendissimum et Illustrissimum Cardinalem de Pisa febribus impeditum esse, quo minus huc accedat. Quod si uerum est, alium substitui uehementer optamus, quod Cardinalis adventus, etiamsi paulo tardius, id est circa Christi Natalem futurus esset, plurimum momenti Comitiis allaturus videretur, sicut alibi longius explico. Dominus JESVS in suam gloriam omnia.

Servus in Christo Petrus Canisius.

Al molto Reuerendo in christo Padre M. Giacomo Laynez Preposito Generale della Compagnia de IESV padre mio osseruandiss.
Jn Roma.

Epistulae altera manu eiusdem temporis adnotatum est eam Romae 27. Novembris 1558 „receptam" esse.

Canisium haud frustra his litteris sacras preces a Lainio petisse **litterae quadrimestres* domus professae romanae exeunte anno 1558 scriptae ostendunt, in quibus de Polonia scribitur: „Jn hac ipsa domo et in collegio, pro uniuerso Regno illo decretum est ut quotidie fiat oratio ac ad medium Januarium usque" etc. (Ex harum litterarum apographo antiquo.)

321.

CANISIUS

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Cracovia 25. (?) Octobris 1558.

Ex „Collectaneis", supra p. 54 memoratis; quorum auctor sic huic summario praefatur: „Ex literis Cracouiae scriptis 8. Cal. Nouemb." Cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 140ᵃ.

P. Paulus Hoffaeus Pragam mittendus. Victoriae professio sollemnis.

— — „*Dicit P. Victoriam nimis propensum esse ad detinendum Viennae D. Paulum, qui Pragensis collegij Rector a Romanis patribus*

---

[1] Phil. 4, 11. [2] Cf. 1 Cor. 2, 2. Gal. 6, 14. [3] 23. Octobris.
[4] De hac Canisii „declamatione" vide infra, monum. 160.

erat destinatus, et concionatorem egerat aliquandiu Viennae, fortasse, *inquit,* quod illum breui speres tibi successorem contingere posse [1]. Nam quod de professione illa scripserunt P. Romani, nihil impedit, quo minus illam aedas Viennae [2], cui multis quidem modis opera tua est necessaria." — —

Haec si quis cum iis, quae Canisius 18. Octobris 1558 hac de re ad Lainium scripsit (supra p. 323), contulerit, has litteras non 25. Octobris (quem diem codex noster habet), sed ante 19. Octobris datas esse fortasse dicet. Attamen fieri poterat, ut de eadem re binas epistulas et Canisius et Victoria darent; neque hic in litteris 4. vel 5. Octobris 1558 ad Canisium datis professionis suae, de qua Canisius hic scribit, facit mentionem.

322.

CANISIUS

URBANO AUSTRIACO,

episcopo gurcensi et Ferdinandi I. caesaris contionatori aulico [3].

Vindobona vel ex Polonia inter menses Octobrem a. 1558 et Februarium a. 1559.

Ex apographo eiusdem fere temporis, posito in cod. „Scripta B. Canisii X. B." (f. 72ᵇ—74ᵃ), in quo Canisius inde ab anno 1550 usque ad annum 1593 multa, quae sibi in docendo vel contionando usui essent, partim ipse notavit, partim ab aliis transcribenda curavit.

Laudat Urbani eloquentiam et pietatem. Una tamen re pios offendi et plurimos in periculum salutis adduci: Urbanum in contionando catholicam doctrinam saepe dissimulare, capita controversa ambigue atque interdum ita explicare, ut adversariorum dogmata probare videatur. In haec vitia Urbanum, quamvis catholice sentiat, eo prolabi, quod protestantibus nimis familiariter utatur eorumque libros studiosius legat. Monet eum, ut potius ex sacra Scriptura sanctisque Patribus doctrinam hauriat.

†

Reuerendissime domine.

Ab vno atque altero anno, ex quo te nosse cepi, dignitatem et personam tuam veneror, eruditionem cum eloquentia coniunctam ad-

---

[1] Cf. supra p. 312—314. Victoria rectoris officio liberari cupiebat; v. supra p. 323.

[2] Victoriae Roma hoc certe scriptum erat: eum paratum esse debere ad sollemnem quattuor votorum professionem faciendam. Quas professiones cum Paulus III. Romae tantum fieri 5. Iunii 1546 iussisset, 18. Octobris 1549, ut ubique fieri possent, concessit (*Institutum* Societatis Iesu I, 13. 20).

[3] Anno 1529, cum Turcae ex Austria recessissent, in pago Pfaffstetten inter media mortuorum corpora inventus est puerulus, qui nil aliud dicere poterat, quam se vocari Urbanum; quem austriacum esse ex eius modo loquendi cognitum est. Quare eum postea „Urbanum Austriacum" appellare solebant. Hic anno 1550 contionator ecclesiae cathedralis passaviensis, anno 1553 episcopus titularis „symbaliensis" (symboliensis? sinibaliensis?) et suffraganeus passaviensis fuit. Postea constitutus est contionator Ferdinandi I., atque anno 1561 idem munus apud Maximilianum II. obire coepit. Episcopatum gurcensem (Gurk, in Carinthia) anno 1556 accepit; a. 1563—1568 etiam vindobonensis dioecesis administratorem egit; obiit anno 1573 (*Wiedemann* l. c. II, 99—124).

miror, pietatem et iuuandae Ecclesiae Dei studium deosculor. Nec solus ego: Jdem sentiunt permulti magni viri: Jdem Opt: Max: Caesar Ferdinandus, cuius eximia est pietas, diuinumque iudicium. Quo magis indoleo[a] [?], quoties nonnullos, non leues quidem illos ac de media faece plebis, verum graues piosque viros minus honorifice de te loquentes et sentientes audio. Jd autem qualecunque est, Si tibi indicarem, neque me praeter officium facturum esse, neque tibi ingratum fore existimaui, quo amanter admonitus, facilius deinceps cauere posses id, quod boni viri in te offendunt. Quantuscunque enim es, homo es tamen, humani nihil alienum abs te putare debes[1]. Et vt immerito tibi quid impingeretur, tamen hominum, non malorum praesertim, neque insulsorum sermones contemnere non debes, memor cum Paulinae illius sententiae: Prouidentes bona non tantum coram Deo[2] etc. tum Diuinae: Sic luceat lux vestra[3] etc. Et: Quicunque scandalizauerit vnum[4] etc. Quod si nullus etiam inter nos vsus intercederet, tamen vnicuique mandauit Deus de proximo suo[5]. Res est sane eiusmodi, in qua non solum tua vnius existimatio, aut paucorum quorundam hominum erga te beneuolentia, Sed plurimorum salus agi videtur. Neque hoc nomine tibi aut cuiquam omnino in aliena Repub: curiosus videri debebo. Neque enim cuiquam aliena est, in qua non est distinctio Judaei et Graeci[6] etc: sed omnes vnum sumus in Christo[7]. Sed mitto longiores verborum ambages, et praemollitiones [*sic*], ne dubitare de aequitate tua videar.

Quodnam igitur istud est tam atrox facinus? Paucis accipe[b]. Aiunt nonnullj, te vtrisque, nempe Haereticis iuxta atque Catholicis: Hoc est. Jta ambigue explicare controuersa dogmata, vt non magis Catholici, quam Haeretici te sibi vendicent, et secum sentire affirment. Jtaque abstinere se a tuis concionib: quibus adducantur ad dubitandum ijs de rebus, quas ab ineunte aetate hucusque in Ecclesia Catholica didicerunt. Atque id de te dici ego non semel, neque solus audiui[8].

---

[a] *Sic apogr.;* indolesco? [b] accepi *apogr.*

---

[1] „Homo sum; humani nil a me alienum puto": *Terentius*, Heautontimorumenos v. 77.

[2] Rom. 12, 17. 2 Cor. 8, 21. [3] Matth. 5, 16.

[4] Marc. 9, 41. Matth. 18, 6. [5] Eccli. 17, 12.

[6] Rom. 10, 12. [7] Gal. 3, 28.

[8] Ita etiam *Sebastianus Phauser*, Maximiliani II. contionator lutheranus, Blahoslao, fratrum bohemorum ministro, de Urbano dixit: Utrique parti placere studet; versat et curvat se; neque etiam papisticam doctrinam semper audet aperte propugnare (*Fontes* rerum Austriacarum, 2. Abth., XIX [Wien 1859], 170). Ac *Leonardus Mocenigo*, Venetorum apud Ferdinandum orator, Vindobona 19. Augusti 1558 duci suo scripsit Urbanum esse „non sincero nella religion et predicar à satisfaction di quel populo senza offender l' Imperator" (*Turba* l. c. III, 55). Cf. etiam *Polanci* Chronicon V, 235—236.

Sed et alij, et quidem magni et praestantes viri, et in his Vir ornatiss. Antonius Augustinus non ita pridem Pontificis Max: nomine Legatione functus apud Caes. Maiestatem [1]. Sed quaeres: Quid ego, qui te per hoc tempus, dum in aula sum Caesaris non indiligenter audiui, idemne obseruarim? Dicam vere et ingenue coram Deo et sanctis Angelis eius. Animaduerti te non semel, cum flexus et contextus sermonis vel nolentem in controuersum aliquod dogma deduxisset, aut Locus Euangelij recitati, ab Haereticis perperam detortus, explicationem catholicam requireret, dissimulasse. et quemadmodum nautae solent scopulum, viatores anguem declinasse, tempusque minus vtilibus vulgo quaestionibus extraxisse. Quale fuit, cum te Euangelium ipsum admoneret, vt de insufflatione Christi in Apostolos, de ordinibus sacris, de clauibus, de potestate ligandi atque soluendi, de remissione et retentione peccatorum aliquid diceres: cum tempus tenorque orationis tuae de inuocatione Sanctorum, de oratione et sacrificio pro mortuis dici flagitaret, cum denique nuper in enumerandis causis, propter quas bene agendum sit, eam ommisisti, quae potissima est, non Lutheranis quidem, neque Caluinianis, sed sancto Dauidi, et Christo ipsi Deo et seruatori nostro, eiusque .S. Apostulis [*sic*], ac toti Ecclesiae orthodoxae: mercedem inquam, siue praemium [2]. Dauid [a] [3] sane, Jnclinaui, inquit, cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Christo vero: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata [4]: Quid est autem aliud, thesaurisare thesauros in Coelo [5], quod idem Magister noster coelestis post enumerationem quorundam bonorum operum [6] precipit, nisi opera illa facere, et bene agere propter mercedem in coelis repositam? [7] Quid parabola illa conductorum ad laborandum in vinea sibi vult? [8] Possent eiusmodi plura recenseri, quae intempestiue non sine auditorum offendiculo abs te dissimulantur. Atenim, inquies, seruiendum est tempori et

---

[a] Dauit *apogr.*

---

[1] Antonius Augustinus (1517—1586), caesaraugustanus, unus e clarissimis saeculi XVI. iurisperitis, episcopus hoc quidem tempore aliphensis (Alife, in Italia meridionali), postea autem ilerdensis et archiepiscopus tarraconensis, a. 1558 a mense Ianuario usque ad Maium Pauli IV. legatione apud Ferdinandum I. functus erat (*Raynaldus* l. c. a. 1557, n. 22; a. 1558, n. 14. Catalogus nuntiorum apostolicorum vindobonensium, apud *Ios. Kurz,* Gedenkbuch der l.-f. Stadtpfarre zu den neun Chören der Engel am Hof [Wien 1891] p. 119).

[2] Notandum est hanc causam a Canisio non dici „nobilissimam", sed „potissimam". Nullam sane sacra Scriptura saepius proponit, cum ad bene agendum nos excitat; nulla homines magis moveri experimento cognoscimus; nullam catholici contionatores magis tueri debebant illo tempore, quo protestantes tam saepe negabant homines bonis operibus suis praemia divina promereri posse.

[3] Id est, psalterium davidicum, Ps. 118, 112; psalmo huic nomen auctoris ascriptum non est.

[4] Matth. 19, 17. [5] Matth. 6, 20. [6] Cf. Matth. 6, 1—18.

[7] Col. 1, 5; cf. 2 Tim. 4, 8. [8] Cf. Matth. 20, 1—16.

auribus audientium. Si propter gratiam et auram popularem, non laudo: Non est tanti, vt propter eam vna anima Christiana in periculum adducatur: Sin vt pedetentim reducantur in viam qui seducti sunt ab Haereticis, non improbo. Fecere[a] idem Petrus et Paulus, caeterique Apostoli et Apostolici doctores: Dissimularunt quaedam nonnunquam, ne auditores noui ab eorum concionibus resilirent[b]. Sed ad tempus illi hoc fecerunt, antequam in animos[c] hominum influxissent, vbi vero fundamentum Doctrinae Christiane iecerant, nihil eiusmodi admiserunt. Quod si admisissent, quid aliud fecissent, quam intempestiuo silentio veritatem prodidissent? Jdem autem ne de te existimetur, etiam atque etiam tibi cauendum est, praesertim cum neque eiusdemmodi auditores, habeas, vt diutius multaque dissimules. Multi sane, qui te audiunt, dissimulatione ista tua adducti, persuadent sibi, secus te sentire de plerisque dogmatibus religionis christianae, quam sentiat ea, quae est columna et firmamentum veritatis[1]. Ecclesia Catholica. Nec desunt sibi Haeretici, qui hoc ita se habere passim asseuerant, ad suum detorquentes sensum, etiam ea, quae longe alio fortassis animo abs te dicuntur[2]. Et ita plures pereunt, pro quibus Christus mortuus est[3], tuo isto silentio, quam Haereticorum clamosis asseuerationibus. Quid ita? Ab illis enim vt a lupis, sibi cauent simplices et boni viri: Te vero Catholicum Episcopum, catholici Jmperatoris Concionatorem, si idem sentire putant, facile authoritate tua in errorem inducuntur. Neque ego tamen contendo, vt ex professo Haereticorum dogmata hoc loco et tempore refellenda suscipias: Sed quoties sese offert occasio, et vltro dogmatis alicuius mentio incurrit, ne praetereas, quin pauculis verbis, qui sit de eo sensus Ecclesiae Catholicae, admoneas, addito vno atque altero causae nostrae firmamento. At tu (iam enim huc quoque veniam) non modo id non facis vnquam, sed non dissimulanter interdum Catholica quidem dogmata damnare, contraria vero approbare videris. Quale fuit nuper, cum nostra opera, non quatenus nostra, sed quatenus Dei sunt, remunerari dixisti, aut cum Deum in nobis et per nos bona operari disseruisti, nec addidisti nobiscum, quod non omittit D. Paulus, cum dicit: Gratia Dei mecum[4], et Cooperatores Dei sumus[5]: Quibus verbis visus es liberum hominis arbitrium euertere, nosque incudi vel malleo similes facere. Aliter tu fortassis ea, quam Haeretici

---

[a] Facere *apogr.* [b] resilerent *apogr.* [c] aminos *apogr.*

---

[1] 1 Tim. 3, 15.

[2] Ita v. g. Vindobona 9. Iunii 1557 *Lutheranus quidam* Nicolao Gallo, Lutheranorum ratisbonensium superintendenti, „amico charissimo", scripsit: „Episcopus Gurcensis multa bene dicit" (Ex *epistula autographa, quam in archivo quodam urbano vidi).

[3] Rom. 14, 15. 1 Cor. 8, 11. [4] 1 Cor. 15, 10.

[5] „Dei enim adiutores sumus" (1 Cor. 3, 9).

volunt, volebas intelligi, Sed dum eorum verbis vteris, Jdem sentire existimaris. Mitto alia eiusdem generis, quae nunc mihi in mentem non veniunt. Equidem ita mihi persuadeo, te sic animatum esse, vt nulla in re ab Ecclesia Catholica dissentire velis. Et comprobant id mihi acta tua nonnulla, quibus visus es tamen agere ea, quae profiteri pro concione non vis vel non audes. Verum ea est imbecillitas humana vt obrepant nobis interdum vel imprudentibus nonnulla, quae in consuetudine quotidiana frequenter siue audimus, siue legimus[1]: ita vt venerit etiam in proverbium: Si cum claudo habitaueris, et ipse claudicare consuescas[2]. Et noster sapiens ait: Qui tangit picem, inquinabitur ab ea[3]. Habes praesul optime et facundissime, quid in te, siue[a] adeo verius in tuis concionibus requiratur: et habes ab eo. qui te rebus quidem omnib: inferior est praesbyter tamen, et a pietatis sacrarumque literarum studijs non penitus alienus, tui vero amantissimus: non traducendi, sed admonendi tui causa secreto conscriptum, quandoquidem alloquendi tui coram sine arbitris copia data non est. Tuum erit aequi bonique facere admonitionem nostram, aestimationi tuae et saluti populi Dei amanter prospicientem. Exemplo tibi erit vir cum in omni genere doctrinae praestantissimus, tum in diuinis scripturis exercitatissimus, ac de religione christiana docendo iuxta ac scribendo optime meritus, diuus inquam Augustinus: qui et Episcopus, et senex vel [ab] anniculo puero facile fert se admoneri[4]. Erit etiam Sapientiae pietatisque tuae, cauere deinceps diligentius ea, quae existimationem quidem tuam laedunt, plurimos vero mortales

[a] siuae *apogr.*

[1] Ita v. g. Urbanus Ratisbonae 2. Februarii 1557 Marco Wagnero lutherano testimonium publicum dedit omnibus Germaniae archiepiscopis, episcopis, abbatibus etc. destinatum, quo Marcum a Maximiliano rege ad vetera monumenta, imprimis caesarum germanorum, inquirenda missum esse affirmabat; verum ignorare non poterat vel non debebat Urbanus Wagnerum procuratorem esse „Centuriatorum Magdeburgensium“ atque horum iussu in bibliothecis quaerere, quae ad fidem catholicam impugnandam adhiberi possent. Urbani testimonium vulgatum est ab ipso *Marco Wagnero* in „Thůringen Kônigreichs . . . warhafftiger, kurtzer gegrůndter Auszug aus Antiquitatibus“ (Jhena 1593) f. A 2^b—A 3^a. Urbanum Paulo illo Scalichio (de quo supra p. 235[7]) familiariter usum esse litterae ostendunt, quas ad eum Tubingae iam cum Lutheranis sociatum dedit Vindobona 5. Iulii 1558; in quibus etiam Brentium, Lutheranorum wurtembergensium coryphaeum, salutat. Attamen Urbanum ab ecclesiae catholicae doctrina recedere nequaquam voluisse ex iisdem litteris intellegitur; quas typis exscripsit *J. Wilh. Schulte*, Beiträge zur Entstehungsgeschichte der Magdeburger Centurien (Neisse 1877) p. 153—154.

[2] „Ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ“: *Plutarchus*, De puerorum institutione c. 5.

[3] Eccli. 13, 1.

[4] Canisius ea significat, quae narrantur (a posterioribus, non ab aequalibus) de puero illo, qui Augustino libros de sanctissima Trinitate conscripturo apparuerit, mare exhaurire conatus. De qua narratiuncula, quae pia certe et ingeniosa est, vide *Acta Sanctorum* Augusti VI (Parisiis et Romae 1868), 357—358.

trahunt ad interitum. Quid autem attinet versari in scriptis Haereticorum, quasi in lutulentis quibusdam Cisternis aquam viuam non habentibus[1] ei, qui errores eorum refutare non soleat, siue id quadam animi sui inductione, sive iussu cuiusquam[2] faciat? Praestat non solum e sacra scriptura, quae flumen illud profundum est apud Ezechielem[3], sed etiam e limpidis sanctorum veterum, et ab Ecclesia receptorum Patrum riuis puram aquam haurire, et in vasto doctrinae atque vitae huius totius pelago ad mores et instituta Sanctae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae matris nostrae, tanquam ad Cijnosuram quandam[4] fixam atque certam cursum dirigere[5]. Vale.

Epistulae huic a librario antiquo superscriptum est: „† Sebastiano Episcopo Gurcensi Concionatori Caesaris Ferd." ; at episcopus ille gurcensis, qui Ferdinando a sacris contionibus erat, Urbanus vocabatur, neque ecclesia gurcensis saeculo XVI. ullum episcopum „Sebastianum" habuit; librarii autem animo obversatus esse videtur Sebastianus Phauserus, qui sub idem tempus Maximiliani regis contionator aulicus erat. Epistulae nostrae nec nomen auctoris nec locus nec tempus ascripta sunt. Eam Canisii esse et res, quae in ea dicuntur, et sermo, et codex ostendunt; quod si alterius esset, Canisius in codice illo suo id adnotasset vel adnotandum curasset. Scripta est autem „uno atque altero anno", postquam Canisius Urbanum „nosse coepit", Ferdinando I. iam electo imperatore, „Antonio Augustino non ita pridem Pontificis Max: nomine legatione functo" apud eundem[6], cum Canisius Urbani „alloquendi coram sine arbitris copiam" nactus non esset. Quam copiam Canisius quaerere poterat a die 19. Septembris usque ad 3. Octobris 1558, quo tempore et ipse et Ferdinandi aula Vindobonae morabantur (supra p. 303. 322; *Stälin* l. c. p. 394). Scripsit igitur Canisius aut Vindobonae initio mensis Octobris anni 1558, ingressurus iamiam iter polonicum, aut in Polonia mensibus proxime secutis (ab Octobri a. 1558 ad Februarium a. 1559) ac fortasse Cracoviae, ubi otio abundabat (cf. supra p. 324).

Canisium verba non dedisse ventis ex eo patet, quod *Ioannes Udalricus Zasius*, Ferdinandi consiliarius, a. 1559 de Urbano episcopo scripsit: „Der ist in seinem predigen ganz remisch worden" (*O. H. Hopfen*, Kaiser Maximilian II. und der Kompromisskatholizismus [München 1895] p. 33). Ac *Pius IV.*, cum Urbanus Maximiliani regis contionator factus esset, Ferdinando I. Roma 6. Februarii 1562 scripsit: Se valde gaudere, quod munus illud collatum esset in episcopum gurcensem, „virum admodum, sicut ad nos scriptum fuit, doctum et catholicum et pium" (Ex *litteris archetypis Pii IV., in membrana scriptis, quae sunt Vindobonae in archivo aulae caesareae, Romana 1562 Febr., n. 118). Idem a *Georgio Edero*, viro valde docto et egregie catholico, anno 1568 ecclesiae vindobonensis „restitutor" et „vir singulari pietate conspicuus", ac „verbi diuini Praeco prae caeteris, quos habet Germania,

---

[1] Cf. Ier. 2, 13.

[2] Fortasse Maximilianum regem significat.

[3] Cf. Ez. 47, 1—12.

[4] Kynosura, stella polaris, stella in cauda „ursae minoris" extrema; ursae maior et minor ad navigandum plurimum valebant; Kynosuram maxime observasse feruntur nautae tyrii et sidonii.

[5] De contionatoribus quibusdam aulicis *Canisius* noster in codice aliquo, quo ipse privatim utebatur, *haec sua manu notavit: „Jaherren, Suppenfresser, Fuschwentzler, Tellerschlecher, Hoffprediger wellen den Fuchs nit beissen, die sundt nit ernstlich und bestendig straffen" (Cod. „Scripta B. P. Canisii X. E." f. 33b).

[6] Vide supra p. 329[1].

ad miraculum vsque potens atque disertus" dictus est (Oeconomia Bibliorum [Coloniae Agrippinae 1568] f. C[b]). Eum „perstudiosum Societatis" Iesu fuisse provinciae Societatis austriacae historicus affirmat (*Socher* l. c. p. 279)[1].

323.

CANISIUS

P. IO. DE VICTORIA S. J., rectori collegii vindobonensis, | **P. PAULO HOFFAEO S. J.,** rectori collegii pragensis,

P. THOMAE LENTULO,

rectori collegii ingolstadiensis.

Vindobona vel ex Polonia sub finem anni 1558.

Ex Blissemii epistula autographa, quae est in cod. „Epp. Germ. 1572" f. 109—110.

Vestium sacrarum „benedicendarum" facultatem cum iis communicat.

P. Henricus Blissemius, collegii pragensis rector, Praga 1. Octobris 1572 Romam ad P. Hieronymum Natalem, haec, praeter alia, scribit: „Jnueni priuilegium aliud (cuius etiam exemplum in charta inserta subiunxi) quo conceditur Viennensi, Pragensi et Jngolstadiensi Rectoribus per P. Canisium olim Prouincialem, vt possint benedicere sacras vestes, quando id ab Episcopis fieri commode non potest."

Cum Lainius variarum rerum sacrarum benedicendarum facultatem Canisio 11. Augusti 1558 tribuerit ita, ut et ipse ea uti, et provinciae suae rectores eadem uti iubere posset (vide supra p. 298), dubium esse vix potest, quin Canisius commodissimam hanc facultatem ipso illo a. 1558 (fere exeunte) cum rectoribus communicaverit.

324.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Piotrcovia[2] 27. Novembris 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." f. 46—633 posito, collatum est.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 151—152 (particula eius ibidem ad verbum transcripta) et Hist. S. J. II, l. 2, n. 121. 122, ac *Boero*, Can. p. 194—195.

Nuntius apostolicus cum sociis Cracovia Loviciam ad archiepiscopum gnesnensem et inde Piotrcoviam ad comitia profectus. Rex et regina corpore et animo aegrotant. Archiepiscopi coadiutor. Iter. Res nummaria. Gnesnae et Posnaniae collegia Societatis condere volunt. Ex Polonia aditus patebit ad castissima regna evangelica doc-

---

[1] Cf. ea, quae Dr. *N. Paulus* in „Historisches Jahrbuch" XVI (München 1895), 601 scripsit. Qui ibidem ostendit haud recte a *Sickel* et *Hopfen* asseri, Urbanum a. 1564 a Canisio „de Lutheranismo suspectum" vocatum esse.

[2] Vide supra p. 295[2].

trina imbuenda. Societas a cardinali Puteo et ab Hosio Polonis commendanda. Episcopi poloni per cardinalem aliquem visitandi et reformandi. Iuvenes poloni Romae instituendi. Canisius in Polonia vivere et mori paratus.

†

Pax IESV CHRISTI nobiscum Reuerende pater praeposite

Postremas Cracoviae dedi non multo ante discessum: illinc enim Lovitium profecti sumus [1] ad Archiepiscopum Gnesnensem huius Regni Primatem, sed senem et aegrotum illum [2], cui nunc datus est Coadiutor (ut vocant) Regis Procancellarius, vir, ut alius fere nullus, consiliis et auctoritate, ac etiam sincera voluntate instructus ad religionis negotium promovendum [3]. Archiepiscopus humanum se praebuit Legato nostro, et multa cum illo contulit de futuris Comitiis, ad quae venturum se in hac etiam corporis imbecillitate promisit.

Ex Lovitio porro huc accessimus, ubi Rex, Episcopi duo [4] et Proceres alii non pauci adsunt, sed non inchoaturi seriam tractationem Comitiorum, nisi accesserint plures qui expectantur. Incidit Rex in febriculam, ex qua si laborare pergat, prorogationem rerum atque consiliorum omnium metuunt. Sed neque restituta satis Regina Cracoviae. Dominus JESVS in utroque homine sanet istos coniuges [5], et Regi gratiam addat, quam omnes desiderant, pro debito zelo vindicandae religionis, quae fortissimos et plurimos nunc habet oppugnatores. Et est multum sane situm in Episcopis, qui hoc loco colligi a Legato non posse videntur: quam recte autem excusent absentiam, ipsi uiderint. Breviter; undique laboramus. Postea de progressu rerum scribam; quod in nobis quidem erit, nihil praetermittemus, praesertim adiuti vestris interea precibus, per quas Dominus fructum, ut spero, aliquem tribuet.

Nullas in hunc usque diem litteras ad me Roma mittit: Deo semper gratia, qui hac etiam qualicumque consolatione nos priuare dignatur, aut certe quidem nostram hoc modo patientiam exercet. Neque de Viennensibus aut Pragensibus fratribus habeo quod dicam: credo per hyemem impediri missionem litterarum frequentiorem, etsi

---

[1] Loviciae (Łowicz), quae urbs nunc ad Poloniam russicam pertinet, arx erat archiepiscopi gnesnensis. Errant *Dorigny* (l. c. p. 162) et *Python* (l. c. p. 155) scribentes Canisium ad archiepiscopum illum accessisse Leopoli.

[2] Nicolaum Dzierzgowski; qui mense Ianuario anni 1559 vita cessit.

[3] Is erat Ioannes Przerembski (Przerębski), decanus cracoviensis; qui a rege haud multo ante episcopus chelmensis nominatus, a pontifice litteris 22. Novembris 1558 datis archiepiscopi gnesnensis coadiutor cum iure successionis creatus est. De eo quam plurima referuntur in Epistolis *Hosii* (e. g. II, 786—787. 879. 941. 957—959. 1029—1031). Litteras illas pontificias proposuit *J. Korytkowski* in libro polonice scripto „Arcybiscupi Gnieźnieńscy“ (Archiepiscopi gnesnenses) III (Posnaniae 1889), 238.

[4] Vide epistulas proxime sequentes.

[5] Catharina, Maximiliani regis soror, de religione haud omnino recte sentiebat atque imprimis sacrum calicem nonnumquam pertinaciter petebat; attamen postea ab Hosio ad saniora consilia reducta est (*Eichhorn*, Hosius II, 33—34).

nobis caelum huc usque toto itinere clementius Dominus dedit praeter morem regionis. Ipsi honor aeternus. Ex Vienna huc usque miliaria Germanica plus minus 86. confecimus. Et valet satis modo Legatus, quem cerevisiae Polonicae potus etiam atque etiam recreat. Viaticum, cuius alias memini, promisit suis litteris Cardinalis Caraffa [1]: ex hac spe vivitur; sed si dominus nos regit, nihil deerit [2].

De Collegio hic fundando nunc primum dicam. Archiepiscopus promisit se cum Rege acturum, ut, sicut Caesar scripsit, nostri in hoc [a] regnum introducantur. Eo consensu impetrato, quem facile obtinebimus, duce Christo, consultari coeptum est de Collegiis Societati nostrae duobus constituendis, utpote Gnesnae et Possaniae [3] ad quam rem commodus est nobis amicus Archidiaconus ille, qui nobiscum ex Urbe profecturus fuerat, sed postea discessit [4]. Ego vero plurimum optarim, huc Societatem Iesu immigrare, quod messem simul et amplissimam et incultissimam exhibeat hoc regnum operariis Christi, ac praeterea ostium aperiat ad finitimis populis evangelizandum. Magna est Sathanae sedes in Lithuania, Russia, Prussia, Masouia [5], Samogitia [6], Moschovia [b] [7], et in latissimis illis Tartarorum ditionibus, quas mera impietas occupavit, et quae ad Chinenses usque protendi dicuntur. Utinam igitur euangelii lux has densissimas infidelitatis tenebras disiiciat, domino cooperante [8]; utinam in septemtrione Societas efficiat, quod eadem in India bona ex parte perfecit. Potest autem hac in re plurimum Rex Poloniae, qui nostrorum opera et Dei cum primis gratia opitulante dubium non est, quin infidelibus et schismaticis innumeris hic optime consulere et Christi regnum latissime propagare posset.

Erimus autem et Regi et proceribus aliis Polonis acceptiores, si Illustrissimus Cardinalis de Puteo [9] huc scribere dignetur de rebus Societatis huius, quas paucis capitibus comprehensas, suisque litteris adiunctas mittat velim tum ad Archiepiscopum, tum ad Procancellarium Regis. Neque minus efficiet, si quod pro nostris testimonium interponet Reverendissimus D. Warmiensis, cuius etiam praesentiam hic multi requirunt. Quare apud utrumque commendatitias, quas dixi, litteras impetrari nobis optarim, ut eo propensiores habeamus animos Magistratuum Polonorum, quibus ad Dei gloriam prodesse possumus, et, si licet, debemus.

---

[a] hunc *apogr.* [b] Maschovia *apogr.*

---

[1] Carolus Caraffa, penes quem summa rerum erat. [2] Ps. 22, 1.

[3] Gnesna, polonice Gnezna, Gniezno, germanice Gnesen, et Posnania, polonice Poznan, germanice Posen, nunc urbes Poloniae borussicae.

[4] Significari videtur Stanislaus Dąbrowski (Dambrowski), archidiaconus gnesnensis et archiepiscopi gnesnensis cancellarius. [5] Vide supra p. 303[4].

[6] Olim provincia regni polonici, inter Curlandiam, Lithuaniam, Borussiam ducalem, mare balticum sita; nunc pars Russiae. [7] Moscovia, Russia alba.

[8] Marc. 16, 20. [9] Iacobus Puteus, viceprotector regni Poloniae.

Succurrit alia quoque ratio iuvandae Poloniae, si missus huc Cardinalis ad menses aliquot versetur in visitandis et reformandis istis dioecesibus, praesente interim ex Regis auctoritate viro primario, ut ita dormitantes ac etiam repugnantes Episcopi in officio esse cogantur. Non enim haec lues sectaria sic late serperet, minusque valeret in Polonia, si Episcopi scirent, vellent et possent adversus Ecclesiae hostes se, suasque oues defendere, et clerum rectius gubernare.

Conferret etiam Polonos Romae, ut in Germanico Collegio, sustentari ex amplissimis harum Ecclesiarum proventibus; id quod, si quis alius, certe dictus Dominus Warmiensis intelliget ac probabit, spero [1].

Quod semel et iterum scripsi de Caesaris voluntate, qui me vocavit Augustam ad Kalendas Ianuarias, id non repetam: uideo non licere citra Superiorum certam uocationem, quae ut maxime fiat, egebit tamen Reverendissimus Legatus aliquo theologo. Gratias ago diuinae bonitati, quae me licet inutilem hic sustinet, et ita consolatur, ut pro huius Regni utilitate pati aliquid cupiam, atque etiam hic mori non recusem. Sed efficient preces ad Christum vestrae, ut haec qualiacumque desideria fructum adferant, et suam aliquando maturitatem assequantur. dominus JESVS ubique nos conservet, et prosperet vias nostras in gloriam suam. Amen. Petricoviae 27. novembris 1558.

Oret pro me Dominum, quaeso, R. P. T.

Servus in Christo Petrus Canisius

Salutari ex me velim Reverendissimum D. Warmiensem, cui nuper scripsi, et nunc respondeo; et Reverendum D. Gropperum, quem isthic agere gaudeo [2]. Litteras huc commode mittetis per Reverendiss. D. Nuntii procuratorem M. Gasparum Paganum, qui saepe scribit in Poloniam.

Al molto Reuerendo in Christo padre mio M. Giacomo Laynez preposito Generale della Compagnia di IESV Jn Roma.

325.

FERDINANDUS I.,

electus imperator,

CANISIO.

Praga sub finem Novembris vel initio Decembris 1558.

Ex libro „Schweden und seine Stellung zum heiligen Stuhl unter Iohann III, Sigismund III und Karl IX. Von *Augustin Theiner*". II (Augsburg 1839), 165—166.

---

[1] A. 1564 in collegio germanico fuisse scribunt Ioannem Hosium, cardinalis Hosii ex fratre nepotem, et Erasmum Dialinium (*Hier. Lagomarsinius* S. J., Iulii Pogiani Epistolae et Orationes III [Romae 1757], 434—435). De aliis Polonis saeculo XVI. in idem collegium receptis vide Card. *Steinhuber* l. c. I, 321—323. Ceterum vide, quae ad Canisii epistulam 4. Martii 1559 datam adnotabuntur.

[2] Doctor Ioannes Gropperus, cum anno 1555 cardinalatum a Paulo IV. sibi oblatum recusasset, autumno anni 1558 Romam venit ibique 14. Martii 1559 diem supremum obiit.

Ex libri praefatione intellegitur Theinerum Ferdinandi epistulam ex archivo domus cuiusdam (postea suppressae) Societatis Iesu accepisse.

Canisium Augustam ad imperii comitia venire iubet.

Ferdinandus I. caesar Praga 18. Decembris 1558 „Iacobo de Laynez Societatis nominis Iesu Praeposito generali" scripsit: „Quoniam in proxime futuro Imperiali nostro Conventu opus habituri sumus prudentia[a] *et opera illorum Theologorum, qui anno 1557 ab Ordinibus ac Statibus Imperii veterem et catholicam nostram religionem profitentibus ad Colloquium Wormatiense deputati fuerant, inter quos, ut scis, fuit et honorabilis Religiosus devotus nobis dilectus Petrus Canisius, Sacrae Theologiae Doctor, Societatis tuae per Germaniam Provincialis, dederamus propterea superioribus diebus ad eum literas, et postulaveramus, ut ad festum circumcisionis Domini proxime futurum* [1] *apud nos in Imperiali Civitate nostra Augusta Vindelicorum compareret; sed quia dubitamus, num ipse*[b] *velit venire propter negotia, quae ei sunt demandata unacum Nuntio Apostolico superioribus mensibus ablegato exequenda, nisi id illi abs te expresse mandetur, [ideo abs te clementer petimus*[c]*], ut dicto Doctori Canisio per literas illico serio ac firmiter mandes, ut citra omnem moram ac tergiversationem se ad nos Augustam Vindelicorum conferat; poteris enim, si opus fuerit, facile in locum ejus aliquem alium virum doctum substituere, qui dicto Nuncio Apostolico in Polonia assistat, et consilium atque auxilium praestet, sicuti te pro tua pietate ac singulari erga nos observantia facturum minime ambigimus. Facies autem rem ad conservationem ac propagationem catholicae nostrae religionis valde utilem ac nobis majorem in modum gratam, tibi*[d] *et societati isti tuae omni benignitate rependendam."*

Lainius Ferdinando rescripsit Roma 16. Ianuarii 1559; vide infra p. 350.

326.

CANISIUS

MARTINO CROMER,

canonico cracoviensi et Poloniae regis apud Ferdinandum I. legato.

Piotrcovia 16. Decembris 1558.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. cracov. „Cromeri epistt." n. 4.

Primum typis exscripta in „*Pastoralblatt* für die Diöcese Ermland", 20. Jahrg. (Braunsberg 1888), p. 116—117. Complures epistulae partes polonice versas posuit P. *St. Zalenski* S. J. l. c. p. 164. 167. 168.

---

[a] *Sic legendum esse omnino videtur; Thein.:* potentia.
[b] *Sic, vel:* dubitamus, ipsene; ne ipse *Thein.*
[c] *Haec vel similia supplenda esse res ipsa ostendit.*
[d] gratum tibi *Thein.*

---

[1] Ad 1. Ianuarii 1559.

Criegelium commendat. Quid in comitiis agatur; qui episcopi adsint. De Radzivillio haeresiarcha. Se cum nuntio regem adisse; qui bona quidem promittat, sed in synodum nationalem inclinetur; at hanc religioni fore exitio. Polonis Societatem Iesu necessariam esse. De Hosii „Confessione“ et „Dialogo“.

†

Pax Christi suauiss. nobiscum Reuerende Domine Cromere.

Noluit abire sine literis meis hic Criegelius, et sperat meam apud te intercessionem aliquid valituram, ut sit magis ac magis tuae fidei commendatus [1]. Quid habeat isthic negotij nescio. Catholicus uidetur, et hospes noster fuit Cracouiae . gratiam certe meretur bonus senex, sed ignoro quam frugi paterfamilias: sentiat quaeso meum hoc officium sibi profuisse.

Scripsi Cracouiae et hoc loco de statu rerum ad te, responsum (ut spero) non multo post mittes . Venirem Augustam et ego, si hinc abire liceret, quia Caesar uocat: sed praecipuum de Religione pondus in Ianuario expectamus. Interea de exequendis legibus, et paranda in hostes defensione consultabunt, sed vtinam auspicate. Archiepiscopum [2] audio non esse uenturum, Cracouiensis [3] primas tenet, Plocensis adest [4] praeter Vladislauiensem electum, de quo malim ex alijs cognoscas [5]. Reliqui Episcopi non expectantur. Heri Palatinus ille Vilnensis accessit, mirum quam honorifice a proceribus et nobilibus deductus [6]. ab eo non parum metuunt Catholici. Aduersarij cum alijs rebus mundi, tum numero se uidentur efferre, afflicta causa Ecclesiae nescio quos inueniat modo defensores. Promittit tamen Rex, quem nudiustertius inuisebamus, se pro offitio Catholici Principis non per-

---

[1] Significari videtur Hieronymus Kruegel (Crugel, Kriegiell), cui soror novercae Stanislai Hosii episcopi varmiensis nupta erat. Is, Eystadio, Bavariae urbe, ortus, anno 1525 civis cracoviensis factus, anno 1530 scabinus, anno 1536 consul cracoviensis electus erat, ac mercaturae faciendae et negotiandi causa saepe in Germaniam proficiscebatur (*Hosii* Epistolae II, LXXXVI).

[2] Nicolaum Dzierzgowski, archiepiscopum gnesnensem, dicit.

[3] Andreas Zebrzydowski.

[4] Plocia (Plock), nunc Poloniae russicae urbs, episcopum tunc habebat Nicolaum Noskowski.

[5] Urbs Vladislavia sive Cuiavia, polonice Włocławek, nunc ad Poloniam russicam pertinet. Episcopum vladislaviensem Sigismundus Augustus rex anno 1557 nominaverat Iacobum Uchański, qui sedem episcopalem chelmensem tenebat; at Paulus IV. eum ob haeresis suspicionem confirmare nolebat (*Hosii* Epistolae II, 869. 953. 1029). Postea tamen confirmatus est atque a. 1562—1581 archiepiscopus gnesnensis fuit; in quo munere haeresibus indulgebat, sedi apostolicae haud valde amicus erat.

[6] Nicolaus Radziwiłł, dictus Niger (Czarny), magni ducatus Lituaniae cancellarius, palatinus vilnensis, capitaneus brestensis, apud regem plurimum valens; quem Hosius merito „haeresiarcham“ dixit; nam protestantium („reformatorum“ vel calvinianorum) Lituaniae caput erat et haeresim summo studio fovebat propagabatque (*Hosii* Epistolae II, 576. 941. *O. Koniecki*, Geschichte der Reformation in Polen [Breslau 1872] p. 47. *Stan. Rostowski* S. J., Lituanicarum Societatis Iesu historiarum libri decem, recogn. *Io. Martinov* S. J. [Parisiis-Bruxellis 1877] p. 5. 7).

missurum, ut negotium Religionis male tractetur: inclinat tamen in Synodum, ubi aduersarij possint audiri, Episcopis aliquot praesentibus et respondentib. Theologis. Quid fructus hinc speres, ipse iudica, fenestram forte pestilentem aperiunt isti consilij huius architecti, quos Dominus utinam nobis totos conciliet. Pontifex uereor abhorrebit prorsus ab hac Synodi forma. neque pharmacum aegrotis, sed gladium potius furiosis haec Synodus praebebit. Exitus comiciorum sit foelicior oro. Alij forte aliter scribent, ego simpliciter, ut sentio. Statuerat Archiepiscopus, si venisset, coram cum Rege tractare de nostris in Poloniam inducendis . nunc forte ob illius absentiam res omnis manebit infecta. Egetis interim uehementer bonorum ac doctorum uirorum opera non solum ad scholas puerorum, sed etiam ad piam clericorum institutionem. Faxit Christus Opt. Max. ut per nostros Ecclesiae causa uobis ac Germanis promoueri possit: certe non sumus hoc tempore otiosi. Precor dignitati tuae noui anni foeliciss. auspicia, meque illi in Christo commendo reuerenter. Petricouiae 16 Decemb. 1558. Salutat praestantiam tuam Legatus noster plurimum. Opus Confessionis illud Viennae maturari uelim [1], nunc Dialogus eiusdem authoris excuditur Cracouiae [2]: hic a multis desideratur. Salutari meo nomine cupio Reuerendissimum et Illustrissimum D. Cardinalme Augustanum [3].

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Clarissimo uiro, D. Martino Cromero Legato Polonico Patrono singulari. Jn aula Caesaris.

327.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Piotrcovia 17. Decembris 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 47—638 posito, collatum est.

Epistula usus est *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 121; partem eius minorem italice vertit *Boero*, Can. p. 196—197. Partem epistulae polonice versam posuit P. *St. Zalenski* S. J. l. c. p. 168.

---

[1] Anno 1560 editio haec „Confessionis fidei catholicae" ab Hosio conscriptae absoluta est „Viennae Austriae in officina Michaelis Zymmerman"; facta est „in folio", quod vocant, praeposita brevi praefatione bibliopolae; quaedam ab ipso Hosio addita. Qui cum anno 1560 Vindobonam venisset, eodem anno ibidem novam editionem in eadem officina faciendam diligenter ipse curavit; cui etiam praefationem ipse praeposuit (*Hosii* Epistolae II, 1003—1007).

[2] Dialogus de communione sub utraque specie et de coniugio sacerdotum. Plura hac de re infra, monum. 206.

[3] Cromer hunc visurus erat in comitiis imperii.

Nuntius apostolicus de Polonis conqueritur. Hi regni decreta ceteris legibus anteponunt. Feliciter accidit, ut cardinalis legatus ad comitia non veniret. Rex satis strenuus non est. Lipomanus nuntius multis exosus fuit. Protestantes honorifice tractantur. Rex in episcopos, hi in regem culpam religionis collabentis derivant. Episcopi senes, ab avaritiae specie non immunes, haud ita periti, a rege nominantur cum detrimento religionis. Uchanskii episcopi consilia boni timent. Synodus per cardinalem aliquem habenda; dioeceses visitandae. Nobiles clerum opprimunt. Ministri protestantes. Radzivilius. Agi coeptum de synodo libera; sed unica spes in concilio oecumenico posita est. Poloniae reformatio a cleri reformatione incipienda.

†

Pax IESV Christi nobiscum Reuerende Pater Praeposite

Iam quintus mensis agitur, quod ex Urbe profectus cum hoc Apostolico legato uersor, Deo clementiss. uires his itineribus pares mihi suppeditante. Interea licet frequentes huc litteras Roma mittat, ego nihil accepi, unde paternam in me voluntatem ac de his, quae saepe scripsi, sententiam tuam possem intelligere. Postremis autem ostendi, facile ad me transmitti posse, quidquid per M. Gasparum Paganum, qui Legati nostri procuratorem agit, scribi uolueritis. Certe non poterunt mihi non ingentem adferre consolationem quaecumque miseritis tandem, ut saltem a patre agnosci me sentiam, quamvis filii nomine multis modis indignus. Unde non raro me mei ipsius pudet ac piget, praesertim cum in hac messe quam sim inutilis Domini operarius, quamque nihil agam mea professione et expectatione vestra dignum, animadverto.

Locum latine concionandi video non offerri: e paucis, qui se catholicos produnt, non est quo utamur familiariter quisquam, nisi quod docti quidam nos inuisunt nonnunquam. Gentis mores cum exteris non conueniunt; paucis fidunt; suos amant coluntque maxime. Legatus frequenter queritur de barbaris Polonis; miratur pluris non fieri Sedem Apostolicam, cuius etiam iura Clerus ita negligat, nobiles vero nullam fere rationem habeant. Regni statuta decretis omnibus anteponunt. Itaque cupit idem Legatus quam primum ansam sibi repetendae Italiae dari, expectaturus tamen finem Comitiorum, quae circa Sexagesimam [1] absolutum iri sperant.

Dei providentia factum putamus, ut Cardinalis [2] discessus huc usque fuerit praepeditus; qui si venisset, satis experimur, quam praeter dignitatem ab istis habitus fuisset, deinde quam parum auctoritas eius hoc tempore profuisset. Audimus ne Regi quidem futurum adventum illius unquam placuisse. Ut vero paucis multa complectar, quae de toto religionis statu hic mihi succurrunt, si forte pietas tua super his admonita, Polonos in domino adiuvare queat, dicam quae sentio.

Summa rerum fidei conservandae et asserendae hic religionis penes Regem et Episcopos pendet. Rex aliquid quidem nobis pol-

[1] Haec anno 1559 futura erat d. 29. Ianuarii.

[2] Scipionis Rebibae.

licetur, et admonitus offert Legato studium catholici principis: sed qui propius illius ingenium norunt, nihil magni de huius animo tam abiecto ac humili vel sperant, vel expectant. Pondus administrandi imperii in alios potius quam Regem reiectum dicunt; otio et quiete Principem plus satis delectari: ad tractanda publica vix patientes aures praebere posse. Itaque a suis etiam ignauiae taxatur. Eo ventum est, ut abhorreant isti a qualicumque commemoratione, si quam audiant, de severitate ulla in sectarios exercenda; ferre non possunt Veronensem Episcopum [1] et similes, qui Regi auctores esse voluerunt, ut saltem ex aula pestes semoueret, ac parum se humanum haereticis praeberet. Itaque valet in aula et curia etiam haereticorum auctoritas: hi a Rege amice tractantur; ab Episcopis convivio excipiuntur, et cum Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, qui nobilis esse generis solent, agunt per quam familiariter.

Et Rex quidem has religionis corruptelas, quae proximo tantum quadriennio in regnum hoc invectae, magis magisque grassantur, sic excusat, ut culpam omnem in Episcopos reiicere videatur. Episcopi contra de Rege queruntur grauiter, qui pro auctoritate sua non exequatur, quae ius Ecclesiae et libertatis ecclesiasticae postulet: non posse non invalescere sectas et opprimi Ecclesias, ubi impune liceat, quod nobilibus libere caepit in nouanda religione. Atque utinam haec falsa querela sit Episcoporum, qui tamen, ut nunc sunt tempora, imperiti velut medici in sanandis nouis gravissimisque morbis et perinde ac male providi in summa tempestate naucleri mihi videntur. Auctoritatem illis omnem vehementer extenuat avaritiae nota, ob quam odium invidiamque sibi passim apud omnes conflarunt. Omnes praeterea senes ac decrepiti fere, qui in curanda potius valetudine, quam in pascendo grege operas ponunt. Ac veluti rebus desperatis hoc agere videntur, ut, si fugiendum sit, habeant ipsi, unde se et suos alant. Miratur Legatus ab his multa concedi atque designari, quae summam iuris diuini et humani prodant ignorantiam: nec habent apud se viros idoneos, qui fida consilia et opportuna praebeant remedia in hoc discrimine maximo. Consultum esset, credo, senibus istis accedere potius quam succedere alios, curante id apud Pontificem Rege, cuius est, quos velit, Episcopos nominare: nulli enim a Canonicis eliguntur, idque magna cum iactura tum Ecclesiae, tum religionis fieri docet experientia. Adde, quod inter Episcopos hoc tempore non sincere omnes ambulent, ut hinc negarit Pontifex uni [2] confirmationem, quae Romae solet impetrari, estque is auctoritate vel maxima praeditus, cuius consilia hic boni metuunt potissimum in Senatu, et a quo plus esse periculi videmus, quam spei praebetur a reliquis Episcopis omnibus.

---

[1] Aloisium Lipomanum, anno 1555 a Paulo IV. in Poloniam missum.
[2] Iacobo Uchański; vide supra p. 338[5].

Dixi de Rege et Episcopis, qui commodius iuvari non posse uidentur, quam coacta Synodo, cui petant aliquem Cardinalem praesidem dari, ut is in Poloniam missus, Clerum prorsus deformatum reformet, et Apostolicam visitationem in singulis Ecclesiis peragat coram, etiamsi totus in hoc sancto studio annus consumeretur. Sed utinam a Pontifice Cardinalem eiusmodi reformatorem isti postulare vellent; utinam ferre possent abusuum correctionem: quanto faciliorem hinc gradum et aditum faceremus ad tollenda schismata et sanandos vulgi animos, qui nulla hic severitate attrectari volunt ac possunt, ut plurimis quidem videtur, postquam Senatus maiori ex parte a veteri religione desciuit, et potestatem ecclesiasticam multis modis non desinit labefactare. Tantum odii nobiles in Clerum conceperunt, ut Rex Episcopis vix patrocinari posse uideatur: adeo Sathanas ordinem saecularem concitat ad ecclesiasticos in ordinem redigendos, nimirum ut sublatis pastorum baculis et tacentibus canibus, licenter lupi in oves christi grassentur.

Et prima quidem horum Comitiorum pars in qua versantur etiamnum, de legum Polonicarum executione est instituta: hinc ad praesidia defendendo regno opportuna procedent: de religione postremo tractandum putant. Hactenus concionantur, et suo more caenam nescio quam Dominicam hic celebrant sectarii, praesente Rege Petricoviae, faventibus nobilibus, qui suis in aedibus haec sacra celebrare audent, et nullo fere, nisi Legato nostro, contradicente. Caput Sectariorum in his regionibus omnibus habetur Palatinus Vilnensis, qui et Dux Lithuaniae, Regis antea gener, opinor [1]. Is mille comitatus equis huc processit; huic etiam Episcopi quidam et nonnulli ex proceribus atque nobilibus obviam ierunt; hunc honorifice admodum deduxerunt ad Regem usque; nam hunc primum ille salutavit, et eumdem oratione sua cohortatus est statim, ut audio, ad causam religionis tandem constituendam. Nec est qui apud Regem auctoritate maiore valere dicatur, et cui aeque sit cordi studium abolendae religionis, quemadmodum libello quodam in Veronensem Praesulem edito satis declaravit [2].

Ex his abunde liquet, ni fallor, Sathanam in his Comitiis advigilare, suisque tuendis partibus nequaquam deesse, cum praecipuos quidem sibi subiecerit, inferiores vero nuntios, ut vocant, sive legatos plane corruperit fermento sectarum, quae inter se quidem valde dis-

---

[1] Sigismundus Augustus secundam uxorem duxerat Barbaram Radzivilliam, Nicolai „Nigri“ consanguineam („Geschwisterkind“).

[2] Radzivillius Lipomano, qui 21. Februarii 1556 epistulam ad eum dederat, respondit litteris, quibus in ecclesiam romanam vehementer invehebatur. Utramque epistulam, additis scholiis, Petrus Paulus Vergerius apostata Regiomonte vulgavit eodem anno: „Duae epistolae altera A. Lippomani etc. . . . altera eiusdem Illmi. D. Radzivili etc. . . . lectu dignissimae si ullae fuerunt aetate nostra.“ In oppido Brzéscie versio earum polonica in lucem emissa est (*Hosii* Epistolae II, 670—671).

sectae hic admirabiliter vigent. Agi caeptum est de Synodo instituenda, sed ubi liberum sit quibusuis sua dubia proponere. Miror hoc institutum magnis etiam viris probari, qui sperant sectarum varietatem atque confusionem eo loco apparituram, cum alii aliter de religione sentire videbuntur. Hanc ego spem praesenti periculo et inaudita Synodi forma emendam esse non arbitror. Sed haec forte consilia reiicientur, cum ad seriam de religione tractationem ventum erit, atque intelligent confecta Regum pace Synodum promitti Oecumenicam, de qua nonnihil scripsit Cardinalis Caraffa [1]. Utinam vero Dei bonitas hoc medium atque remedium Ecclesiae suae concedat in his tantis motibus, quibus modo Septemtrionem ad exitialem discessionem propelli cernimus. Si Concilium celebretur, non adeo procedet impietas, quae Germaniae et Poloniae extrema minatur; Pontifex vero Maximus et sibi et suis apud Deum et homines gloriam pariet immortalem: pii certe omnes eo suspirant, hoc expectant ac flagitant.

Excrevit epistola, dum aliud ex alio incidit; statueram paucis[a] alioquin scribere. Praetermiseram fere quod his Comitiis magnum adferre incommodum potest: Rex valetudinarius est; subinde febribus corripi dicitur, consiliis publicis se subtrahit, liberius eo, ceu capite, absente consultari audio: plena sollicitudinis ac timoris apud catholicos omnia. Ego sic restitui religionem posse arbitror, si Pontifex ad harum Ecclesiarum Episcopos in fide moribusque iuvandos primum respiciat, et auctoritatem quoque Regis convertat ad ministros Dei et Ecclesiae reformandos. Nam quid proficiamus nescio, si ad crassa hic Praelatorum vitia conniventes, tantum in haereticos arma stringi uelimus: et maior catholicorum, qui supersunt, habenda ratio videretur, ut cum poenitentes veniunt, a confessariis etiam in casu haeresis absolvi possent.

Scio Reverendissimum D. Warmiensem, cui nunc etiam mitto, libenter de Polonia cogniturum: cupio illi me commendari. Quod scripsi de Caesare, non puto repetendum: nisi iussus a R. P. T. Legatum hunc non deseram, et Poloniae cupio certe in Christo commodare, quamvis Augustae non deesset occasio cum de aliis, tum de Caesare benemerendi. Sed fiat in nobis domini voluntas et obedientiae semper cultus sit integer, ut ex maiorum potius arbitrio, quam pro arbitratu nostro vivamus. Eget Polonia, egemus et nos multis apud Christum intercessorib: oro vestra nobis pietas faveat ac impetret, quae sunt et Deo gratissima, et nobis aliisque maxime salutaria.

De statu Collegiorum Viennensis et Pragensis dicere non possum, quae necdum habeo satis comperta. Credo breui scribent, quid Pragae sit effectum praesente Caesare, quem nunc Augustam proficisci est

[a] *Sic, vel* pauca; pauci *apogr.*

[1] Hosium eo consilio Romam evocaverat Paulus IV., ut de rebus in synodo oecumenica agendis cum eo conferret (*Raynaldus* l. c. in a. 1557, n. 37).

probabile[1]. dominus JESVS sanctissimae nativitatis et circumcisionis suae virtutem eam largiatur, quae nobis et annum felicem proximum et omne vitae tempus salutare prorsus concedat. Petricoviae 17. decembris anno 1558.

Servus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in christo Padre mio M. Giacomo Laynez Preposito generale della Compagnia di IESV.

Jn Roma.

Epistulae altera manu eiusdem temporis adnotatum est eam 5. Februarii [1559] Romae „receptam" esse.

328.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu[2],

auctoritate Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO

ceterisque praepositis Societatis Iesu.

Roma 19. Decembris 1558.

Ex apographo eiusdem fere temporis, quod est in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 54; epistula italice scripta est; apographo superscriptum eadem manu: „Lettere Comune, per tutte le bande", et paulo inferius: „Ad canisium". Eadem manu nomen „Joanne d' polanco" subscriptum quidem, sed uncis rotundis inclusum est, et verba ascripta: „Per Commissione de .N. Padre preposito . etc."

Integram fere epistulam latine versam obliquo sermone posuit *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 88—91. Eandem aliquantum amplificatam italico et obliquo sermone proponit *Boero,* Lainez p. 177—179.

Societatis incrementum. Orandum pro vivis et mortuis. Munerum distributio. Infimae classis magisterium. Missiones indicae.

Societatem Deo iuvante paucis annis maximum incrementum cepisse plurimosque fructus produxisse; id ab omnibus Sociis cotidie gratis animis recolendum esse. Monentur etiam omnes, ut non solum vivos iuvent, sed etiam defunctorum cotidie pie meminerint. Superioribus non tantum curandum, ut domestici officio, quod teneant, satisfaciant, sed etiam videndum esse, num forte iidem alio loco alioque in munere rei publicae utiliores esse possint; ac cum de iis ad praepositum generalem referatur, imprimis scribendum esse, quid valeant ad contionandum, ad

---

[1] Ferdinandus die 8. Decembris Pragam advenit, ubi etiam 18. Decembris morabatur; atque eum 24.—28. Decembris 1558 Ratisbonae, 1. Ianuarii 1559 Augustae fuisse compertum est (*Stälin* l. c. p. 394).

[2] Polancus a prima congregatione generali Lainio praeposito additus erat „assistens" et „admonitor", atque Lainius ipse statuerat, ut in „assistentis" officio provincias Aragoniae, Castellae, Baeticae curaret, et ut totius Societatis „secretarius" esset; qui super tot gravia munera etiam „procuratoris generalis" locum diu explevit (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 46. 47).

litteras, ad alios regendos. Cum autem munus pueros infimae classis instituendi humile quidem, sed Societati valde proprium et rei publicae commodissimum atque eiusmodi sit, quod longam exercitationem multasque requirat virtutes[1], *praepositum generalem moneri oportere, si quis ad illud propensus atque idoneus videatur; item eum monendum esse de iis, qui ad difficilem illam missionem indicam inclinati sint*[2]. *Eundem praepositum stipis loco a Societate petere, ut singuli sacerdotes unum sacrum, reliqui ternas orationes dominicas et salutationes angelicas pro se recitent.*

Epistulam hanc a Polanco saltem ad omnes praepositos provinciales missam esse res ipsa ostendit; probabile autem est eam etiam ad superiores locorum missam esse (cf. *Boero* l. c. p. 177); quae merito inscripta est „litterae communes". Hic ad verbum transcripta non est cum hanc ob causam, tum maxime, quia spes est fore ut mox ab editoribus „Monumentorum historicorum Societatis Iesu" evulgetur.

Canisius Lainio rescripsit 19. et 20. Ianuarii 1559.

329.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Piotrcovia 30. Decembris 1558.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 48—645 posito, collatum est.

Partes epistulae polonice versas posuit P. *St. Zalenski* S. J. l. c. p. 169. 170.

Canisius et Menginus itineris socios consolantur. Nuntii et Canisii operam Poloni pauci exquirunt. Canisius a Ferdinando I. ad comitia evocatus, scire cupit, quid pontifex fieri velit. In comitiis adversarii id agere videntur, ne religionis mentio fiat. Uchanskius timendus. Religionis periculum summum. In Germania protestantes contra episcopos machinantur. Latrocinium in episcopatu misnensi factum. Summi refert Ferdinandum I. Paulo IV. omnino reconciliari. Vindobonae P. Victoria imprudentius id agit, ut Socii professores facultatis artium constituantur. Collegia pragense, ingolstadiense, coloniense. Nova ex Indiis Canisio, pecunia nuntio mittenda.

Pax IESV CHRISTI suaviss. nobiscum — Plurimum Reuerende in domino Pater

Tandem ad me P. Victoria misit tamdiu desideratas, eas scilicet, quae 11. Novembris isthinc scriptae fuerunt; nec habui ullas alias. Quod si per M. Gasparum Paganum, ut monui, scripseritis, commodius quidem atque citius huc omnia perferentur. Dei gratia vivimus ambo incolumes, et consolamur subinde nostros, qui ex hac aula redire ist-

[1] „Si santa occupatione . . . richiede . . . molta uirtu, et specialmente charita, humilta, patientia et discretione".

[2] Quae sequuntur, neque apud Sacchinum, neque apud Boero sunt, ac fortasse in hoc solo epistulae huius exemplo posita sunt; praefatur enim Polancus se haec addere, quod non meminerit ipsa iam antea a se scripta esse.

huc impatienter optant; adeo parum illis placet et satisfacit Polonia. Nos Dominus in hoc praesertim adventu suo et per sanctam nativitatem istam multis modis exhilarat, ut taedii et frigoris Sarmatici facile obliviscamur: idque vestris precibus acceptum ferimus, per quas haud dubie parcitur vel immerentibus.

Familia per nos Deo reconciliata, sacram ex Legati manibus Eucharistiam sumpsit. Unus ex Polonis et hic nobilis me usus est confessario. Adsum hic interim otiosus plane; nullus accedit qui de fide rationem petat, aut consilium quaerat, aut ad Ecclesiae unitatem redeat; quemadmodum Pontifex operam in hoc nostram profuturam sperabat. Studiis tantum fere vacamus domi, et consolamur bonum senem Legatum, cui nihil video esse molestius, quam suam quoque operam a Clero non valde requiri, et esse perpaucos, qui se illi praestent familiares. Polonis inuisi videmur; Clerus fere desperationis consilia videtur magis amplecti: in Rege aliquid superest spei, non ut restituatur, sed ne statim prorsus extinguatur religio, quanquam de illa nihil adhuc tractatum est, nisi, quemadmodum postremo scripsi, de Synodo.

Incidit inter Legatum et me opportuna mentio de Caesaris voluntate, qui me Augustae iussit adesse, ut saepe iam memini. Ille primum iudicavit, ea de re scribendum esse Pontifici, cui forte placeret magis me Caesari in Comitiis, quam hisce rebus Polonicis operam dare. Itaque ut ipse Pontifici, quid Caesar a me postularet, significarem litteris monuit. Deinde vero mutavit hanc sententiam, cum ex me nonnulla cognovisset; uti longe tutius rem totam ad Praepositum meum referri, eum pro sua prudentia rectius iudicaturum, quid isthic facto opus esset: tum ut maxime Pontifex vellet me Augustae versari, non satis meae personae congruere, si per hanc occasionem Pontifex imponeret, plus quam ferre possem, aut aegre certe sustinerem: duobus dominis me non facile satisfacturum: exemplo esse Reverendissimum Augustanum, quem sit in promptu etiam ubi non speres, offendere: multo autem securius videri, simpliciter parere et inhaerere mandato quod meam in hac Legatione operam postulat. Consensit demum Legatus, id tamen prae se ferens, non se laturum aegre, si Augustam obedientia duce discederem: quam ego facilitatem in illo futuram non putaram. Alioquin, inquit, si et ego revocatus in Urbem redirem, te missum facere non possem, neque ut in Germania haereres permitterem citra expressam Pontificis voluntatem. Sic ille. Sed ego (Christo gratia) in portu navigo; uocer, reuocer quocumque libet, in auctoritate maiorum summa cum animi mei consolatione conquiesco. Fiat tantum domini voluntas beneplacens atque perfecta[1] semper.

Audio, magnum esse metum, ne dissolvantur haec inchoata Comitia, rebus infectis fere omnibus. Primum, quia Rex in morbum

[1] Act. 21, 14. Rom. 12, 2.

subinde relabitur, tum quia Tartarorum et Turcarum exercitus Poloniae minantur, et iam in procinctu esse feruntur; postremo, quia[a] primus articulus de executione legum Polonicarum, in quo tandiu versantur, permagnas adfert difficultates, neque multo expediri tempore posse videtur. Adversarii autem religionis de industria id agere putantur, ut religionis hic mentio nulla fiat: sic enim impune grassari commodius pergent, suasque vires adversus Clerum confirmabunt pro suo arbitratu. Itaque si Comitiorum ista fiat dissolutio, nec mea hic sit opus praesentia, vel Episcopus tantum a Pontifice reuocationem expectet otiosus, illud velim intelligere, liceat ne mihi, salua obedientia, quocumque proficisci in Germaniam. De Legati animo iam ante dixi. Dominus in suam gloriam vertat hunc miserum Poloniae statum, quem in dies afflictiorem experimur.

Praecipuum ab uno Episcopo periculum metuimus, qui magna pollet apud Senatum auctoritate, et in religione sincerus neutiquam esse videtur[1]. Plures hic Lutheranos, quam Catholicos concionatores videas. Clerus tantum suis fidit opibus, et favore Regio nititur: ad internecionem, non solum ad discessionem, res aperte inclinant; nec est fere quicquam odiosius, quam si de remediis severioribus in haereticos adhibendis audiant. Pontificem et alios errare volunt, qui rationes huius regni moderantur et pensant ad libram italici status: aliter nunc rebus oppressis subveniendum esse, Dei potius expectandum consilium et auxilium, quam humanis seu viribus seu artibus tribui aliquid hic oportere. Quod superest, dignetur, quaeso, R. P. T. suis et aliorum precibus domino commendare Poloniam, Germaniam, totumque Septemtrionem. Versantur enim summis in periculis; adeo longe lateque serpit hic Sathanismus, nullumque fere locum relinquit catholicis, qui, si antehac[b] unquam, nunc vel maxime pro fide sua persecutionem breui passuri videntur.

Non dicam de Angliae regno, quod Regina noua utinam non restituat sectariis[2]. Ex aula Caesaris ad me scripsit Cromerus, Lutheranos Principes conventiculum habuisse atque conspirasse in perniciem Episcoporum, sive adeo in direptionem Episcopatuum[3]. Nec male eis procedunt initia. Saxo quidem nuper duo Misnensis Episcopi oppida per vim intercepit[4]. Marchio vero Ioannes, ni fallor, fraudem

[a] qui *apogr.* [b] antheac *apogr.*

[1] Iacobus Uchański, episcopus chelmensis, paulo post in episcopatum vladislaviensem sacrilege se intulit; qua de re graves exstant Pauli IV. litterae ad Poloniae regem datae Roma 17. Maii 1559 apud *Raynaldum* l. c. in a. 1559, n. 28.

[2] Elisabetham significat. Maria „catholica“ 17. Novembris 1558 e vita cesserat.

[3] Quod conventiculum significetur, mihi quidem incertum est. Conventum certe habuerant Francofurti ad Moenum mense Martio anni 1558, et agebatur de altero huiusmodi coetu ante comitia augustana habendo; qui tamen habitus esse non videtur (*Häberlin* l. c. III, 460—470. 579—580).

[4] Ioannes de Carlowitz a mense Septembri usque ad Decembrem anni 1558

adhibuit[1]. Iam vero milites e Galliis dimissi, Trevirensem Episcopatum infestant[2]. Existimantur autem in Erbipolensem Episcopum[3] invasuri. Quid mirum? Illo tempore non erat Rex in Israel[4]. Sic ad me Cromerus, ut vel hinc appareat, qui quantique motus, ni DEVS prohibeat, Germaniae rursus impendeant, quantumque sit catholicis periculi, praesertim devastatis Episcopatibus, quos tot annis Sathanas premit et vexat per suos satellites. Unde colligi facile potest, quam sit grave futurum Caesari Augustae rem ex animi sui sententia, et in religionis profectum constituere, etiamsi cum Pontifice illi bene per omnia conveniret. Quod postremum nisi effectum reddatur, quam metuo, ne reliqua consilia omnia sint parum augusta atque foelicia in Comitiis. Nostrum est rebus tam afflictis orando atque gemendo succurrere, si aliter non possumus.

Respondebo nunc ad id, quod P. Victoria scripsit et apud Caesarem curare caepit de nostris in professorum ordinem ac locum Viennae surrogandis, ut doceant philosophiam, mathematica et graeca. Ego in hoc aliisque multis non tam improbo, quam admiror animi magnitudinem, qua fretus P. Victoria tam praeclara conatur, nihil veritus eas difficultates, quae alios ab huiusmodi instituto deterrent. Et cum videam alicubi non male cedere eius audaciam ac piam in Deum confidentiam, malim optatae gratiae spectator, quam perturbator esse. Itaque sino et sinam, nisi graviora quaedam obstent, abundare illum in sensu suo[5]; tantum hoc iterum iterumque precatus, ne extendat se nimium eius pia sollicitudo, et sollicita pietas. Mihi quidem visum est hoc tempore, non fuisse tentandum de his lectionibus quidquam cum Caesare: tum ne plus polliceri videremur, quam praestare possumus, incerti praesertim quot, quales, et quandiu ex Urbe queant accipi, qui susceptum semel hoc docendi munus peragant continenter; tum quia cum invidia coniunctum est quod petitur, ita ut ubi non est necesse neque fructus apparet in aliorum vel professorum vel magistrorum qui has lectiones ambiunt odium atque despectum incurramus. Nunc intellexerint alii procul dubio quid simus venati, hinc quia vident non succedere uenationem forte nos meritam tulisse

---

bello, quod „porcinum“ (Saukrieg) dicebatur ac latrocinium potius erat quam bellum, contra Ioannem de Haugwitz episcopum misnensem gesto oppida Mügeln et Wurzen atque omnino maiorem episcopatus partem ei eripuit (*Ed. Machatschek*, Geschichte der Bischöfe des Hochstiftes Meissen [Dresden 1884] p. 779—783).

[1] Ioannem, marchionem brandenburgensem, Ioachimi II. electoris brandenburgensis fratrem, dicere videtur. At in latrocinio illo potius Augustus Saxoniae elector fraudem commisisse dicendus est (*Machatschek* l. c. p. 783).

[2] Ioannes Guilielmus Saxoniae dux Henrico II. Galliae regi cum Philippo II. bellum gerenti 3000 equites adduxerat. Exeunte anno 1558 indutiae factae et copiae dilapsae sunt (*Iac. Aug. Thuanus,* Historiae sui temporis t. I, l. 20. *Häberlin* l. c. III, 583—597).

[3] Fridericum de Wirsberg. [4] Iud. 17, 6; 18, 1.

[5] Rom. 14, 5.

repulsam interpretabuntur et haerebit in animis suspicio, nos aliorum professorum bonis et commodis insidiari. Breviter, in hoc collegiorum statu, quem videmus, satis fuerit meo quidem iudicio, scholas domesticas probe administrare, et in his formare mentes, quae aliquando, cum maior sese offeret occasio, de facultate Artium, ut vocant, Viennae et alibi bene mereantur. Interea usus rerum docebit, quam sit foelix in docendo P. Christianus[1], et qua ratione procedat Collegium Pragense, cuius ut rationem aliquam habere videremur, non potui non probare quod Romae constitueramus, ut doctor Paulus[2] et M. Wenceslaus[3] recens eo mitterentur, etsi P. Victoria, dum Viennensi Collegio valde studet, utrumque illic retinendum putaret.

Quod Ludovicus[4] confirmet valetudinem Romae per hyemem, Dei providentia fieri puto, ut eo instructior tandem Germaniae donetur. Fortasse cum illo ad aestatem mitti possunt, aut restitui potius nonnulli, quorum in concionando Germanice et Bohemice conatus plurimum nobis aliisque prodessent. P. Martinum[5] in studiis magnos profectus facturum non putamus, et ita sibi redditum speramus, ut cito extrudi possit in Germanicam messem, cui ille catholicum praestare concionatorem facile potest, nisi secus R. Tuae videatur.

Existimarim ex Collegio Coloniensi ad Germanica Collegia mitti quosdam posse, praesertim Magistros Artium, quibus forte abundant, ut eo citius ac expeditius etiam ad usum Germanicae linguae[6] se adsuefacerent; deinde ut scholarum nostrarum praefectis operam[a] [?] ferrent. Mitteremus et nos, si licebit, quosdam Coloniae instituendos, praesertim ex iis, qui Romae versati sunt, et vel aeris mutatione, vel meliore in litteris institutione, quam apud nos sit, indigere videntur.

De P. Thoma ubi sit, ac statu Ingolstadiensis Collegii cupio scire[7]. Ex Pragensi scribunt, sed non explicant de Collegii rebus; tantum duos Viennam transferri nuntiant. Dominus JESVS novi anni auspicia, noua spiritus abundantia nobis consecrare et prosperare dignetur in gloriam suam. Oret, quaeso, R. P. T. pro me, pro Germania, et Polonia diligenter, una cum Patribus et fratribus omnibus, quos in Domino reuerenter ad unum saluto.

---

[a] *Sic apogr.; sed fortasse legendum est:* opem.

---

[1] Rivius. [2] Hoffaeus. [3] Sturmius.

[4] „M. Ludovicus Gerardus Flander" Pragae a. 1559 philosophiam docuit et de universa theologia disputavit, a. 1560 italice contionatus, a. 1561 sacerdotio initiatus est (*Schmidl* l. c. I, 136. 141. 150).

[5] Stevordianum.

[6] Id est: linguae Germaniae superioris.

[7] Thomas Lentulus, a S. Ignatio anno 1556 primus collegii ingolstadiensis rector creatus, qui in diplomate quodam Noviomagi 4. Iulii et 8. Augusti 1576 scripto „Thomas van Lenth" vocatur (*J. G. Ch. Joosting,* Inventaris van het Oud-Archief der Nijmeegsche Broederschappen [Nijmegen 1891] p. 509), ordinem carthusianum ingredi volebat; qua de re plura infra.

De rebus Indiae, si quid allatum est, hic spargi frugifere posset. P. Victoria nondum misit noua illa mihi destinata; neque pecuniam huc usque Legatus accepit. Deo semper gratia et gloria.

Petricoviae 30. decembris 1558.

Servus in Christo Petrus Canisius.

Al Molto Reuerendo in Christo Padre mio M. Giacomo Laynez Preposito generale della Compagnia di JESV Jn Roma.

Epistulae manu altera eiusdem temporis adnotatum est eam Romae 5. Februarii 1559 „receptam" esse.

330.

IACOBUS LAINIUS,

praepositus generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma sub 16. Ianuarii 1559.

Epistula, quae sequitur, exscripta est ex archetypo, a Lainio ipso subscripto (2° min.; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.); quod exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae, „Romana 1559", 1.

Canisium Augustam ad imperii comitia se conferre iubet.

Lainius Roma 16. Ianuarii 1559 Ferdinando I. caesari scripsit: „Heri redditae[a] *mihi fuerunt literae V. M. XVIIj. Mensis Decembris datae, quibus Doctorem Petrum Canisium Societatis nostrae per Germaniam Praepositum Prouincialem, a conuentu Polonico auocari, et Augustam Vindelicorum ad se accedere gratum sibi fore M. V. significat. Pro nostrae autem Societatis obseruantia, et gratitudinis ratione erga M. V. quae*[b] *plurimis et singularibus beneficijs nos omnes summopere*[c] *sibi deuinxit; tum etiam pro nostro affectu ad commune*[d] *religionis catholicae bonum, cuius amor M. V. urget, ut omnibus rationibus eius causam promouere studeat, nihil mihi cunctandum esse in hac re existimaui. Eidem itaque D. Petro Canisio per literas iniunxi, (quarum exemplum hic inclusi, ut certius ad eum perferantur) ut citra omnem moram Augustam se conferat, et ad obsequium V. M. se paratum exhibeat ad Dei gloriam. Cuius immensa et summa bonitas, conatus V. M. prosperet, et non solum contra hostes externos Jmperij; sed etiam contra internos catholicae religionis oppugnatores, successum felicem eisdem largiri dignetur: ad quod impetrandum studia nostra, et orationum, ac sacrificiorum suffragia, quandiu conuentus Jmperij Augustae celebrabitur amanter offerimus."*

Inscriptioni epistulae manu altera (secretarii caesarei?) ascriptum est: „Vocetur Canisius: transmissis simul literis ad illum per superiorem eius scriptis. 12 Feb. Anno 59. Fiat transmissio literarum per medium Oratoris r. Poloniae" [Martini Cromer].

---

[a] reditae *archet.* [b] qui *archet.* [c] sumopere *archet.* [d] comune *archet.*

331.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Piotrcovia 19. Ianuarii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 49—625 posito, collatum est.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 153—154, et *Boero*, Can. p. 195—196. Partes epistulae polonice versas posuit P. *St. Zalenski* S. J. l. c. p. 165. 166; cf. ibidem p. 170.

Archiepiscopum gnesnensem complura Societatis collegia condere statuisse. Archiepiscopum strigoniensem Tyrnaviae collegium instituere velle. In Poloniam mittendos esse, qui linguas latinam et graecam bene calleant. Latinam linguam male a Polonis, optime ab Italis pronuntiari. In toto septentrione „tersam loquendi latine rationem" maximi fieri. Se in omnibus rebus obsequi paratum. Episcopum plocensem scholam suam Societati offerre.

Pax Christi IESV nobiscum aeterna — Reuerende Pater

Benedictus Deus, qui nos abunde consolatur in hac sterili messe, dum indignis operariis suis inexpectatum insperatumque fructum ostendit, et eum sane copiosum. Novus Archiepiscopus idemque Primas regni huius, et hucusque Procancellarius Regis [1], vir inter catholicos Episcopos summe commendatus et ad res bene gerendas aptissimus, qui post Regem omnino primas tenet, de suo in nos animo studioque sancto scribet. Non fui equidem illi hactenus familiaris, non explicui, quae volebam, desideria mea, non commendavi nostrum hoc Institutum, de quo per scriptum eram illum, utpote occupatissimum, admoniturus. Et ecce, ut soli Deo sua constet gloria, neque caro glorietur [2], vocat ille me subito, solumque in conclaui amice compellat, nulla de re sollicitus magis, quam de Collegiis Societati nostrae in Polonia constituendis. Arbitratur enim Archiepiscopalis functionis, quam est aditurus, primitias alia re nulla foelicius posse consecrari: hac ratione potissimum sperat, cum iuventuti, tum clero suo consultum iri; nihilque magis necessarium intelligit, quam ut nostrorum opera, doctrina, et pietate adiutus, tum patriae, tum Ecclesiae laboranti succurrat. Itaque ad venturam mox aestatem adesse postulat nostros, quotquot ad constituendum integrum Collegium desiderantur; neque unum, sed

---

[1] Is erat Ioannes Przerembski, qui exeunte anno 1558 Nicolao Dzierzgowski, archiepiscopo gnesnensi, additus erat „coadiutor cum iure successionis" (cf. supra p. 334[3]). Nam scribit quidem *Pius Gams* (Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae [Ratisbonae 1873] p. 348) Dzierzgowskium 22. Februarii 1559 mortuum esse; sed *Ioannes Korytkowski* ex tabulis capituli gnesnensis demonstravit eum 18. Ianuarii 1559 Lovicii obisse (Arcybiscupi Gnieźnieńscy III [Posnaniae 1889], 223).

[2] 1 Cor. 1, 29.

plura etiam fundare statuit ac promittit, ita quidem opulentus, ut Ecclesiae si prouentus spectes annuos, vix ulli Episcopo Germanico cedat.

Vellet autem in primis huc mitti partim Bohemos, partim Germanos: illi Polonicae linguae usum percipiunt; hi propter indolem nativosque mores placent Polonis. Verum potissimum Germanos requirit. Dixi, pauciores 12 mitti non solere ad Collegium; et hoc anno satis fore, si Collegium unum hic probe instruamus. Tum ille plures etiam venire posse censuit, ut essent ad manum, qui paullo post servirent alteri Collegio. Primum Lovitii construetur, ubi perpetua fere est sedes Archiepiscopi; et ne sit quidquam in mora, duas Canonicorum aedes illic coniungendas putat, quas nostri mox vendicent teneantque sibi tantisper, dum e fundamentis Collegium aedificetur. Scribet autem, ni fallar, ut totius rei cura mihi demandetur; sic enim innuere visus est; sed meliorem sane procuratorem ego desiderarim. Non video interim, cur optimi viri sanctis votis reluctari velimus, quem nobis in Christo magis magisque conciliabimus, si mature, quod flagitat, effectum reddamus. Quare hoc maxime dispiciendum fuerit, si votis illius annuimus, ut huc profecturi statim Christi milites instruantur, et selecta quaedam mittatur colonia, quae inter alia provinciae huius collegia iure primas obtineat, et tanti Moecenatis non fallat expectationem. Dabit Roma, uti spero, theologum peritum, cuius consiliis et auctoritate uti liceat ad Synodos, ad disputationes congressusque familiares, qui hic deesse non possunt, ubi haereses late et impune grassantur. Dabit alterum quoque non poenitendum, nisi ea sit Romae penuria Doctorum, ut nos e Germanis P. Christianum [1] adiungere oporteat. Sed Rector Viennensis [2] hunc ipsum Ungaris mittendum duxit, ut primo Tirnaviensi Collegio, quod Ungaricus Archiepiscopus [3] offert, praeesse possit. Dabit et Rectorem haud dubie, qui rationem Instituti norit, et Societatis huius germanum in nostris spiritum conservare velit et possit. Scio incommodum videri Bohemis, si qui e medio veluti cursu abrepti, subito e discipulis magistri fiant; idem Germanis accidet: sed suggeret forte dominus inexpectata consilia, quae Polonicae utilitati tribuant plus quam ausim ego flagitare.

Ad contionandi munus nullum expeti puto sive in Polonica, sive in Germanica lingua. Sed cum Polonis corrupta sit admodum latinae linguae pronunciatio, tales requiri professores video, qui usum latine dicendi ac pronunciandi integrum ac probe exercitatum habeant. Qua in re vincunt quidem Polonos et Gallos Germani, sed his Itali etiam sunt praestantiores: quare Germanis et Bohemis, qui huc accedent, immisceri merito queant. Nec deerunt Ingolstadii et Viennae fratres,

[1] Rivium. [2] P. Ioannes de Victoria.

[3] Nicolaus Olahus, archiepiscopus strigoniensis, vir non solum de religione (cf. *Can.* Epp. I, 476[1]) et de republica, sed etiam de litteris cum sacris tum saecularibus optime meritus. De eius carminibus vide *Ludw. Schmitt* S. J., Der Karmeliter Paulus Heliae (Freiburg i. Br. 1893) p. 155[2].

qui fortasse annumerentur; sed ex Urbe quidquid mittitur, non potest mihi non gratiosum videri. Doctor Ledesma, nisi Romae necessarius esset, Polonicis tenebris aliquod adferre lumen posset, si tamen cerevisiae potum admittere queat [1]. Legatus quidem noster cum tota familia eo potu delectatur. Ioannes Zeidel [2] non ignarus huius idiomatis, siquidem Bohemicum sonat, praeter Bohemos alios pergratus foret. Verum de philosophica et theologica classe non est quod laboremus modo: ad inferiores classes illas maxime nos convertamus. In latinis et graecis qui profiteri aliquid norint, mittendi sunt: humaniores litterae praecipuam hic operam requirent, et tersa loquendi latine ratio, non solum in Polonia, sed in toto Septemtrione valet plurimum: adeo desipit haec aetas, ut verborum foliis, quam rerum ac scientiarum fructibus impensius delectetur. Sed venia, quaeso, detur huic in scribendo prolixitati et in iudicando libertati meae. Statuat autem R. P. T. quod Domini spiritus suggesserit: meum erit obsequi iussis et consiliis patris, in quo Christum venerari et audire habeo semper.

Est alius etiam Episcopus praedives, qui magnifice construxit scholam, aureis ter mille scilicet; is mecum agere caepit ante Archiepiscopum, ut eius scholae, quae quinquaginta facile fert inhabitatores, administratio et ius penes nostros existat. Plocensis Episcopus dicitur [3], et civitatem Pultoviam [4] valde commodam studiosis, ubi et ipse morari solet, hac schola illustrare cupit. Resciscam aliquid certius, prius quam forte litteras obsigno. Legatus Apostolicus, cui me comitem dedit mater obedientia, promittit Collegium in Galliis, et ea de re litteras mittit ad Cardinalem Farnesium [5]. Dominus JESVS in gloriam suam hos conatus bene vertat. Oremus interim pro ter afflicta Polonia, quae sectis misere distracta, infensissimos habet hostes catholicae pietatis, perpaucos autem verae fidei propugnatores ac vindices. Me quidem R. P. T. precibus et sacrificiis unice commendo in Christo Iesu domino nostro. Petricoviae 19. Ianuarii 1559.

Servus in Christo Petrus Canisius.

---

[1] Iacobus Ledesma (1519—1575), qui saepius nobis occurret, ex Villa Cuellar, Hispaniae oppido, ortus, in universitatibus complutensi, parisiensi, lovaniensi litteris eruditus erat. Cum Societati Iesu Lovanii anno 1556 nomen dedisset et Romae magistro Cornelio Vishavaeo tirocinio perfunctus esset, collegii romani studiis praefuit, sanctum Thomam explicavit, fidei controversias exposuit, de conscientiae dubitationibus respondit (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 1, n. 61—65. *Idem,* Historiae Societatis Iesu Pars quarta [Romae 1652], l. 3, n. 15—17). De eius operibus, inter quae grammatica latina et catechismus sunt, vide *Sommervogel,* Bibl. IV, 1648—1651.

[2] „Ioannes Seidl Olomucensis“ 5. Aprilis 1554 Romae in collegium germanicum receptus erat (Cod. roman. „All. coll. germ.“ p. 7). Postea Societatem Iesu ingressus et anno 1561 Tyrnaviam cum primis Sociis missus, in Hungaria sacris ministeriis excolenda satis utilem operam posuit, sed a. 1567 e Societate dimissus est (*Socherus* l. c. p. 89—103. 119—120. 140—141).

[3] Nicolaus Noskowski.

[4] Poltovia, Pultusk, nunc urbs Poloniae russicae.

[5] Ranutium Farnesium.

Reuerendo in christo patri et praeposito generali Societatis IESV Romae Commoranti.

Haec epistula Lainio allata est ineunte Iulio a. 1559. Vide Polanci epistulam 8. Iulii 1559 ad Canisium datam.

332.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Piotrcovia 20. Ianuarii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 50—643 posito, collatum est.

Epistula usus est P. *St. Zalenski* S. J. l. c. p. 169.

Canisius litteris quadrimestribus ad pietatem excitatus. Curabit, ut, quae Lainius postularit, ac plura etiam praestentur. Nuntius pecuniam accipiet. Polonia per protestantismum in barbariem quandam retrusa. Preces pro ea continuandae. Episcopos a regis electione excludere volunt. Iter augustanum. Collegia in Polonia instituenda. Caesar pontifici reconciliandus. Socii pragenses sublevandi. Collegia ab archiepiscopo strigoniensi oblata. Domus Societati Noviomagi donata. Archiepiscopus coloniensis Societati favet. Contiones in summo templo coloniensi. Alumnus quidam collegii germanici beneficiis ecclesiasticis ornandus.

Pax Christi IESV nobiscum sempiterna — Reuerende Pater

Misit ad me Reverendissimus D. Warmiensis [1], quas ad finem anni proximi scripsit P. Polancus [2], adiunctis aliarum quoque litterarum et rerum novarum exemplis mihi longe gratissimis [3]. Vix possem explicare, quantum attulerit nobis consolationis ea narratio, quae admirandos Societatis nostrae successus ac profectus summatim continet. Ago divinae bonitati gratias, quae gustum etiam aliquem ex huiusmodi lectione reliquit, et ad ipsum bonorum omnium fontem redamandum ac laudandum excitavit. Faciemus autem quod iussit optimo iure P. T., ut in tota provincia nostra intelligant et observent ea puncta, quae tum sacerdotibus, tum aliis fratribus praescribuntur [4]: nisi quod pro una Missa, quam sacerdotes recitare monentur, ego septem velim persolvi, ut Dominus JESVS septiformi spiritu [5] augeat et confirmet novam hanc Praepositi nostri electionem atque functionem. Quare ad Rectores huius quidem provinciae ita scribendum curabo, ut praescriptum illum ordinem sacrificandi et precandi augeant potius quam imminuant.

[1] Stanislaus Hosius, qui eo tempore Romae morabatur; cf. supra p. 321². 343.

[2] Litteras significat, quas Polancus Lainii auctoritate ad Societatis universae praepositos dedit et 19. Decembris 1558 ad Canisium misit; vide supra p. 344—345.

[3] Litteras dicit „quadrimestres" vel „semestres"; quas in „Monumentis historicis Societatis Iesu" mox typis descriptum iri speramus.

[4] Vide supra p. 345. [5] Cf. Is. 11, 2—3.

Respondi autem prioribus litteris, quae ad 11. diem novembris scriptae; nunc ad alteras quae 8. decembris et ad postremas, quae ultimo die mensis eiusdem datae fuerunt, respondere pergam. Promisit tandem Cardinalis Caraffa [1] ducatos mille, quos Legatus post diuturnam expectationem breui se putat accepturum: quare magna molestiae pars nostris adempta videtur: sed cupiunt tamen omnes Italiae quam primum restitui; adeo multa illis in hac gente displicent, neque satis in plateis tuti videntur. Religionis mutatio magnam animorum acerbitatem atque immanitatem barbaricam attulit, ut etiamsi velint, vix possint dissimulare pestes intus latentes.

Praeclare factum quod communibus Patrum ac Fratrum precibus ut hactenus Germaniam, sic nunc quoque Poloniam Domino commendetis [2]. Quam precandi curam etiam ad Martium et Aprilem usque velim extendi, propterea quod Comitiorum exitum alii ad paschales, alii ad pentecostes ferias referant [3]. Idque fit etiam inde probabilius, quod duobus fere mensibus tam lente procedant consilia, ut quid praeclari magnive momenti sit effectum, videre nequeas. Ad Ecclesiae causam necdum ventum est, nisi quod Nuntii civitatum, ut vocant, uno velut ore cupiverint a Regis electione posthac Episcopos excludi, quia Pontifici obstricti, fidem Regi praestare non possint. Hinc irritati et offensi Episcopi responsum meditantur. Sectarii nihil non audent et impune abeunt. Catholici pauci, et ii meticulosi. Quare nullum, quaeso, precandi finem faciatis.

Unde intelligi quoque potest, me tardius Augustam esse venturum: etiamsi facultas impetrata esset, post horum Comitiorum finem ad Augustana illa proficiscendi, quemadmodum Caesar et Cardinalis Augustanus postulare videntur. Fiat Domini voluntas. Cuperem sane, si Augustae adessem, modis omnibus adlaborare, ut Caesar demissione quadam Pontificis animum offensum sibi reconciliaret; qua in re P. Lanoyus, si Cardinali forte adiungetur, suam quoque dare operam potest. Ut ex P. Victoriae litteris postremis colligo, Caesar magis ac magis nos complectitur, nobisque fidit. Proinde quid in gratiam illius fieri possit ac expediat, R. T. iudicabit. Ego Pontificis auctoritatem Principibus omnibus antepono, nec video qui possim hanc deserere stationem, ut alias non semel indicavi. Tum novorum Collegiorum, quae hic facile constituentur, ratio unum aut alterum postulare videtur, nimirum ut aut accepto hic successore abeam, intra menses aliquot rediturus, aut hic toto Comitiorum tempore maneam, purgatione quadam honesta, si quae potest adferri, Caesari proposita atque comprobata. Verum sapienti satis. Quod si Augusta petenda sit, Pragam proficisci habeo, quia sit in transitu, faciamque libens ut consoler fratres, quorum afflictas ego res variis litteris intelligo. Iuvit tamen

---

[1] Carolus Caraffa. [2] Vide supra p. 326.
[3] Festum Paschatis eo anno 26. Martii, Pentecostes 14. Maii futurum erat.

non nihil P. Victoria, dum illic egit proxime. P. Paulus[1] precipue queritur fratres multis esse tentationibus agitatos parumque firmos aliquot in uocatione sua. Unde miror non aptiores aliquot e Vienna missos esse Pragam, imo video potius e Praga mitti Viennam a P. Victoria, qui profectus aliquid pollicentur, quod cupiat eos litteris serio vacare. Monebo eum et ipse, ut Pragensibus magis consulat, quum scribat P. Paulus, se absque[a] ullo fere collaboratore simul esse Rectorem, Ministrum, Subministrum, Cantorem, interdum et Coquum. Absens ego de his rebus, uti praesens, nequeo statuere. Nam litteris quae ad me scribuntur non ausim fidere, praesertim cum raro et non diligenter satis scribatur.

De Ungarico seu Tirnaviensi Collegio nunc primum ad me scripsit P. Victoria, et fatetur non eodem modo scriptum esse Romam, forte quod multis distractus aegre meminerit, quae narrat de Archiepiscopo[2]. Quantum autem ex hoc fragmento assequi possum, haec duo mihi consideranda videntur, eaque ad illum scribo: unum, ut pro duobus Collegiis, quae offert ille Archiepiscopus, unum perfectum ac integrum constituatur, ubi ut minimum ali possint 12; alterum ut nisi serio fundator agere videatur, nam esse tenaciorem et cunctabundum indicat, eosdem fratres, quos in Ungariam mittere statuerat, Polonicis Collegiis reservemus, quod haec maiorem allatura fructum videantur.

Quod ad P. Theodoricum Canisium in patriam tandem mittendum spectat, Viennae constituimus, ut circa Paschatis festum Coloniam abiret, inde res cum fratribus et sororibus compositurus, et donatam Societati domum accepturus Noviomagum proficisceretur[3]: iis absolutis Viennam se reciperet, Christo duce. Scribam et nunc, ut ita fiat.

Novum Archiepiscopum Coloniensem[4] nobis favere gaudeo. Prius quam ad hanc dignitatem esset evectus, oravi quidem eum veluti tum Decanum Ecclesiae Cathedralis, liceret ut nostris bona pace Archiepiscopi concionari, praesertim in templo B. Ursulae[5]: duos esse qui hoc subire munus possent, utpote M. Ioannem Retzium[6], et M. Henricum Dionysium, eratque tum praeterea tertius inter nostros, qui concionaretur[7]. Alioquin meminisse non possum, quod illi quicquam de uno aut altero promiserim concionatore, cum nulla etiam mentio

[a] abque *apogr.*

[1] Hoffaeus, collegii pragensis rector. [2] Olaho.

[3] Virgo Theresia [?] van den Bergh, Theodorici matertera, 28. Decembris 1554, paulo antequam vita cederet, Noviomagi „situm ac domos" suas „ad usum Societatis" donaverat (*Polancus,* Chronicon V, 277—282); at cum Socii Noviomagi considere a senatu urbis prohiberentur, eae domus, ut P. Leonardus Kessel 31. Decembris 1555 Colonia S. Ignatio scripsit, „inhabitatae manebant" (*Can.* Epp. I, 475. 541. 761. *Litterae* quadrimestres III, 755).

[4] Ioannem Gebhardum de Mansfeld, 26. Iulii 1558 electum.

[5] V. supra p. 156. [6] Rethium.

[7] Andreas Boccatius? Cf. *Reiffenberg* l. c. p. 57.

vel cura esset, ut in Cathedrali Ecclesia nostri suggestum tenerent [1]. De P. Martino [2] id mihi videtur; non illum satis parem esse publico muneri in illa quidem Ecclesia praecipua obeundo, ubi exquisitum et solidae doctrinae genus adferre necesse sit. Habet ille talentum sane diuinitus acceptum si expectes audaciam et facundiam et sinceritatem: ingenio autem et iuditio non aeque valet. Quare Germanis potius nostris Ingolstadii aut Viennae reseruandus videtur, ac eo citius remittendus quo minus in scholastica [3] proficiet, qui ne ad philosophiam quidem habilis Viennae uisus fuit. Summa est Coloniae auctoritas primariorum concionatorum, qui in aede scilicet maiore docent. Sed potest hac de re Pater quoque Lanoyus consuli ut qui doctrinae P. Martini et ingenii rationem facile dabit. Divinae semper gloriae prospici velim, ut illi per nos fiat accessio, maiorique Ecclesiae utilitati studere par est.

De Cardinale huc mittendo nihil addam. Maiore cum fructu venerit, si rogatus ad Synodum et regni reformationem uenerit: sed vix talem medicum admissuri videntur aegroti, et Rex ita languet, ut nonnulli solent, qui sibi vel nolunt, vel non possunt imperare, ut sanis consiliis et pharmacis locum tribuant: interea neglectus morbus fit immedicabilis.

Nunc de M. Theodoro, cuius adventum in Germaniam merito expectamus [4]. Ut statim aulae Caesaris committatur et illis mundi turbis immisceatur, non puto esse consultum; sed quia profitendi munus non refugit, et natura forte quietis amans, ac Germanicae linguae non satis peritus est, idcirco per nostros Bavariae Ducem admonendum putarim, ut illum Ingolstadii ad tempus alat, quem paulatim ecclesiasticis muniis et prouentibus ornabit lubentissime, modo is fidem dare velit, se Bavariae in Domino militare velle. Nam et doctores theologi saeculares, qui nunc agunt Ingolstadii, subsidia quaedam minime contempnerent. Qua de re P. Lanoyus admoneri potest: scribam et ego P. Victoriae. Petricoviae 20. ianuarii 1559.

Servus in christo P. Canisius.

Al Molto Reuerendo in Christo Padre mio M. Giacomo Laynez Preposito generale della Compagnia di IESV in Roma.

---

[1] Mansfeldius, inquit *Boyman,* „vix paucis ab Electione interpositis diebus . . . Concionem ad nos summa in aede hora septima haberi solitam per Sigilliferum suum detulit, multaque addidit favoris sui et benevolentiae (si votis invicem suis velificaremur, misso ad Collegium 30 Octob. pingui bove;) testandi argumenta . . . Cupidissimis hucusque votis exoptata Provincia . . . Henrico Dionysio, magna scientia virtuteque viro“, imposita (Cod. „Hist. gymn. tr. cor.“ f. 56[a]).

[2] Stevordiano. [3] In scholastica theologia.

[4] Ex epistula Polanci, 15. Aprilis 1559 ad Canisium data, intellegitur a Canisio significari Theodorum Lyndanum noviomagum, qui anno 1552 cum primis alumnis in collegium germanicum receptus erat. Plura de eo infra dicentur.

333.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Piotrcovia 28. Ianuarii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 52—623 posito, collatum est.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 154, et *Boero*, Can. p. 195—196. Partem epistulae polonice versam posuit P. *St. Zalenski* S. J. l. c. p. 171; cf. ibidem p. 169. 170.

Nuntius Canisium, licet fere otiosum, ad comitia augustana dimittere cunctatur. Canisius post aliquod tempus in Poloniam ad collegia constituenda redire potest. Causa religionis in synodum nationalem reiecta est. Protestantes regem ipsum insolenter tractant. Proceres episcopos et pontificem oderunt. Societas in Polonia multum efficere poterit; ubi collegia ei offeruntur. Obiit optimus vir Ionas vicecancellarius. Orandum pro eo, Polonia, Germania, Ferdinando I.

Pax Christi nobiscum. Reuerende in Christo pater

Accepi litteras, quae mihi confectis his negotiis seu Comitiis Polonicis promittunt reditum in Germaniam, easdemque legendas dedi Legato nostro. Is probat quidem rationes velut efficaces ac solidas, ob quas merito Germanis videar restituendus; nec videt quem sibi aut mihi fructum, si hic manere pergam, polliceri queat; cum hactenus theologi opera ad rem theologicam usus non sit, neque uti opus fuerit [1]: nihilominus, ut discedam, mihi liberum facere non vult, sed ad Cardinalem Caraffam scribere prius et ab eo responsum accipere statuit de me dimittendo. Dixi, videret pro sua prudentia, quid magis ad dei gloriam et ad commodum publicum faceret; repetii, quod nuper affirmaverat, se facile mihi concessurum, assentiente Pontifice, ut abirem: admonui, nisi missum me velit facere, priusquam ipse discedat, multis forte mensibus hic esse mihi cum ipso demorandum; et simul ostendi Caesaris in me vocando studium, fide tamen accepta, ne quid tale, quod ad Caesarem attinet, scribendum isthuc curaret. Itaque cum bonus senex nescio quam consolationem ex mea praesentia sibi polliceatur, etsi probat causas discedendi, tamen nisi Cardinalis dictus responderit atque consenserit, ad quem nunc quidem scribit, non me volet abire, licet Comitia quam primum dissolverentur, ut multi sane futurum putant intra dies tres aut quatuor [2]. Sed horum consilia facile mutantur.

---

[1] Rei igitur actae modum longe excedit *Agricola*, cum scribit: [Canisius Piotrcoviae] „scripto, verbo, consiliis, hortamentis plurimum efficacitatis attulit, pervicitque praeter spem, ut inter Ordinum regni diversa sentientium aestuantes motus, neque ad arma et seditiones veniretur, neque Catholici, quae ab haereticorum potenti factione metuebant, detrimenta acciperent“ (Dec. 2, n. 84).

[2] Reapse *Camillus Mentuatus* nuntius apostolicus hac ipsa die 28. Ianuarii

Ut libere dicam quod in domino sentio, viderer mihi consultius abiturus, quam hic diutius mansurus esse, nimirum ut rebus cum Caesare et in Collegiis nostris utcunque constitutis, huc porro redirem ad Collegia quaedam, ut octavo abhinc die scripsi, in nomine JESV constituenda. Idque fieri fortasse poterat post tres quatuorve menses, si nunc statim Augustam iter ingredi liceret. Verum quia Legatus, ut dixi, non vult orbari theologo, et eius successorem, si ego discedam, desiderare videtur e nostris aliquem, totam causam divinae providentiae et voluntati vestrae permitto; et tandiu in Polonia haerebo, quandiu Legatus hic volet, quum non aliter quam bona illius pace iubear parare discessum. Interea quid de Collegiis fundandis fieri velitis, lubens expectabo.

Scripsi Viennam de meo fratre[1] in patriam brevi mittendo, et de quibusdam Romam destinandis ad futuram aestatem, quanquam antea respondebitur, spero, qui Poloniae sint reservandi. Puncta illa, quae observari iussit P. T. in describendis fratrum conditionibus, ad P. Victoriam et ad P. Lanoyum retuli, ut meo loco illa exequantur, si forte absim diutius[2].

De Comitiis ut aliquid addam, nihil sperant boni successus: reiicitur causa religionis in Synodum Cracoviae celebrandam et non parum suspectam illam: hucusque concionantur haeretici publice, nec procul a regia; moniti per Regem, ut ne ita pergerent, audacter Regi respondendum curarunt, se liberos esse; quod Iudaeis permittitur ut sinagogas habeant, id sibi quoque licere. Episcopis proceres vehementer infesti, ad opprimendam Ecclesiae iurisdictionem conspirasse videntur. Impudenter agunt ac furiose: Pontificis nomen ferre non possunt; Legatum execrantur: semperque in peius abit impunita licentia, quia

---

1559 Piotrcovia Romam ad Carolum Caraffam cardinalem misit epistulam, qua de comitiis ad eum rettulit et haec de Canisio addidit: „Dissoluendosi li Comizi uorria il Theologo che io hò meco adimandato il padre Canisio uno di questi Preti riformati, andar nel' Alemagna per prouedere, e, soccorrere à Collegij de la Congregatione del' ordine suo, che mi dice patire persecutioni grandi e, mi ha mostrato una lettera del superiore suo costì di Roma, che li dice hauer di tal cosa parlato à V. S. Illustrissima e, Reuerendissima, e, quella hauerli fatto rispondere per il Signor Ferrante de Sanguini che dissoluendosi li Comizi, e, contentandom' io dela partenza sua, che potrà andare, Insino a la presente hora non è stato molto di bisogno de la opera sua, che alcuno non si è trouato che se sia curato d' esser' imparato, e, sgannato, e, manco credo bisognerà per l' auuenire, Imperò senza commissione di quella non li permetterò che parta, e, perciò sarà supplicata con le prime auuisarmi, come mi ho da gouernare" (Ex epistula Mentuati archetypa, quae est in archivo vaticano, cod. „Lettere di Prencipi 11" f. 248—253. Integram epistulam ex eodem archetypo [codex ille tunc numero VIII. signatus fuisse videtur] typis descripsit *August. Theiner,* Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia II [Romae 1861], 592—594).

[1] P. Theodorico Canisio.

[2] Canisius capita illa dicit, de quibus Lainius 19. Decembris 1558 scripserat; vide supra p. 344—345.

medici morbum invalescere et inveterascere permiserunt. Scribit Legatus noster quae Pontifici minime placebunt, de toto statu rerum, et sperat fore, ut cito isthuc revocetur, praesertim cum videat, suam praesentiam vix usui esse catholicis, et apud Regem quidem nihil proficere.

Haec facile docent, quam sit operae pretium precari Deum pro Poloniae regno; in quo tamen haud parum efficient nostri, ob simplicitatem praesertim huius gentis propriam, et quia bonorum exempla in Clero maxime desiderantur. Tum Archiepiscopus hic novus, qui hodie mihi repetiit, sibi obfirmatum in fundandis Collegiis animum esse, magnam nobis spem ad optima quaeque pollicetur. Expectat autem responsum, quando mitti colonia possit; me praesentem optat in illis primordiis bene instituendis, aut aliquem e nostris idoneum. Fortasse P. Lanoyus adeo Bavaris necessarius non est, quin huc mitti possit, praesertim cum donum ad gubernandum magis, quam ad profitendum aut concionandum habere videatur [1]. Et huiusmodi vir unus apud Archiepiscopum valeret plurimum, non solum ad nostros iuvandos, sed etiam ad suggerenda ea consilia, quae Polonicae Reip. essent salutaria. Unus Episcoporum his diebus obtulit ad Collegii sustentationem flor. 400 [2]. Sed nihil concludam, nisi re confecta prius cum Archiepiscopo; et sat erit hoc anno uni operam dare.

Hac hora scribit ad me Petronius [3] ex Augusta, quod antea forte cognovistis, non procul ab Ingolstadio periisse Doctorem Ionam Caesaris Vicecancellarium [4]: optimum certe amicum catholicorum et nostrum, cuius mors imperio multis nominibus lugenda est. Cum autem R. P. Ignatius eum Societati velut univerit, ut particeps omnium meritorum esset [5], oro ut tanti Patroni, qui primus cum Episcopo Labacensi auctor Caesari fuit, de Collegio nostro fundando Viennae et Pragae, ut eius, inquam, anima nostrorum sacrificiis et precibus domino commendetur. Christophorus [6] illius nepos, ni fallor, totus noster est. Oremus, quaeso, dominum pro Caesare et Germania tota, cui valde

---

[1] P. Nicolaum Lanoium anno 1558 a Lainio rectorem collegii ingolstadiensis creatum esse, et in *„*Antiquitatibus* Ingolstadiensibus“ (f. 11[b]) et in *„*Historia* Collegii Ingolstadiensis“ (p. 9) asseritur. Sed haec Canisii verba considerantibus potius, ni fallor, dicendum esse videbitur Lanoium primum quidem Ingolstadium ad contionandum vel docendum missum, postea autem, idque anno 1559, cum Lentulum, primum rectorem, eo officio amplius non esse functurum constaret, eius loco rectorem collegii constitutum esse. Atque in hanc sententiam inclinari videtur *Agricola* l. c. Dec. 2, n. 132.

[2] Nicolaum Noskowski, episcopum plocensem, significare videtur Canisius; cf. supra p. 353.

[3] Hic in ministerio Ottonis cardinalis augustani erat; cf. supra p. 98.

[4] Doctor Iacobus Ionas, quem *Paulus Tiepolo,* Venetorum apud Ferdinandum I. orator, in relatione 12. Octobris 1557 in senatu veneto lecta „persona ben intelligente e pratica“ vocat (*Eug. Albèri*, Le Relazioni degli Ambasciatori Veneti al Senato S. I, Vol. 3 [Firenze 1853], p. 157), cum ad comitia augustana proficisceretur, Abenspergae 28. Decembris 1558 obiit et Ingolstadii sepultus est (*Mederer* l. c. I, 255).

[5] Vide *Can.* Epp. I, 485. 503. [6] Ziegler; cf. supra p. 323[8].

minatur Turca, praepotentem instruens exercitum in Hungaria. Oret pro me quoq. R. P. T. quae in Christo valeat, meque sibi habeat commendatum. Petricoviae 28. Ianuarii 1559.

Servus in Christo P. Canisius

Si P. T. me putet Germaniae utiliorem fore, forte statim admonendus erit Card. Caraffa, ut suis litteris ad Legatum missis confirmet, quod Pontifex consenserit. Constans est rumor et omnium[a] persuasio, intra triduum dissolvi Comitia. Ego interim in expectando responso versabor, ni fallor, ad festum usque Paschatis[1] in Polonia, quia tarde litterae perferuntur.

Al mio Reuerendo in Christo Padre M. Giacomo Laynez preposito generale della Compagnia di Jesu, Padre Colendissimo.

Jn Roma

Polancus Lainii nomine Canisio rescripsit 22. Aprilis 1559.

334.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Piotrcovia 10. Februarii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 53—224 posito, collatum est.

Epistula usus est eiusque particulam ad verbum transcripsit *Sacchinus*, Can. p. 155—156 et Hist. S. J. II, l. 3, n. 63. Maiorem partem italice vertit *Boero*, Can. p. 199—200. Partem epistulae polonice versam posuit P. *St. Zalenski* S. J. l. c. p. 171; cf. ibidem p. 170.

Canisius, comitiis absolutis, discedit. Archiepiscopus gnesnensis collegii institutionem urget. Rex non permisit quicquam contra religionem constitui. Protestantes vim inferunt ecclesiae; quam Societas tanto magis defendere debet.

Pax Christi[b] nobiscum — Reuerende Pater

Scripsi postremo, id est ante dies 14. per Reverendissimum D. Legatum mihi non licere hinc Germaniam adire, quod expectandam ille putaret Cardinalis Caraffae sententiam explicatiorem. Nunc quia sunt absoluta Comitia, et quoniam inter nos de discessus ratione tractatum est diligentius, gratiose concessit dimissionem. Itaque hoc ipso die Pragam, duce Christo, iter ingredior; miliaria sunt ultra 60; illinc Augustam recta petiturus[2]. Quare litteras etiam ad me scri-

---

[a] *Vel:* communis omnium*; apogr. obscurius est.* [b] Chri *apogr.*

---

[1] Id die 26. Martii futurum erat.

[2] *Mentuatus* nuntius apostolicus epistulae, quam Cracovia 20. Februarii 1559 Romam ad Carolum cardinalem Caraffam misit, haec addidit: „Essendo instato doppo

bendas R. D. Antonio [1], qui Cardinalis Augustani procuratorem isthic agit, committi et Augustam perferri velim.

Archiepiscopus Gnesnensis, de quo saepe scripsi [2], constanter urget institutum Collegii, quod, ut minimum, statuit hoc anno unum nobis et Christi nomini glorificando fundare. Promisi statim illum reddere certiorem de vestra sententia, quam ex litteris intelligam: spero magnam Ecclesiae utilitatem ex hac fundatione consecuturam. Fortasse conveniet, duos primum eo mittere, ut R. P. Lanoyum una cum aliquo vel sacerdote, vel futuro magistro scholae, qui praecursores sint quodammodo, et venturis fratribus apparent omnia. Theologum autem ab initio mitti velim, ut qui praecipue postulatur, quique magnam huic operi auctoritatem in Christo conciliabit. Dixi me fortasse rediturum, nisi impedirent alia; sed fiat domini voluntas et perfecta in nobis obedientia perficiatur.

Comitiorum successus, quem Legatus tamen exiguum ducit, in eo versatur, quod Rex gravissime oppugnatus a sectariis plurimis, pauci enim sunt catholici, nihil permiserit in Episcopos statui, vel in causa religionis mutari. In Cracoviensia Comitia, quae post ferias Michaelis [3] inchoabuntur, reiecta est omnis tractatio negotiorum. Vix quicquam effectum Petricoviae, quod vel catholici vel adversarii magni ducant. Conventus conventum parit; nihil fere concludi solet. Interea impune licet sectariis suam urgere causam, et opprimitur iurisdictio Episcoporum, adversus quos seditiosi isti Ecclesiae hostes publice nunc sunt ausi protestari, se nullam illis obedientiam praestare velle. Rex debilitatus istorum insolentissima factione nec audet resistere admodum, nec potest causam [a] [?] Episcoporum deserere. Sed Sathan interea pergit per suos sacrilegos et fanaticos homines vim inferre tum personis, tum rebus Ecclesiarum. Episcopi despondent animos, se tantis furoribus obsistere posse: et verentur fore ut proximis Comitiis moderationes Ecclesiae perniciosae adhibeantur.

Summam explicasse videor; hinc alia colligi facile possunt. Reverendissimus D. Warmiensis iudicabit. Sed quo sunt mundi quidem iudicio res afflictiores, ac etiam desperatae, tanto magis nostrum erit, desperatis rebus opem ferre, quia sumus de JESV Societate, et laboranti Ecclesiae operam omnem debemus. Dominus JESVS augeat in nobis spiritum suum. Commendo me R. P. T. precationibus, et licet e Polonia proficiscar, tamen illam non minus ac Germaniam

---

[a] *Sic legendum videtur, licet in apogr.* causam *oblitteratum sit.*

---

la dissolutione de Comizi, dal Theologo che haueua meco, di poter andare in Alemagna, per proueder' àle molestie, che ueniuan date à li Collegij dela congregation sua, cognoscendo non bisognare l' opera sua, mi son contentato lassar l' andare . . . hauendolo prouisto di denari per il viatico suo e del compagno" (Ex *archetypo, quod est in archivo vaticano, „Lettere di Principi 11" f. 258—260).

[1] Antonio Lorenzino. [2] Ioannes Przerempski. [3] Post d. 29. Septembris.

nostram Romae et ubivis gentium fratribus commendatam esse velim in Christo Jesu domino nostro. Petricoviae 10. februarii[a] 1559.

Servus in Christo et filius minimus Pet. Canisius.

Al Reuerendo in Christo padre mio M. Giacomo Laynez Preposito generale della Compagnia di IESV Jn Roma.

Epistulae altera manu eiusdem temporis adnotatum est eam Romae 10. Martii 1559 „receptam" esse.

Haec epistula inter litteras canisianas ex Polonia datas, quae quidem praesto erant, postrema est. Quam qui cum antecedentibus composuerit, facile intelleget *I. Crétineau-Joly* rem exaggerare, cum de Canisio Piotrcoviae versato scribit: „Il prit souvent la parole dans cette assemblée" (Histoire de la Compagnie de Jésus I [4. éd., Tournai 1846], 151). In ipsis regni comitiis Canisium numquam dixisse puto. „Quamvis", inquit *Krasicki*, „itinere quod Canisius in Poloniam susceperat, non effectum esset ut Iesuitae jam eo tempore sedes in Polonia collocarent, tamen ille multum contulisse videtur, ut Polonis Societas admodum probaretur et plures indies in eorum collegium Vindobonam migrarent" (De Societatis Iesu in Polonia primordiis [Berolini 1860] p. 129). Ac recte *Boero:* „Se per le molte dimande di nuove fondazioni [di Collegi], che si facevano da ogni parte in Italia, in Francia e nella Germania, non si potè allora venir così subito alla esecuzione rispetto alla Polonia, han però ben ragione quelle provincie [della Compagnia] di riconoscere per loro fondatore il P. Canisio" (Can. p. 195). Primum in Polonia collegium Societatis conditum est a cardinali Hosio Braunsbergae anno 1564/65. De annis, quibus cetera collegia polonica condita sunt, vide *Alfr. Hamy* S. J., Documents pour servir à l'histoire des domiciles de la Compagnie de Iésus (Paris [1892]) p. 22—24. 94.

335.

FERDINANDUS I.,

electus imperator,

CANISIO.

Augusta Vindelicorum 13. Februarii 1559.

Ex apographo, quod R. P. *Franciscus van Ortroy* S. J. anno 1893 descripsit ex commentario, quod asservatur Vindobonae in archivo aulae caesareae (Fil.), G. C. 25[a]; in margine commentarii scriptum est: „Petro Canisio."

Epistulae summarium posuit *Hopfen* l. c. p. 33[77].

Iterum eum iubet statim Augustam ad comitia venire.

Ferdinandus etc.

Honorabilis religiose devote nobis dilecte.

Superioribus diebus dederamus ad te litteras, quibus abs te clementer ac studiose petieramus, ut, quoniam in hisce comitiis Augustanis nobis opus esset opera ac industria tua, huc te ad festum Circumcisionis Domini ad nos statim conferres[1]. Id quia nondum

[a] febrarii *apogr.*

[1] De his Ferdinandi litteris vide supra p. 336—337.

huc usque factum est non ab [*sic*] re futurum existimavimus si et alteras hasce litteras nostras ad te scriberemus, ex quibus rursus voluntatis ac animi nostri sensum apertius cognosceres.

Et cum dubitaremus ne difficultatem aliquam moveres veniendi absque licentia et commissione Praepositi tui Generalis, propter negocia quae tibi cum Nuntio Apostolico in Polonia exequenda essent, curavimus ut ea res nonnisi iussu ac licentia dicti generalis istius Societatis Praepositi fieret, quemadmodum ex illius scriptis ad te litteris latius intelligere poteris [1]. Ideoque abs te iterum clementer postulamus ut te acceptis his litteris nostris quam primum in viam des, ac quantocius fieri potest iter acceleres. Id si feceris non est quin dubites te expressam ac bene gratam voluntatem nostram exequuturum; clementer erga te recognoscendam. Augustae die XIII Feb. 1559.

Canisium iam aliquot diebus antequam hae litterae ad eum darentur, iter augustanum ingressum esse epistula proxima ostendit.

336.

CANISIUS

BOHEMIS CATHOLICIS.

Praga exeunte Februario 1559.

Ex libro „Notitia Collegij convictorum Societ. Jesu Pragae ad S. Bartholomaeum . . . Scriptore *Wenceslao Czerwenka,* de Wieznovv", decano giczinensi (Pragae 1674), p. 17—19. Czerwenka affirmat (l. c. p. 17) se usum esse „MM. SS. Convictus, quae primus Contubernij illius Regens [P. Ioannes de Victoria? cf. l. c. p. 86] confecit" et „historia M. S. de rebus in Bohemia a Societate Jesu gestis, R. P. Bohuslai Balbini."

Eadem fere refert *Schmidl* l. c. I, 129—130.

Commendat iis, ut pauperes pueros litteris imbuendos curent.

Socii pragenses, hortatore praecipuo Henrico Scribonio, ecclesiae metropolitanae praeposito et archiepiscopatus pragensis administratore, statuerunt adulescentium „pauperum domum excitare" — Czerwenkae verba pono —, „qui litteris exculti, et sacerdotio initiati Ecclesiam Bohemicam in spiritualibus adiuvarent. . . Placuit ante omnia Archiduci Ferdinando Proregi consilium aperire, qui non modo probavit, sed et collaudavit; statimque aliquot juvenes in Collegium P. P. Societatis Jesu adlecti, donec Collegium novum (ita enim vocandum esse tunc decretum erat) constitueretur, inter quos fuere ipsius Archiducis honorarii ephebi, et magni Caesaris Musici, Barones item et Nobiles complures." [2] *Cum autem Canisius 21. [?] Februarii 1559 ex Polonia Pragam*

[1] Vide supra p. 350.

[2] Hi fortasse eo consilio admissi sunt, ut ex eorum opibus aliquid in pauperes redundaret; simile aliquid Lainius in collegio germanico fecerat; cf. Card. *Steinhuber* l. c. I, 47.

advenisset[1], *„intellecto tam salutari consilio, omni quam posset ope, tuendum et adjuvandum sibi sumpsit: ac primum scriptum quoddam confecit de Juvenum cura, quantaeque utilitates inde sperari possent, ostendit. Scriptum hoc nactus Praepositus Henricus, non contentus se id Proceribus Catholicis legisse, suo aere etiam illud vulgari fecit ad populum, ac eo typis edito optimates ad ferenda auxilia perpulit, aliosque tenuiores ad commendationem operis mirifice accendit*[2]. *Curatum postea a Canisio est, ut publicis omnibus locis chartae affigerentur, quae consilium hoc alendae juventutis explicarent: idem in concionibus omnibus publicatum, tantoque omnium motu pietatis gesta res, ut nihil illustrius hoc anno [1559] perfectum a Societate videretur."*

Canisii conatus prospere successerunt: Ferdinandus archidux aliique summi viri pecuniam tum statim dederunt, tum quotannis se daturos promiserunt; Ernestus, Bavariae dux et comes glacensis, octo vel novem pauperes in ea domo alendos in se recepit. Praelati quoque et canonici pragenses rem magno studio adiuverunt; unde factum est, ut ex „novo collegio" illo postea multi viri pietate et doctrina insignes prodirent (*Czerwenka* l. c. p. 19—20. 102—212. *Schmidl* l. c. I, 130—132. *W. Wl. Tomek*, Geschichte der Prager Universität [Prag 1849] p. 168—169).

Sochero (l. c. p. 60) si credimus, etiam anno 1556, cum Societas contubernium nobilium adulescentium Pragae institueret, „praeclari consilii rationes, ab Canisio scripto editas, vulgari ad Catholicos Proceres, et ad populum Henricus Scribonius fecit." At valde dubia haec sunt; nam *Schmidl* (l. c. I, 106—107) prioris huius scripti nullam facit mentionem, ac Socherus initia contubernii illius anno 1556 facta cum initiis „domus pauperum" anno 1559 factis quasi in unum confundit.

337.

CANISIUS

P. HIERONYMO NATALI S. J.,

praepositi generalis pro Germania et Gallia „assistenti".

Ingolstadio 4. Martii 1559.

Ex apographo recenti, quod ex archetypo (Canisius ipse nomen [„Seruo" etc.] subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 54—946 posito, descriptum est.

Exstat etiam alterum apographum, a P. *Iosepho Boero* S. J. sub a. 1860 ex eodem archetypo descriptum et ad loquendi rationem nostrae aetatis accommodatum.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 156. Maiorem partem, compluribus tamen rebus mutatis vel omissis, italice vertit *Boero*, Can. p. 201—203; qua versione usus est *Drews* l. c. p. 91. Partem epistulae polonice versam posuit P. *St. Zalenski* S. J. l. c. p. 172—173.

---

[1] *Czerwenka* eum 28. Februarii, *Schmidl* 19. Februarii eo advenisse scribunt; sed ipse *Canisius* 11. Martii 1559 Lainio scripsit: „Post 20. [diem Februarii] perveni Pragam." Atque 21. Februarii 1559 *aliquis de Societate* Sociis vel vindobonensibus vel romanis scripsit: „R. P. Petrus Canisius 4° idus Februarij Petricouia discedens absolutis iam comitijs, Augustam contendit, ad Comitia" (Ex *„Collectaneis" antiquis, quae sunt in cod. „Aust. Coll. Fund. II." f. 141[a]).

[2] Libelli huius exemplum numquam conspexi.

Quaedam proponit, quae ei aptiora videntur ad iuvandos Polonos, Bohemos, Germanos: Socii magna caritate ad eos quasi descendere debent. „Brachio saeculari“ fides iam non defenditur. Clerus carni servit neque ecclesiae oboedit. Summi momenti est votum, quo Socii servitio sanctae sedis prorsus se obstringunt. Expediet Romae ex variarum nationum viris sodalitatem constitui, quae se pontifici, maxime in septentrione, servituram spondeat. Romae collegium adulescentium polonorum, anglorum etc. condendum. Iuvenes aliqui in domibus pontificis vel cardinalium educandi et postea a pontifice beneficiis patriis ornandi. Inter episcopos septentrionales et romanam curiam bonum commercium instituendum. Iurabit nuntios mittere indigenas et vere apostolicos, ac beneficia „mensibus apostolicis“ in indigenas conferre. Germaniae morbi Romae ignorantur vel non satis curantur. Haeretici catholicis multo diligentiores sunt. Concilium generale et veram reformationem omnes desiderant.

†

Pax Christi Molto Reuerendo in Christo Padre

Al decimo di di Febraro, quando io mi partiua di Petricouia[a], scrissi al nostro Reuerendo P. Generale del stato et fine di quella dieta Polonica. Poi son stato sempre nel camino fin' adesso, senon che me fermai quasi quattro di in Pragha, consolando et aiutando li nostri carissimi Fratelli secondo che si poteua far in così breue tempo, Ringratio al signore eterno, che me ha condutto fin' qua con il mio compagno Padre Domenico sano et saluo, benche non senza grande spese de cochio secondo se usa massime in Polonia et Boemia.

Hor innanzi che io scriua delli nostri Collegij et Fratelli uorria in breue notar dui ò tre punti, li quali mi occorreno circa la peregrinatione polonica et boemica gia passata, acciò la Reuerentia V. sia tanto meglio informata et auuisata di quello che potria esser utile ad li nostri per l' aduenire, Jl primo è che molto bisogna alli nostri in quelli paesi gran spirito per compatire et condescendere ad quelli populi ò seducti gia dalli heretici, ouero che stanno in proximo periculo d' esser corrotti et ingannati, Perche quanto al braccio seculare, che

---

† Pax Christi. Admodum reverende in Christo pater.

Die decimo Februarii, quo Petricovia discessi, R. P. nostro generali scripsi, quid in comitiis illis polonicis actum et quomodo absoluta essent. Postea semper in itinere fui usque ad hunc diem, nisi quod quattuor fere dies Pragae substiti, carissimos fratres nostros consolans et adiuvans, quantum brevissimo illo tempore fieri poterat. Gratias domino aeterno ago, qui me cum socio P. Dominico huc usque sanum et salvum perduxit; quamquam magna pecunia expendenda erat pro curru, uti moris est, maxime in Polonia et in Bohemia.

Antequam autem de collegiis fratribusque nostris scribam, duo triave capita breviter notare velim, quae mihi peregrinationem polonicam et bohemicam iam absolutam consideranti in mentem veniunt; sic enim R. V. melius cognoscet et intelleget, quae nostris in posterum usui esse possint. Ac primum quidem valde necessaria est nostris in illis regionibus magna virtus, qua misereantur et descendant ad populos illos, qui aut seducti iam sunt ab haereticis aut in proximo perversionis et deceptionis discrimine versantur. Nam cum usque adhuc bracchium saeculare ad fidem et religionem catholicam defendendam adhibitum sit, nunc in principibus illius

[a] Pertricouia *apogr. prius.*

si sole fin' adesso adoperare per la defensione della fede et religione catholica, non se uede aiuto et remedio in questi principi, et poi li spirituali non hauendo aiuto de fora, non se possono conseruare nel culto diuino, et mancano notabilmente nell' offitio suo. Commixti sunt inter gentes et haereticos et didicerunt opera eorum[1]. Talmente che li nostri hanno assai da fare non solamente con li seculari, mà etiam con li spirituali et religiosi, uolendo introdur lo spirito, conciosìacosa che oltra la grande inclinatione et usanza comune de seruire alla carne se uede, che li fundamenti della religione massime circa la obedientia della santa sedia, et alli Padri et Concilij tutta uia uanno mancando notabilissimamente[a], et non est qui curet contritionem syon[2],

Per il secondo in questa peregrinatione il Signore mi da ad intendere quanto importi quel uoto spetiale che fa la Compagnia de Jesv alla santa sedia Apostolica, uolendo seruirli intieramente et gratis in ogni loco et tempo senza ogni exceptione et respetto delle forze proprie[3] et confidandose puramente della infinita bontà et uirtù de Jesu Christo capo, pontefece, Re et signor nostro bendetto in secula[4], Et uedendo io che tanto sia espediente et necessario de hauer spetial affettione à defendere la santa sedia in questi extremi tempi (cum ubique uel discessio[5], uel discessionis proxima signa se nobis offerant) Però il signor anchora mi da gran desiderio de poter uedere et collaborare, che in Roma se facessi una Compagnia de tanti

auxilii remediique spes non comparet; praeterea ecclesiastici, aliorum auxilio destituti, cultum divinum conservare non possunt et officium suum valde neglegunt. Commixti sunt inter gentes et haereticos et didicerunt opera eorum[1]. Quare nostri sat magnam operam impendere debent non solum saecularibus, sed etiam ecclesiasticis et religiosis, si disciplinam illic restituere velint; ut enim taceam eos ad corporis voluptates valde inclinatos iisdemque communiter deditos esse, facile apparet religionis fundamenta indies quam maxime decrescere, atque imprimis oboedientiam sanctae sedi et patribus ac conciliis debitam, et non est qui curet contritionem Sion[2].

Deinde in hac peregrinatione dominus mihi ostendit, quanti momenti votum illud speciale sit, quo Societas Iesu sedi apostolicae se obstringit, serviendi eidem integre et gratis omni loco et tempore, nihil excipiendo nec proprias vires ponderando[3], sed solum infinitae confidendo bonitati et virtuti Iesu Christi, capitis et pontificis ac regis dominique nostri, qui sit benedictus in saecula[4]. Ac cum adeo utile ac necessarium esse videam singulare studium sedis apostolicae defendendae extremis hisce temporibus (cum ubique vel discessio[5], vel discessionis proxima signa se nobis offerant), magnopere etiam, domino afflante, testis et adiutor esse cupio societatis

[a] notabilissimanente *apogr. prius.*

[1] Ps. 105, 35. [2] Ier. 6, 14.

[3] Quartum votum „sollemne“ in Societate hoc est: „Insuper promitto specialem obedientiam Summo Pontifici circa missiones; prout in eisdem Litteris Apostolicis et Constitutionibus continetur.“ De quo *S. Ignatius* in Constitutionibus P. 5, c. 3, n. 3; P. 7, c. 1, n. 1. 3. [4] Rom. 9, 5. 2 Cor. 11, 31. [5] Cf. 2 Thess. 2, 3.

homini dotti, nobili et signori che comunmente se trouano in la corte Romana, Dico una compagnia Apostolica, ò delli ueri caualieri di san Pietro[1], la qual compagnia con lo uero spirito di Dio se congregasse de homini de diuerse nationi à quel fine et scopo, che se obligassino de uoler seruire in tanta necessità alla cathedra di san Pietro, maxime quando fussino mandati ò con molti, ò con pochi[a] à queste bande settentrionali per aiutare et coseruare[b] [?] le cose della religione et chiesa santa, non curandosi niente quanto tempo hauessero anchora de star fora et de partire fra li barbari et inimici della fede catholica Et credo per certo, che con questa oblatione farriano un sacrificio gratissimo à Jddio, et anchora che non facessero niente in quelle predette bande con predicare ò in negotiare con li Prencipi, niente di manco il solo esempio et la confessione che facessino con la uita di essere ueri catholici, potria aiutar piu che si crede, et hauerebbe tanto maggior merito, quanto maggior occasione qui se troua di exercitare la fede, la humilita, patientia, charità, obedientia et ogni uirtù.

Hora per arriuar meglio à questo fine pare sarria molto conueniente, che per uia della sua santità, ò delli Jllustrissimi Cardinali se facesse in Roma un Collegio, massime de gioueni et scholari forestieri, come de bohemi, poloni, dani, noruegi, englesi, et simili, li quali al predetto fine fusseno introdutti con ogni dottrina, eloquentia pietà et uirtù. Perche essendo alcuni de loro così bene

---

Romae constituendae virorum doctorum et nobilium ac procerum, quales in curia romana versari solent; sodalitatem dico apostolicam vel verorum equitum S. Petri[1], quae vero Dei instinctu ex variarum nationum hominibus eo animo ac consilio confletur, ut spondeant se cathedrae S. Petri in tanta hac necessitate servituros, imprimis cum in septentrionales has terras sive cum multis sive cum paucis mittantur ad res religionis sanctaeque ecclesiae iuvandas et conservandas, nihil curantes, quamdiu se peregre morari et inter barbaros et fidei catholicae inimicos proficisci oporteat. Et persuasum mihi est hanc eorum oblationem sacrificium fore Deo gratissimum; atque etiamsi forte in regionibus illis nihil efficient contionando vel cum principibus agendo, nihilominus vel solum probae vitae exemplum praebentes et moribus se vere catholicos esse profitentes, plus quam credi potest religionem iuvare poterunt, et tanto plus merebuntur, quanto maior occasio illic praesto erit exercendae fidei, humilitatis, patientiae, caritatis, oboedientiae, virtutis omnis.

Quod quo melius obtineatur, valde utile fuerit Romae per sanctitatem suam vel per illustrissimos cardinales collegium constitui, maxime adulescentium et scholasticorum exterorum: bohemorum, polonorum, danorum, norvegorum, anglorum, similium, qui ad illa praestanda omni doctrina, eloquentia, pietate, virtute instruantur. Quorum cum aliqui ita bonis instituti moribus atque exercitati fuerint,

[a] pchi *ap. prius.* [b] *Sic ap. prius; sed legendum videtur:* conseruare.

---

[1] Pontifices iam olim complures principes „milites S. Petri" creabant. Ordo sive collegium „equitum S. Petri" a Leone X. Romae institutus et a Clemente VII. et Paulo III. confirmatus erat. Canisii tempore haec dignitas fortasse honoris et praemii potius, quam certaminis causa tribuebatur. Ceterum v. de ea *G. Moroni,* Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica LIII (Venezia 1851), 39—40.

costumati et exercitati, molto potria la santa sedia agiutarsi di loro, quando fusseno rimandati al paese, et honorati con alcuni benefitij, et sarria[a] [?] anche[b] molto piu grati alli sui paesani, che spesse uolte li ambassiatori forastieri, che mai forsi sono stati fora in tali paesi, et sono poi riuocati innanzi che imparino bene li costumi et ingegni di queste Prouintie, Veramente penso io, che mai la chiesia hebbe tanto bisogno di questi boni soldati, et è da credere che per mezzo di loro, anchora che fussino pochi, piu frutto si farebbe, che mandando un grosso exercito de soldati contra l' infideli, massime poi che l' heresia è tanto cresciuta et ualente in aquilone, che arma nostra spiritualia magis quam corporalia locum habent.

Per il terzo jo pensaria anchora che fusse de grande importanza de poter condure alcuni gentilhuomini giioueni della nobilità boemica, polonica et germanica, et far alli medesimi alcune carezze, sia appresso la sua santità, ò nelle corte delli Jllustrissimi Cardinali[1], Perche potriano essere così alleuati catholicamente, et imbeuerebbono[c] lo spirito della Chiesa santa. Li parenti loro si contentarebbero anchora piu[d] [?] della Chiesa romana, et potriano facilmente esser proueduti delli benefitij uacanti nel paese in mense apostolico[2], li quali benefitij non uogliono che siano conferiti, senon alli paesani, Oltra questo desideraria per seruitio della santa sedia, che fusse buona correspon-

---

sancta sedes eorum opera multum uti poterit, postquam in patriam remissi et beneficiis aliquot ornati erunt; qui etiam popularibus multo gratiores erunt, quam saepe legati externi sunt, qui fortasse numquam antea in terris illis fuerunt et postea ex iis revocantur, antequam provinciarum illarum mores indolemque bene cognoverint. Ego existimo profecto ecclesiae numquam bonos huiusmodi milites tam necessarios fuisse; per quos, etiamsi pauci erunt, plus effectum iri videtur, quam si magnae militum copiae contra infideles mitterentur, praesertim cum haeresis in septentrione adeo creverit tantamque potentiam consecuta sit, ut potius spiritualibus armis quam corporalibus contra eam dimicandum sit.

Tertio: Mihi etiam magni momenti esse videtur aliquot adulescentes ex nobilitate bohemica, polonica, germanica conduci eosdemque benignius haberi sive apud sanctitatem suam sive in aulis illustrissimorum cardinalium[1]. Ita enim educari poterunt catholice et imbibent sanctae ecclesiae spiritum. Parentes quoque eorum amabunt magis[d] [?] ecclesiam romanam; et ipsi facile beneficiis patriis ornari poterunt quae mensibus apostolicis vacabunt[2]; quae beneficia hic nolunt aliis quam indigenis dari. Praeterea opto et sanctae sedis rationibus conducere censeo, ut harum

---

[a] *In ap. priore hic lacuna est. Legendum videtur:* sarriano. *Ap. alt.:* sarebbero.
[b] an che *ap. prius.* [c] *Decem verba sequentia ex ap. alt. suppleta sunt.*
[d] piu *in ap. alt. non est.*

---

[1] Cardinales tunc in domibus cohortem quandam habebant puerorum nobilium.
[2] In „concordato", quod Fridericus III. imperator anno 1448 cum Nicolao V. fecit, collatio beneficiorum, quae mensibus Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Septembri, Novembri vacare coepissent, ad ternos menses, ac complures aliae collationes sedi apostolicae reservatae sunt: *Io. Bapt. Rigantius,* Commentaria in regulas cancellariae apostolicae Reg. 9, p. 1, § 3, n. 160—199 (tom. II [Coloniae Allobrogum 1751], 87—90). *G. Phillips,* Kirchenrecht V (Regensburg 1857), 525—528.

dentia delli prelati de queste bande con alcuni deputati in Roma, li quali hauesseno spetial cura de aiutar il clero che anche si troua li catholico, accio non se lamentassino così dicendo, Quia negligimur negligimus, Et per questo uolesse Jddio, che piu non si[a] potesseno esser mandati, che fussino operarij utiles in tali et tanta messe, anchora che non hauesseno con seco tante boche, conformandose piu à quel uiuere Apostolico, Hora se uedeno grandissimi scandali nel clero et nelli capi di queste bande, et molto frutto se farria, se fusseno alcuni che uolesseno et potessino aiutare con la uita et dottrina in patientia[1], pur in Roma non si sa niente, ne se prouede doue spesse uolte se potria facilissimamente, ò sia perche non habbiano la informatione de queste bande, ò perche tenghono ogni cosa per desperata, non facendo conto de reliquijs Jsraelis[b][2], et de tante millia de anime le quali se potriano conseruare, si essent qui pascerent in iudicio et ueritate[3],

Pregho il sommo et eterno Pastore, che uoglia excitare nelli soi pastori il uero et debito zelo per liberare tante milia de anime della potesta et Tjrannide di sathanasso, il quale essendo hora et sempre[c] potentissimo in aquilone, unde panditur omne malum[4], va piu et piu innanzi guadagnando et guastando il regno di Christo maxime per uia delli heretici et antichristi, Et costoro seruendo tanto fidelmente al suo capitano, certo ci confondeno nella tepidezza et negligentia nostra, poi che non facemo ne patimo la decima parte

---

regionum praelatis bonum sit commercium cum aliquibus viris Romae delectis, quibus singulariter curae sit clerum, qui adhuc catholicus est, adiuvare, ne hi conquerantur dicentes: Quia neglegimur, neglegimus. Utinam ne igitur in posterum hasce in terras alii mittantur nisi qui sint operarii utiles in tali et tanta messe, licet tam multa ora hiantia secum non adducant, sed apostolicam illam vivendi rationem magis imitentur. Cum maxima scandala in harum regionum clero et capitibus nunc cernantur, multum conducet esse aliquos, qui exemplo et doctrina eos et velint et possint adiuvare in patientia[1]. Verumtamen Romae haec ignorantur, nec remedia adhibentur, ubi saepe adhiberi possunt facillime; id quod vel eo fit, quod de harum regionum rebus istuc scriptum non est, vel eo, quod omnia censent esse desperata negleguntque reliquias Israëlis[2] et tam multa milia animarum, quae ab interitu vindicari possent, si essent, qui eas pascerent in iudicio et veritate[3].

Summum et aeternum pastorem rogo, ut in pastoribus suis verum et debitum excitet studium tot milia animarum a potestate et tyrannide satanae eripiendi, qui, cum nunc et semper potentissimus sit in aquilone, unde panditur omne malum[4], magis magisque progreditur regnumque Christi occupat ac devastat, idque potissimum per haereticos et antichristos. Qui cum duci suo tam fideliter serviant, teporem certe et neglegentiam nostram arguunt; qui Christi fratrumque nostrorum

---

[a] *Sic ap. prius:* ci? in quelle parti *ap. alt.*
[b] Jsrealis *ap. prius.*
[c] *Octo verba sequentia ex apogr. altero suppleta sunt.*

---

[1] Luc. 8, 15. [2] 2 Par. 34, 9. 21. Ier. 6, 9 etc.
[3] Eccli. 45, 12. Zach. 8, 16 etc. [4] Ier. 1, 14; 4, 6 etc.

per l' amor di Christo et del proximo, come fanno et patiscono loro insino alla morte per seruitio del demonio et per l' odio del proximo maxime uerò del Vicario di Christo et successore di san Pietro, Tutti stanno sommamente expettando un Concilio generale (dico delli catholici) et preghano Jddio continuamente che la reformatione della Chiesa se cominci da uero, et che à tante malatie dio mandi li ueri medicini[a] [?] et Padri spirituali innanzi che tutto si perda per speculatores caecos et canes mutos[1] et per eos qui opus domini faciunt negligenter[2]. Deus misereatur nostri et benedicat nobis[3] Amen. Delli fratelli[b] et Collegij nostri scriuero per altro tempo piu diffusamente, Omnia uerò sapientum iudicio submissa sunto. V. Reuerentia se degni de preghare per me et per tutto il stato della Chiesia santa. D' Jngolstat 4 di marzo 1559

Seruo et figliolo in Christo
piedro Canisio.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre il Padre Maestro Geronimo Natale Theologo della Compagnia di Giesu Jn Roma.

Nota: Pleraque ex iis, quae Canisius curiae his litteris commendavit, postea a summis pontificibus (quamquam non semper eadem omnino ratione, quam Canisius proposuerat) praestita sunt: A Pio IV. et Gregorio XIII. instituta congregatio cardinalium rebus Germaniae iuvandis; a Pio IV. incohatum „collegium nobilium"; condita, praeter alia collegia, a Gregorio XIII. collegia graeco-ruthenum et anglicum, a Clemente VIII. collegium Scotorum, ab Urbano VIII. hibernicum, a Clemente XI. academia ecclesiastica; in collegium germanicum recepti non solum plurimi convictores et alumni ex nobilitate germanica et hungarica, sed etiam complures Poloni, Sueci, Dani. Nostra tandem aetate sua propria etiam collegia Romae constituta sunt Polonis a Pio IX., Bohemis a Leone XIII. (*W. E. Schwarz,* Zehn Gutachten etc. [Paderborn 1891], p. XII—XXII. 73—131. Card. *Steinhuber* l. c. I, 64—82. 189—334. 455—456 etc. *Idem* in „Kirchenlexikon" III, 609—646).

---

gratia nec facimus nec patimur vel decimam partem earum rerum, quas ipsi faciunt et patiuntur, vel mortem subire parati, ut daemoni serviant et hominibus noceant, maxime autem vicario Christi et successori sancti Petri. Omnes in maxima sunt exspectatione concilii generalis (de catholicis loquor) et continuo Deum precantur, ut ecclesiae reformatio sincere incohetur, utque Deus iis, qui tam multis morbis laborant, veros medicos et patres animarum mittat, antequam omnia pessumdentur per speculatores caecos et canes mutos[1] et per eos, qui opus domini faciunt neglegenter[2]. Deus misereatur nostri et benedicat nobis[3]. Amen. De fratribus et collegiis nostris alias copiosius scribam. Omnia vero sapientum iudicio submissa sunto. R. V. pro me et pro tota sancta ecclesia Deum precari dignetur. Ingolstadio 4. Martii 1559.

Servus et filius in Christo Petrus Canisius.

† Admodum reverendo in Christo patri, patri magistro Hieronymo Natali, theologo Societatis Iesu. Romae.

---

[a] *Ita ap. prius;* medici? [b] fratlli *ap. prius.*

---

[1] Is. 56, 10. [2] Cf. Ier. 48, 10. [3] Ps. 66, 2.

338.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 11. Martii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 55—872 posito, collatum est.

Particulam posuit *Sacchinus*, Can. p. 157. Quae ex eodem a P. *Petro Hugone* S. J. transcripta est in cod. monac. „Lat. 1606" f. 94[a]. Quae vero in hoc codice sequuntur („Fuit haereticus, Andreas opinor" — „sub aspectum cadunt") nequaquam Canisii verba — id quod Hugo opinabatur — sunt, sed *Sacchini;* cf. eundem, Can. p. 157—158. In eundem errorem lapsi sunt *Giac. Fuligatti* S. J. (Vita del P. Pietro Canisio [Roma 1649] p. 75—76), *Python* (l. c. p. 159—160), *Riess* (l. c. p. 275). Eandem illam particulam posuerunt latine *Python* (minus accurate) l. c. p. 159, italice *Fuligatti* l. c. p. 74—75, gallice *Daurignac* l. c. p. 208—209, germanice *Riess* l. c. et *Janssen* l. c. IV, 409 etc. Epistula usus est etiam *Boero,* Can. p. 203—207.

Canisii iter et domicilium augustanum. Cum proceribus multum temporis in conviviis et colloquiis consumere cogitur. Collegium in Polonia instituendum. Difficile est, in aulis praelatorum italorum degere. Protestantes Sociis et ipsi Canisio horrenda affingunt; sed tanto magis diligendi sunt. Collegium pragense; domus pauperum illic instituetur; ex Oibino molestiae oriuntur. Collegium ingolstadiense laborat; huius rector carthusiam ingressus, sed redire paratus. Iuvenes haud ita facile ad vota Societatis admittendi. Canisius operam navat caesari et episcopis reformationem meditantibus. Contra pontificem a caesare dissidentem etiam catholici „cornua erigunt". Protestantismus in dies crescit. Novus „Index" in Germania neque promulgabitur neque observabitur. Orationes in obitum Caroli V. et Mariae, Angliae reginae, a Sociis habitae.

†

Pax Christi IESV nobiscum Reuerende pater praeposite

Quo die Petricovia discessi, postremas in Polonia scripsi de exitu Comitiorum; die nimirum 10 februarii. Post 20. autem perveni Pragam, ubi exacto quatriduo cum fratribus, intra dies octo Ingolstadium[a] accessi, inde demum Augustam, cum iam praeter spem abiissent P. Lanoyus et Doctor Covillonius, quos nondum ego post reditum vidi[1]. Et Ingolstadii[b] quidem socium itineris P. Dominicum[2] reliqui, quocum incolumis redii; summa summo Deo semper gloria.

Versor interim Augustae non procul ab aedibus Cardinalis, qui me suis cupit fovere sumptibus, iubetque cuncta subministrari mihi et puero Wolphango[c] [?] necessaria. Is Germanus est, ad litteras parum idoneus; Pragae nostris etiam in Collegio molestus, quod obedientiae iugo se admodum aegre accommodaret, quamquam noster esse et dici

[a] Ingostadium *apogr.* [b] Ingostadii *ap.* [c] *Sic ap.;* Wolphgango?

[1] Hi a Ferdinando I. litteris 20. Ianuarii 1559 datis Ingolstadio Augustam venire iussi erant (*O. H. Hopfen,* Kaiser Maximilian II. und der Kompromisskatholizismus [München 1895] p. 33[77]). [2] Menginum.

velit, qui denique ab initio id expetivit, ut mihi in peregrinando minister adesset. Itaque cum negotium nostris facesseret, atque in huius instituti nostri disciplina parum aut nihil proficeret, factus est tandem uoti compos, sic volentibus etiam Pragae fratribus, in ministrando quidem fidus et sedulus: quem si R. P. T. mihi permittendum putabit, utar illius opera, non [ut] velut noster, sed uti famulus adsit, eoque lubentius, quod aegre locum ex nostris aliquis inveniret, si me comitaretur euntem ad istos Magnates, quibuscum et in conviviis et in colloquiis horae multae sunt consumendae. Nostis enim patriae consuetudinem et temporis corruptelam. Dominus Iesus in suam vertat gloriam nostros ubique conatus.

Non repetam de rebus Polonicis nisi duo: alterum expectari a Gnesnensi Archiepiscopo [1] responsum vestrum de fundando statim Collegio, praemissis initio duobus velut eius rei praecursoribus, quos desiderat vehementer. Ego P. Lanoyum eo mittendum saepe iam monui, quem brevi Provincialem in Polonia forte videremus, Christo propitio. Expecto responsum et ego, ut habeam quod optimo Praesuli secundum fidem datam illico scribam. Alterum illud est, difficilem videri provinciam in aulis italicis uersari, multaque perpetienda esse iis, qui Legatis Apostolicis, ut nunc sunt tempora, adiunguntur, ut saepe domi magis quam foris nostri in patientia exerceantur. Quare magno et invicto spiritu instructos esse decet, qui inter aulicos vivunt ita familiariter, etiamsi nihil accederet incommodi in longa et difficili peregrinatione, praesertim ubi ad schismaticos venitur.

Benedictus Deus[a], qui nostros in Polonia, Bohemia et Germania conspicuos reddit, adeoque palam exosos haberi vult apud sectarios, ut nusquam non blasphement in nobis nomen Domini[2]. De me scribunt Lutherani non exigua crimina, quibus obscurent nominis, quam neque capto, neque defendo, auctoritatem[3]. Iesuitarum odio flagrant omnes sectarii; his affingunt horrenda; fortasse a verbis et contumeliis brevi ad flagra et vulnera deventuri. Utinam eos impensius diligamus[b] ob charitatem, quam illi traducunt nos per calumniam: digni sunt certe, qui etiam persequentes amentur propter bhristi sanguinem et amorem, tum quia plerique nescientes peccant[4].

Iam quod ad Pragense Collegium spectat, gratias ago divinae bonitati, quae nostros illic consolatur et tuetur, etsi primordia quidem eius Collegii, ut fit, hactenus aegre procedant, praesertim ob difficultatem proventuum, qui nostris proveniunt ex monasterio Oibinensi. Visum est autem in illo transitu nihil novi admodum moliri, tum quod

[a] Dominus *Sacch.* [b] Vtinam impensius nos diligamus illos *Sacch.*

[1] Ioanne Przerembski. [2] Is. 52, 5. Apoc. 16, 9 etc.

[3] Scribebant, a Canisio Maximilianum regem apud Ferdinandum patrem falso accusatum esse; Canisium a. 1557 Moguntiae cum abbatissa quadam stuprum fecisse etc. V. infra, monum. 155. 136. [4] Cf. Matth. 5, 44. Luc. 23, 34 etc.

Augustam properarem, Caesari satisfacturus, tum quod constitutum esset tempus non multo post festum Paschatis, quando praesente P. Victoria Commissarii exequerentur, quae ad Oibinensium bonorum administrationem nostris commodam spectant. Itaque P. Victoriae scripsi, ut quae apud Caesarem nuper est exorsus, cum Caesaris consiliariis in hoc destinatis absolvat, eoque redeat Pragam. Conveni tamen Archiducem, cui Rectorem Paulum [1] hactenus ignotum, resque alias nostris necessarias commendavi. Inventa est ratio, qua theologica lectio restitueretur; de Logica etiam spem mihi bonam fecerunt. Laborant graviter de redimenda domo, non in nostrorum quidem, sed pauperum gratiam [a]: hoc nomine magnam pecuniae summam pendent, si succedet institutum. Rector suum munus obit egregie, multumque iuvat fratres, communicatis iam huic, iam illi exercitiis spiritualibus. Praecipua difficultas residet in administratione Oibenensis monasterii, quam facile in christo vincemus, mortuo semel decrepito illo sene qui non parum interim nostros exercet cohabitantes [2]. Deinde cum designati, quos dixi, Commissarii paullo post inspicient omnia, et Caesaris nomine iudicabunt, molestiam nostris haud parvam Deo favente auferent. P. Victoriae scribo, ut commode tractet animos, nec statim ea, quae optima iudicat, extorquenda putet; etiam patiendo vincitur, et paulatim itur longius. dominus providebit, nec deseret suos.

De Ingolstadiensi Collegio plura scriberem, si mecum egisset P. Lanoyus, quem hic expecto, et fortasse ad Paschatis usque festum Augustae retinebo, praesertim quod in arduis rebus consilio illius uti habeam, et Hispani simul et Itali tali egeant confessario, sicut et iudicat Cardinalis [3].

Si non scriptum est hactenus de M. Thoma Lentulo, qualem se Ingolstadii et postea se gesserit, faciam ut breui scribat P. Lanoius

---

[a] *Sic, vel:* non nostrorum *etc.* gratia*;* non in nostrorum *etc.* gratia *ap.*

---

[1] Hoffaeum. De Ferdinando archiduce in *litteris historicis „professae domus“ S. J. romanae exeunte a. 1558 datis scribitur: „Religionem catholicam summopere diligit, ac, ut ait, paratus est in eius auxilium sanguinem effundere. Pragensibus nostris familiarissime utitur eorumque protectionem in se suscepit“ (Ex apographo antiquo).

[2] Balthasar Gottschalk unicus in Oybino supererat monachus coelestinus. In *„Historia fundationis Collegij Pragensis“, a. 1588 ex eodem collegio Romam ad Claudium Aquavivam praepositum generalem missa, haec asseruntur: „Per aliquot annos Monasterium [oybinense] a nostris inhabitatum, Cultus Dei peractus, et quicquid ferme pertinebat ad animarum Curam in Pagis Monasterio subiectis (quantum per Zittauienses, et Rusticos Lutheranos licebat) praestitum est. Hoc insuper ipso tempore Fr. Balthasar Monasterij Prior, qui superstes erat una cum nostris in Monasterio mansit, ac praecipuam retinuit gubernationis Iurisdictionem, . . . donec mense Januario 1559. migrante D. Priore Zittauiam, tota Monasterij gubernatio, in spiritualibus et temporalibus P. Hurtado Peretio, tanquam oybinen. Rectori tradita est“ (Cod. „Austr. Fund. III.“ f. 221. Cf. etiam *Schmidl* l. c. I, 132—133).

[3] Hispani et Itali maxime in aula et comitatu Ferdinandi caesaris erant.

quocum deliberare certum est, quid huic collegio congruat maxime. Collabitur scholae institutum, nostri peius quam solent, audiunt; sed remedium spero non defuturum Domino fauente, cum inter nos de omnibus transigemus. Hoc unum addam de M. Thoma, quem Ratisbonae conueni, ubi meum spectabat aduentum, alienum esse factum ab Instituto Carthusiano, cuius cognitas iam in Germania corruptelas exhorret [1], et reditum ad nos pollicetur ut primum a me fuerit reuocatus [2]. Reuocaui Jngolstadium, ubi probabitur animi illius constantia atque sinceritas. Multis cum illo egi priusquam huc permoueretur, ut se nobis restitueret atque permitteret totum. Quod si faciet quod promissit [*sic*], Ingolstadii tamen Rectoris [a] munus nescio quam utiliter et sibi et aliis administrauit [b] [?]. Sed ad tempus illic degere poterit, quoad certius aliquid de illo statuetur. Pragae requirunt fortes christi milites [3]. Dominus suggeret consilia ut spero, salutaria.

Hic uenit in mentem (loquor expertus) permagni referre ut Germani non ita cito ad edenda Societati [c] [?] uota admittantur. plures audiui, qui dicant saepe displicuisse quod uouerint, aut quod non magis premeditate et prudenter uouerint, tum rejiciunt non obscure culpam in eos, qui ad uouendum pellexere, aut inuitarunt cum aliqua authoritate. Scio cautum esse nostris constitutionib. ne id fiat: tantum ut fiat diligenter quod par est rogo, alioquin [d] perpetua quaedam lucta his manet cum jugo obedientiae praesertim si qui naturam ferociorem adferunt, et spiritu uacant [4].

. . . . .

[a] Retori *apogr.* [b] *Sic ap.; sed malim legere:* administrabit.
[c] *Sic ap.; sed legendum videtur:* Societatis. [d] aliquin *ap.*

[1] Verbo „Germania“ hic, ut mihi videtur, Germania superior significatur; quam loquendi rationem non solum Canisius (e. g. supra p. 349), sed etiam Polancus in litteris ad Canisium datis (vide e. g. Polanci epistulas 30. Maii, 25. et 28. Augusti, 14. Octobris [ep. altera] 1559 datas) sequebatur. Certe saeculo XVI. ordo carthusianus in Germania inferiore pulcherrimos proferebat flores virtutum (vide e. g. *Can.* Epp. I, 36—37. 122—123 etc.). Ceterum facile fieri poterat, ut Lentulus, cum longe maioris sanctitatis, quam quae in Societate Iesu esset, inveniendae spe carthusiam aliquam ingressus disciplinam religiosam illic a primaevo rigore nonnihil degenerasse videret, „corruptelas“ in ea re cerneret „exhorrendas“.

[2] Ex his verbis colligitur, quod usque adhuc incognitum erat: Thomam Lentulum, collegii ingolstadiensis primum rectorem, Ingolstadio discessisse, ut ordinem carthusianum ingrederetur. Interdixerat quidem Paulus III. litteris apostolicis 18. Octobris 1549 datis, ne quis votis sive sollemnibus sive simplicibus tantum in Societate nuncupatis ad alium ordinem religiosum transiret nisi praepositi generalis vel sanctae sedis permissu; sed carthusianum ordinem ab hac prohibitione perspicuis verbis exceperat. Quae Pius IV. anno 1561 confirmavit (*Institutum* Societatis Iesu I, 209. 663. *Synopsis* Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu 1540—1605 [Florentiae 1887] p. 27—28). *Agricola* (l. c. Dec. 2, n. 132) scribit Lentulum „valetudinis causa locum mutare coactum esse“. [3] 2 Tim. 2, 3.

[4] *S. Ignatius* monuit, ne, qui sacra „exercitia“ alteri traderet, eum ad religiosam vitam capessendam hortaretur (Liber Exercitiorum, adnot. 15). Idem ipsis

Constituerat Cardinalis [1] mihi concionandi munus imponere [2]; postea visum est, satius fore, si ad Episcoporum animos commode tractandos me totum converterem. Imperator ad causam religionis tractandam me potissimum evocavit [3]: in ea nihil experimur difficilius, quam hoc inter Pontificem et Caesarem dissidium [4]. Nec videmus tollendi huius dissidii remedium; ad Principes relata res est; ex his Electores Moguntinus [5] et Trevirensis [6] adsunt; Coloniensis [7] propediem expectatur. Accedunt Archiepiscopus Salisburgensis [8] et Bavariae Princeps: reliqui desiderantur.

Ad discessionem quam multi, Deus bone, inclinant; nec desunt ex catholicis (Praelatos excipio), qui et cogitent et spargant de armis adversus Pontificem suscipiendis. Eriguntur cornua, quod non sine dolore dixerim, adversus sanctam Sedem: Velut sat negotii non sit cum Turcis et Haereticis. Qua in re per Christum rogo, ut Patres et fratres omnes Dei misericordiam pro Germanis et Imperio saepe et multum implorent, hosque conatus Sathanae impediant.

Nunc ad Reformationis causam Archiepiscopi animum adiecerunt [9]. Cardinalis meam hic operam praecipue necessariam putat. De successu eorum quae obtigerint, scribam. Satis coniunctos experimur animos in religione defendenda: sed desunt interim summis illis Germaniae antistitibus (quod ipsi quoque fatentur) consiliarii et theologi. Excreverunt zizania, suffocatur triticum [10], abundat iniquitas [11], fides vix apud paucos manet, qui velint et ausint et possint se murum opponere pro domo Israel [12]. Hoc vero Episcopos desperantes reddit. Hostes religionis vident, sentiunt et pati coguntur sacrilegos; nec est Rex in Israel [13]; magis ac magis grassantur in dies haeretici.

Societatis „Constitutionibus“ praemisit „Examen“, in quo summarie, quid Societas spectet et quae onera in ea subeunda sint, comprehenditur; quod „Examen“ omnibus Societatem ingredi volentibus proponi iussit. Praeterea statuit: Neminem ad vota facienda ullo modo compellendum esse ante absolutum biennium; sexto quoque huius biennii mense litteras apostolicas et regulas Societatis a noviciis legendas esse; si quis autem „sponte ex sua devotione“ ante expletum biennium vota nuncupare vellet, conveniens esse, ut sine superioris facultate id non faceret; nec tamen quemquam propter haec „vota devotionis“ ante usitatum tempus ad professionem admitti vel pro „scholastico approbato“ haberi etc. (Ex. c. 1, n. 12. 13 et decl. A. E.; Constitt. P. 3, c. 1, decl. T). [1] Augustanus.

[2] Ioannes Fabri O. Pr., ecclesiae cathedralis augustanae contionator, 27. Februarii 1558 Augustae mortuus erat.

[3] Rei gestae modum certe excedit *Boero*, cum de Ferdinando I. scribit: „Si abbandonò interamente nelle mani del servo di Dio [Pietro Canisio], lui consultando in ogni affare più dilicato, e a lui rimettendo l' esame e il giudizio delle materie da proporsi e ventilarsi nella dieta“ (Canisio p. 207). [4] V. supra p. 226[3].

[5] Daniel Brendel de Homburg. [6] Ioannes a Petra (von der Leyen).

[7] Ioannes Gebhardus de Mansfeld. [8] Michaël a Küenburg.

[9] De deliberationibus, quas episcoporum procuratores hac de re, praeside Iulio Pflugio episcopo naumburgensi, habuerunt, scripsit *Bucholtz* l. c. VII, 423—441.

[10] Cf. Matth. 13, 3—30. Marc. 4, 3—20 etc.

[11] Matth. 24, 12. [12] Ez. 13, 5. [13] Iud. 17, 6; 18, 1.

Tantum scire velim, liceatne quicquam polliceri, si nostros ad Collegium petant. O miseram Germaniam!

Cathalogus de libris Romae prohibitis huc pervenit [1]; qui maxime catholici videbantur, severum iudicium improbare audent; non video a Germanis impetrari posse, quantum illic exigitur. Idem erit negotii cum Bohemis et Polonis; tum in Italia bibliopolae omnes reclamare dicuntur. Ego quid nostris faciundum sit, scire velim: publicatio Cathalogi facta non est, nec fiet, opinor, unquam apud Germanos, sicut neque Bullae de Caena Domini [2].

Habuit P. Lanoyus orationem hic funebrem in mortem Reginae Anglicanae; ab omnibus praedicatur dictio et declamator [a] [?] [3]. Caesar duas orationes alias in Carolum et Mariam a nostris compositas Ingolstadio iubet adferri.

Accepi scripta Romae ad 10. februarii cum quadrimestribus: Christo gratia. Indianas vero desideramus. Venit et cum tribus fratrib. Ludovicus [4] incolumis. Conferam cum P. Lanoyo brevi, ut Pragam aut alio illi mittantur. Dominus Iesus in suam gloriam nos gubernet. De aliis post dies octo. Cupio me sacrificiis et precibus Patrum unice commendari Deo. Augustae 11. martii 1559.

Servus in Christo P. Canisius

Al mio molto Reuerendo in Christo Padre M. Giacomo Laynez Preposito Generale della Compagnia de IESV Jn Roma.

339.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,
praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 28. Martii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 56—822 posito, collatum est.

[a] *Sic ap.; sed malim legere:* declamatio.

[1] Catalogum hunc sive „indicem" Paulus IV., excommunicatione aliisque poenis propositis, Romae ineunte a. 1559 promulgaverat. Eodem fere tempore omnes facultates legendi libros prohibitos quibusvis, etiam episcopis, regibus etc., concessas (exceptis inquisitoribus generalibus et aliquibus cardinalibus) aboleverat (*Fr. Zaccaria,* Storia polemica delle proibizioni de' libri [Roma 1777] p. 146—147. *Fr. H. Reusch,* Der Index I [Bonn 1883], 258—294. *August. Arndt* S. J., De libris prohibitis commentarii [Ratisbonae 1895] p. 71—72). [2] Cf. *Can.* Epp. I, 253[3]. 310.

[3] In hisce comitiis parentalia facta sunt non solum Carolo V., 21. Septembris 1558 in monasterio S. Iusti defuncto, sed etiam (2. et 3. Martii 1559) sorori eius Mariae, Ludovici II. Hungariae et Bohemiae regis viduae, et Mariae, Angliae reginae, quae Philippi II., Hispaniae regis, uxor fuerat; utraque enim Maria anno 1558 haud multo post Carolum V. obierat (*Mart. Crusius* [† 1607], Annales suevici P. 3, l. 12, c. 5, in versione germanica a Io. Iac. Moser vulgata [Martin Crusii Schwäbische Chronick, Franckfurt 1733] Vol. 2, p. 295. *Corbin. Khamm* O. S. B., Hierarchia Augustana 1 [Augustae 1709], 352). [4] Gerardus Flander; v. supra p. 349[4].

Epistula usi sunt: *Sacchinus*, Can. p. 158—162. *Boero*, Can. p. 206—210. Card. *Steinhuber* l. c. I, 46—47.

Confessiones Augustae a Sociis exceptae. Canisii contiones. Expedit Societatem Augustae sedem habere. Cum Canisio de contionatoris officio suscipiendo agere coeperunt. Cardinalis Sociis maxime addictus. Canisius stipem collegit pro domo in usum pauperum scholasticorum conducenda et collegium germanicum proceribus commendarit. Episcopi quidam haud satis diligentes sunt. Societas etiam catholicis non bonis irrisa est. Dissidium inter caesarem et pontificem ortum catholicis maxime displicet. „Index" iis „petra scandali" est; quid agendum? Franciscus Turrianus. Theodorus Lyndanus. Theologiae compendium conscribendum. Minus sagaces breviore ratione ad sacerdotium praeparandi. Canisius Ingolstadium petet. Num Austriae archiduci Elisabetham Angliae reginam ducturo aliquis de Societate concedendus?

Pax Christi IESV nobiscum Reuerende Pater

Litteras die 4 martii datas bis[a] [?] accepi, et cum his alias ad P. Victoriam scriptas, praesertim de Doc. Schorichio[1], quem spero una cum fratre meo brevi adfuturum, ut Coloniam petant, comitati etiam forte a Philippo[2] fratre. Multis hic diebus egit P. Lanoius, et hucusque confessionibus audiendis operam dedit[3], fuitque necessarius plane curandis atque consolandis Hispanorum, Italorum et Gallorum conscientiis. Denique quia solus huic perferendo oneri sufficere non potuit, accitus venit P. Covillonius, et postremis hebdomadae sanctae diebus plurimos etiam Deo et Ecclesiae reconciliavit. Ego tribus diebus quatuor habui conciones[4] de Christi Passione, pluresque solito auditores accessisse dicuntur. Habita est insuper oratio a P. Lanoio quae ex more instituitur post caeremoniam de lotione pedum, nimirum ad diem Caenae Domini. Audivi et ego confitentem mihi Comitem de Luna, Hispanum Regis Philippi modo Legatum[5] et alios nonnullos. At P. Lanoius medicum egit sedulum in aulis Principum et nobilium Ferrarientium[b] [?], Florentinorum, Venetorum, Genuensium etc. Benedictus dominus, qui operariis suis noluit deesse messem, et in ea consolationem ac utilitatem attulit spiritualem.

Existimamus autem magnopere profuturum, si domus quaedam nostris Augustae constituatur, tum quod frequens exterorum hic se offerat copia, qui nostra uti opera commodius possint, quam in ulla Germaniae civitate, tum quod sectarii hoc loco facilius ferant catholicos, et hi non parum nobis fructus[c] in domino polliceantur. Quamobrem Cardinalis quidem huc scripsit (est enim Dilingae, sed propediem rediturus) ut perpetuum in Episcopali habitatione domicilium retineamus; et nunc ego quidem illic habito; iussitque praeterea, ut nihil nobis deesse oeconomus patiatur. Tum Canonici per Decanum[6]

---

[a] *Sic ap.;* hic? hodie? [b] *Sic ap.; sed legendum videtur:* Ferrariensium.
[c] *Vel:* non parum nobis fructuum *vel:* non parvum nobis fructum*;* non parum nobis fructum *apogr.*

---

[1] P. Petro Schorich. [2] Lotharingo. [3] Pascha fuerat 26. Martii.
[4] De his v. infra, monum. 161. [5] Claudium Quignonum (Quiñones).
[6] Christophorum a Freyberg.

mecum agere caeperunt de concionandi munere suscipiendo, talique domicilio assignando, ubi tres vel quatuor sustentari e nostris facile posse videantur. Scribet autem P. Lanoius, quid ipsi de re tota videatur. Cras adibo Cardinalem, et cum illo plura super hoc negotio conferam. Deus in suam gloriam prosperet institutum. Est interim addictus ita mihi Cardinalis, ut decorem prorsus negligere videatur, velitque per omnia nostro vivere arbitratu. Humilitatem adfert singularem, et de se ipso reformando serio cogitat, maxime cum Archiepiscopos frigere prorsus, nihilque dignum in his tantis tenebris et aerumnis meditari animadvertit. Oremus pro hoc patrono nostro christum dominum, qui praeclara illius vota provehat, et perficiat in Germaniae utilitatem. De nobis quidem et potest [et] vult ille bene mereri; sed nondum est aere alieno liberatus [1].

Accessi ad Archiepiscopos et Episcopos, qui sunt in Comitiis [2]; oravi pro conducenda domo in usum pauperum scholasticorum, qui sunt hic fere ducenti in schola Cathedralis Ecclesiae, habentque catholicum et bonum admodum praeceptorem, amicum nostrum non vulgarem. Cives enim et hospites Lutherani catholicam institutionem illam multis modis depravant et perturbant, multaque consequuntur [a] incommoda ex vaga et perpetua illa mendicitate. Speramus non defuturas eleemosynas bonorum et divitum, ut communis quaedam habitatio, et illa certis ornata legibus constituatur.

Deinde caeptum est agi de Germanis, qui Romae nostrorum opera iuvantur, bonamque spem praebuit mihi Archiepiscopus Moguntinus [3], missurum se aliquot in hoc Collegium adolescentes: de sumptibus annuis qui singulis tribuuntur, non habebam quod responderem rogatus. Vereor ne deterreantur magnitudine sumptuum, quia Romae care vivitur; velim scire tamen, quid sit quotannis pro quolibet numerandum in universum [4]. Et Caesarem admonui hesterno die, ut viam hanc reformandae Germaniae in primis commodam, praesentibus Praelatis comprobaret. Quaerunt ex me libenter isti, qua ratione succurrendum sit Germanicis Ecclesiis. Video alienos esse ab asperioribus, id est ordinariis remediis; torporem insuperabilem, diffidentiam miserandam animadverto: non puto magna illis inculcanda, qui minima praestare aut non audent, aut non cogitant unquam. Itaque de scholis erigendis ago libentius: nostros video minus gratos esse ob insignem, qua laboramus, invidiam, tum quia non haeretici solum, sed etiam catholici non boni nos metuunt in Germania. Deinde sumptuum magni-

[a] consecuntur *apogr.*

[1] Cf. supra p. 191[7]. 228—231.

[2] Praeter cardinalem Ottonem et archiepiscopos moguntinum, treverensem, salisburgensem (de quibus supra p. 376) his comitiis intererant Fridericus a Wirsberg episcopus herbipolensis, Ludovicus Madrutius episcopus confirmatus tridentinus, Iulius Pflugius episcopus naumburgensis (*Häberlin* l. c. IV, 4). [3] Daniel Brendel.

[4] Vide, quae Lainius hac de re rescripsit per Polancum 15. Aprilis 1559.

tudo deterret istos, cum cogitant de Collegio constituendo: duos aut tres mitti postulant, nec facile credunt Germani exteris non probatis; denique male sibi conscii ob quotidianum luxum et crapulam, minus amant sectantes contraria studia, et medicinam ab aliis petunt. Archiepiscopus tamen Salisburgensis[1] de Collegio nobis assignando cogitat; sed nondum ad conditiones ventum est. De his alias quaedam certiora scribentur. Dominus Germaniae videtur iratus maxime, cum pastores istos tribuit, neque mittit alios operarios.

Speramus viaticum aliquod colligi posse, quod Germanis isthuc mittendis inserviat; nonnulli suam operam hic pollicentur. Visum est autem pro nostris hoc tempore nihil esse petendum, tum quod in tribuendo difficiles et insueti sunt Germani, si cum Hispanis quidem et Italis conferantur; tum quod fugienda sit suspicio, ne potius nostra, quam communia quaerere videamur. Et huius sententiae fuit P. Lanoius, qui addebat, ob Romanis infensos istorum animos nunc intempestive nos petituros, adeo perturbavit et concitavit etiam bonos dissidium, quod Pontifici cum Caesare intercessit, nec spes apparet aut venturi huc ex Urbe Legati, aut mutuae reconciliationis. Quae res quantum catholicis displiceat, praesertim in Germania, Bohemia, Polonia, quantumque placeat adversariis, sit difficile dictu. Accedit durities Cathalogi[2], ut isti interpretantur, intollerabilis; nec videmus obtineri posse, quod praescriptum est: meliores putant, quandiu lex ista prohibens publicata non sit Germanis, minus metuendam eam esse[3]. Itaque p e t r a m s c a n d a l i[4] dixeris; de Venetis ferunt, ne illos quidem in hoc decreto acquiescere[a]. Itaque videmus obedientiam hoc tempore maxime desiderari. Cupio interim nosse quid agendum sit cum his, quibus legem hanc Pontificis non possumus, etsi catholici maxime videantur, comprobare, aut qui detrectant vetitos libros abiicere, cum hi nobis etiam confitentur; et sintne[b] [?] pro excommunicatis[c] habendi et vitandi, qui palam detrectant hic obedientiam praestare[5].

Credo isthic adesse D. Franciscum Torrensem Hispanum[6]. Cupit illum Caesar euocare in suam aulam, ut doctum theologum, cuius opera in scribendo ac iudicando sacra nonnumquam utatur, apud se habeat; idque mea factum est suggestione. Quo si quis alius esset ad eam rem commodus et iuvandae Germaniae studiosus, non deerunt honesti sumptus, unde foveatur. Certi aliquid expecto: dictum D. Franciscum calamo disertum et doctrina praeditum, quantum in Germania sit satis, maxime desidero. Litteras deinde Caesaris et viaticum cito mittemus, si conditionem velit suscipere; certe magnam reperiet occasionem Ecclesiae inserviendi et haereticos erudiendi, cum sit homo variae lectionis.

---

[a] aquiescere *ap.* [b] *Vel:* et num sint*;* et sint *ap.* [c] excomunicatis *ap.*

---

[1] Michaël a Küenburg. [2] Indicis; v. supra p. 377[1].
[3] Vide, quae de hac re scribuntur infra, monum. 207. [4] Is. 8, 14 etc.
[5] V. infra p. 387—388. [6] V. supra p. 297[2].

Egi cum Cardinali nostro de M. Theodoro [1]. Nolim eum huc[a] [?] aulae turbis et periculis statim obiici. Responsum est, ut illum euocarem: de viatico curabit D. Antonius [2] procurator isthic Cardinalis. Itaque licebit illum Germanis restituere; serviet primum Cardinali ad privatas forte lectiones, deinde opinor in Collegio Dilingensi, ubi linguae Germanicae usum facile sibi comparaverit.

Illud mihi perplacuit, quod P. Victoriae scriptum est, consultari de theologiae Compendio, ut ad Scholasticam non habiles prorsus breui tempore ad eam perducerentur conditionem, quae maxime Germanis sufficere possit. Utinam hoc demum perficiatur; nostrorum plerosque iuvabimus, et minus etiam laborabimus summa hac penuria operariorum Christi. Ingens opus R. D. Praepositi in compendium etiam redigi posset [3]; quod si isthic fieri a nullo potest, in Germania nobis qui id tentent, non sunt sane defuturi. Rogo igitur: ut methodus omnino adhibeatur in docendo, duplexque classis constituatur auditorum theologiae, qui ab initio probati, si acutiores erunt, ad integrum professionis illius corpus absolvendum, sin hebetiores, ad methodum capessendam recipiantur [4].

Nunc ego Dilingam, sic volente Cardinali, inde Ingolstadium ad res scholae aliasque constituendas cum fratribus proficiscor. Caesar permisit abitum, sed imposito interim onere scripta quaedam iudicandi. Redibo postea, Deo duce, huc, et, ut spero, concludam de domo, quae nostris manere debeat perpetua, si modo P. V. consentiat, ut ab initio saltem Ecclesiastes Augustanus habear; hoc enim praetextu videmur uti debere, inde confici alia commode poterunt; nec negabit, opinor, Caesar, ut hanc suscipiam provinciam. Adiungam facile mihi quempiam e nostris, qui suppleat vices in concionando, si quandoque sit alio proficiscendum. Possit hic velut residentia esse ordinaria Praepositi Provincialis, velut in meditullio[b] Germaniae. Sed expectabo responsum.

Illud addam postremo de regno Angliae, cui sponsus destinari videtur unus filiorum Caesaris, qui ducat Reginam male Catholicam [5]. Quod si fiat, et nostra etiam praesentia expetatur, ut cum Rege futuro

---

[a] *Sic ap.;* hic? huius? [b] *Vel:* medullio; medullitio *ap.*

---

[1] Lyndano; v. supra p. 357. [2] Lorenzino. [3] V. supra p. 213[5].

[4] In „Ratione studiorum Societatis Iesu", anno 1599 promulgata, sancitum est, ut, qui ad longiorem cursum theologiae (4—6 annis absolvendum) minus idonei essent, biennio „casibus conscientiae" vel breviori cuidam theologiae operam darent (Ratio Studiorum: Regulae Provincialis n. 12. 19, § 4, et Regulae Professoris casuum conscientiae n. 2 [*Institutum* Societatis Iesu III, 159. 161. 188. *Pachtler*, Ratio Studiorum II, 246. 240. 324]). Postea biennium hoc fere conversum est in triennium.

[5] His annis de Elisabetha regina a Ferdinando archiduce Austriae vel a fratre eius Carolo, qui inter Ferdinandi I. filios natu minimus erat, uxore ducenda agebatur; vide infra, monum. 167. Ferdinandus imperator archiduci illi confessarium et contionatorem prospiciebat (*Colección* de documentos inéditos para la Historia de España XCVIII [Madrid 1891], 104).

nostrum aliquis eo proficiscatur, sitne Caesari gratificandum, maxime cum ad uxoris conuersionem respectus habendus sit[a] [?] postulo.

Dominus JESVS in suam gloriam nostros conatus perpetuo vertat. Amen. Augustae 28. martii 1559.

Servus in Christo P. Canisius.

Lainius Canisio per Polancum secretarium rescripsit 15. Aprilis 1559.

340.

CANISIUS EVERARDO DE HÜRNHEIM,

episcopo eystettensi et romani imperii principi [1].

Ingolstadio 4. Aprilis 1559.

Ex autographo (2°; 1½ pp.; in p. 4. inscr. et reliquiae sig.), quod est Eystadii in archivo curiae episcopalis.

Epistulam primus evulgavit *Io. Ge. Suttner* in „Pastoral-Blatt des Bisthums Eichstätt" 12. Jahrg. (Eichstätt 1865), p. 116.

Episcopum rogat, ut aliquem e professoribus universitatis in promotione Socii cuiusdam vices vicecancellarii absentis gerere iubeat, et ut Sociis ad prandium professoribus parandum carnem ferinam mittat.

†

Pax Christi JESV nobiscum aeterna.

Reuerendissime in Christo Pater,

Ante dies non ita multos ex Polonia redij, ut Caesari me huc reuocanti facerem satis. Ex Augusta uero[b] ad Collegium hoc secessi, fratres in Christo meos inuisurus. Visum est interim e rep. fore, si nonnulli e nostris, qui haud parum in sacris studijs profecerunt, aliquam honoris et promotionis publicae partem consequerentur: nimirum vt accedente gymnasij huius[2] authoritate, ad docendi quoque et in dominica vinea laborandi munus ex professo adlegerentur. Inter alios uero M. Theodorus Pelletarius[c] [3] existit, Professor idem multo iam

[a] habendus erit? habeatur? *Apogr.:* habenda.
[b] *Sequitur:* huc, *a Canisio ipso oblitteratum.* [c] *Vide infra, adnot. 3.*

[1] Everardus de Hürnheim (Hirnheim), e nobili Raetiae familia ortus, canonicus et postea (1552—1560) episcopus eystettensis, atque ecclesiae metropolitanae salisburgensis praepositus et archidiaconus fuit. Breviarium eystettense ab eo reformatum esse asserit *Iac. Gretserus* S. J. (Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX Episcopi de eiusdem ecclesiae divis tutelaribus [Ingolstadii 1617] p. 530—531). Quo tempore Canisius haec scripsit, Everardus aegrotus ac caecus morabatur in arce sua willibaldiana (Willibaldsburg) prope Eystadium sita; die 4. Iulii eiusdem anni vita cessit. [2] Universitatis ingolstadiensis.

[3] Lapsu quodam calami vel memoriae Canisius sic scripsit; certum enim est ei „M. Theodorus Peltanus" scribendum fuisse (*Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 12a.

tempore publicus Graecarum et Hebraicarum literarum, qui simul S. Theologiae Baccalaureum agit. Eum nunc in hac professione sacra progredi cupimus, dignumque arbitramur, qui Licentiatis eiusdem ordinis adscribatur. Quare primo quoque tempore Doct. Theologis se offeret examinandum[a], eaque praestabit omnia, quae huius gradus uel honoris candidati praestare consueuerunt. Hoc vnum in mora est, Reuerendum D. Doc. Theandrum Reuerendissimae Cels. V. Vicecancellarium domo abesse[1], quia Visitationi Episcopali, ut notum est, coram dat operam[2]. Huius autem vicem facile supplebit Reuerendus D. D. Michael Wagener [*sic*][3], etsi nunc sit ualetudinarius, qui si nec ipse possit Vicecancellarium nobis agere, maiorem in modum rogamus, vt munus hoc ad Clariss. D. Doc. V. I. Franciscum Zoanettum deferatur[4]: nimirum vt saltem alter illorum hunc nobis Licentiatum creare et promouere possit. Ea re nihil nobis effecerit gratius amplitudo V. Reuerendissima, quam vtinam adire commode possem; certe illi me fratresque meos reuerenter et sedulo commendarem.

Etsi uero nostrae consuetudinis non sit, ab alijs quicquam accipere uel petere, nisi quod Patroni ad sustentationem necessariam largiuntur[b], tamen quoniam Professores omnes academiae huius sunt ad prandium inuitandi, hoc solum adijciam, quod necessitas postulat: nimirum talibus hospitibus non ingratum, et nobis percommodum, Celsitudine autem

---

[a] ad examinandum *Suttner*. [b] largiantur *S*.

Agricola l. c. I, Dec. 2, n. 126). Theodorus Antonii, vulgo „Peltanus" (ex Neerpelt vel Overpelt [uterque vicus nunc ad regnum belgicum pertinet] ortus?), a *Cornelio Loos* vocatur „vir in utraque lingua, Latina et Graeca absolute doctus: vt hanc non minus atque illam perfecte et promptissime sonet . . . in sacris aeque profunde eruditus" (Illustrium Germaniae Scriptorum Catalogus [Moguntiae 1581] f. N 4[b]—N 5[a]). Adulescens sutrinam fecisse fertur. Die 4. Iunii 1549 universitatis coloniensis albo inscriptus est (*Hansen* l. c. p. 157[1]). Ex **catalogo* collegii ingolstadiensis sub annum 1565 (quo tempore Peltanus illic degebat) conscripto intellegitur eum, votis simplicibus anno 1550 factis, in collegium romanum et inde anno 1552 in collegium neapolitanum missum, per quattuor annos litteras latinas, graecas, hebraicas docuisse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 373[a]). Anno 1556 cum primis Sociis Ingolstadium missus, graecam et hebraicam linguam docuit; anno 1559 in collegium monacense, anno 1562 iterum Ingolstadium missus, ibidem theologiam usque ad annum 1572 tradidit; obiit Augustae Vindelicorum anno 1584. Praeter tractatus theologicos, quibus catholicam veritatem acriter defendit, haud pauca graecorum patrum scripta edidit et latine vertit (*Agricola* l. c. I, Dec. 5, n. 185—186. *Mederer* l. c. II, 6—7). De eius scriptis vide *Hurter* l. c. II, 64—65 et *Sommervogel*, Bibl. VI, 458—466.

[1] Episcopi eystettenses in universitate ingolstadiensi officium „cancellarii" habebant. Cancellarii autem vel vicecancellarii operam intercedere necesse erat, cum gradus academici conferendi essent. Cf. Cartas de *San Ignacio* II, 565.

[2] Georgius Theander, theologiae professor, 1. Ianuarii 1559 iussus erat visitationi, in ea Bavariae parte, quae ad dioecesim ratisbonensem pertinebat, habendae cum aliis quibusdam ducis nomine interesse (*Knöpfler* l. c. p. 45[1]).

[3] De Michaële Wagner, theologiae professore, vide supra p. 4[5].

[4] De hoc iuris professore vide *Can.* Epp. I, 335[2].

V. Reuerendissima dignissimum fore, si ferinae aliquid ad dominicum diem [1] huc transmittatur. Jdque rogare ausus non essem, nisi perspecta mihi esset singularis quaedam in nos clementia, et humanitas amplitudinis V. Jllustrissimae, cui nos per omnia commendamus[a].

Postremo etiam atque etiam rogamus, vt literae de Vicecancellario substituendo quamprimum expediri curentur: cupimus enim sabbatino die promotionem celebrari, dominico autem sequente unus e nostris Deo Opt. Max. sacerdotij sui primitias offeret [2]. CHRISTVS Dominus Reuerendissimam Cel. V. nobis et Ecclesiae suae incolumem diu conseruet Amen. Jngolstadij 4 Aprilis. 1559.

Seruus in Christo Pet. Canisius
de societate JESV doc. Theologus.

† Reuerendissimo in Christo patri et Jllustrissimo Principi, Domino Episcopo Eistettensi, Patrono clementiss.[b]

Inscriptioni altera manu eiusdem temporis adnotatum est: „Praesentatae .5. Aprillis Anno 1559."

Vicecancellarii substitutionem, quae his litteris petebatur, obtentam esse ostendunt Canisii litterae ad Lainium datae 15. Aprilis 1559.

341.

P. IOANNES DE POLANCO,

Societatis Iesu secretarius,

nomine Iacobi Lainii praepositi generalis

CANISIO.

Roma 15. Aprilis 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, a *Polanco* ipso scripto; initio epistulae in margine adnotatum est: „Padre Canisio". Cod. „Germ. 1559" f. 1[a]—2[a].

Particulam epistulae, latine olim versam, edidit *F. H. Reusch*, Zeitschrift für Kirchengeschichte (vide supra p. 32) XV, 101.

Lainius, instante cardinali augustano, domicilium Societati Augustae oblatum admittit. Canisius munus contionatoris in summo templo gratis administrare debet, nulla admissa mercede. Aliquis de Societate confessionibus Augustae excipiendis destinandus est. Pecunia, quae in collegio germanico pro alimentis, vestitu etc. solvenda est. Aliqui gratis illic ali possunt. Ioannes Gössl convictor. Proceres adducendi, ut educandos curent sacerdotii candidatos. Facultates aliaque, quae ad „Indicem" spectant. Theodorus Lyndanus. Compendia pro scholasticis. Aliquis de Societate archiduci Elisabetham Angliae reginam uxorem ducturo concedendus. Collegium ingolstadiense templo augendum. Mors Henrici Schweickeri.

---

[a] recommendamus *S.* [b] *S. om. inscriptionem.*

---

[1] Diem 9. Aprilis.

[2] Canisius Lainio 15. Aprilis 1559 scribit, „Guilhelmum qui Vienna missus fuerat", primitias tunc obtulisse; Guilielmum Elderen significare videtur, de quo plura postea dicentur.

Jesus

Pax Christi. Riceuemmo quelle di V. R. di 28 del passato: et per esse, et altre del Cardinale Augustano hauemo inteso che Dio N. Signore si ha uoluto seruire in questi giorni santi passati non mediocremente del suo ministerio, et anche del Padre Dottor Lanoy (al qual sara questa commune poi che sta tanto uicino) sia ringratiato qui[a] operatur omnia in omnibus[b] [1].

Del disegno di accettar la casa in Augusta, scriue anche il Riuerendissimo Cardinale assai caldamente mostrando non per questo lasciar il proposito di qualche fundatione di Collegio come potrà farlo [2]: Et consultata la cosa con li Assistenti si è risoluto nostro Padre Praeposito di accettare il domicilio che V. R. scriue in Augusta, hor sia principio di casa [3] hor di Collegio restando la R. V. libero da poter andar a far l' ufficio suo per la prouincia, lasciando un' altro in suo luogho come scriue lei et anche lo Jllustrissimo Cardinale. si deue etiam aduertire, che noi per la predicatione, non possiamo ne uogliamo ricercare ne anche accettare salario alcuno o prouisione, perche non lo compatisce lo instituto nostro [4], ma lo assunto di predicar si puo pigliare gratiosamente, et dopoi il cardinale et li canonici daranno la

---

Iesus

Pax Christi. Recepimus epistulam, quam R. V. die 28. mensis superioris ad nos dederat; et tum ex ipsa, tum ex altera a cardinali augustano ad nos missa cognovimus Deum et dominum nostrum sacris hisce diebus praeteritis haud mediocriter uti voluisse ministerio R. V. atque etiam patris doctoris Lanoii (cui, cum tam prope degat, haec epistula cum R. V. erit communis); grates sint ei, qui[a] operatur omnia in omnibus[1].

De domo illa augustana a nobis admittenda etiam reverendissimus cardinalis sat instanter scribit, significans se hoc consilio non deflecti a proposito collegii alicuius, cum primum possit, condendi [2]. Qua re cum assistentibus deliberata pater noster praepositus domicilium augustanum, de quo R. V. scribit, admittere decrevit, sive initium aliquod esset domus [3] sive collegii; reverentiae tamen vestrae liberum erit, provinciam pro officio suo peragrare, altero, qui eius vices gerat, relicto, sicut R. V. atque etiam illustrissimus cardinalis scribunt. Notandum est etiam nos pro contionibus nec posse nec velle exigere neque etiam admittere salarium ullum nec mercedem, quippe quod ab instituto nostro alienum sit [4]; sed contionandi munus gratis suscipi potest; et postea cardinalis ac canonici stipem, quae ipsis videbitur,

---

[a] quae *apogr.*

[b] *Polancus eiusque librarii epistularum capita signo / interposito vel parvo spatio intermisso distinguere solebant. Nos vero, quoties in exemplis manu scriptis huiusmodi signum vel spatium comparet, in hoc libro novum versum incipimus.*

---

[1] 1 Cor. 12, 6. [2] Vide supra p. 381.

[3] Domus „professorum" aut „residentiae", non magistris destinatae, qui scholas habeant, sed iis, qui contionentur et confessiones excipiant aliisque eiusmodi Societatis ministeriis fungantur.

[4] Vide supra p. 150². 267⁴.

elemosina che li piaceranno hor sie quella che uogliano dar allj predicatorj hor altra. Bisognara etiam che ci sia qualche confessore che attenda alle opere solite della compagnia nostra, et forsa co'l tempo si trouara miglior dispositione per fruttificare co'l nostro modo del procedere che alcuni si pensano. Nel numero pare accenni il Cardinale quattro o cinque senza V. R. Faccia lei come meglio gli parerà per questi principij. Al Cardinal si scriue che delli particolari potrà ragionare con V. R. Degnisi la diuina bontà dar copiosa gratia alla R. V. et quelli che con lei comminciaranno questa opera della quale speramo si habbia à seruir molto Dio N. Signore et che sara principio de altre maggiori.

Quanto alla prouisione che V. R. uuol sapere delli scholari che si mandassino al Collegio germanico, diro due cose [1], una che quasi è fatto conto che quattro scudi il mese sia per questi tempi spesa conueniente oltra il uestire et i libri. la seconda che con li todeschi pare bastara se per ogn' uno si mettano in Roma 40 ducati [2], et se non bastaranno si supplira il resto di qua: uero è che conuenirebbe che fossero giouani di bona indole, et che uolessino stare ad obedienza, et forsa si mandaranno qui le regole che deuono osseruare, accio non si lamentino dipoi, se li paressino noue [3]. li 40 ducati che ho detti

---

dabunt, sive illam, quam contionatoribus dare volunt, sive aliam. Opus quoque erit confessario aliquo, qui consuetis Societatis nostrae ministeriis operam det, et fortasse procedente tempore res melius disponentur ad fructum laboribus nostris reddendum, quam aliqui istic opinantur. Quod ad numerum attinet, quattuor vel quinque significari videntur a cardinali, praeter R. V. Quae tamen faciat, quod magis convenire videbitur hisce principiis. Cardinali scribitur eum de particularibus rebus cum R. V. agere posse. Dignetur divina bonitas uberem tribuere gratiam R. V. et iis, qui cum ea opus hoc incohabunt, quod speramus Deo et domino nostro in magnam gloriam cessurum esse et principium fore aliorum et maiorum operum.

Quaerenti R. V., quanta pecunia pro scholasticis in collegium germanicum mittendis solvenda sit, haec duo dicam [1]: Primum quidem his temporibus fere censent congruere, ut quattuor scutata singulis mensibus numerentur, praeter vestitum et libros; deinde autem satis fore videtur, si pro Germanis singulis 40 ducati Romam mittentur [2]; qui si non sufficient, reliqua hic supplebuntur: oportet tamen adulescentes illos bonae esse indolis et qui parere atque oboedire velint, et fortasse hinc regulae ab ipsis observandae ad vos mittentur, ne postea conquerantur, cum ipsis videbuntur novae esse [3]. 40 ducatos illos solvi hic volunt pro alimentis et vestibus

---

[1] Collegium germanicum perpetuum reditum sive „dotationem" nondum habebat; subsidia autem illa, quae antea a pontifice et cardinalibus quotannis data erant, hoc tempore magnam partem non solvebantur; cf. supra p. 259[4] et Card. *Steinhuber* l. c. I, 42—47 ac *Polanci* Chronicon V, 36.

[2] Eo tempore 40 ducati 60 fere florenos rhenenses aequasse videntur; cf. supra p. 94[2]. Scutatum aureum eiusdem fere valoris fuisse videtur ac ducatus.

[3] Collegii germanici regulas ab ipso S. Ignatio a. 1552 conceptas et a. 1554 auctas evulgavit P. *Frid. Schroeder* S. J., eiusdem collegii rector (Monumenta quae spectant primordia Collegii germanici et hungarici [Romae 1896] p. 93—96. 195—197). Cum quibus conferendae sunt eiusdem collegii primae „constitutiones" (ibid. p. 60—74).

intendono siano per mangiare uestire et tutto il resto; ma bisognaria fossino ben pagati, et non come quelli di Gio. Gesellio il quale credo che sia un' anno et mezzo che non paga niente al Collegio[1] et non ua uestito al modo delli altri[2], ma bisogna uestirlo da secolare[3], uero è che nelli costumi si e aiutato.

Gia fu scritto che insin' a 4. per il Collegio Germanico et quattro per la Compagnia si poteuano mandare per li quali non si ricerca prouisione nessuna, ma di la faranno quel che potranno, come anche di qua faremo quel che potremo, et più in certo modo per alleuar suppositi tanto necessarij in Alemagna.

Ogni industria che spenda la R. V. con sua Maiestà et con li prelati, et altri potenti, accio che attendano ad' alleuar suppositi per aiutar li paesi suoi, sara molto ben collocata.

Si è parlato al Cardinale Alessandrino Jnquisitore[4] circa il catalogo. Quanto a noi qui si manda una copia di quello che ci è concesso[5], quanto alli altri non siamo noi obligati a manifestarli il cata-

---

ac reliquis rebus omnibus; sed oportebit eos bene numerari, neque ita, ut pecuniam Ioannis Gesellii, quem puto abhinc annum et sex menses collegio nihil solvere[1]; nec ceterorum habitu utitur[2], sed saecularium vestitum ei dare debemus[3]; attamen in moribus profecit.

Scriptum iam est quattuor, nec tamen plures, pro collegio germanico et quattuor pro Societate mitti posse, pro quibus non requireretur pecunia ulla; verumtamen istic facietis, quantum poteritis, sicut etiam hic, quantum poterimus, et quodam modo plus etiam faciemus, ut homines in Germania adeo necessarii educentur.

Optime collocabitur, quidquid industriae R. V. ponet in maiestate sua et praelatis aliisque proceribus eo adducendis, ut homines, qui terras ipsorum adiuvent, educandos curent.

Cum cardinali Alexandrino inquisitore[4] de catalogo illo locuti sumus. Quod ad nos attinet, hic mittitur exemplum earum facultatum, quae nobis concessae sunt[5];

---

[1] Ex posterioribus epistulis intellegitur patrem postea pro eo pecuniam solvisse; patrem autem habuisse videtur Ioannem Gössl, qui universitatis vindobonensis „superintendens" erat et ibidem ius tradebat; cf. supra p. 150.

[2] Cardinales collegii germanici protectores sub annum 1553 constituerant, ut alumni habitu ecclesiastico rubri coloris uterentur (Card. *Steinhuber* l. c. I, 24. *Schroeder* l. c. p. 113).

[3] Lainius aliquorum cardinalium suasu praeter alumnos etiam „portionistas" sive „convictores" in collegium recipiebat, qui cuiuscumque nationis esse poterant, suis impensis in collegio vivebant, ordinibus sacris suscipiendis non obligabantur. Plerique ex iis nobiles erant. Habitu utebantur iuvenum nobilium, qui tamen, ex parte saltem, ruber erat (Card. *Steinhuber* l. c. I, 47—49).

[4] Michaële Gislerio O. Pr., qui postea summus pontifex S. Pius V. fuit.

[5] In * codice quodam manu scripto, quo beatus Petrus Canisius olim usus est et in quo multa sua manu notavit, altera manu eaque paulo posteriore haec scripta sunt: „Quae concessa sunt a summo Jnquisitore Cardinale Alexandrino. Anno 1559. 30 Januarij concessit Praeposito Generali Societatis nostrae, et de eius licentia alijs, vt possent purgare libros varios, ac purgatis vti, et discipulis tradere. Die Veneris Sancto [24. Martii] concessit vt possint absoluere Simoniacos" (Cod. „Scripta B. P. Canisii X. S. a." f. 198ᵛ).

logo [1]. Per assoluere quelli che non hauessero obedito se potremo hauere qualche facoltà maggiore, si mandarà [2].

Maestro Theodoro si era gia dato al Vescouo uarmiense et non pare gia sia conueniente torglielo [3].

Circa li compendij per li studij si dara qualche ordine con l'aiuto diuino [4].

Se accadessi farsi quel matrimonio del figliuolo della Maiestà sua con la regina d'Jnghilterra, pare à nostro Padre non si debbia mancare di mandar alcun buon soggetto quando la Maiesta Cesarea lo ricercasse. Et se andassi l'Archiduca Ferdinando occorreua il Dottor Henrico [5], finalmente la elettion della persona restarà alla R. V.

Scriue il Padre Dottor Lanoy della difficoltà che c'è in Jnglostadio, di hauer chiesa capace; et pare à N. Padre che sara bene che la R. V. attenda ad' aiutar le cose di là, et si accadessi procurare che 'l Riuerendissimo Cardinale [6] ò altro mezzo s'interponessi per spingere piu la eccellentia del Duca, V. R. uedera quel che conuiene. Et se Dio N. S. ci ha tolto il buon maestro Henrico che

---

ceteris autem catalogum manifestare officium nostrum non est [1]. Quod si maiorem aliquam facultatem impetraverimus absolvendi eos, qui non oboedierint, mittemus [2].

Magister Theodorus datus iam erat episcopo varmiensi, nec iam videtur convenire, ut ab eo auferatur [3].

De compendiis in usum scholasticorum conscribendis aliquid statuetur Deo iuvante [4].

Si forte matrimonium illud filii maiestatis suae cum regina Angliae contrahi continget, pater noster idoneo aliquo homine mittendo, si quem maiestas caesarea requisierit, censet non esse supersedendum. Ac si forte Ferdinandus archidux illuc proficisceretur, in mentem nobis veniebat doctoris Henrici [5]; sed reverentiae vestrae tandem erit hominem eligere.

Pater doctor Lanoius ad nos scribit de difficultate, quam Ingolstadienses experiantur, ecclesiae hominum satis capacis accipiendae, et pater noster existimat reverentiam vestram rebus illius collegii diligenter providere debere; si forte expediet reverendissimi cardinalis [6] operam vel aliquid aliud adhibere ad excellentissimum ducem magis urgendum, R. V. videat, quid facere conveniat. Et si Deus et dominus

---

[1] Haec verba ex litteris Polanci 20. Maii 1559 ad Canisium datis melius intellegentur. [2] Vide litteras in adnot. 1 memoratas.

[3] Hic quis fuerit, cognoscitur ex catalogo collegii germanici, in quo inter alumnos anno 1552 admissos comparet „Theodorus Lyndanus Neomagus, dioecesis Coloniensis" (Card. *Steinhuber* l. c. I, 40. *Schroeder* l. c. p. 99[1]. 110[2]), et ex *eiusdem* *litteris autographis, Heilsberga (sedes haec erat episcoporum varmiensium) 4. Ianuarii 1565 ad Polancum datis, quibus Polanco in memoriam revocat se e primis collegii germanici alumnis fuisse (Cod. „G. Ep. VI" f. 24[b]). „Canonicum Vratislaviensem" *idem* se vocat in *litteris Vratislavia 1. Ianuarii 1566 ad eundem datis (Cod. „G. Ep. VII" f. 101—104). Anno 1575 eiusdem ecclesiae cathedralis archidiaconus factus est; obiit a. 1580 (*Aug. Kastner*, Archiv für die Geschichte des Bisthums Breslau I [Neisse 1858], 279. 284).

[4] Vide supra p. 381.

[5] De P. Henrico Blissemio v. supra p. 314[3].

[6] Ottonem cardinalem augustanum dicit.

habbia gloria[1] ci puo dare altri mezzi, o senza mezzi far quel che gli parera. Non mi estendero in altro per questa, et se non posso respondere à quelle di Praga lo farò forsa il sabbato che uiene. Del Padre Vittoria non so hauer lettera alla qual non sia risposto. N. P. et tutti molto ci raccomendiamo nell' orationi di V. R. et delli altri charissimi fratelli nostri. Di Roma 15 d' Aprile 1559.

---

noster optimum magistrum Henricum a nobis abstulit, qui gloria fruatur[1], alia praesidia nobis dare poterit vel sine praesidiis facere, quae ipsi placuerint. Nec plura nunc scribam, et si ad litteras pragenses rescribere non potero, fortasse sabbato proximo rescribam. Patris Victoriae epistulam non mihi videor habere ullam, cui rescriptum non sit. Pater noster et nos omnes valde nos commendamus precibus R. V. et reliquorum fratrum nostrorum carissimorum. Roma 15. Aprilis 1559.

Nota: Canisius rescripsit 29. Aprilis 1559, litteris Lainio inscriptis.

342.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 15. Aprilis 1559.

Ex apographo recenti, quod ex autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 57—882 posito, transcriptum est.

Exstat etiam apographum, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. ex autographo descriptum et postea ab altero cum eodem autographo collatum.

Res collegii ingolstadiensis: Gradus academici, primitiae sacerdotales, convivium professorum. P. Lentulus Societati restitutus. Duo desertores. Schola puerorum. Professor quidam doctus, sed morosus. Socii inhumanitatis insimulantur. Canisius melius collegio domicilium aliaque impetrare conabitur. Virtutes PP. Thyraei et Lanoii. Collegium in Hungaria incohandum. Socii in Poloniam mittendi. Canisius concilium oecumenicum desiderat et dolet homines Paulo IV. obloqui. Sociis difficilioribus longas peregrinationes prodesse putat.

†

Pax Christi semper nobiscum Reuerende in Christo Pater —

Nunc primum Augustam reuertor, quia Caesar et Cardinalis me reuocarunt Jngolstadio, ubi quid sit actum ijs diebus, et quae ad singulares illius collegij personas pertinent, explicare conabor, postea de alijs dicam Domino annuente. Dum igitur cum fratribus dies ago 14, M. Theodorus[2] Licentiatus, M. Guilhelmus[3] Baccalaureus

---

[1] Paulo ante mortuus esse videtur Henricus Schweicker, Alberti V. secretarius.

[2] Peltanus; cf. supra p. 382—383.

[3] Guilielmus Limburgius (de quo supra p. 137[10]) is fuisse videtur. Cf. *Agricolam* l. c. Dec. 2, n. 125, et *Mederer* l. c. I, 258.

Theologiae factus est. Alter Guilhelmus[a] qui Vienna missus fuerat[1], sacerdotij[b] sui primitias obtulit deo. M. Hermes in sacerdotij laudem publice tum declamauit[2]. Professores gymnasij nobiscum sumpsere cibum, quos semel inuitare decebat, et multis modis expedire uidebatur[3]. Missus Viennam Tarquinius[4], ut inde cum nonnullis Germanis Romam proficiscatur, unum illi comitem ex optimis Theologiae auditoribus dedimus. Lodouicus[5] Pragam est missus, M. Thomas[6] (Christo laus) accepta nostra quam desiderauit interponi, sententia, restitutus plane huic societati, quemadmodum suis ipse literis breui confirmabit. M. Gerardus Lapidanus[7], qui hactenus et sibi, et alijs molestus fuit, in tantam mentis insaniam erupit, vt e mensa, cum tantum audiret leuem iniungi poenitentiam, concitatus profugerit, et insalutatis omnibus Augustam adierit. Hic in Petronium nostrum[8] et Cardinalem incidit, ab utroque mirum in modum adiutus, et saniori menti restitutus, nobisque commendatus redijt miser. Sed suo rursus ingenio fidens, et a cohabitatione[c] fratrum abhorrens, ex communi patrum sententia[d] Romam nunc proficiscitur. Quem in sua vocatione semper fluctuantem, ac moribus difficilem sustinuimus, abeuntem uero dum obedientiae propositum renouasset, literis instruximus, nimirum ut aeger medico commendaretur. Hic sane pharmaca non suppetunt ad tales aegros curandos, et opus habet ille acrioribus, ni fallor, remedijs. Bene igitur cum M. Thoma Lentulo et hoc Gerardo accidit

[a] Guihelmus *ap. prius;* Guillemus *ap. alt.* [b] sacredotij *ap. prius.*
[c] cohabitationem *apogr. prius.* [d] sontentia *apogr. prius.*

[1] Elderen, ut videtur; cf. supra p. 384.

[2] Hermes Halbpaur (Halpaur, Albauranus, Semicolanus), carinthius, a. 1552 Vindobonae in Societatem receptus (*Cod. „Annal. Vienn." f. 2[a]), cum aliquamdiu in collegio romano studiis operam dedisset, inde, ut *collegii ingolstadiensis historicus* *scribit, anno 1558 Ingolstadium missus, „non quidem compendium aliquod doctrinae Aristotelicae (ut tunc mos in hoc Gymnasio receptus erat), sed textum ipsum Aristotelis enarrare ac profiteri coepit" (Cod. eystett. „Hist. coll. Jng." p. 10). Postea Oeniponte filiarum Ferdinandi I. confessarius et Spirae primus rector collegii Societatis fuit. Mense Novembri a. 1571 cum primis Sociis Fuldam missus, illic inter contionandum apoplexia ictus et mense Martio a. 1572 mortuus est (*Mederer* l. c. I, 258; IV, 326. *Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars tertia [Romae 1649] l. 7, n. 68—70. *G. J. Komp*, Die zweite Schule Fulda's und das päpstliche Seminar [Fulda 1877] p. 9—11).

[3] Cf. supra p. 383—384. [4] Rainaldus; vide supra p. 96[1] etc.

[5] Ludovicus Gerardus Flander; vide supra p. 349[1]. 377.

[6] Lentulus; cf. supra p. 375.

[7] De hoc vide supra p. 100[2]. Iuvenem hunc ad sana consilia redisse ex eo intellegitur, quod anno 1566 sacerdos et artis oratoriae graecaeque linguae magister in collegio dilingano erat (**Catalogus* collegii dilingani sub 31. Decembris 1566 scriptus. Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 402[b]). P. *Petrus Thyraeus* S. J. in litteris annuis provinciae S. J. rhenanae Moguntia 1. Ianuarii 1583 datis: „P. Gerardus Lapidanus", inquit, „missus in Brunswigam ad ducem Ericum . . . Placuit is pater omnibus ob mores modestos et graves" (*Hansen* l. c. p. 757).

[8] De hoc vide supra p. 98. 360.

male autem cum Chasparo Crieger[1], qui Praga missus ut me consuleret, Vitembergam adijt, deinde cum absolutionem votorum a me impetrare non posset, (neque enim patribus visum est expedire) et cum Jtaliam adire, tum peregrinationem Coloniam usque subire, et obedientiae ius hic praestare recusasset, tandem statuit vltro a nobis diuortium facere, et in Aegiptum rediit[2]. Multis admonitionibus nihil apud hunc profecimus, sibi magis quam nobis incommodauit abitu suo, erat enim exiguae spei, ac nimium asper et fere indomabilis. Venio ad scholam, in qua mutata quaedam, ut speremus rectius habituram, praesertim cum accesserit quem Viena euocauimus, classis maioris praefectus. Difficile ferunt Germani onus regendae scholae[3], tum quia laboris huiusmodi impatientes, tum quia ad maiora studia quam quae illic tractant, adspirant. quod alibi forte multis etiam usuuenit. Haec in genere dicta sint, reliqua P. Lanoius expediet.

Scribit isthuc P. Couillonius, homo certe morosus et uarius qui[a] seipsum male iudicat, et qui vnus forte plus negotij facessere possit Rectori, quam reliqui omnes, ualet tamen in studijs et lectionibus, alibi praestat illum domi esse quam foris. Siue a regulis liberetur[b], siue non, eodem opinor modo se geret: satis erit Rectorem cum illo agere, ut nunc agit, indulgenter, et non laxare illi prorsus habenas, praesertim ubi alios etiam fratres in collegio grauare, et sine ordine agere solet, nescio quibus melancholiae humoribus obnoxius. Jtaque suauiter illi quidem responderi uelim, sed ita, vt Rectoris prudentiae ius in illum relinquatur. Dominus huiusmodi ingenia pro sua bonitate reddat moderatiora[4].

M. Theodorus[5], M. Siluius[6] et sacerdos factus Judocus Germanus[7] habent in patria, quae cum amicis transigant, ut retibus expeditis ac relictis[8] fiant in Christo liberiores. Quare mittemus si placet, illos aliquando, ut conscientiae faciant satis.

---

[a] uarius — qui *apogr. prius.* [b] liberesetur *ap. prius.*

---

[1] „Gasparus Krieger Labacensis" 5. Aprilis 1554 Romae in collegium germanicum admissus (*Can.* Epp. I, 457[3]) et postea Societatem ingressus, a S. Ignatio cum primis Sociis Pragam missus erat (Cartas de *San Ignacio* VI, 453).

[2] Num. 14, 3. 4. Os. 9, 3 etc. [3] Puerorum scholam dicit.

[4] Vide, quae monui in huius voluminis prooemio IV, 2.

[5] *Mederer* (l. c. I, 257) affirmat anno 1559 matriculae universitatis ingolstadiensis inscriptum esse „M. Theodorum Hanckhoschede Westphalum Societatis Iesu". Qui idem fuisse videtur atque ille Theodoricus westphalus, qui postea Vindobonae regens convictus studiosorum fuit (*Cod. „Annal. Vienn." f. 12[b]); hic enim *litteras autographas, quas Vindobona 2. Ianuarii 1567 ad S. Franciscum Borgiam dedit, sic subscripsit: „Theodoricus ab Hauekeschede Westphalus" (Cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 147[a]). [6] Petrus Silvius; v. supra p. 261[6].

[7] Iodocus Carcereus spirensis anno 1556 a S. Ignatio cum primis Sociis Ingolstadius missus erat (*Agricola* l. c. I, Dec. 2, n. 26. Cartas de *San Ignacio* VI, 497—498).

[8] Matth. 4, 20. Marc. 1, 18 etc.

Nullus in illo collegio plus promittit, quam Doctor Hermannus[1], quj nunc quoque Germanis pro P. Dionisyo[2] Viennam misso contionatur. Hunc ego Rectorem eligerem, abeunte quidem P. Lanoio, si huic nullus substitui posset in urbe alius, praesertim uero P. Dirsius et ipse Bauarus[3], qui non male proficeret etiam in Theologia, quantum quidem Germano Rectori sat esse uideretur. Queruntur professores Jngolstadij, nostros parum agere familiariter, non se humanos exhibere, itaque minus gratos et magis odiosos esse. Jdem uitium Viennae nostris imputari credo. Sed est difficile, talibus ingenijs facere satis, nec satis tutum nostros[a] abesse domo frequenter. P. Lanoius se fortasse in conuersando magis exercere posset: paucos reuera inuenio piscatores[4].

Scribam breui, quid effecerim cum Doc. Hondio[5]. is mihi monendus est uarijs de rebus: inter multa uero quae Jngolstadij desiderantur, praecipuum duco domicilium. nos tentare quidem possumus et debemus, ut bene sit fratrib. in vtroque homine. Sed Germanis etiam quid indulgendum hoc tempore, non ignoro. Dominus in suam gloriam uertat nostros conatus. Nolui autem me nimis immiscere collegij rebus reformandis, quod putem R. T. mentem et sententiam in eo esse, ut mihi non subsit P. Lanoius, quem tamen fateor mihi languidiorem in quibusdam uideri, minusque foelicem in schola bene instituenda. sed exemplo interim et grauitate uitae praeest et prodest plurimum, nec caret sapientia singulari, uti satis constat.

Nunc ad literas uenio postremo missas, et Kal. Aprilis Romae datas, cum alijs Reuerendissimi D. Vuarmiensis[6], cui non licuit hodie respondere. Hoc unum de illo dixerim, quod ad me scribit, peti a se octo e nostris, quatuor uno in loco, alios alibi daturos operam scholis. uereor ne sit pergraue nostris in illis scholae laboribus ita uiuere, et, ut in illa prouintia, paucos accipiet e nostris forte, qui secure uiuant et simul nostro et scholae instituto seruiant. satis.[b] [?] uerum iudicabit de his melius R. V.

Mitto literas P. Victoriae, qui totus est in ducendo Christi exercitu in Hungariam[7], et ostium habet apertum[8]. expectabo sententiam R. P. T. quid fieri in ea causa velit. Nam de Polonico

---

[a] *Ita apogr. alt.;* nostro *apogr. prius.*

[b] *Sic ap. prius; in alt. tota haec sententia deest. Fortasse legendum est:* instituto faciant satis.

---

[1] Thyraeus, de quo supra p. 6[5].

[2] Dionysius Feyrabend (Feirabent), austriacus, Romae 5. Aprilis 1554 in collegium germanicum (*Schroeder* l. c. p. 190) et postea in Societatem admissus, Ingolstadium cum primis Sociis missus erat (*Agricola* l. c. Dec. 2, n. 26).

[3] De Ioanne Dyrsio v. supra p. 149[1]. [4] Ier. 16, 16. Matth. 4, 19 etc.

[5] Wiguleo Hundt. [6] Stanislai Hosii.

[7] De collegio Tyrnaviae instituendo agebatur; vide supra p. 356.

[8] 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12 etc.

collegio nihil hoc anno confici posse uideo, nisi missis eo duobus, qui quando mittendi sint et quales, proxime significabo, cum meo iuditio hic rem permitti videam. Mitto Pragenses etiam literas, quae laeta nuntiant, loetiora dabit ut spero, P. Victoria, qui Pragae modo uersatur, et quem huc euocare statui, tum quod sic ille cupiat, tum quod cum illo multa conferre possim necessaria Viennensib. et Pragensibus fratrib. tum quod apud Caesarem habeat quaedam non parui momenti expedire[1]. Jnterea literas et sententiam R. V. de Hungarico collegio, ni fallor, accipiemus. Quod autem cupiat Germanum quoque contionatorem Hungaris dare, cum tantopere laboremus penuria Germanorum contionatorum, non satis probo. Princeps Bauarus collegium, ut saepe scripsi daret Monachij, et est illud magni sane momenti ad prouintiam totam in Christo iuuandam. forte duo collegia vno quidem anno aegre instituemus.

Theologiae studiosos lubenter audio promitti Jngolstadiensibus, maxime post abitum Tarquinij et Gerardi. Expectant et Viennae nonnullos.

Cardinalis omnino uult me domi suae uiuere, experiar ad tempus conditionem. sedulo urget, ut me habeat suo nomine in Synodo[2] Theologum, nam nescio quid sibi de Synodo promittit, utinam illam breui cernamus. Mundus de sanctis Pontificis conatibus non candide sentit et loquitur. sed id facit more suo, utinam uero ita pergat in Domino. Breui plura, tempus enim est obsignandi. Cras adibo Caesarem, frigent comitia, reformationis studium non procedit. Oremus quaeso diligenter pro ter misera Germania et Polonia. Dominus JESVS nostri misereatur. Oret pro me quoque R. P. T. cui me commendo[a], ut patribus et fratribus etiam omnibus, reuerenter. Miror non venire fratrem Canisium, qui ducet secum Coloniam M. Thomam ut scribam proxime. Augustae. 15 Aprilis 1559.

Seruus in Christo P. Canisius.

Addam hoc unum quod sepe mihi venit in mentem de difficiliorib. et nimium morosis fratrib. quos edomari uix posse confidimus: forte his longas peregrinationes ut in Hispaniam, aut alio iniungi posse. Nam in Germania periculum est, ne sectariorum ac malorum Catholicorum verbis et exemplis deprauati, mutent animos et Religionem prorsus contemnere discant: quod si recusent facere, dimitti forte et absolui possent[3]. Meliora remedia cupimus intelligere, prae-

---

[a] commeendo *apogr. prius.*

---

[1] Nescio num Victoria etiam tunc munus viceprovincialis administraverit.

[2] Concilio oecumenico.

[3] „La autoridad de despedir será . . . del Prepósito General en todo lo demás fuera de lo que toca á su persona. De los otros de la Compañía tanto participa de la autoridad cada uno, cuanto de la cabeza le es comunicado . . . Declárese á

sertim de ijs corrigendis, qui annis 4 et plurib. inter nostros uersati[a] [sunt.] Jdem Pet. Canisius.

†

Al molto Reuerendo in Christo nostro padre, M. Giacomo Laynez preposito della compagnia de JESV,

Jn Roma.

343.

CANISIUS

P. CAROLO GRIMIO S. J.,

collegii vindobonensis „ministro“ [1].

Augusta Vindelicorum sub 20. Aprilis 1559.

Ex cod. „G. Ep. I“, in quo (f. 8[a]) epistulae Grimii, quae hic ponitur, apographum exstat, olim Romam ad Lainium praepositum generalem missum.

Quibus cum condicionibus duo de Societate in universitatis vindobonensis facultate theologica docere et decanatum administrare possint.

Quid Canisius sub diem 20. Aprilis 1559 Grimio scripserit, ostendunt hae litterae, ab eodem Grimio Vindobona 25. Aprilis 1559 ad universitatem vindobonensem datae:

„Magnifici viri ac Patroni singulares.

Quod hactenus Magnificae D. V. tam patienter nostrum de vniuersitatis supplicatione responsum expectauerint, gratias quas possumus agimus maximas. Nunc uero cum per literas a Doctore Petro Canisio Prouinciali nostro certior sim factus, quid Dominis meis respondere debeam, sine mora id facere uolui. Scribit itaque Prouincialis noster de Theologica facultate sibi placere priuilegium Caes. Maij. in Octobri impetratum, ut duo ex nostris profiteantur sine praeiuditio instituti sui[2],

---

[a] *In utroque apogr. notatum est, in archetypo haec sequi verba oblitterata:* bonam de se spem nullam fere

---

los despedidos, que quedan libres de los votos simples . . . y así que no han menester dispensacion para ser absueltos dellos“: *S. Ignatius,* Constitutiones Societatis Iesu P. 2, c. 1, n. 2; c. 4, n. 3 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 71. 79. 81).

[1] Carolum Grim tirolensem fuisse et ex nobili familia ortum asserit *Socherus* l. c. p. 94. P. *Nicolaus Lanoius* in *litteris quadrimestribus collegii oenipontani 1. Septembris 1562 datis refert: Eum, cum in universitate ingolstadiensi litteris operam daret, PP. Petri Canisii et Nicolai Goudani theologiam illic docentium exemplis, doctrina, familiaribus colloquiis ad nomen Societati Iesu dandum permotum esse, Vindobonam, ut in eandem admitteretur, venisse, primum e Societate illic in monasterio Dominicanorum pueros instituisse (Cod. „G. Ep. III“ f. 43[a]—44[a]). Sacerdotio initiatus est Vindobonae a. 1556 (*Cod. „Annal. Vienn.“ f. 6[a]). Ibidem etiam „minister“ sive adiutor additus est collegii rectori (*Cod. „Austr. Fund. III.“ f. 159[b]).

[2] Vide supra p. 304. 315—318.

cui non repugnat susceptum offitium Decanatus modo D. Rector[1] *efficiat prius, ut nostri absque oppugnatione .D. Vilini*[2] *eligi et recipi in facultate possint, Deinde, quatenus Doctores nostri adire semper consistoria non cogantur, sc.*[3] *aliquando et sui superioris arbitrio, et Caes. Maij. priuilegio excusati, et a forensibus illis plerunque liberi habeantur.*

M. D. V.

seruus

Carolus Grim."

344.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 22. Aprilis 1559.

Ex apographo recenti, quod ex autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 58—886 posito, transcriptum est.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 165—167, et *Boero*, Can. p. 210—212. Particulas posuit *Janssen* l. c. IV, 408². 410.

De PP. Lentulo, Perez, Theodorico Canisio. Augusta sedes erit commodissima Societati. Canisius a canonicis contionator postulatus se ad id idoneum esse negavit. Putat se melius ad scribendos libros se conversurum; certe cum caritate et modestia scribere vult. Socius quidam morosus; alter pontifici oblocutus. Canisius sollicitus est, ut caesarem pontifici reconciliet; germanica ingenia commode tractanda. Collegia in Polonia, Hungaria, Valle Tellina incohanda. PP. Consalvus et Schorichius. Concilium oecumenicum.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende plurimum P. Praeposite

Scripsi ante dies octo de rebus collegij Jngolstadiensis, interea nullas ex Vrbe accepi, uenit autem huc frater meus D. Theodoricus, quem 24 Aprilis mittam in patriam vna cum M. Thoma Lentulo. Js de statu conscientiae suae scribet ipse, dignus ut plane uidetur, quem omnino nostrum esse ducamus. Quare totum se permittit obedientiae, rediturus siue huc, id est, ad hanc prouintiam, siue in Jtaliam, aut quocumque mittetur a R. P. T. quae talem quaeso filium minime negligat. Contuli cum P. Lanoio, ubi M. Thomas commodissime habitaturus uideretur. Viennam illi deputandam non putabamus, quod aliquando cum P. Victoria non optime illi conuenire posset. Jngol-

---

[1] Universitatis rector erat doctor Georgius Eder, iuris professor (*Aschbach* l. c. III, 388).

[2] Leonardus Villinus (Höfler) ecclesiae cathedralis canonicus et custos et in universitate sacrae Scripturae professor ac facultatis theologicae compluries decanus fuit. Postea hic decanatus saepe ab hominibus Societatis administratus est (*Wappler* l. c. p. 376. 475).

[3] Id est: scilicet.

stadij gratior est ille quidem ciuibus et exteris, quam fratribus, qui plus etiam spiritus in illo requirunt. Superest Pragense collegium, cui parum utilitatis adferret, nisi reuocato ex Oibin P. Hurtado, qui non ualde amat illius uitae rationem, M. Thomas[a] subrogaretur, ut patremfamilias ageret, nostrosque in Oibinensi illo monasterio gubernaret. Nam P. Hurtadus praeterquam quod est natura seuerior, et non parum scrupulosus et exactus admodum in rebus gerendis, haud facile, ut arbitror, Germanorum istorum ingenijs se accommodat: itaque tum sibi, tum alijs molestus fortasse. Qua de re coram agam cum P. Victoria, quem huc venturum nuper indicaui. Praeterea cum certo sperem hic nobis domum breui futuram, ubi sub praetextu contionatorij muneris aliquot e nostris collegium auspicentur, forte non malus etiam hic esset hospes M. Thomas, ut qui ad rem familiarem curandam egregie ualet. Sed ut simpliciter dicam quod in hac tota causa praecipuum mihi uidetur, aut M. Thomas ad imbibendum rectius spiritum societatis, eiusque offitia praestanda, quae si probationes illas instituti spectemus [1], male didicit, reuocabitur, atque tum ego Jtaliam illi et inprimis Romam petendam putarem: aut suauius cum illo agere, et infirmum paulatim ad perfectiora adducere uolumus, confidentes illum in vocatione posthac sua, ut equidem plane confido, perseueraturum. Tum aut subditi, aut superioris locus illi dandus uideretur in hac nostra, uel inferiore Germania. Si subditus erit, facilius eo carere nos possumus; superioris autem locum (ut dixi) uel in Oibin, uel Augustae, uel in futuro proxime collegio facile sortiri posset. Ex his intelliget R. P. T. quid illi commodissimum erit, nisi quod ex literis etiam illius aliquid colligi queat, ut de futura illius habitatione rectius[b] constituatur. Quicquid autem isthic constituetur, mature Coloniam mitti velim, ut inde ad nos redeat cum fratre meo, quem spero inter menses duos huc reuersurum. Misi autem illum Coloniam tum quod cuperet cum sororib. expedire nonnullas[c] simultates, quas aegre nisi coram, remouebit [2], tum quod peregrinationem illi

---

[a] *In ap. sequitur:* illic, *oblitteratum.*
[b] *In ap. sequitur:* aliquid, *oblitteratum.*
[c] *In ap. sequuntur verba:* quae dissentire, *oblitterata.*

---

[1] Societatis candidati, novicii, „patres tertiae probationis", antequam ad vota scholasticorum, professionem etc. admittantur, „probationes" quasdam subire debent, ut ad sui ipsorum contemptionem et despicientiam, ad humilitatem, virtutes denique omnes instituantur. Inter quas sex illa eminent „experimenta praecipua" peregrinandi, aegrotis serviendi, doctrinam christianam exponendi etc., de quibus *S. Ignatius* in Constitutionibus (Ex. c. 4, n. 9—24; c. 7, n. 6: P. 9, c. 3, decl. E) scripsit.

[2] Thomas Lentulus Canisio cognatus fuisse videtur: nam in * Genealogia (fragmento genealogico) familiae canisianae a D. doctore *B. F. W. von Brucken-Fock* conscripta, quam hic benigne mecum communicavit, asseritur, Wendelinam Canis, Iacobi Canis, ex quo Petrus noster Canisius natus est, matrem, Arnoldi Visser (Vijscher) et Gertrudis „van Lent" filiam fuisse.

cum fratre utilem fore cernerem, ut Coloniae magis etiam magisque a nostris quos amat, confirmetur[a]. Atque haec de P. Thoma.

Praeter ea quae nuper scripsit Reuerendissimus D. Cardinalis desiderans me suum Augustae contionatorem, scribet nunc iterum una cum Capitulo huius Ecclesiae[1], nam et separatim Canonici mecum egerunt, et singularem exhibent beneuolentiam. Inter hos uel primus est, maximeque fauet nobis praepositus Remus, qui societatem hic promouere contendit[2]. Credo Caesarem non refragaturum, quominus hic agam Ecclesiasten, utque si quando discedendum sit, e nostris substituam aliquem. Ostium certe magnum aperitur[3] ad iuuandam Germaniam, si habeamus e nostris Augustae fidos et peritos operarios.

Vienna finem Germaniae ponit, Praga Boemica est, Jngolstadium locus incelebris, ubi populares et pauperes tantum uisuntur. Augusta uero augustam nobis sedem praebere posset, et arcem excellentem, ex qua totam contemplari Germaniam et iuuare[b] facile possimus domino cooperante[4].

Admonui interim Canonicos, et fateri res cogit, me destitui ea pronuntiandi et euangelizandi gratia, qualem ueri Germani adferre, et in huiusmodi Cathedris contionatores primarij exhibere solent. Quae res auditorum gratiam mihi retinere et frequentiam non potest. Vnde non semel uenit in mentem, facturum me magis operae pretium, si ad scriptionem conuerterem animum et calamum, totusque essem quod ad studia spectat, in Catholicis hic confirmandis aduersus fermentum sectariorum[5]. Videbar ea in re Germanis nostris id est crassis[c] [?] fratribus non solum gratificari, sed etiam prodesse in domino posse; sperabam[d] aliquid praeter ea quae circumferuntur, in medium adferre[e],

---

[a] *In ap. correctum ex:* confirmaretur. [b] inuare *ap.*

[c] carissimis? crassis *(i. e. tardioribus) legit et librarius noster, et Sacch.; qui scribit: „Videbatur sibi ea in re [i. e. in scriptione] Germanis si non eruditis, at certe idiotis, atque simplicibus, non solum gratificari, sed etiam prodesse" etc.*

[d] *In ap. correctum ex:* putaba.

[e] *In ap. sequitur:* posse, *oblitteratum.*

---

[1] Epistula capituli ponetur infra, monum. 163.

[2] Andreas Rhemius (Rhaemius, Rhem) a Koetz (1511—1588), e patricia familia urbis augustanae ortus, praepositus ecclesiae collegialis S. Mauritii et canonicus ecclesiae cathedralis, a. 1545—1546 simul cum P. Claudio Iaio S. J. concilio tridentino cardinalis Ottonis nomine interfuit; postea summi templi decanus (1573) et praepositus (1580) creatus est. De huius viri, cuius consilio et opera episcopi augustani et capitulum in multis negotiis utebantur, vita exstat opusculum: „Vita et mors admodum Reverendi, Nobilis et Magnifici viri, D. Wolfgangi Andreae Rhaemii à Kötz, . . . conscripta a *Guilielmo Khellnero* a Zinnendorf, V. I. D. Archiducali, et Bavarico Consiliario ac Reuerendi Capituli Cathedralis Ecclesiae Augustensis Sindico." Editio secunda. Ingolstadii, apud Davidem Sartorium, a. 1590.

[3] 1 Cor. 16, 9. [4] Marc. 16, 20.

[5] Cf. Matth. 16, 6. Marc. 8, 15 etc.

ut saltem charitate atque modestia uincerem plaerosque[a] scriptores, qui nescio quos impetus et affectus humanos suis libris immiscent, ipsosque Germanos offendunt magis quam sanant austera illa curatione atque tractatione. Non quod praeceps editio mihi placeat, sed quod meas de nonnullis controuersijs meditationes patribus iudicandas et cum correctae forent, publicandas mittere posse uiderer. Haec dixerim filius patri, ut aperiam arcana cordis, meamque conscientiam ad hoc saepe impellentem liberem. Quod si contionandum erit Augustae, minus licebit scriptioni operam dare. Hic nunc absoluerunt status lectionem Colloquij Wormatiensis[1], et Catholici quidem (Christo gratia) non parum laudant scripta, quae a nostris profecta fuere[2].

De M. Gerardo[3] nuper scripsi, quo consilio illum Romam transmiserimus, et illius internum morbum difficile a nobis curari posse. Tum de P. Cuuillonio addidi, de quo iterum ualde nostri queruntur, cum sit prorsus intractabilis, qui nolit profiteri, tantus illum inuadit impetus passionum, et mutatio quidem loci parum adferet solatij atque subsidij[b]. itaque tum sibi, tum Rectori[4] et collegio molestissimus esse pergit, quamdiu durant aestus illi tristes, perplexi et horridi, quj sanis consilijs locum uix ullum relinquunt. Alius quidam e nostris nescio quoties in Pontificem effudit aliquid: scire cupio, qualem poenam sacerdos id saepe faciens promereatur.

Cardinalis causam Religionis urget sollicite, et Caesarem ad concordiam reuocat, maxime ut Concilium oecumenicum promoueatur. Saepe conferimus de pontifice Caesari Conciliando: utrinque metus et sollicitudo, alter alterj parum fidere uidetur. Vtinam Caesar se respici et amari certius intelligat. Ea de re scribitur ad Card. Tranensem[5], sed malim R. P. T. coram admoneret, quam facile tolli possint magnae animorum acerbitates, et impetrari omnia, modo Germanica haec ingenia commode tractentur. Dominus JESVS largiatur spiritum vnitatis et charitatis Monarchis, sicut Regibus illis modo largitus est[6].

De Polonica profectione nostris suscipienda sic decreui, expectandum esse responsum Archiepiscopi Gnesnensis, ut planius intelligamus omnia, quae ad fundandum collegium[c] spectant. Si urgebit institutum, uel ad Comitia mittemus duos, uel recta illum adiri cura-

---

[a] plarosque *ap.*

[b] *In ap. correctum ex:* solatij ac bonae mentis:

[c] colligium *ap.*

---

[1] Lecta sunt acta „colloquii religionis“ anno 1557 Vormatiae habiti: vide supra p. 131². 337.

[2] Canisius ea significat, quae Vormatiae a catholicis et maxime ab ipso Canisio conscripta et in consessibus recitata sunt; v. supra p. 177 et infra, monum. 132—135.

[3] Lapidano; vide supra p. 390. [4] P. Nicolao Lanoio.

[5] Ioannem Bernardinum Scotum, ordinis theatini; vide supra p. 287. 290.

[6] Ineunte mense Aprili anni 1559 in castro cameracensi (Château Cambresis) pax facta est inter Philippum II., Hispaniae regem, et Henricum II., regem Galliae.

bimus, ut ne habeat quod queratur de fide nostra, credo nihil illum hactenus isthuc scripsisse.

Viennenses et Jngolstadienses haud parum expectant (de nostris loquor) uenturos ad se fratres ex Vrbe et auditores illos Theologiae. Praecipua et prima erit cura collegij[a] in Hungaria fundandi, cum Romanus accesserit calculus.

Antonius Quadrius ad res sui collegij conficiundas faciet haud dubie quod promittit[1]. Ibit igitur in patriam, hoc solum expectat, vt huc mittatur mandatum praepositi generalis nomine confectum, quo plena fiat potestas patri Bobadillae ad acceptanda bona nomine societatis omnia, quae collegio applicabuntur[2]. Accepto eo p. vestrae mandato uel testimonio statuit iter mox ingredi, mittere uiaticum uenturis fratribus, et omnia concinnare atque praeparare necessaria. Quamquam P. Bobadilla scripsit satis fore, si primi sex ueniant et ad scholam missi dicantur: uerum de Heluetiorum[b] lege, quae religioso huic instituto uidebatur opponi, nullum putat metum iustum esse Quadrius, et Caesaris authoritatem hic profuturam putat[3]. Reliqua ex illius literis colligentur. Dominus JESVS quod in eo coepit, perficiat[4] in gloriam suam. Forte mitti ad Quadrium posset, quibus apud nos priuilegijs donentur fundatores collegiorum[5].

Quoniam rogor de causa remittendi in Portugaliam P. Gonzales, sicut Regina postulat graues ob causas, in Domino id mihi expedire uidetur, vt ad tempus Regno et Reginae donetur, et quando P. V.

---

[a] colligij *ap.* [b] *Ita omnino videtur esse legendum.* Heluetiarum *ap.*

---

[1] Antonius Quadrius eques, Ferdinandi I. chirurgus, ortus erat ex Ponte (Ponte in Valtellina), oppido Vallis Tellinae (Valtellina, Veltlin), quae in divinis rebus episcopo comensi, in civilibus Grisonibus (nunc ad regnum Italiae pertinet) subiecta erat. Vallis illa tunc asylum quoddam erat eorum, qui vel ordines religiosos vel ipsam fidem catholicam deseruerant; ex indigenis quoque multi vitiati erant; protestantes ferme res administrabant. Haec cum animadvertisset Quadrius, vir apprime pius, petiit et anno 1558 obtinuit, ut P. Nicolaus Bobadilla, unus e primis S. Ignatii sociis, in Vallem Tellinam mitteretur; sed etiam integrum Societatis collegium illic condere et facultates suas hanc in rem assignare volebat (*Schmidl* l. c. I, 120. *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 81—83; l. 3, n. 49—52. *Gius. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Nicolò Bobadiglia [Firenze 1879] p. 107—116).

[2] Nova collegia admittere praepositi generalis est (*Constitutiones* Societatis Iesu P. 4, c. 2, n. 1; P. 9, c. 3, n. 17).

[3] Anno 1561 in conventu Grisonum collegii instituto oppositum est: Quadrii equitis fortunas, quod ipse liberos non accepisset, per leges et instituta patriae ad sanguine proximos pertinere (*Sacchinus* l. c. l. 5, n. 102).

[4] Cf. Phil. 1, 6.

[5] Canisius *Constitutionum* Societatis caput illud (vel eius summarium) significat, quod inscriptum est „De memoria habenda Fundatorum, et bene de Collegiis meritorum“ (P. 4, c. 1); agitur in eo de gratitudine et caritate iis exhibenda, et certus isque maximus numerus statuitur missarum et precum, quae pro iis tum viventibus tum mortuis faciendae sint; singulari quoque modo omnium meritorum Societatis participes redduntur.

uisum id fuerit, ad munus Assistentis Romae obeundum reuocetur. Jnterea maiori Prouintialium praepositorum numero libenter suffragabor [1].

P. Schorichius a nobis expectatur, si tamen Coloniam est iturus, praecedet P. Theodoricus; quem ex Boemia misit P. Victoria, unde in Austria coniungi ambo non potuerunt. Non intellexeram antea, quod frater nuntiauit de Schorichio, multum abesse hominem a spiritu societatis, nec esse tutum nostris cum illo uiuere. Quamobrem si Coloniam abeat, non putarim illum facile unquam in hanc prouintiam recipiendum esse, nisi noxiam illam libertatis et uoluntatis propriae spetiem omnino seponat [2].

Quod R. P. T. sedulo iubet orare fratres pro Germania et Polonia, uehementer gaudemus, quas preces etiam cupimus diuturnas esse. praesertim cum oecumenicum Concilium in his tantis morbis remedium vnicum pios iam coeperit consolari, cum audiunt de illo Reges conuenire. Dominus JESVS in suam gloriam nostros uertat conatus, et augeat gratiam uniuersis. Ora pro me Reuerende pater in Christo. Augustae 22 Aprilis 1559.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

†

Al molto Reuerendo in Christo padre M. Giacomo Laynez preposito generale della compagnia di JESV, Jn Roma.

Epistulae manu eiusdem temporis adnotatum est eam Romae receptam esse 4. Maii 1559.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 13. Maii 1559.

345.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 22. Aprilis 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Polanco* scripto, his verbis initio epistulae in margine adnotatis: „Padre Canisio Augusta.“ Cod. „Germ. 1559“ f. 2ª.

[1] Catharina, Ioannis III. Lusitaniae regis vidua et Ferdinandi I. caesaris soror, quae in Lusitania Sebastiani parvuli regis tutelam gerebat eiusque nomine regnum procurabat, Lainio vehementer instabat, ut Roma magistrum Sebastiano mitteret P. Ludovicum Consalvium (Gonzalez). Respondit Lainius: Quoniam Consalvius unus ex „assistentibus“ esset, quos non praepositus, sed congregatio generalis crearet et praeposito quasi custodes apponeret, nefas sibi esse eum diu ab se abfuturum dimittere (cf. *Constitutiones* P. 9, c. 5, n. 2 et decl. A); attamen se Societatem per litteras consulturum. Plerique autem praepositi provinciales censuerunt Consalvium mittendum esse; qui etiam missus est (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 3, n. 13—24).

[2] Vide tamen, quae monui in huius voluminis prooemio, IV, 2.

Romae preces fieri pro Iona vicecancellario vita functo et pro Germania et Polonia. De via, per quam epistulae commode mitti possint. De PP. Theodorico Canisio et Schorichio ac iuvene quodam nobili.

La settimana passata fu scritto a V. R. et anche al Riuerendissimo Cardinale d' Augusta, dopoi riceuemmo quella di Petricouia di 28 di gennaro quale ha hauuto tardo ricapito, et non ci è cosa che ricerchi risposta in quella, se non che per il buono amico nostro maestro Jona per il ricordo di V. R. si fara di nuouo oratione, benche prima che adesso si sia fatta [1].

Del Padre Vittoria non hauemo lettere et alle ultime sue si e fatto risposta. qui uanno alcune per Praga. V. R. le potra mandare et potra uedere. speramo etiam che' l Padre Dottor Theodorico Canisio co' l Dottor schuricchio [2] saranno gia andati alla uolta di Colonia. Di la R. V. auiso al Padre Leonardo [3] come li pare debbia portarsi co' l Dottor Schuricchio, et se s' intendera che sia buona uia di indrizzar le lettere in Colonia quella d' Augusta sara buono auisar maestro Leonardo che per tal uia ci scriua, et noi anchora gli scriueremo per quella, poi che ha de far residenza la Compagnia costi, et sera facile trouar qualche mercante amico che faccia hauer buon ricapito alle lettere.

N. Padre [4] sta sano Dio laudato, et cosi li altri, et tutti ci raccomandiamo nell' orationi [a] di V. R. Le nostre per Alemagna et Pollonia si continuaranno.

Superiore hebdomade ad R. V. atque etiam ad reverendissimum cardinalem Augustanum scriptum est; postea litteras accepimus Petricovia die 28. Ianuarii datas, quae sero nobis allatae sunt, neque est, quod ad eas rescribendum sit, nisi preces pro amicissimo nobis magistro Iona, quoniam R. V. nos monuit, denuo factum iri, licet iam antea factae sint [1].

Epistulas P. Victoriae non accepimus; ad postremas eius epistulas rescriptum est; hic aliquot mitto epistulas pragensibus Sociis destinatas, quas R. V. eo mittere atque etiam inspicere poterit. Speramus etiam patrem doctorem Theodoricum Canisium et doctorem Schurichium [2] iter coloniense iam esse ingressos. Edoceat R. V. patrem Leonardum [3], quomodo doctor Schurichius ab ipso tractandus esse videatur, et cum compertum erit litteras colonienses commode mitti posse per Augustam, expediet magistrum Leonardum moneri, ut per eam viam litteras ad nos mittat; qua etiam nos utemur, cum ad eum scribemus; nam Societas istic sedem figet, et facile amicus aliquis mercator invenietur, qui epistulas bene perferendas curet.

Pater noster [4] — Deo sint laudes — bene valet; valent etiam reliqui, et omnes precibus R. V. nos commendamus; pro Germania et Polonia nos pergemus Deum precari.

---

[a] oroni *Pol.*

---

[1] Doctor Iacobus Ionas, vicecancellarius aulicus Ferdinandi I., 28. Decembris 1558 obierat; vide supra p. 360.

[2] P. Petrum Schorichium dicit. [3] Kessel.

[4] Iacobus Lainius.

Qui mando la memoria di un giouane Todescho il quale alcuni mesi e stato da noi facendo buona pruoua, et perche dice esser il primo genito di suo Padre il quale è signore di non so che castello, haueriamo caro V. R. si facessi informare, credo sia appresso di Passao il paese suo[1]; e stato soldato, uenendo giouenetto con un suo parente capitano in Napoli d' età di 20 anni in circa, di questi contrasegni si potria pigliar informatione, a tutti dia gratia Christo N. Signore di sentir sempre et adempir sua santissima uolontà. Di Roma a li 22. di Aprile 1559.

Litteris hisce adiungo commentarium iuvenis germani, qui aliquot menses nobiscum degit et bene nobis probatus est, et quia se filium natu maximum patris, qui nescio cuius arcis dominus sit, esse dicit, cupimus R. V. ea de re sciscitari; patriam eius Passaviae vicinam esse puto[1]; miles fuit, Neapolim puer advectus cum centurione quodam sibi cognato; 20 fere annos natus est; haec indicia adhiberi possunt ad requirendum. Christus dominus noster omnibus det gratiam ad sanctissimam suam voluntatem cognoscendam semper et perficiendam. Roma 22. Aprilis 1559.

346.

CANISIUS

P. WOLFGANGO SEDELIO,

ordinis Sancti Benedicti, contionatori monacensi[2].

Augusta Vindelicorum 22. Aprilis 1559.

Ex libello periodico „Historisch-politische Blätter für das katholische Deutschland“ CXIII (München 1894), 184[1], in quem haec epistulae pars a R. D. Dr. *Nicol. Paulus* ex apographo, in exemplo libri „Layenspiegel“ a Sedelio compositi (quod olim monasterii augiensis [Au] erat et nunc Monachii in bibliotheca regia servatur) reperto, transcripta est. Apographum illud in pagina interiore tegumenti anterioris positum et sic inscriptum est: „Juditium D. Dni Petri Canisii Theologi super hoc libro. Ad R. P. Sedelium.“

Sedelium laudat, quod librum „Layenspiegel“ vulgarit, et hortatur, ut ecclesiam defendere pergat.

— — Quod autem Dillingae librum tuum edendum curaris, maiorem in modum probo, et boni in aula Caesarea commendant vehementer. Quo magis oro tuam prudentiam, ut pro talenti divinitus accepti

---

[1] Ex epistula Canisii 27. Maii 1559 ad Lainium data liquet eum ex familia quadam „Marschalk“ (Marschall) ortum esse.

[2] Doctissimus vir Wolfgangus Seidl (Seydel), vulgo Sedelius (1491—1562), ex Maurkirchen ortus et ordini S. Benedicti in monasterio tegurino (Tegernsee) ascriptus, sermones sacros per 30 fere annos Monachii in templo monasterii augustiniani habuit ac libris quoque latine et germanice editis fidem catholicam egregie explicavit et contra Lutheranos propugnavit. Cf. *Magnoald. Ziegelbauer* O. S. B., Historia rei literariae ordinis S. Benedicti II (Augustae Vind. et Herbipoli 1754), 144, ac *Car. Meichelbeck* O. S. B., Kurtze Freysingische Chronica (Freysing 1724) p. 273, et maxime Sedelii vitam a *N. Paulus* in libello supra memorato p. 165—185 scriptam.

ratione ita pergas cum de Bavaris, tum de tota Christi Ecclesia bene mereri, idque propterea studiosius, quod Philippus Bavaros oppugnet, edita nescio qua futili confutatione articulorum, qui ad visitationem illam Bavaricam spectant. Itaque istorum vigilantia nos admonet minime stertendum et otiandum esse, si Ecclesiae causam tueri, et Philippos istos qui piis omnibus insidiantur, a castris Israelis arcere velimus [1]. Dominus [a] Jhesus venerandam senectam tuam in his sanctis studiis atque laboribus consoletur. Augustae 22 Aprilis 1559.

Canisius his litteris primum Sedelium laudat ob librum Dilingae a. 1559 apud Sebaldum Mayer editum et Georgio Schwalb, parocho collegialis (nunc metropolitanae) ecclesiae B. Mariae V., quae Monachii est, dedicatum: „Geistlicher Layenspiegel, darin man on gross und weitschwaiffigs nachlesen sehen und erkennen kann, ob die jetztgefürten Lehren auss dem Geist Gottes seyen, oder nit. Durch W. Sedelium, Prediger" (4°; ff. VIII et 171), quo Sedelius populares, ut protestantium doctrinam vitent, admonet, ostendens, quantae sint in ea dissensiones, quantopere mores per eam corrumpantur etc. (*Paulus* l. c. p. 182—183). Deinde Canisius Sedelium hortatur, ut ecclesiam calamo defendere pergat, idque maxime contra Philippum Melanchthonem; qui, cum Bavariae episcopi una cum duce annis 1558 et 1559 ecclesiarum „visitationem" instituerent, capitibus quibusdam, quae in ea observari oporteret, propositis (exstant apud *Knöpfler* l. c. p. 45—54), hos libros evulgavit: „Kurze Erinnerung" zu: „Die Abgöttische Artickel, gestellet von einem Mönch in Bayern, darauff die Inquisitio soll fürgenommen werden" (Wittenberg. Rhaw. 1558. 4°) et „Responsiones ad impios articulos Bavaricae inquisitionis" (Wittebergae 1559) (*K. Hartfelder*, Philipp Melanchthon als Praeceptor Germaniae [Berlin 1889] p. 615. 616).

Verò simile est Canisio cum Sedelio litterarum commercium fuisse haud infrequens; sed ex eo haec tantum superesse videntur.

347.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 29. Aprilis 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Polanco* scripto; initio epistulae in margine adnotatum: „Augusta Padre Canisio." Cod. „Germ. 1559" f. 3^b—4^a.

Quomodo, qui scholis grammaticae in collegio ingolstadiensi praeesse nolint, ad id excitandi sint. Exquirendum, quinam ex Sociis ad iuventutem instituendam inclinati sint. De sede Societatis Augustae constituenda et de collegiis in Polonia et Hungaria condendis. Monacense collegium bene et alacriter incohandum. De Sociis in varias partes missis vel mittendis, PP. Lentulo et Thyraeo, alumnis collegii germanici. Quid superioribus praestandum sit, si quem alio mittere velint. De collegio ingolstadiensi, aere alieno, peregrinationibus longis; de rebus novis cum Sociis diligenter communicandis.

---

[a] Dnus *apogr.*

---

[1] Cf. 2 Mach. 5, 22; 6, 11 etc.

Sabbato passato si e scritto alla R. V.[1], dopoi riceuemmo le sue di 4. et 10. del presente[2] con altre del Padre Vittoria et del Rettore di Praga[3] alli quali si risponde, et anche al Dottor Henrico[4]. V. R. potra ueder le lettere, et poi serrate mandarle. Per Jnglostadio se non posso hoggi un' altra uolta si scriuera.

Circa li nostri graduati[5], et l' altre cose appartenenti al studio di Jnglostadio quel che V. R. hauera fatto si riputa sara stato molto bene, et se li germani non fanno le schuole di grammatica difficil cosa sarebbe che d' altra natione si trouassi nessuno atto, massime per le basse[6], potria aiutar oltra la charità (la quale se ci fossi uera et grande bastarebbe) che intendessino loro che ad tempus et non sempre hanno da[a] far tal officio. Giouarebbe etiam che si procurassi intendere chi tiene affettioni fra li nostri, ouero inclinatione ad instituire la giouentu (come in queste bande l' hauemo usato) perche si potessino mettere nelli tali officij quelli che hauessino tal deuotione piu presto che altri caeteris paribus, Dio N. S. ci dia a tutti il suo spirito per fare in noi stessi et procurare in tutti li altri il perfetto suo beneplacito.

Circa il mandar parte del Collegio d' Jnglostadio in Monachio ò Lansuta, questo pare a Nostro Padre che non si deue facilmente disfare quello che è fatto perche forsa hauendo publicamente aperte

---

Sabbato superiore litteras ad R. V. misimus[1]; postea epistulas, quas R. V. diebus 4. et 10. huius mensis[2] ad nos dedit, cum aliis a patre Victoria et a rectore pragensi[3] missis accepimus; quibus omnibus, atque etiam doctori Henrico[4], nunc respondetur. Quas epistulas R. V. legat et postea obsignatas illis mittat. Ingolstadiensibus, si hodie non potero, alias scribemus.

De nostris, qui ad gradus academicos promoti sunt[5], et de ceteris rebus ad studium ingolstadiense spectantibus, quaecumque R. V. constituerit, optime constituta fore censemus, nec facile, si Germani grammaticam non docebunt, ex aliis nationibus quisquam invenietur, qui ad id idoneus sit, praesertim ad scholas inferiores regendas[6]. Ad eam rem, praeter caritatem (quae, si vera et magna erit, sufficiet), hoc eos promptiores reddere poterit, quod cognoscant sibi ad tempus, non semper officium hoc administrandum esse. Iuverit etiam exquirere, quis e nostris ad iuventutem instituendam pronus vel inclinatus sit (sicut in his terris fecimus), ut huiusmodi officiis ii potius, qui piam hanc voluntatem habent, quam alii praeponi possint, ceteris rebus paribus. Deus et dominus noster nobis omnibus gratiam suam tribuat, qua ea, quae ipsi perfecte placent, et in nobis ipsis perficiamus et in ceteris omnibus procuremus.

Quod ad partem collegii ingolstadiensis Monachium vel Landishutum mittendam attinet, pater noster, quae facta sunt, haud facile dissolvenda esse censet; nam

---

[a] ha *Pol.*

---

[1] Has litteras 22. Aprilis datas vide supra p. 401—402.
[2] Hae Canisii epistulae perisse videntur.
[3] Is erat P. Paulus Hoffaeus. [4] Blyssemio. [5] Cf. supra p. 389—392.
[6] Vide supra p. 391. Necesse erat linguam superioris Germaniae callerent, qui huiusmodi scholis praeessent.

le schuole d'humanità, rettorica, et greco, et hebreo, in Jnglostadio, se si leuassino d'un tratto lasciando solamente alcuni che tenessero cura delli putti, pareria troppo calare et si perderia auttorità, se cosi non fossi la R. V. ci-auisi piu risolutamente di quel che sente.

Del far Collegio in Monachio a N. Padre pare bene, ma non giudica che si debbia far cosa rapezzata perche sta li nelli occhi del Principe et in luoco doue puo far assai frutto se si dessi un buon principio gagliardo con gente idonea. La R. V. adunque ueda la dispositione che ci e del luoco, et delle cose necessarie alla sustentatione, et la gente che tiene nella sua Prouincia della qual pensa potersi aiutare, et ci auisi quanti et quali saria necessario se li mandassino di qua, perche se si trouassi la R. V. fornito di gente, presupposta la casa o Collegio accettato in Augusta, et uno o doi sacerdoti che si hanno di mandar in Polonia per disponere le cose al futuro Collegio non ci saria difficultà di accettar presto il collegio di Monachio, ma se la gente si aspetta di qua, non habbiamo molti che siano maturi anchora in lettere et età, et in spirito per mandarui, benche c'è grande giouentu, si che la R. V. fatto il conto detto di ritener in Augusta un sacerdote almeno, et di mandar il Padre Lanoy, ò chi altro li paressi in Polonia, ci auisi se potria cauar delli altri collegij quel che bastassi per dar principio a quello di Monachio ouero quanto li mancarebbe, et questo disponendo della schuola d'Jnglostadio come giudicassi piu espediente per il diuino seruicio.

Circa il nuouo Collegio d'Vngaria N. Padre consultata la cosa sente quel che si scriue al Padre Vittoria praeferendo per adesso il

---

fortasse Ingolstadii scholae humanitatis et rhetorices ac graecae hebraeaeque linguarum publice apertae sunt; quae si repente inde auferrentur, relictis paucis, qui parvulos curarent, nimis, ut videtur, collegium illud minueretur et auctoritate privaretur. Quae res si aliter se habeat, R. V. minus ambigue, quid sentiat, ad nos perscribat.

Probatur patri nostro collegium institui Monachii, nec tamen censet centones ibi sarciendos esse; collegium enim illud in conspectu principis et eo loco est, quo magnam utilitatem afferre possit, si bene et alacriter incohetur per homines idoneos. Videat igitur R. V., qualis sit locus collegio illi destinatus, et num adsint res nostris alendis necessariae, et qui ex provinciae suae Sociis in eam rem adhiberi posse videantur, et ad nos perscribat, quot et quales hinc sibi mittendi sint. Nam si reverentiae vestrae homines necessarii iam praesto erunt — praeter domum vel collegium Augustae admissum et unum duosve sacerdotes in Poloniam mittendos, ut futuri illic collegii res disponant — nihil obstabit, quominus collegium monacense mox admittatur. Sed si homines exspectantur hinc mittendi, nobis, quamvis multos habeamus iuvenes, multi tamen non sunt, qui in litteris et annis et pietate ita profecerint, ut istuc mitti possint. Itaque R. V. — hoc (sicut dixi) posito, quod unum saltem sacerdotem Augustae retineat, et patrem Lanoium vel alterum, quem ipsa mittendum censuerit, in Poloniam mittat — nos certiores reddat, num ex ceteris collegiis tot evocare possit, quot monacensi incohando satis sint, aut quot sibi desint, rebus scholae ingolstadiensis ea constitutis ratione, quam divino servitio magis convenire existimaverit.

De novo illo collegio hungarico pater noster, re deliberata, id sentit, quod ad patrem Victoriam scribitur; censet enim in praesens collegia polonicum et mona-

collegio di Polonia et quello di Monachio, se pur[a] ci fossi gente per tutti la cosa si renderebbe piu facile, ma è da credere non saria, pero come la R. V. tocca [conuiene][b] fundar per adesso la casa[c] de Augusta et Monachio, disponendo quella di Polonia.

Aspettaremo hormai intendere l' arriuata di Tarquinio et suoi compagni in Jtalia, sappiamo che doi per il collegio germanico sono arriuati in Venetia[1].

Delli Theologi auditori si hauera cura di mandare quelli che haueranno sentito il corso delle arti qui, et non si mancara di mandar alcuni buoni soggetti[2].

A Gerardo[3] aiuti Dio N. S. a cui bonta infinita rendemo gratie della buona mente che ha data al maestro Toma[4]. V. R. procedera con lui come meglio gli parera, et ueda se sara meglio che resti in alcuno delli collegij di sua Prouincia, ouero uadi in Pollonia o Colonia, in ogni euento pare saria bene si spogliassi del suo canonicato[5]. V. R. pur in tutto faccia come gli parera.

Ci scriue il Padre Leonardo[6] di Colonia che li è stato mandato

---

cense potiora habenda esse. Sin autem praesto erunt, quot omnibus illis collegiis sufficiant, res facilior reddetur. Verum cum praesto esse non videantur, convenit (id quod R. V. significavit) nos nunc domus augustanam et monacensem constituere ac polonicam apparare.

Speramus nos iam cognituros Tarquinium eiusque socios in Italiam advenisse, atque intelleximus duos collegio germanico destinatos Venetias advectos esse[1].

Cordi nobis erit, ad theologiam audiendam mittere, qui cursum artium hic confecerint, neque omittemus aliquot mittere valde idoneos[2].

Gerardum[3] Deus et dominus noster adiuvet, cuius infinitae bonitati gratias agimus pro bonis consiliis, quibus magistrum Thomam imbuit[4]. R. V. de eo agat, quae magis expedire videbuntur, et videat, utrum praestet eum in aliquo provinciae suae collegio manere an in Poloniam proficisci vel Coloniam; quicquid tamen statuetur, convenire videtur, ut canonicatu suo se abdicet[5]. Attamen R. V. cuncta arbitratu suo disponat.

Pater Leonardus[6] Colonia ad nos scripsit Ingolstadio ad se missum esse Mar-

---

[a] *Sic legendum esse omnino videtur. Pol.:* par.

[b] *Hoc vel aliquid simile (*sarà meglio*?) omnino videtur esse supplendum.*

[c] cosa *Pol.*

---

[1] *Polancus* 13. Maii 1559 P. Carolo Grimio, collegii vindobonensis ministro, scripsit Tarquinium Rainaldum (cf. supra p. 390) cum quinque Sociis, e quibus tres collegium germanicum ingredi vellent, Venetias advenisse, Alexandrum vero et Iosephum, qui e Germania in collegium germanicum missi essent, Romae postridie sui adventus Societatem ingredi statuisse neque in collegium germanicum venisse (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 6[b]).

[2] In collegiis ingolstadiensi et vindobonensi hi exspectabantur; cf. supra p. 399.

[3] De Gerardo Lapidano vide supra p. 390. [4] Vide supra p. 395—397.

[5] Noviomagi, in patria sua, canonicus ecclesiae collegialis S. Stephani fuisse videtur (*Polancus*, Chronicon IV, 274. *Joosting* l. c. p. 509). In Societate professionem sollemnem vel vota „coadiutorum spiritualium formatorum" nondum fecerat. Qua ratione canonicatum illum usque ad id tempus retinere potuerit, v. supra p. 210[2].

[6] Kessel.

de Jnglostadio un certo Martino il quale rubbando non so che cose se ne fuggito, et li pare (con ragione) che quando si manda uno in altro collegio doue non è conosciuto, non si facessi senza informar delle parti sue etiam male, perche non si lascino ingannare come han fatto con questo et saria bene che V. R. cosi l' ordinassi benche etiam il mandar d' una Prouincia in altra non conuiene facilmente farsi senza consenso del Prouinciale di altra Prouincia per buoni et diuersi rispetti.

A gasparo habbia misericordia Jddio nostro Signore [1].

Al Padre Couillon si scriuera per un' altra uolta.

Jl dottor Hermano pare restaria bene per rettore se non fossi impedito nello [a] far le sue lettioni et prediche [2].

De li Padri Dirsio et Martino questo si puo dire che si sono molto aiutati [3], et speramo saranno molto buoni instrumenti per il diuino seruicio.

Del mandar maestro Theodoro, Siluio, et Giodoco [4], per spedir li suoi negocij o non, faccia V. R. quel che meglio li parera.

Del procurar un buon luogho in Jnglostadio per il collegio nostro gia ho scritto che pareua cosa molto conueniente.

Di Venetia ci scriue il Padre Cesare [5] che ha prestati certi danari

---

tinum quendam, qui nescio quae furatus aufugisset, ac censet ipse (idque merito), cum quis in alterum collegium, in quo notus non sit, mittatur, illuc de rebus eius etiam malis scribendum esse, ne illic decipiantur, sicut ab illo decepti sunt, et convenire videtur, ut R. V. suis hoc praescribat, quamquam neque facile ex una provincia in alteram quisquam mittendus est, nisi assentiente alterius illius provinciae praeposito, idque iustis et variis de causis statuitur.

Gasparis Deus et dominus noster misereatur [1].

Patri Covillonio alias scribetur.

Doctor Hermannus bene fungi posse videtur rectoris officio, nisi forte eo munere a scholis et contionibus habendis impediatur [2].

Affirmare possumus patres Dyrsium et Martinum multum profecisse [3]; quos valde bona divini famulatus instrumenta fore speramus.

Quaerenti R. V., utrum magistri Theodorus, Silvius, Iodocus [4] ad negotia sua conficienda foras mittendi sint necne, respondemus faciendum, quod R. V. magis convenire videbitur.

Iam scripsi magnopere nobis probari, quod collegio nostro ingolstadiensi commodum locum parandum curaretis.

Pater Caesar [5] Venetiis ad nos scribit se nummos quosdam aliquibus pro-

---

[a] nelle *Pol.*

---

[1] Cf. supra p. 391.

[2] P. Hermannus Thyraeus Ingolstadii in universitate theologiam docebat et in templo S. Sebastiani ad populum dicebat. Cf. supra p. 6[5], et *Agricolam* l. c. I, Dec. 2, n. 131.

[3] Ioannes Dyrsius et Martinus Stevordianus Romae ad scientiam theologicam et ad pietatem instituebantur.

[4] De Theodorico Westphalo, Petro Silvio, Iodoco Carcereo vide supra p. 391.

[5] Caesar Helmius per multos annos Venetiis collegio Societatis praefuit.

à alcuni della prouincia di Alemagna et speso alcuni altri in libri, et la somma del tutto dice arriuara a 39 scudi d' oro et 4 Julij [1], et perche dice o le sue lettere no arriuano a Vienna, o doue lui scriue, o almeno non ha risposta mi ha scritto de qui fossi dato il ricordo, et qui uanno le partite che lui tocca.

Le orationi che V. R. domanda per se et per le sue Prouincie [a] [?] [2] si continuaranno tuttauia.

Le peregrinationi longhe per l' ingenni difficili insin' à Roma potriano forsa ben succedere [3], ma di alcuni mandati in Portogallo non mostra hauer satisfattione il Dottor Torres [4].

Sopra li libri prohibiti forsa la settimana che uiene si rispondera.

Qui si manda alla R. V. la copia di un capitolo del Padre Bobadilla che ci ha dato consolatione in Domino [5], et sempre sara bene comunichi con li altri suoi le nuoue che se li mandaranno.

Tutti ci raccomandiamo nell' orationi di V. R. etc. Di Roma a li 29 d' Aprile 1559.

---

vinciae germanicae Sociis mutuos dedisse et aliquot alios pro libris expendisse, quorum summam fere 39 scutatos aureos et 4 iulios aequaturam esse dicit [1], et quia, ut dicit, aut epistulae ipsius Vindobonam, vel si alio eas mittit, non afferuntur aut saltem inde ei non rescribitur, rogavit me, ut litteris hinc datis vos moneremus, atque hic mitto rationes, quas ipse significat esse persolvendas.

Preces, quas R. V. pro se et pro provinciis suis [a] [?] [2] petit, facere pergemus.

Si homines difficilis indolis longe peregrinari et Romam usque proficisci iubebuntur, fortasse prospere eveniet [3]; aliquos autem in Lusitaniam missos sibi non satisfacere significat doctor Torres [4].

De libris prohibitis fortasse hebdomade proxima rescribetur.

Mittimus hic R. V. exemplum partis alicuius litterarum a patre Bobadilla datarum, qua in domino solacio affecti sumus [5]; et semper expediet R. V. cum ceteris Sociis suis nova communicare, quae ad ipsam missa erunt.

Omnes R. V. precibus nos commendamus etc.

Roma 29. Aprilis 1559.

---

[a] *Sic; legendumne* la sua Prouincia? *V. tamen infra, adnot. 2.*

---

[1] Iulius (Giulio) nummus erat argenteus, qui primum Iulio II. regnante cusus et decimae parti ducati aurei aequatus est (*Moroni* l. c. XLVI, 117). Postea ex Paulo III. paulinus (Paolo) vocari consuevit. Cuius valoris hoc tempore fuerit, vide supra p. 94[2].

[2] Fortasse Germaniam et Poloniam significat; cf. supra p. 362. 393 etc.

[3] Vide supra p. 393.

[4] Michaël Turrianus, provinciae lusitanicae praepositus provincialis (*Sacchinus,* Hist. S. I. II, l. 2, n. 5).

[5] Bobadilla de fructu animarum in Valle Tellina collecto scripsit; cf. supra p. 399[1].

348.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 29. Aprilis 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 59—893 posito, collatum est.

Se a capitulo rogatum esse, ut contionatoris munus susciperet. Quomodo ea res eo deducenda sit, ut Societas Augustae collegium accipiat. Offerri collegium oenipontanum et alia, urgeri monacense. Compendium theologiae parandum. De Socio quodam. Cardinalem caesari cum pontifice conciliando operam dare. Synodum ab omnibus desiderari.

†

Pax Christi nobiscum — Reuerende pater Praeposite

Allatae sunt ad me litterae 15. Aprilis subnotatae, et eodem tempore scriptae aliae ad Cardinalem. Is valde sibi gratulatur, quod nunc me Concionatorem habere, et Augustae retinere possit, seriamque daturus operam videtur, ut de fundando hic Collegio bona fundamenta iaciantur. Verum in specie cum illo nondum egi, et cum egero, scribam diligenter. Dominus hoc institutum prosperet in gloriam suam et ad Germaniae utilitatem. Crediderim sane, multum consolationis ex hoc Collegiolo catholicis proventurum, domino cooperante[1]. Mittit et Capitulum Cathedralis suas litteras, quae fortasse cum eodem veredario isthuc perferentur, et quia cum Episcopo nonnullam habet et gravem sane dissensionem ob Praeposituræ collationem[2], separatim sine Cardinalis litteris hoc idem negotium tractat[3]. Visum est interim non explicare, quid auctoritate sua concessum sit, quod ita Cardinalis etiam iudicet expedire, ut credant illi nunc primum hac de re in Urbe tractari. Studebit interim Cardinalis negotium promouere non segniter: aget suas quoque partes Praepositus Remus, qui se isthuc scripturum recepit, et inter hos Canonicos primas tenet[4]. Videntur autem duo Canonicis huius templi inter caetera responderi posse: alterum, ut consensum Caesaris ad hoc munus concionatorium mihi demandandum impetrent, quem credo non difficulter obtinebunt; alterum, ut suppresso Collegii nomine, conferre caetera iubeantur cum

---

[1] Marc. 16, 20.

[2] Marquardus de Stein, ecclesiae cathedralis praepositus, 14. Ianuarii 1559 obierat (*Plac. Braun*, Die Domkirche [zu Augsburg] und der hohe und niedere Clerus an derselben [Augsburg 1829] p. 211—213).

[3] Hae capituli cathedralis litterae, 9. Maii 1559 datae, proponentur infra, monum. 163.

[4] Wolfgangus Andreas Rhem (Rehm), praepositus ecclesiae collegialis S. Mauritii et canonicus ecclesiae cathedralis; vide supra p. 397[2].

Cardinale et Episcopo suo, qui tacite ex[a] [?] arte ad fundandum hic Collegium viam sibi parat. Est enim difficile, tot capita permouere, ut rem Germanis primum[b] [?] odiosam probent, praesertim ubi de sumptibus etiam agitur. Cavebo autem, ut Instituti nostri sinceritas nulla ex parte violetur. Tantum dominus his adesse principiis velit.

Video magnam e nostris copiam desiderari. Jam Caesar mecum agere caepit de transferendo in nostros Collegio, quod augustum est Oeniponti [1]. Urget Princeps Bauarus, ut Monachii alterum instituatur, tantumque hoc postulat, ut polliceamur nos esse missuros concionatorem, et gubernatores scholae[c] siue decem, sive plures etiam ad hoc mittantur Collegium. In Hungaria viginti expetuntur ad Collegia duo. De Polonia nihil dicam. Archiepiscopus Salisburgensis [2] et Moguntinus [3] non parum etiam pollicentur. Quod si R. T. tantum indicarit, quot ex Italia possimus accipere, caetera hic confici facile posse videntur: de sumptibus non anxie laborarem apud Germanos, Hungaros, Polonos: scio mendicatione opus non esse; et facile largiuntur necessaria, tantum nos de mittendis operariis solliciti simus.

Compendium Theologiae ut cito paretur, maiorem in modum optamus [4]. Ea res magnum adferet fructum Germanis.

Scripsi nuper huc venturum P. Victoriam, quo cum conferam de statu totius Provinciae, de studiis scholarum, aliisque ad Viennensis et Pragensis Collegii rationem spectantibus. Illum igitur expecto vehementer.

Secundo fugam iniit Clemens amans Capucinorum nostrosque reliquit Ingolstadii [5]. Tam est difficile unquam resipiscere iis qui semel retrospectantes aratrum dominicum deserunt [6].

Misi Coloniam cum fratre meo M. Thomam: de prioris reditu nihil dubito; alter vero, nisi placeat R. V., non revocabitur.

Dominus Iesus in suam gloriam nostros vertat conatus. Cardinalis valde anxius est in causa Pontificis et Caesaris conciliandi. Utinam Deus pacem et hic largiatur, ut eo maturius et facilius ad Synodum, quam hic boni omnes desiderant, perveniatur. Augustae 29. Aprilis 1559.

Commendo me plurimum sacrificiis et precib. R. T.

Servus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo padre mio M. Giacomo Laynez preposito generale della Compagnia di IESV Jn Roma

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 13. Maii 1559, epistula altera.

---

[a] *Sic ap.; sed malim legere:* et. [b] *Sic ap.;* plurimum? [c] *Vel* gubernaturos scholam; gubernaturos scholae *ap.*

---

[1] Ferdinandus I. „novum" hoc collegium augustum sive caesareum Oeniponte parans quaerebat, qui illic scholas latinas haberent et in templo sanctae Crucis modo exstructo chorum aliaque divina officia facerent (*Jos. Hirn*, Erzherzog Ferdinand II. von Tirol I [Innsbruck 1885], 228).

[2] Michaël de Küenburg. [3] Daniel Brendel. [4] Cf. supra p. 381.

[5] Cf. supra p. 375[2], et quae monui in prooemio IV, 2. [6] Cf. Luc. 9, 62.

349.

P. HURTADUS PEREZ S. J.[1],

rector oibinensis,

CANISIO.

Oibino 7. Maii 1559.

Ex autographo. Canisius hanc epistulae partem Romam ad Lainium misit, prioribus verbis (ab „experiri" usque ad „Veneris") oblitteratis, et hac adnotatione posterioribus verbis sua manu in margine ascripta: „Scrupulus P. Hurtadi".

De famulis. Dubitat, num prior monasterii iure sit loco motus.

— — [Cupimus] experiri, quid cum familia sit faciendum, retinemus antiquam praeter tres, ordinauit iam P. Victoria[2] ut homines quotidie audiant missam, famulae Dominjcis et festis diebus, ac Veneris. ego ut finem faciam .r. P. nondum deposui scrupulum, neque deponere possum, quod prior[3] sit contra canones depositus et abiectus, ut mihi uidetur in decreto causa .7.[4] neque ulla res consolatur ac securitatis aliquid promittit, nisi suspicio ipsius, quamvis iudicare eum talem non audeo.

R. V. me et omnes nos Deo commendet, ac suis literis consoletur et doceat.

in Oybin. 7. Maij 1559

seruus et filius indignus R. V. in domino
Hurtadus.

Ferdinandus rex anno 1556, cum bona oibinensia Zittaviensibus elocaret, „exceperat sibi ipsum Coenobium, jura Patronatus, praedium, silvas, et quaedam alia, quae Fratri illi Priori gubernanda, et post ejus mortem Collegio relinquebat. . . Altero statim post Anno (1557.) Prior, aetate devexa, cum vix sui regendi, nedum Oeconomiae administrandae par esse posset, sublevari a Nostris debuit, mittebaturque identidem e Collegio, qui seni praesidio adforet, rura inspiceret, rationes praedii, et silvarum conficeret, census reliquos annotaret. Tandem vero omnium pertaesus Prior, Januario Anni 1559. Zittaviam aeger concessit, brevique tempore est ex-

---

[1] Hurtadus Perez (Petrius, Peretius), Mulae in Hispania natus et Compluti sub a. 1553 Societatis tirocinium ingressus, anno 1556 cum primis Sociis in collegium ingolstadiense venit; deinde Pragam indeque Oibinum missus, monasterium illud et partem bonorum eius „Rectoris Oibinensis titulo", ut ait *Schmidl*, „gubernavit". Anno 1562 primus rector constitutus est collegii tyrnaviensis; anno 1566 collegium olomucense incohavit primusque rector ei praefuit. Ibidem obisse fertur 6. Maii 1594 (*Agricola* l. c. I, Dec. 2, n. 26. *Socherus* l. c. p. 103. 134. *Schmidl* l. c. I, 92—93. *C. Sommervogel* S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M.D.LXI. [Bruxelles 1892] p. xxvii—xxviii).

[2] Victoria Lainii et Canisii iussu res collegii pragensis, ad quod oibinense monasterium pertinebat, cognoverat et composuerat. Cf. supra p. 374. 393 et *Schmidl* l. c. I, 114. 116.

[3] Balthasar Gottschalk; vide supra p. 374.

[4] Decretum *Gratiani* causa septima, quaestione priore, compluribus capitibus, praescribit, ne ecclesiae praelati propter infirmitatem vel senectutem loco moveantur.

stinctus" [1]. Ita quidem provinciae bohemicae Societatis Iesu historicus (*Schmidl* l. c. I, 92), „suspicionis" illius, de qua Perez scribit, nulla mentione facta. Poterat autem fortasse Gottschalk in suspicionem quandam vocari Lutheranismi, si vera sunt, quae aliqui scribunt: Laurentium Heidenreich, Zittaviae „reformatorem", Esaiam filium (qui postea Gorlitii [Görlitz] Lutheranorum minister et Vratislaviae lutheranae theologiae professor fuit) priori huic instituendum tradidisse, et urbis gorlitiensis senatum lutheranum a. 1555 cum eodem priore de contionatore lutherano Gorlitii constituendo egisse (*Alfr. Moschkau*, Oybin-Chronik [Böhmisch-Leipa 1885] p. 143. 144. 155. *Chr. Ad. Pescheck*, Geschichte der Cölestiner des Oybins [Zittau 1840] p. 93).

350.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu.

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 13. Maii 1559.

(Epistula prior.)

Ex apographo eiusdem temporis ab ipso *Polanco* scripto; initio epistulae in margine ascriptum est: „Padre Canisio Augusta." Cod. „Germ. 1559" f. 5^b—6^a.

Ex Valle Tellina multi novicii advenerunt. Cum Romae Sociorum numerus magnus, reditus nullus sit, Canisio videndum est, num Fuggeri vel alii ad Socios, qui postea in Germaniam mittantur, alendos induci possint. Alia quoque subsidia, iuvante P. Victoria, quaerenda.

Questi giorni uenendo insieme 14. o 15 giouani della Valtelina mandati per la compagnia dal padre Bobadilla [2] et altri d' altre bande arriuauamo quelli di Roma à 210 persone, et quantunque alcuni si son mandati fuora alli Collegij d' Jtalia altri sono accettati, et alla giornata bisognarà accettare, et per esser anchora assai pieni li altri collegij, non si puo fare che non ci sia grande moltitudine qui in Roma, doue le cose sono assaj care, et intrate temporali non ci sono [3]. Jl soccorso che di Spagna si aspettaua si è molto estenuato di modo

---

Hisce diebus 14 vel 15 iuvenes simul huc venerunt ex Valle Tellina, a patre Bobadilla missi, ut Societatem ingrederentur [2]; alii quoque aliis ex regionibus advenerunt; quo factum est, ut hic Romae numero simus 210, et quamquam aliquot foras missi sunt ad collegia italica, alii tamen admissi sunt et propediem admittendi erunt; cum in ceteris quoque collegiis sat multi degant, fieri non potest, quin valde multi sint hic Romae, ubi res sat magno pretio constant et reditibus caremus [3]. Subsidia autem, quae ex Hispania ventura sperabamus, magnopere extenuata sunt;

---

[1] *I. G. Müller* asserit eum 19. Martii 1568 obisse (Versuch einer Oberlausitzischen Reformazionsgeschichte [Görlitz 1801] p. 400).

[2] Cf. supra p. 399[1].

[3] Certam sedem certumque ex aerario pontificio reditum annuum Pius IV. collegio romano assignavit anno 1560; qui etiam romanam professorum domum haud exigua pecunia adiuvabat. Fundati autem collegii romani laudem Deus Gregorio XIII. reservavit.

che ci conuiene far fundamento nella prouidenza d' Jddio da douero, et sperando in quella non serramo ne serraremo le porte alli buoni suppositi che Dio N. Signore ci mandarà. Pur pare Nostro debito cooperare alla diuina prouidentia picchiando la porta in una parte et altra, Et cosi parse a N. Padre si scriuessi alla R. V. che uedessi se ci saria alcuno in Augusta ò altroue il quale representandoli il summo bisogno d' operarij nel settentrione, et il disegno della compagnia nostra d' alleuarli, per mandarli in quelli paesi, accio con lo essempio et dottrina aiutino la religione catholica, et procurino la salute delle anime, rapresentando queste cose ad' alcune persone potentj, si procurassi se Dio N. Signore li uuole per mezzi della sua prouidentia et specialmente ci occorreuano li Fuccari in Augusta [1], et altri che meglio conoscerà la R. V. et se li potria rappresentare s' hauessero deuotione d' alleuare alcun numero di scholari alle sue spese, perche potria essere, che si trouassino alcuni che uolessino sustentare chi piu et chi meno, et ci era occorso che il Padre Vittoria il quale mostra dono d' Jddio in cose simili potria essere buon instrumento per questa cosa. Et se parera alla R. V. così li potria mandar questa ò la copia di quella. Finalmente guidi la cosa V. R. come gli pare, et ueda d' aiutarci in quel che si potrà secondo la sua solita charità: non solo per la uia che io ho toccato, ma etiam per altre se li occorressero, come sarebbe con patrimonij d' alcuni particolari della compagnia nostra [2], o se altro modo ci fosse, qualche

---

quare in Dei providentia vere nos inniti oportet, in qua sperantes nec claudimus portas nec claudemus bonae indolis hominibus, quos Deus et dominus noster nobis mittet. Attamen nostrum esse videtur, cum divina providentia nostram iungere operam, variis in regionibus fores pulsando. Itaque pater noster R. V. moneri voluit, ut videret, num quis Augustae esset vel alibi, cui demonstrari posset septentrionem operariis maxime indigere, quos quidem Societas instituere vellet in terras illas mittendos, ut vitae exemplo et doctrina religionem catholicam adiuvarent et salutem animarum procurarent. Haec si aliquibus multum valentibus ostendentur, fieri poterit, ut instrumenta providentiae divinae, si Deo et domino nostro placuerit, se praestent, ac speciatim in mentem nobis veniebat Fuccarorum illorum augustanorum [1]; alii R. V. magis noti erunt quam nobis. Qui interrogari poterunt, num propter Deum scholasticos aliquot impensis suis alere velint; fortasse enim erunt, qui eorum numerum aliquem sustentare parati sint, alii maiorem, alii minorem; atque in mentem nobis venerat patrem Victoriam huius rei bonum instrumentum futurum esse, qui se ingenio ad huiusmodi res idoneo a Deo praeditum esse iam probasset. Et si R. V. visum erit, has litteras vel earum exemplum ei mittere poterit. R. V. denique ex arbitratu suo hanc rem gerat et videat, ut eo, quo fieri poterit, modo pro solita caritate sua nos adiuvet: neve solum ea via, quam ego significavi, sed etiam aliis, si forte ipsi offerantur, velut per patrimonia hominum aliquot de Societate nostra [2], vel

---

[1] Notissima est haec familia Fuggerorum (Fugger), quae ex commercio et metallis maximas sibi divitias comparabat, ab imperatoribus nobilitate donata erat, litterarum et artium amore atque etiam (paucis exceptis) catholicae religionis studio florebat.

[2] *S. Ignatius* sanxerat, ut, qui Societatem ingredi vellent, bona sua relinquerent, vel si honesta aliqua ex causa non statim reliquissent, saltem ante ultima

giorno come Dio N. Signore hauera prouata nostra speranza, e da credere ci prouedera etiam di cose stabili, in modo che non sia necessario usar simili mezzi a questi quali soli ci occorreno per adesso. Del resto si scriue per altre. Di Roma 13 di Maggio 1559.

---

si quis alius sit modus nos iuvandi. Spes est Deum aliquando, cum spem nostram probaverit, res etiam stabiles nobis provisurum esse, ut necesse non sit rationes capere similes earum, quae nunc solae nobis occurrunt. De ceteris rebus altera epistula agetur. Roma 13. Maii 1559.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 27. Maii 1559.

351.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 13. Maii 1559.

(Epistula altera.)

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Polanco* scripto. Cod. „Germ. 1559“ f. 5.

Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. p. 167.

P. Lentuli animus nullibi melius confirmabitur quam Romae. P. Hurtadus Perez. Lainius Canisium cum librorum scriptione contiones iungere iubet; defectum linguae Spiritus Sanctus supplebit. PP. Cuvillonius et Lanoius. Socius quidam pontifici oblocutus. Lainius pontifici cum caesare reconciliando operam dat. Collegium in Polonia parandum. Videndum, num collegiis hungarico, monacensi, moguntino, salisburgensi, oenipontano Sociorum numerus et vires sint pares etc. Collegium in Valle Tellina incohabitur. P. Schorichius.

Riceuemmo quelle di V. R. di 22. et 29. d'Aprile alle quali risponderò con pregar primo il Santissimo spirito li dia bonissime feste con tutta la sua Prouincia nel suo santo seruicio[1]. Ci siamo consolati in Domino della buona reduttione di maestro Thoma[2], et forsa se li scriuera con questa, V. R. uedera et li mandarà la lettera. Pare che per aiutarlo et confortarlo meglio li sia conueniente il venir

---

Accepimus epistulas R. V. 22. et 29. Aprilis datas; ad quas rescribam rogans primum sanctissimum Spiritum, ut R. V. cum tota sua provincia festos hos dies faustissimos in suo sancto servitio esse concedat[1]. In domino solacio affecti sumus, magistro Thoma[2] tam feliciter ad nos reducto; ad quem fortasse litterae dabuntur, his adiungendae; quas R. V. lectas eidem mittat. Ad eum adiuvandum et magis

---

Societatis vota (professionem sollemnem etc.) ea pauperibus distribuerent (Constitutiones, Ex. c. 4, n. 1. 2; P. 3, c. 1, n. 9 et decl. G etc.).

[1] Polancus haec scribebat pridie Pentecostes. [2] Lentulo.

à Roma piu che nessun' altro partito. Dipoi rimandato in Alemagna sara piu utile in qualsiuoglia luoco con l' aiuto diuino.

De Maestro Hurtado pare anche à N. Padre che staria bene in Augusta per ministro[1] ouero per operario[2], perche delle lettere del medesimo, et di ciò che scriue la R. V. pare si puo colligere che non sia al proposito suo ne forsa di quel luoco il star in Oybin, in Augusta potria seruirsi della lingua Jtaliana et spagnuola; se pur altro paressi alla R. V. puo auisare.

Non ha riceuuto anchora N. Padre le lettere del capitolo[3], ne la risposta si potra procedere secondo il ricordo della R. V.

Quanto al scriuere nel modo che la R. V. tocca[4]; à N. Padre dopo hauer consultato il tutto pare molto conueniente: ma lasciar il predicar non pare si potria per adesso: potria forse trouarsi questo mezzo che di quelle materie medesime che V. R. pretende scriuere anche predicassi, et cosi la fatica et tempo che si spendessi nell' un' essercitio giouarebbe per l' altro. Si potria anche alli suoi tempi uacare dal predicare et attendere al scriuere, ma totalmente lasciar il predicare, non si giudicarebbe conueniente. Et se ben mancassi à la R. V. qualche cosa della lingua, supplirà questo defetto, il spirito santo come suole supplire li ordinarij deffetti nostri.

Al Dottor Couillon scriue nostro Padre la inclusa. conuiene pregar Jddio N. Signore per lui.

---

confirmandum nullum consilium videtur esse accommodatius, quam ut Romam veniat. Unde postea in Germaniam remissus quolibet loco utilior erit, Deo iuvante.

Censet etiam pater noster magistrum Hurtadum bene futurum Augustae, sive ministrum[1] istic agat, sive operarium[2]; nam et ex eiusdem et ex R. V. litteris colligi posse videtur commorationem oibinensem ipsi non convenire ac fortasse etiam loco illi alienam esse. Augustae vero linguis italica et hispanica uti poterit. Sin forte aliud R. V. videbitur, certiores nos reddat.

Pater noster litteras illas capituli[3] nondum accepit; cui ita rescribi poterit, ut R. V. monuit.

Consilium scribendi libros, quod R. V. significavit[4], patri nostro, .re omni deliberata, commodissimum videtur; nec tamen in praesens contiones omitti posse videntur; fortasse media potest iniri via ita, ut, de quibus rebus R. V. scribere vult, de iisdem etiam contionetur, et sic labor et tempus, quae uni operi impendentur, etiam alteri proderunt. Poterit etiam R. V. suis temporibus a contionando vacare et scriptioni operam dare; sed contiones prorsus omittere nostro iudicio non expediret. Atque etiamsi forte R. V. aliquo sermonis vitio laboret, Spiritus sanctus hunc defectum supplebit, sicut communes defectus nostros supplere solet.

Ad doctorem Cuvillonium pater noster epistulam dat, quae in hac inclusa est. Deus et dominus noster pro eo orandus est.

---

[1] Minister est adiutor superioris et custos disciplinae domesticae.

[2] „Operarium" in „messe domini" (Matth. 9, 37. 38; 10, 10. 2 Tim. 2, 15 etc.) dicit, qui contionetur, sacramenta administret etc.

[3] Cathedralis capituli augustani; cf. supra p. 409; Lainii responsum v. infra, monum. 164. [4] Vide supra p. 397--398.

Jl Padre Dottor Lanoy non è stato essento della auttorità de V. R. ne alcun' altra persona di tutta la sua prouincia.

Quel sacerdote che ha parlato del sommo Pontefice al modo che scriue la R. V. deue pentirsi et interpretar quello che ha detto in edificatione come meglio si potrà. Li altri particolari V. R. le considerara meglio et prouederà come giudicarà in domino espediente.

Dell' Vfficio che V. R. dice, desidera faccia N. Padre con sua Santità per piu pacificare l' animo suo con la Maiestà Cesarea, lo ha fatto insin 'à momento et lo fara sempre che habbia occasione [1].

Quanto al collegio dell' Arciuescouo Gnesnense si è scritto che pareua bene a N. Padre ci mandassi uno ò due per disponer le cose, parendo non si douer lasciar tal occasione di aiutar il ben spirituale di quel Regno.

Quanto alli collegij d' Vngaria, et Monicho, et delli Reuerendissimi Maguntino et Salsburgense, oltra di quello de Hispruch, ci rallegramo in Domino, di ueder tanto bona dispositione, et che si apra la porta tanto in Alemagna per la compagnia nostra. Degnisi la diuina bontà mandarci anche li operarij che per tanto ampla Messe si ricercano. Di qua si potranno mandar alcuni non solamente per li corsi di Theologia, ma etiam per aiutar qualche nuouo Collegio; pur N. Padre uorria che la R. V. li auisassi praesupposti li suppositi che tiene là et alcuni soggetti come si e detto di qua (che in parte si puo ricordar di quelli) quantj di questi Collegij nuoui potria

---

Nec pater doctor Lanoius ab auctoritate R. V. exemptus est nec quisquam alius de tota ipsius provincia.

Sacerdos ille, qui de summo pontifice ea ratione, quam R. V. significavit, locutus est, ea re dolere debet et dicta sua in meliorem partem interpretari, quantum fieri poterit. Ceterum praestat R. V. considerare singula, quae hanc rem spectant, eique ita providere, ut in domino expedire iudicaverit.

Quod R. V. desiderat patrem nostrum intercedere, ut sanctitatis suae animus caesareae maiestati magis concilietur, intercessit is usque huc et semper intercedet, ubi opportunitatem nactus erit [1].

De collegio archiepiscopi gnesnensis scriptum est patri nostro placere, ut R. V. unum duosve illuc mitteret ad res collegii parandas; neque enim neglegenda esse videtur haec occasio regni illius in rebus divinis adiuvandi.

Quod attinet ad collegia hungaricum et monacense et quae reverendissimi Moguntinus et Salisburgensis petunt, praeter oenipontanum, in domino gaudemus, quod animi tam bene affecti sunt, et quod Societati nostrae in Germania ostium tam late aperitur. Dignetur divina bonitas operarios quoque nobis mittere tam amplae messi necessarios. Hinc aliqui non solum ad cursus theologiae conficiendos mitti poterunt, sed etiam ad nova aliquot collegia iuvanda; attamen pater noster cupit R. V., consideratis iis, quos istic habet, et aliquibus, quos hinc mitti posse dixi (quorum R. V. ex parte recordari poterit) ad nos perscribere, quot ex novis

---

[1] Cf. supra p. 398.

abbracciare et anche stringere[1] et qual giudicaria[a] in primo luoco douersi accettare, qual in secundo, qual in 3º et consequenter, perche N. Padre uiso quel che scriuerà la R. V. si risoluerà: Et tanto meglio scriuendo il suo parere et credo lo potrà conferire col Padre Lanoy et il Padre Vittoria che sarà uenuto in Augusta. Di quello de Hispruch hauerà nostro Padre caso d' intendere piu li particolari, se la Maiestà sua descende a quelli.

Quanto al negocio del caualliero maestro Antonio Quadrio N. Padre si e rissoluto di accettar la donatione sua, et anche di dar principio a un Collegio nella Valtelina per il grande et quasi estremo bisogno che li hanno, et qui si manda una procura per accettar detta donatione, et una lettera per lui qual potrà V. R. uedere et darglila serrata.

Del Dottor Schuricchio come s' intenda che sia andato in Collonia si potrà ordinare quel che parera conueniente circa il suo tornare in Alemagna ò andare in altra banda. Nell' orationi di V. R. tutti molto ci raccomendiamo. Di Roma alli 13. di Maggio 1559.

---

istis collegiis amplecti atque etiam stringere possit[1], et quodnam primo loco admittendum fore existimet, quod secundo, quod tertio, et ita de reliquis; nam pater noster visis iis, quae R. V. scripserit, consilium capiet, idque tanto melius, R. V. sententia pronuntiata; quam te, R. P., puto conferre posse cum patre Lanoio et patre Victoria, quem Augustam puto venisse. Quae ad oenipontanum collegium spectant, pater noster planius edocebitur, si maiestas sua singula proposuerit.

Quod ad negotium magistri Antonii Quadrii equitis attinet, pater noster decrevit eius donum admittere atque etiam collegium in Valle Tellina incohare, idque propter magnam et quasi extremam eius regionis necessitatem, atque his litteris adiungitur testimonium et auctoritas doni illius admittendi et epistula ipsi destinata, quam R. V. legat et obsignatam ei tradat.

De doctore Schorichio, ubi eum Coloniam profectum cognoverimus, statuere poterimus, prout convenire videbitur, utrum in Germaniam reverti an in aliam regionem ire debeat. R. V. precibus omnes vehementer nos commendamus. Roma 13. Maii 1559.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 27. Maii 1559.

352.

CANISIUS

P. HIERONYMO NATALI S. J.,

praepositi generalis pro Germania et Gallia „assistenti".

Augusta Vindelicorum 20. Maii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 60—896 posito, collatum est. Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. p. 159.

---

[a] *Vel:* giudicarebbe*; Pol.:* giu.

---

[1] Id est: non solum incohare, sed etiam strenue prosequi ac conservare.

Moneri cupit, quomodo sibi et provinciae suae consulere debeat. Sociis molestum et periculosum fore, monasterii oibinensis parochias quasdam regere haeresibus vitiatas eiusdemque bona administrare. Zittavienses Sociis infensos se praebere. De pontifice cum caesare reconciliando. De comitiis et synodo. Protestantes catholicis diligentiores esse; clerum nolle serio reformari. Se preces aliaque indixisse ad opem divinam implorandam. A romanis Sociis similia flagitat. Num Oeniponte in templo collegii cantus cotidianus caesari concedendus?

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater

Veniam abs te peto, pater, quod scribam rarius, non tui quidem immemor, quem satis novi de nobis, deque Germanica provintia tua sollicite cogitare, et nostra curare in Christo fideliter, sed aut impeditus aliis curis, quae hic neutiquam desunt, aut in scribendo etiam tardior idcirco, quod sciam ad tuas pervenire manus quaecunque patri nostro mittimus. Erit autem id longe mihi gratissimum, si me subinde commonefaciat pietas tua, qua ratione muneri meo et provinciae hujus collegiis quam optime consuli queat. Nosti enim, si quis omnino alius, mihi velut imperito medico datam hanc esse curandi provintiam in difficillimis et gravissimis morbis, multaque deesse nobis pharmaca vides, quibus cum ipsi nos, tum alios etiam probe restituamus in optimum Deoque gratissimum statum.

Speciatim vero commendo charitati tuae literas p. Victoriae, quas de rebus Oibinensibus scriptas legi, et lectas obsignavi, iamque isthuc ad praepositum mitto. Chaos illic videre videor, et summas adspicio difficultates, quibus etiam nostrorum conscientiae perturbantur. Ubique nobis negotium facessunt Zittavienses, nec est quod ab illis praeter turbas expectemus, ut fortassis expediat nos abdicare misera bonorum illius monasterii administratione, quae simul in medio impiae gentis curam Ecclesiarum nobis imponit, et mille scrupulos parit, si nostrorum sacerdotum et illorum pagorum conscientiis bene consultum velimus [1].

A Caesare parum expecto praesidii, praesertim si illius authoritate compescendi sunt istorum conatus, qui se nobis hactenus infestos et Catholicis adversos exhibent. Concionatorum penuria non parum laboramus, tres eo mittere quos P. Victoria postulat, non possumus: atque ut maxime possemus, praestabat fortasse, nova ex illis fundare collegia, iamque fundata provehere, quam in illis Boemiae finibus et obscuris villis nostros, uti res postulat, continenter versari. Quare maiorem in modum rogo charitatem tuam, ut P. Victoriae litteris quas dixi, sedulo respondendum curet, viamque dispiciat aliquam aut

[1] Zittaviensibus, lutheranismo deditis, Ferdinandus I. bona oibinensia, aliquibus exceptis, ad decem annos elocaverat ea condicione, ut singulis annis collegio pragensi 1400 taleros solverent (*Can.* Epp. I, 614—615. 626—628. *Chr. Ad. Pescheck*, Handbuch der Geschichte von Zittau I [Zittau 1834], 245). Sed Zittavienses in solvendo segnes erant et „lites serebant ex litibus" (*Schmidl* l. c. I, 115).

nostros his curis et periculis liberandi, ne temporalibus magis quam spiritualibus rebus dare operam videamur, aut Pragense collegium quacunque ratione conservandi, et fratres in Oibinensi monasterio consolandi. Ea mihi difficultas praecipua videtur inter alias complures, quod Caesar postulet penes nostros manere curam quarumdam parochiarum, quae huic monasterio uti dicimus, incorporatae sunt, ut animarum curam, ubi corrupti sunt tot iam annis vulgares animi sectis variis, sustinere cogamur[a]. Altera, quod etiamsi pactum rescindatur, ut suadet P. Victoria, ne duret Zittaviensibus administratio decennalis, tamen aut non deceat satis, aut minus expediat, eandem administrationem in nos transferri, qui summas inde molestias haud dubie et perpetuas cum vicinis rixas reportaremus. Verum haec sapienti satis: reliqua docebit suis literis P. Victoria, qui certe bonam navavit operam et prudenter multa confecit in Christo, dum ijs diebus hoc saxum uoluit. Nos hic responsum de re tanta expectabimus, nihil facturi praeterquam ex praescripto patris[1], quem oro diligenter moneas, ut brevi suam explicet sententiam. Veniet autem huc P. Victoria propediem, uti ad me scripsit, quocum de tota provintia conferam, et quae scriptu digna videbuntur, isthuc deinde mittam Christo favente. Nullas hac hebdomada literas Roma dedit: expecto autem diligenter, quibus rationibus praestare possimus obedientiam, ut Cathalogo isthic edito[2] et hic graviter oppugnato, praesertim in scholis nostris satis faciamus.

Causam Caesaris cum Pontifice in longum abire dolemus, neque finem dissensionis huius providemus[b]. Utinam Cardinalis nostri literae isthuc missae aliquid valeant. Nunc Imperii status contendunt, quibus rationibus causa Religionis in Synodum reijci possit[3], illud parum probari videtur, quod Romae Synodum indicendam et celebrandam audiant. Graviter interim oppugnamur ab adversariis, quorum si vel decimam vigilantiae partem Catholici imitarentur, minus ferme[c] laboraremus. Desperata Cleri consilia, ubi de Reformatione agitur, morbos fatentur, pharmaca respuunt, leniores[d] medicos qui ungant magis quam secent[e] [?], amare pergunt. Certe miseranda non sectariorum modo, qui in tot sectas dissecti ad peiora in dies prolabuntur, sed etiam Catholicorum conditio, praesertim Episcoporum atque principum. Scripsi igitur paucis abhinc diebus ad nostros Viennam, Pragam,

---

[a] rogamur *apogr.* [b] provvidemus *apogr.* [c] firme *apogr.*
[d] seniores *apogr.* [e] *Sic legendum omnino videtur;* favent *apogr.*

---

[1] Praepositi generalis. [2] Indici; v. supra p. 377. 380.
[3] Protestantes has statuebant condiciones: Ut concilium intra imperii germanici fines haberetur, ut pontifex episcopos iureiurando sibi praestito solveret, ut ex sola Scriptura controversiae diiudicarentur, ut theologis protestantibus idem suffragii ius esset atque episcopis, ut decreta tridentina irrita esse iuberentur etc. (*Häberlin* l. c. IV, 18—25. *Janssen* l. c. IV, 80).

Ingolstadium, ut recitata quotidie Letania[1] totoque corde conversi ad iratum nobis Deum[2], Germaniae gratiam peterent necessariam, et Caesarem in his motibus iuvarent, nobisque divinam opem ad suggerenda consilia salutaria impetrarent. Sed plus bonae spei situm est nobis in vestra pietate, quae tum per se, tum per Collegium suum[3], tum per Patres et fratres isthic diversos hoc efficere facile possit, ut adunatis tot intercessoribus sentiat Germania atque Polonia cum nostram fidem, tum pietatem vestram apud dominum valuisse.

Addam de collegio Oenipontano, quod Caesar in nos transferre cogitat, eritque magnificum illud sane, quod uberes in christo fructus nobis pollicetur. Non video aliud impedimentum, quominus votis Caesaris annuamus, quam quod postulet quotidie cantum in templo ad rem divinam probe peragendam. Et habet rationes nonnullas, quae nos forte movere possint, ut hic non admodum eius piis desideriis reluctemur, maxime cum laturus et hoc videatur, ut pro nostris cantores demus alios, quibus et sua certa salaria constituentur. Qua in re cupio vehementer patris nosse mentem, ut certi aliquid respondeam: deinde si quam primum Caesar nostros eo introduci vellet (quod vix tamen arbitror) sitne consultum Caesari primum Oeniponti, quam Bavariae Duci Monachii gratificari. De collegiolo Augustano ut rite procedat, divinam peto gratiam per orationes tuas Reuerende pater, qui me potes apud Dominum plurimum adiuvare, et fratrum isthic omnium sacrifitiis ac precibus reddere commendatum, quod sane ut facias oro et obsecro. Dominus Iesus in suam gloriam nos donis suis augeat. Oremus et pro Iona[4] quaeso, qui postremis literis aliquam spem prebuisse visus est. Augustae 20 Maij 1559

Servus in Christo P. Canisius.

Al mio Reuerendo in Christo Padre M. Gieronimo Natale Assistente della Compagnia de IESV Jn Roma.

353.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 20. Maii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso Polanco scripto; initio epistulae in margine ascriptum est: „Padre Canisio Augusta." Cod. „Germ. 1559" f. 8.

---

[1] Dubitari vix potest, quin Canisius recitari voluerit litanias omnium sanctorum, quae nunc quoque in breviario romano simpliciter dicuntur „litaniae". Cf. *Sacchinum*, Can. p. 159. Postea tota Societas hunc morem recepit.

[2] Ioel 2, 12. 13. [3] I. e. per collegium Societatis romanum.

[4] Adler; vide supra p. 257—258.

Canisii valetudo Deo commendatur. P. Rainaldus. Aliqui in collegium germanicum recepti. Lainio semper cordi est, ut pontificem cum caesare reconciliet. Facultates, quae „Indicem" spectant. Variae epistulae. Alumni aliquot collegii germanici impensis archiepiscopi salisburgensis sustentandi.

Riceuemmo quelle di V. R. di 6. del presente per mano di maestro Petronio [1], et intendendo della sua indispositione, si e dato ordine di raccommandare a Jddio N. S. nella Casa et collegio la sua sanità, et speramo gli la darà Christo uera salute nostra, riceuemmo etiam tardo quella che fu scritta con maestro Tarquinio [2] il qual arriuo sano questa settimana et pur hoggi e stato promosso al sacerdotio [3]. Thomaso che uenne con lui [4] et altri due di Vienna, sono posti nel collegio germanico [5].

Del procurare la concordia [6] della qual scriue con tanto zelo di carità l' Jllustrissimo et Reuerendissimo Cardinale N. Padre lo hà fatto quando ha hauuta alcuna occasione, et lo farà anche per l' hauenire, se Dio gli la mandarà. Vero è che molte rare uolte si puo parlar a .S.S. et di qui procede che non si puo quel che si desidera. sollicitar li Cardinali è piu facile se bastassi. Non credo respondera adesso N. P. al Cardinale per aspettare se con qualche effetto potessi prima rispondere alle sue lettere. La lettera del capitolo non è comparsa anchora.

Accepimus, reverende pater, ex manu magistri Petronii [1] litteras, quas die 6. huius mensis ad nos dederas, ac cognita infirmitate tua Socii, qui domi et qui in collegio sunt, valetudinem tuam Deo et domino nostro commendare iussi sunt, et speramus sanitatem tibi daturum Christum, qui est vera salus nostra. Tarde etiam accepimus epistulam ad nos missam per magistrum Tarquinium [2], qui hac hebdomade sanus ad nos venit atque hodie sacerdotio initiatus est [3]. Thomas, qui cum eo venit [4], et alii duo, qui Vindobona missi erant, in collegio germanico collocati sunt [5].

Concordiam [6] illam, quam efficiendam esse scribit tanto cum caritatis ardore illustrissimus et reverendissimus cardinalis, pater noster efficere studuit, quotiescumque occasionem habuit, idemque studium in posterum quoque adhibebit, cum opportunitatem Deus ei miserit. Verum sanctitas sua valde raro adiri potest, quo fit, ut quae volumus efficere non possimus. Facilius est cardinales sollicitare, si tamen id sufficeret. Nec puto patrem nostrum nunc cardinali rescripturum; exspectat enim, donec successu aliquo obtento eius litteris respondere queat. Litterae illae capituli nondum comparuerunt.

---

[1] Vide supra p. 98. 360.

[2] Tarquinium Rainaldum dicit.

[3] Duae illae Canisii epistulae non videntur superesse.

[4] In antiquissimo *catalogo collegii germanici refertur 23. Aprilis 1559 ingressum in id esse „Thomam Gall Augustanum Sueuum" (Cod. rom. „All. coll. germ." p. 12). Qui postea Societati Iesu nomen dedit. Plura de eo postea referentur.

[5] Eodem die ac Thomas Gall collegium ingressi esse videntur „Martinus Juitius Zagabriensis" et „Gabriel Mayer Eystetensis Bauarus" (*Cod. rom. „All. coll. germ." p. 11. 12).

[6] Inter pontificem et caesarem; cf. supra p. 398. 410.

Sopra il catalogo si è fatto diuerse uolte officio co 'l Cardinale Alessandrino [1] et due cose non piu si sono ottenute da lui la prima che li nostri confessori non si curino di dichiarare alli penitenti, che [a] ci è tal prohibitione, ma domandando in genere se tengono libri prohibitj se diranno di non li possano assoluere [2], se mostrano hauer scientia della prohibitione uuole che in tal caso si faccia il conto di loro che si farebbe se fossi promulgato publicamente lo edito et che non si assoluano se non uogliono ubedire secondo il decreto suo. L' altro è che ci ha concesso che per tre mesi dopo la notitia di questa concessione possano li nostri assoluere quelli che non hauessero ubedito al tal decreto, pur che siano parati di far il suo debito per l' hauenire, et per esser questo caso riseruato li parse concedere qualche cosa, et in effetto in queste parti serue assaj questa concessione [3]. Qui ua una lettera spagnuola per il dottor Couillon, V. R. la ueda et gli la mandi serrata: Va anchora un' altra per il maestro Thoma [4] a Colonia laqual V. R. gli potra far mandare con un altra per il Padre Leonardo [5].

Si uederà se ci sono alcuni Todeschi che si uogliono obligare di scriuere al Reuerendissimo Salsburgense acciò li faccia le spese [6], c' è

Quod ad catalogum attinet, compluries cardinalem Alexandrinum [1] deprecati, non plus quam haec duo ab ipso impetravimus: Primum confessarii nostri non debent laborare, ut paenitentes doceant hoc exstare interdictum; sed cum generatim eos interrogaverint, num libros prohibitos habeant, atque hi id negaverint, eos absolvere poterunt [2]; sin autem legem illam sibi notam esse significaverint, ita eos vult haberi, ut haberentur, si edictum publice pronuntiatum esset, neque absolvi si nolint oboedire, sicut decreto suo statuit. Deinde nobis concessit, ut per tres menses, qui nuntium huius concessionis acceptum sequerentur, nostri absolvere possent eos, qui decreto illi non oboedivissent, dummodo parati essent in posterum officium praestare; et cum reservatus hic sit casus, ipse se aliquid concedere existimabat, ac revera in his regionibus concessio haec valde est utilis [3]. Adiungo his litteris epistulam hispanicam doctori Covillonio destinatam, quam R. V. legat et obsignatam ei mittat; iungo etiam aliam magistro Thoma [4] Coloniam mittendam, quam R. V. ei afferendam curare poterit una cum altera patri Leonardo [5] destinata.

Videbimus, num aliquot adsint Germani, qui onus in se suscipere velint petendi per litteras a reverendissimo Salisburgensi pecunias, quibus alantur [6]; qua

[a] et *Pol.*

---

[1] Michaëlem Gislerium O. Pr., supremum haereticae pravitatis inquisitorem. significat.

[2] His similia sunt, quae *Canisius* in *codice quodam suo notavit de indice (ut videtur) Pii IV. sive tridentino: „Alia priuilegia nostris data in Germ. Possunt nostri . . . Si uero poenitentes nesciunt huiusmodi libros esse prohibitos, non tenentur nostri eis significare Jndicem huiusmodi librorum, et quamdiu in ea sunt ignorantia, absolui possunt“ (Cod. „Scripta B. P. Canisii X. K.“ f. 3[a]).

[3] In *codice illo canisiano, de quo scriptum est supra p. 387[5], notatum est (f. 198[a]) cardinalem hanc facultatem Sociis in Germania degentibus concessisse festo die Pentecostes (14. Mai) anni 1559.

[4] Lentulo. [5] Kessel. [6] In collegio germanico.

pur uno inconueniente che pare saria renderli inhabili per la compagnia nostra con tal oblígho [1].

Qui ua una lettera delle cose di Roma, benche dopò quella scritta, sono occorse molte altre cose delle quali si dara auiso un' altra uolta [2]. Ci raccommandiamo tutti nelle orationi di V. R. Le incluse uiste potra dare al Padre Vittoria et mandar a Vienne [*sic*] la sua al maestro Carolo [3]. La santissima Trinita cui festa è domani ci tenga tutti in sua protettione amen. Di Roma alli 20. di Maggio 1559.

---

tamen in re hoc unum est incommodum, quod eo onere facultas ingrediendi Societatem iis adimi videtur [1].

Cum hac epistula litteras mitto, quae de rebus sunt romanis; attamen multa alia, postquam hae conceptae erant, acciderunt; de quibus alias ad vos scribetur [2]. Omnes R. V. precibus nos commendamus. Epistulam huic inclusam R. V., cum legerit, patri Victoriae tradat, et eam, quae ad magistrum Carolum [3] data est, Vindobonam mittat. Sanctissima Trinitas, cui crastinus dies sacer est, nos omnes pergat tueri. Amen. Roma 20. Maii 1559.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 10. Iunii 1559.

354.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 27. Maii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 61—899 posito, collatum est.
Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 167—168, et *Boero*, Can. p. 213.

De PP. Lentulo et Perez. Quantae difficultates ex cura animarum in pagis quibusdam oibinensibus suscipienda oriantur. Se libenter scripturum simul et contionaturum, ac modo libros quosdam Hosii germanice vertisse. Egentibus Sociis romanis opem promittit. P. Victoriam laudat. Dolet Ferdinandum caesarem Romae pessime audire. Quid agendum de Socio ex patria discedere nolente? De collegio Vallis Tellinae. „Indicem“ ne in ipsa quidem Italia observari; se suosque in quibusdam rebus ab eo eximi cupit. De collegio Oeniponte condendo, rumoribus de cardinali quodam sparsis, familia „Marschalk“.

---

[1] Promittere sine dubio debebant archiepiscopo illi, se in eius dioecesi animarum curam gesturos.

[2] Longissimae epistulae italicae, quam *Polancus* Romae 21. Aprilis 1559 de Societatis rebus romanis scripsit, * apographum eodem fere tempore scriptum exstat in cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 55a—60b. Quae hic non ponitur, tum quia non tam ad Canisium quam ad Socios omnes extra Romam degentes data est, tum quia spes est fore, ut mox in „Monumentis historicis Societatis Iesu“ evulgetur.

[3] Grim.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater.

Quae die mensis huius 13° scriptae mihi fuerunt, eas postremas accepi, cum P. Victoria Deo duce salvus huc accessisset. Hodie P. Lanoium expectamus: cum utroque conferam, ut antea scripsi, de novis collegiis aliisque rebus necessariis.

Placet vehementer, vocari M. Thomam [1] in urbem: nihil poterat ei praescribi rectius. admonebo illum per literas, ut cum fratre [2] huc redeat Colonia.

De M. Hurtado mutando in Oibin. sequar consilium, nec erit hoc loco inutilis ille: sed primum quis illi Germanus sacerdos substituatur dispiciemus, quod Oibinense monasterium deserendum non sit. Scripsi autem ad P. Natalem, quam sit molestum, ac fortasse periculosum etiam, curam habere pagorum in spiritualibus, hoc presertim tempore, et talibus in locis, ubi cum seductis et in fide corruptis animis res est, aliaque multa desunt ad talium conversionem et in obedientia conservationem nunc necessaria. Itaque si Pragae sustentantur, cum adiuncta illa cura pastorali retinendum est: nec est probabile futuros, qui pastores illic velint agere, quod circumquaque, ubi commodius etiam Catholica fides conservatur, sacerdotes nulli reperiantur. Inde fit, ut populus Lutheranos malit quam nullos habere ministros. Loquemur hac de re cum Caesare, sed is jam ante postulavit a nobis, ut onera huiusmodi monasterio annexa vel incorporata non detrectaremus. At nescio ubi sint quos eo mittamus, et ut essent etiam, consultius forte collegiis operam darent, et securius inter nostros, quam cum illis rusticis viverent. Dominus IESVS viam nobis monstret in his difficultatibus ut simul et instituto nostro, et Caesaris expectationi ac animarum pereuntium saluti satisfaciamus.

Ago gratias pro benigno prudentique responso, ut scribendi simul et concionandi munus mihi proponam. Faxit Dominus per orationes vestras, ut cum fructu hic me incipiam exercere. Nam hactenus Archiepiscopus Salisburgensis hoc a me impetravit, ut operam darem vertendis quibusdam Germanice libris D. Vuarmiensis [3].

---

[1] Lentulum. [2] Theodorico Canisio.

[3] Quosnam Hosii libros Canisius germanice verterit, non constat. Versioni germanicae „Dialogi" (vide infra, monum. 206) Moguntiae a Francisco Behem typis descriptae annus 1558 ascriptus est. Hoc satis probabile est Canisium vertisse libellum „De expresso verbo Dei", quem anno 1558 Dilingae latine editum et postea germanice versum esse constat (*F. Hipler*, „Hosius Stan.", in Wetzer und Welte's Kirchenlexikon VI, 298). Fortasse etiam „Confessionem" vertere coepit nec perficere potuit; cuius libri versio germanica anno 1560 opera Ioannis a Via, cathedralis ecclesiae vormatiensis contionatoris et amici Canisii (cf. supra p. 125), Ingolstadii ex typographia Alexandri et Samuëlis Weyssenhorn prodiit cum epistula dedicatoria Ioannis a Via, Vormatia 25. Aprilis 1560 ad archiepiscopum salisburgensem data (*Hosii* Epistolae II, 1008).

Quod monemur de charitate in fratres Romae pauperes exercenda, tentabimus in nomine Domini aliquid, praesertim cum adsit P. Victoria, qui me ut multis vincit partibus, sic etiam dexteritate agendi et corradendi eleemosynas. Dominus IESVS gratiam nobis tribuat, ut simus utiles Ecclesiae nostrae diaconi [1].

Dolemus ex Urbe scribi, Caesarem audire pessime, et haereticis annumerari, nec locum dari pacis amatoribus atque promotoribus. Interea videmus, numquam Caesarem antehac de sua conscientia Deo commendanda et bonis comprobanda sollicitum fuisse magis, atque hoc tempore. Et paulo post edet spero argumenta eius rei clarissima [2]. Dominus IESVS per orationes R. P. T. confirmet et augeat quod coeptum est in hoc principe. Illud praecipue obstat concordiae animorum, cum utrinque alter non fidit alteri.

Quod ad P. Schorichium attinet, querelas a Viennensibus fratribus accipio et vellent illi hominem non commorari secum. Judicet R. T. quid huic prouintiae expediat magis quidque tum maxime sit faciendum, si quod timent fore nostri Schorichius patriam amans et nescio quem pietatis erga suos praetextum obtendens recuset ire Coloniam [3]. Recusat autem ut iam ex P. Vitoria [*sic*] intelligo et literas in Urbem promittit, se expectaturum in patria responsum dicit. Parum est quod ab illo expectemus subsidii, quamdiu Constantiam et simplicitatem negligit.

Quadrius breui profecturus [a] ad suos, ut in nostros conferat patrimonium. exhibebo illi quod missum est, fortunet dominus hoc pium institutum [4].

Miror nihil aut Cardinali Augustano, aut mihi responderi de usu recto Cathalogi [5] ab Inquisitoribus editi. Heremus velut in luto, timemus non parum, clamant in collegiis, ut aliquid constituatur. Expecto responsum cupidissime, et cupio Germanicis collegiis tantum tribui, quantum requirit scholasticorum et loci huius ratio. Deinde nescio, sitne mihi sublata facultas legendi haereticos. In Italia, ut

---

[a] *Librarius fortasse omisit:* est, *vel:* esse dicitur, *vel aliquid simile.*

---

[1] Cf. Act. 6, 1—6.

[2] Plerique ordines protestantes 15. Maii 1559 Ferdinando libellum tradiderunt, quo magna cum vehementia postulabant, ut „reservatum ecclesiasticum" (quod magnum erat catholicae ecclesiae praesidium; vide supra p. 51[1]) aboleretur. Quibus Ferdinandus 13. Iunii respondit se, quaecumque calamitates catholicae religionis causa sibi perferendae essent, in eadem usque ad mortem perseveraturum neque umquam „reservatum" illud aboliturum esse. Accurate haec proponuntur ab *Andrea Erstenberger* in libro pseudonymo „De Autonomia. Das ist von Freystellung mehrerley Religion vnd Glauben . . . Durch Franciscum Burgkardum" (München 1593 [primum prodiit Monachii a. 1586]) f. 33[a]—39[a].

[3] Cf. supra p. 400. 401. 417. Petrus Schorichius Cremsa (Krems) Austriae inferioris oppido ortus erat; cf. *Can.* Epp. I, 277[7].

[4] Vide supra p. 417. [5] Librorum prohibitorum.

Venetiis et Mediolani, audio non potuisse Cathalogum obtinere, vellent nollent Inquisitores, multo minus in Germania obtinebit, Dominus prudentiam et simplicitatem vere Christianam nobis largiatur, ut et a specie mali[1] caveamus, et bono simpliciter inhaereamus, nec ansam ulli offensionis tribuamus.

Cardinalem Augustanum isthuc in autumno venturum omnino credimus. Expectatur interim a Canonicis responsum. Dominus nobiscum perpetuoque R. P. T. pro Caesare et nobis orare dignetur. Augustae 27 Maii 1559.

Servus in Christo P. Canisius.

Tractatum est mecum nomine Caesaris de collegio Oenipontano, tria fere milia florenorum ad proventus annuos applicanda putantur: Jnde 40 alentur vel e nostris, vel per nostros alii pauperes, ut numerus ille compleatur[2]. Praecipua onera videntur haec imminere, ut praeter scholae gubernacionem diebus festis cantemus missam et vesperas, quater in anno pro defunctis. Res tota referetur ad Caesarem, quem puto plane consensurum. initio cantum illic quotidianum exigebat. Dominus bene vertat.

Adiunxi triste nuntium de Card.[3] non ob aliud, quam ut R. V. certiorem redderem quaecunque id genus scandala isthic designantur, huc perscribi hebdomadatim et volare per ora et manus omnium, ea res ut haereticis risum excitat, sic Catholicis permolesta est et nobis ad meliora cohortantibus non exiguum praebet impedimentum.

Marschalcorum familia diligenter inquisita per Card. non tam est illustris quam putabamus[4]. Miramur tamdiu nihil certi posse intelligi. Quod si falsa sit narratio, et[a] isthuc lubens audiam.

† Reuerendo in Christo Patri meo M. Jacobo Laynez praeposito generali Societatis Jesu

Romae.

Epistulae manu antiqua adnotatum est eam Romae 7. Iunii 1559 „receptam“ esse. Lainius per Polancum Canisio rescripsit 11. Iunii 1559.

---

[a] est *apogr.*

---

[1] 1 Thess. 5, 22. [2] Cf. *Can.* Epp. I, 476[3], et infra p. 431—432.

[3] Dixerit aliquis significari facinus et offendiculum a cardinali Innocentio de Monte haud multo ante patratum (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III, 759—760. *Raynaldus* l. c. in a. 1559, n. 30). Sed ex litteris Polanci Roma 11. Iunii 1559 ad Canisium datis conicere licet Canisium non haec significare, sed fabulas quasdam de cardinali Carolo Caraffa sparsas.

[4] Nomen „Marschalk“ (Marschall) multis familiis nobilibus commune erat atque est: Marschalk de Biberbach, Biberstein, Ebnet, Gotmanshausen, Pappenheim, Struntzberg, auf Burgholzhausen, auf Altengottern etc. (*Mederer* l. c. I, 10. 58. 82. *Phil. Iac. Spenerus*, Opus heraldicum, Pars gen. [Francofurti ad Moenum 1690] p. 194. 155. 164. 281. 279. 169. *Gothaisches* genealogisches Taschenbuch der freiherrlichen Häuser [Gotha 1888] p. 507—511).

355.

CANISIUS
P. LEONARDO KESSEL S. J.,
rectori collegii coloniensis.

Augusta Vindelicorum 28. Maii 1559.

Ex autographo (2°; pp. $1^{1}/_{4}$; in p. 4. inscr. et pars sig.). Cod. colon. „Epistt. ad Kessel. I." f. 138.

Epistula usi sunt *Gothein* l. c. p. 761. 795, et *Hansen* l. c. p. 328[2].

P. Lentulum inducere conatur, ut (quod is iussus erat) Romam proficiscatur. De P. Goudano aliisque Sociis. Colonienses rogat, ut magistros aliquot sibi mittant. Eorundem precibus Germaniam commendat. Suos Socios pro ea et precari et paenitentiam agere. Nova mittit.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater.

Etsi quod scribam nihil magni momenti se offert, tamen per Maternum [1] cui literas Rom. mitto, dandum ad uos literarum aliquid existimabam. Praecipue illud de Charissimo fratre M. Thoma [2] dicam, huc ex Vrbe perscribi, vt Romam ipse veniat [3]. Quare confectis rebus, quae ipsum antea saepe sollicitarunt, et nescio quomodo suspensum tenuerunt, ac reiecto etiam in alium Canonicatu, nihil prius habeat velim, quam se a mundi vinculis expedire, totumque transire in Christi vineam et agriculturam, ubi palmites etiam boni putantur, vt fructus plus adferant [4]. Expectamus autem illius aduentum vna cum fratre meo, qui fortassis hic comitem porro accipiet Doc. Victoriam [5]. hunc apud me diebus aliquot retinebo. Scripsi postremo per D. Stewich ex Vrbe redeuntem [6], et ad P. Goudanum misi fasciculum, qui fortasse cura vestra ad ipsum perferetur. De P. Schorichio quando sit isthuc venturus, nihil certi, expectatur a Philippo Lotharingo [7] Ingolstadij. adiunxi autem Romanas literas, quae vtrumque isthuc mitti testantur,

---

[1] Cholinum, typographum coloniensem.

[2] Lentulo. Hic et Theodoricus Canisius ineunte Maio a. 1559 Coloniam indeque cum P. Henrico Dionysio S. J. Noviomagum venerant (*Hansen* l. c. p. 328—329).

[3] Romam evocatus erat, ut nonnihil corrigeretur vel confirmaretur; cf. supra p. 414—415. 424.

[4] Io. 15, 2.

[5] Lentulum (Lentium) in Societate non „perseverasse" testatur *Polancus,* Chronicon IV, 274. Eum a. 1577 Noviomagi canonicum fuisse ex * litteris autographis *Ioannis Iacobi Astensis* S. J. Traiecto 15. et 16. Augusti 1577 ad Mercurianum praepositum generalem datis (Cod. „G. Ep. XVIII" f. 102—103) intellegitur.

[6] Significare videtur Petrum Schulting de Steinwech (Steinwich), licentiatum iuris coloniensem; de quo *Konst. Höhlbaum,* Das Buch Weinsberg II (Leipzig 1887), 106[6].

[7] Hic etiam „Philippus Haudpoullanus" vocabatur (*Hansen* l. c. p. 362. 433. 775 etc.). Cf. supra p. 95[5]. 378.

ac praeterea monent de duobus Theologiae auditoribus Viennam mittendis, imo etiam de professoribus, quos vtinam multos haberetis. Non dubitamus. quin charitas vestra cito remittendum curabit fratrem, quod illius reditus Viennae sit admodum desideratus, deinde dabit etiam huic prouintiae[1] nonnullos in scholis necessarios, praesertim cum nunc serio agatur de iaciendis nouorum collegiorum fundamentis Monachij, Oeniponti, in Polonia et Hungaria. Orate dominum messis, ut extrudat operarios[2], et hanc penuriam subleuate nobis, quantum fieri potest, ut quae Christi sunt in his amplissimis prouintijs, amare et prouehere uideamini. Commendo me uestris precibus in domino diligenter, et oro vt Patres et fratres omnes ex me salutetis, praesertim charissimum fratrem M. Dionysium[3] et M. Thomam, qui forte comites aliquos in Vrbem secum ducere queat. Dominus IESVS spiritum suum confirmet in nobis et augeat indies, vt quae ipsi honorifica sunt, vnice prouehamus, nobisque contemptis penitus, diuinum illum amorem et ardorem penitus infigamus. Sit vobis vestrisque precibus etiam Germania nostra commendata: multis illa eget patronis apud iustum dominum, qui nostris peccatis offensus, interitum comminari videtur. In hac sane prouintia quotidie Letanias coniuncti fratres recitant, aliqui poenitentiae signa non obscura adiungunt, flagellis et gemitibus dei gratiam ambientes. Sit nobis propitius Dominus[4]. Augustae 28 Maij 1559

Seruus in Christo P. Canisius.

Mitto de Romanis rebus noua, nescio an satis correcte scripta, quae cum voluptate omnes boni legent, lecta uero atque transcripta mittetis ad P. Goudanum, cui promissa sunt. Salutat uos R. P. Lanoius.

Jdem P. Canisius.

Reuerendo in Christo patri .D. Leonardo Kessel praeposito scholasticorum Jesu, fratri charissimo. Coloniae.

356.

P. IOANNES DE POLANCO.

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 30. Maii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Polanco* scripto: in margine adnotatum est „Augusta Padre Canisio". Cod. „Germ. 1559" f. 11[a].

---

[1] Collegium coloniense ad provinciam Germaniae inferioris pertinebat, quam S. Ignatius a. 1556 constituerat.

[2] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

[3] P. Henricum Dionysium.

[4] 1 Reg. 24, 7. 3 Reg. 21, 3. 1 Mach. 2, 21 etc.

De munere contionatoris a Canisio suscipiendo et de ratione, qua Canisius Augustae sustentetur. De compluribus Sociis Romae et Coloniae morantibus. Laudatur consilium collegii pauperum studiosorum Pragae condendi. Socios Romae laborare et contendere, ut pontifex cum caesare reconcilietur.

Riceuemmo quelle di V. R. di 13 [1], del presente con altra del Decano et capitolo, alqual si risponde la inclusa [2]. V. R. potra uederla, et serrata dargliela. Remettersi nel modo à V. R. è per le cose che puo pensare circa il stipendio, quale non si puo pigliare per la predicatione, ma se dessino la elemosina che li piacessi per sostentation della casa etc., hor sia come elemosina pura et libera, hor sia come dotatione, il che potendosi saria meglio, et cosi d' altre cose potra V. R. ueder quel che conuiene.

M. Tarquinio [3] arriuò con li compagni suoj, ma non gia Gerardo Lapidano ne manco sappiamo che sia uenuto in Jtalia, detto Tarquinio si è fatto sacerdote queste quattro tempora, et si è mandato al collegio [4].

La risposta per maestro Tomaso in Colonia si mandò alla R. V. et pero non credo li scriueremo altro, ne anche al P. D. Theodorico, perche la R. V. lo farà.

Quanto al maestro Dirsio et maestro Martino è uero che sono bisognosi di piu dottrina come puo ben sapere la R. V. [5] et cosi seguitaranno insin' al settembre, o l' ottobre, all' hora si uederà che si habbia da far di loro, et mandandosi in Alemagna, si lascierà alla R. V. il pensiero di collocarli in una parte ò altra.

Accepimus litteras R. V. die 13. huius mensis datas [1] una cum epistula decani et capituli, quibus per epistulam, quae huic inclusa est, respondemus [2]. R. V. eam legere et obsignatam iis tradere poterit. Quod iis scribimus de modo cum reverentia vestra agendum esse, ea significamus, quae ad salarium spectant; hoc enim pro contionibus accipi non potest; admitti autem poterit, si quam arbitratu suo dabunt stipem ad domum nostram sustentandam etc., sive meram liberamque stipem esse velint, sive dotationem; quae, si fieri poterit, melior erit; atque ita de aliis rebus R. V. videat, quid conveniat.

M. Tarquinius [3] cum sociis huc advenit; nondum vero advenit Gerardus Lapidanus, neque etiam intelleximus eum in Italiam venisse. Tarquinius ille sacerdos his „quattuor temporibus“ constitutus et in collegium missus est [4].

Epistula, qua magistro Thomae Coloniam amandato rescripsimus, ad R. V. missa est; quare non puto nos aliam ad eum daturos, neque etiam ad P. D. Theodoricum, quia R. V. ei scribet.

Bene novit R. V. magistrum Dirsium et magistrum Martinum ampliore certe indigere doctrina [5]; quare scholas usque ad Septembrem vel Octobrem hic audire pergent; tunc, quid de iis agendum sit, videbimus, et si in Germaniam mittentur, R. V. permittetur eos, ubi volet, collocare.

---

[1] Hae superesse non videntur.

[2] Litteras, quibus capitulum ecclesiae cathedralis augustanae Canisium a Lainio petebat contionatorem, et epistulam, qua hic certis cum condicionibus eum concessit, vide infra, monum. 163. 164. [3] Tarquinius Raynaldus.

[4] Ex domo professorum romana in collegium romanum missus esse videtur.

[5] De Ioanne Dirsio et Martino Stevordiano vide supra p. 407.

Jl disegno che si fà per aiutare le cose del Regno di Boemia, ci da consolatione in Domino, et non si mancarà di pregar la diuina bontà. si degni condur a buon effetto questa diligentia [1], et di aiutar in ogni cosa la Caesarea Maiestà cui reconciliatione con sua Santità molto si desidera, et si procura, et anche si spera qualche buona rissolutione [2]. Le incluse per il padre Lanoy uiste gli le potra mandar V. R. nelle cui orationj nostro P. et tutti molto ci raccommandiamo. Di Roma li 30. di Maggio 1559.

Consilio, quod iniistis ad res regni bohemici iuvandas, delectamur in domino, neque omittemus divinam bonitatem precari, ut diligentiam istam prosperare [1] et omnibus in rebus adiuvare dignetur caesaream maiestatem, quae ut cum sanctitate sua reconcilietur, et vehementer optamus, et operam impendimus; atque etiam speramus faustam aliquam huius rei decisionem [2]. Litteras ad patrem Lanoium datas, quae hisce inclusae sunt, lectas eidem mittat R. V., cuius precibus pater noster et omnes magnopere nos commendamus. Roma 30. Maii 1559.

357.

CANISIUS IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 3. Iunii 1559.

Ex apographo recenti, quod ex archetypo (Canisius ipse nomen [„Seruo" etc.] subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 62—901 posito, transcriptum est.

Exstat etiam apographum epistulae integrae (partim ad scribendi rationem nostrae aetatis accommodatum), quod sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo transcriptum et postea ex eodem archetypo a tertio quodam librario suppletum est. Ex hoc aliquot huius epistulae partes, quae in apographo priore omissae sunt („Item furono credo applicati" usque ad „adiongere altra cosa", et „Haveva pensato anchora" usque ad „eterna sua maesta"; descripsit tertius ille) desumpsi.

Collegium monacense mox incohabitur; collegia hungarica et polonicum differentur. Virtus Georgii Drascoritii, Ferdinandi I. confessarii. Huic et Canisio collegii oenipontani causam caesar permisit; quid illic praestandum sit etc. Modus incohandi collegium monacense: dux bona ecclesiastica ei assignare et subsidia dare vult ex residuis quibusdam cleri decumis. Ingolstadiensi collegio monasterii cuiusdam pecunia attributa est. Num dispensatio romana petenda? Molestiae ex Oibino orientes; domum probationis illic constituere volunt. Inopiae collegiorum romani et germanici cardinalis augustanus et Canisius succurrere conantur. Hic petit caerimonias missae, regulas Societatis, Socium ad litteras conscribendas etc. aptum.

[1] Collegium pauperum studiosorum Pragae instituere volebant; vide supra p. 374.

[2] *Lainius* Roma 30. Maii 1559 Ottoni cardinali augustano scripsit se cum cardinalibus Rudolpho Pio carpensi et Ioanne Bernardino Scoto tranensi ac cum Aloisio Lipomano, episcopo bergomensi, ee de re egisse et, quotiescumque occasio sibi daretur, de eadem acturum, atque etiam Ottonem precari „di non alzar la mano di questa cosa insino à tanto che sia conclusa" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 10b).

Jhesus

Pax christi reuerende Pater

Hauendo la setimana pasata scripto ala Reuerentia Vestra et non hauendo riceuuto lettere hoggi di Roma, diro per questa quello si offerisse à dire, Questi giorni fra le altre cose hauemo tratato qui alcune cose particolare tocante a questi collegij di qua[1]. benche anchora non sono tutte finite pur si finirano spero presto.

Quanto àlli noui collegij si hauemo conformato al giuditio di .V. Reuerentia cominciando per adeso à tratar da uero sopra quello di Monachio et acettarlo, differendo li altri vn poco, accio che P. Vittoria tornato à Vienna informato et certificato meglio di quelli d' Hungaria scriua à V. Reuerentia.

Quanto à quello di Polonia, aspetto la risposta dil Archiuescobo Gnesnense[2], la qualle come sara venuta, ci dara luce di quello, si deue fare dell' andata dil Padre D. Lannoy con vno sacerdote suo compagno per restare li la proxima hibernata. Nella sua partita sarebbe alcuna difficolta circa il Rettore de Jngolstath ben che quando non si potessi fare altra cosa piu aproposito, sarebbe sostituir il D. Germano[3], quantunchue, e, non poco occupato con lettione publice, prediche et confessioni.

Presto si risoluera sua Maiesta sopra il Collegio di Jnspruch, sopra il qualle non solo[a] ha pigliato il parere di suo confessore,

---

Jhesus. Pax Christi, reverende Pater.

Cum superiore hebdomade ad R. V. scripserim neque hodie litteras romanas acceperim, hisce scribam, quae scribenda occurrunt. His diebus praeter alia hic singularia quaedam negotia tractavimus, quae harum regionum collegia spectant[1]. Quae negotia, etiamsi non omnia confecta sunt, brevi tamen confectum iri spero.

Quod ad nova collegia attinet, R. V. sententiam secuti de monacensi serio agere illudque admittere in praesens coepimus, ceteris paulisper dilatis, ut P. Victoria Vindobonam revectus ac de hungaricis collegiis melius edoctus certiorque factus ad R. V. perscriberet.

De polonico collegio exspecto quid archiepiscopus gnesnensis rescribat[2]; cuius litteris allatis intellegemus, num pater D. Lanoius cum socio aliquo sacerdote proficisci debeat ad hiemem proximam illic transigendam. Quo profecto difficultas aliqua nascetur de rectore ingolstadiensi; sed, nisi commodius aliquod consilium iniri poterit, D. Hermannum[3] in eius locum substituemus, licet in scholis publicis et contionibus ac confessionibus non parum occupetur.

Mox maiestas sua certum aliquid constituet de collegio oenipontano, de quo non solum confessarium suum (optimus hic est vir et ad episcopatum Quinque

[a] *Sic legendum esse intellegitur ex verbis proxime sequentibus. Ap. prius (atque etiam archet., ut videtur):* so. *In ap. altero hoc vocabulum prorsus omittitur.*

---

[1] Canisius Augustae cum PP. Victoria et Lanoio de rebus provinciae suae consilia conferebat; cf. supra p. 424.

[2] Ioann. Przerembski. [3] Thyraeum.

qualle, e, vna persona molto da bene vescobo presentato di cincechiese [1], et molto benfatore nostro [2], ma etiam dio il mio, et in mane [a] [?] di tutti duoi ha lasciato ogni cosa. Spero non saranno [b] troppo grauati li nostri con le conditioni et obligationi che si domandano con la oblatione, di quello collegio, domandano che li nostri qualche volte cantin pro defunctis et alle feste, che si obligino sustentare 40 persone della Compagnia, o vero di altri scholari [c]. della prouincia, o contato [3]. il che sara facile se Sua .maiesta applicara come per insino adeso pare hauere significato, tre millia fiorini ogni anno à detto collegio per dette 40 persone. La prima intentione di sua M. era sustentare li 20 canonici, e 20 scholari qualli insieme credo doueuano cantare ogni giorno tutte l' hore canonice et alcune messe [d], insieme con alcuno studio. Speriamo che per la prima .V. Reuerentia intendera piu chiara risolutione della volonta di sua Maiesta.

Tornando al Collegio di Monachio il Duca scriuera presto à .V. Reuerentia come noi, e, stato promesso, acio quelli hann à venire per monachio si apparechono, per doue forssi mi partiro presto io per mettere [e] le cose necessarie à lla casa Collegio et schole. Benche

---

Ecclesiarum [1] praesentatus et nobis valde beneficum se praebet [2]), sed etiam me consuluit; atque utriusque nostrum communi consilio totam rem disponi voluit. Spero nostros condicionibus et oneribus, quibuscum collegium illud iis offeretur, haud nimium gravatum iri. Postulant, ut nostri subinde officia divina cantent pro defunctis et diebus festis, et ut promittant se quadraginta homines illic sustentaturos, sive de Societate hi sint, sive alii provinciae illius vel comitatus [3] scholastici; id quod facile fieri poterit, si maiestas sua, quod quidem adhuc innuisse videtur, tria milia florenorum quotannis collegio illi pro quadraginta illis hominibus attribuet. Prius maiestas sua viginti illic canonicos et viginti scholasticos alere voluerat, qui, ni fallor, omnes cotidie singulas horas canonicas et missas aliquot [d] canerent simulque litterarum studiis aliquam operam darent. Speramus R. V. propediem clarius cognituram, quodnam consilium maiestas sua ceperit.

Iterum stilum converto ad monacense collegium. Dux brevi per litteras, quae nobis iam promissae sunt, a R. V. petet, ut, qui Monachium venturi sunt, ad iter se accingant; eodem ego fortasse mox proficiscar ad res parandas et disponendas, quae domui, collegio et scholis, necessariae erunt. Ut tamen desiderio satisfaceremus,

---

[a] *Sic ap. prius; sed legendum videtur:* mano, *quod est in ap. alt.*
[b] *Sic ap. alt.;* sanno *ap. prius.* [c] scholai *ap. prius;* scolari *alt.*
[d] *In ap. priore sequitur signum obscurum (=* etc.*?); in alt. deest.*
[e] *Supplendum videtur:* in ordine*; quod est in ap. alt.*

---

[1] Quinque Ecclesiae, hungarice Pecs, germanice Fünfkirchen.

[2] Georgium Drascovitium (Drascovich, Dráscovics) a. 1557 episcopum quinqueecclesiensem „nominatum" esse scribit *P. B. Gams* O. S. B., Series Episcoporum Ecclesiae catholicae (Ratisbonae 1873) p. 377. A quo episcopatu is postea ad archiepiscopatus zagrabiensem (Zagreb, Agram) et colocensem (Kalocsa, Bacs) translatus est. Jaurinensis (Györ, Raab) quoque episcopus, Ferdinandi caesaris orator in concilio tridentino, Hungariae cancellarius, cardinalis creatus est. Obiit anno 1587, cum multa praeclare gessisset et Societati Iesu insignem patronum se praestitisset. [3] Austriae superioris vel comitatus tirolensis.

per questa hibernata si, e, risolto, per sodisfare a quello che il agente dil duca desydera, per quello si uede, che non si debiano mandare à Monachio piu di sei, o sette persone. spettando à mandare altri tanti ala primauera, et questo pare etiam dio coueniente per esser alcuna difficolta di metere ogni cosa in ordine. Tornato adonche di la, daro à la Reuerentia V. piu à pieno informatione d'ogni cosa, Quanto alla intrata ferma pareba qua non si douesi col duca andare strettamente, ma lasciarla á sua liberalita, massime dicendo il agente suo, che tengono assai beni Ecclesiastici che si perdono, et desyderano sianno conuertiti in vso di questi collegij della Compagnia promettendo pure per il principio 500 fiorini fermi ogni anno, li qualli sono per quello che intendiamo preparati, dil residuo di certe decime racolte li anni pasati con alcuna licentia di sua santita per beneficio della vniuersita d'Jngolstath. in questo modo, Jl Duca hebbe vna concessione di Papa paulo terzo di racogler le decime per treci[a] [?] anni del Clero Bauarico in beneficio della vniuersita. et auante il fine dil secondo, non essendo quanto crediamo fatta, al manco pienna racolta dil 2° anno, fu reuocata questa concesione per Papa Julio 3° à requisitione dil predetto clero. pur non obstante detta reuocatione forsse il duca anchora fece racogler le dette decime il terzo anno secondo la prima conces. che li era fatta[1]. di queste decime furono

---

quod ducis procurator significaverat, statuimus, ut ante hanc hiemem sex tantum septemve Monachium mitterentur, et vernum tempus exspectaretur ad totidem alios mittendos; id quod ideo quoque convenire videtur, quod haud ita facile sit cuncta disponere. Cum igitur inde rediero, ad R. V. de singulis rebus accuratius perscribam. Reditus stabilis non cum rigore a duce exigendus, sed potius eius liberalitati relinquendus esse nobis videbatur, praesertim cum procurator eius dicat sat multa bona ecclesiastica praesto esse, quae distrahantur et dilacerentur; atque haec in usum horum Societatis collegiorum converti cupiunt, promittentes etiam ipsi se initio 500 florenos certos quotannis daturos; quos audimus praesto esse ex summa reliqua decumarum quarundam superioribus annis cum licentia aliqua sanctitatis suae in usum universitatis ingolstadiensis collectarum hoc modo: Duci Paulus III. summus pontifex concessit, ut tribus annis a clero Bavariae decumas exigeret universitati attribuendas; ante secundi autem exitum, huius anni collectione, quod quidem existimemus, nondum facta vel saltem non absoluta, ea concessio clero illo petente a Iulio III. papa revocata est. Qua tamen revocatione neglecta fortasse dux etiam tertio anno decumas illas colligendas curavit, prout prius ei concessum erat[1]. Multa milia

---

[a] *Sic apogr.; sed puto legendum esse* trei; *id quod etiam aliis huius epistulae locis (vide infra p. 436. 438) positum est;* tre *ap. alt. Cf. infra, adnot. 1.*

---

[1] Vide, quae hac de re notata sunt in *Can.* Epp. 1, 362[1]. 372[2]. 571. Cum Paulus III. litteris apostolicis Roma 24. Octobris 1548 datis tres illas decumas concessisset, ex iis anno 1549 primum exactis 22 000 flor. collecta sunt. Iulius III. cleri Bavariae precibus motus Mauritium de Hutten episcopum eystettensem, quem Paulus III. summum decumarum collectorem constituerat, litteris Roma 12. Iunii 1551 datis monuit, ne secundas vel tertias decumas exigeret, antequam primae reapse in usum universitatis conversae essent. Mauritius autem, ducem litteris

congregati molte millia fiorini, di qualli parte il duca applico alla vniuersita, parte al Collegio nostro d' Jngolstath. et del residuo vogliono dare credo, adesso 500 fiorini per il Collegio di monachio ogni anno. Si crede adonche essendo cosi la Cosa che per maggiore sicurta sara bene con cautella si procurasi al manco per noi hauere la dispensa di poter ritenire detta applicatione per sustentatione di nostri.

Jtem furono credo applicati al collegio d' Jngolstadio 300 fiorini ogni anno di uno certo monasterio dissoluto; sopra dil ché si lascia il giuditio á la Reuerentia V. se per adesso besognara anchor dispensa per detta applicatione fatta dal Duca al Collegio d' Ingolstadio et quella che vol fare a quello de Monachio [1]. Qua non pare conveniente per adesso tratare con questi principi sï debbia domandare di Roma dispensa sopra tale cose [2]. Forsse non sarebbe malo se si potessi obtenire anchora che per obligo non dovesimo habere tanta cura de anime in Oibin. desmenbrando quelle chiesse dall' heredita benche

---

florenorum ex his decumis collecta sunt; quorum partem unam dux universitati, aliam collegio nostro ingolstadiensi attribuit; ex reliqua pecunia nunc, ni fallor, 500 florenos singulis annis collegio monacensi dare volunt. Quae cum ita sint, censemus maioris securitatis gratia expedire, ut cum cautela conemini saltem nobis dispensationem impetrare, qua nostrorum alendorum gratia pecuniam illam, quam nobis tribuere volunt, retinere possimus.

Item collegio ingolstadiensi 300 florenos annuos attributos esse puto ex monasterio quodam dissoluto: qua in re R. V. iudicet, num in praesens necessaria etiam sit dispensatio pro pecunia illa, quam dux ingolstadiensi collegio attribuit, et pro ea, quam monacensi attribuere vult [1]. Nobis non videtur in praesens expedire, ut cum hisce principibus de dispensatione romana pro huiusmodi rebus petenda agamus [2]. Iuverit etiam impetrare, ut non debeamus ex officio tantam animarum curam in Oibino gerere; qua cura liberabimur, si ecclesiae illae ab eius praedio hereditario separabuntur; quamquam, qua id ratione fieri possit, non liquet;

---

pontificiis satisfecisse ratus, litteris 19. Octobris 1551 ad clerum datis secundas exegit, ex quibus anno 1552 collecta sunt 25 000 flor. Tum hae pecuniae, tum priores illae Monachium sunt devectae. Tertias decumas exactas esse compertum non est. Dux 25. Februarii 1558 universitati fenoris loco 2350 florenos annuos assignavit (*Mederer* l. c. IV, 270—282. *C. Prantl,* Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München I [München 1872], 182—186. 300).

[1] *Alberti V. camera* aulica Monachio 30. Augusti 1557 ad rectorem et camerarium universitatis ingolstadiensis litteras germanicas dedit, quibus scripsit: Usque ad id tempus Sociis ingolstadiensibus 225 florenos singulis „quattuor temporibus“ ex camera datos esse; cum autem monasteria biburgense et „poiringense“ (paringense) monachis iam destituta essent, eorum administratoribus mandatum esse, ut ex eorum reditibus quotannis Sociis ingolstadiensibus 700 floreni tribuerentur, iique ita, ut festis diebus S. Georgii et S. Galli 350 floreni darentur, 200 ex biburgensi monasterio, 150 ex poiringensi (de monasterio benedictino Biburg v. *Can.* Epp. I, 723[3]; Paring, Bavariae inferioris vicus, monasterium olim habuit canonicorum regularium S. Augustini); reliquam pecuniam ex camera ducali dandam esse (Ex *apographo recenti harum litterarum. Cod. „Germ. Sup. Fundat. IV.“ f. 47).

[2] Principes nonnumquam monasteria, ea maxime, quae ab eorum maioribus condita erant, praediis suis („Kammergut“) annumerabant vel saltem censebant se ex diuturna consuetudine ius aliquod nactos esse de eorum bonis disponendi.

non si vide chiaro come questo si potessi fare non essendo persona à qui la tale cura si potessi dare. Si mandano con questa le difficulta che in quello Obinense negotio occorrono piu distincta et chiaramente che non si fece l'altra volta. Sua C. M. alla qualle si e parlato sopra di cio hieri pare sia disposta per fare quello che si potra fare in quello che in questo negotio parera; et cosi parebba que io tratasse con essa secondo che lei ha significato di queste cose de Oibin. Quello che si pensaba tratare al tempo suo anchora si manda qui in scripto accio V. R. il veda se accadera per sorte adiongere altra cosa.

Quanto alle persone per Monachio si desydera primamente vno buono predicatore saldo anchora nella vocatione sua et fundato nelle solide virtu, Jtem vno buono Theologo, che per questo principio potrebbe[a] [?] anchora esser Rettore se bene non fosse Thodesco, pure bessogna che sia homo da potere dare conseglio et aggiuto contra li heretici che qualche volta si mandano come inprigione à monachio ad esser li essaminati, doue anchora douerebbe risoluere diuersi dubij sopra li qualli il Duca et la corte sua vorra ricorer à casa nostra. Non ce luogho alcuno in questo grande ducato piu celebre et doue pare sia tanta necessita d'hauere buono predicatore et maestri, et huomini di molta aedificatione et qualificati.

Ci pareua, che essendo la Reuerentia V. dil medessimo parere, fossi mandato qua per predicatore Maestro Martino[2], massime scriben-

---

desunt enim, quibus ea cura demandari possit. His litteris adiungitur commentarius, quo difficultates in oibinensi hoc negotio occurrentes distinctius et clarius quam antea exponuntur. Caesarea maiestas, cui heri haec proposita sunt, parata esse videtur ad praestanda, quantum fieri poterit, in eo negotio ea, quae praestanda videbuntur; quare convenire videbatur, ut ego (sicut ipsa[1] significavit sibi placere) cum ea de oibinensibus his rebus agerem. Earum etiam rerum, de quibus opportuno tempore agere statuimus, mitto exemplum, ut eo lecto R. V. videat, num quid forte aliud adiungendum sit.

Quod ad homines attinet Monachium mittendos, imprimis expetitur contionator bonus atque etiam in suo vitae genere constans ac solidis fundatus virtutibus; petitur etiam bonus theologus, qui hoc initio etiam rector esse poterit[a] [?], etiamsi forte germanus non erit; is tamen esse debet, qui consilia et auxilia suggerere possit adversus haereticos, qui subinde in vinculis Monachium mittuntur, ut in quaestionem veniant. Ubi etiam varias dubitationes resolvere debebit, in quibus dux eiusque aula ad domum nostram recurrent. Non est locus ullus in magno hoc ducatu celebrior et qui magis indigere videatur bono contionatore bonisque magistris atque hominibus optimi exempli magnarumque virtutum.

Ad contionandum nobis videbatur eo mittendus esse, si R. V. idem sentiret, magister Martinus[2], praesertim cum ipse mihi scribat se ob memoriae defectum Romae

---

[a] potrebbe *ap. alt.; ap. prius, in quo vocabulum hoc valde obscure scriptum est, habere videtur:* dourebbe.

---

[1] Vel: „sicut R. V." etc. [2] Stevordianus (Gotfridius, Gewarts).

domi lui stesso che per manchamento di sua memoria faci in Roma poco frutto nelli studij. Si potrebbe anche forsse non difficilmente mandare quello Saitel, che quando era io in roma staua nel Collegio germanico[1], et alcuni altri Thodeschi per dare principio alle classe con vno buono coco, et vno expenditore, conciosia che tali huomini molto difficilmente si trouano di qua. Quanto all' altri che si debiano mandare si per questo collegio come per l' altri per sentire Theologia et leger philosophia, qualli sono stati promessi, et pur sono necessarij assai, V. Reuerentia vedera chi sarano piu à proposito, pur desideramo sia fra questa gente etiam vno rhetorico et graeco buono et sufficiente da potere dire et fare. Sacerdoti per monachio per adesso, e, assai che siano doi, o trei. Speriamo che il Signore per V. Reuerentia indrizara questo negocio a grande bene di questa prouincia nella qualle pur tutta via crescono l' heresiae.

Quanto à la Casa de Augusta hauemo conferito di Maestro Hurtado[2], come anchora scrisse V. Reuerentia, perche fossi compagno mio qui, pur si, e, trouato in Jngolstadio Jodocho[3] il qualle essendo Thodesco, si spera sara piu conueniente per le confessioni di Thodesci et conuersatione, perche in effecto non si puo adesso vedere altro saluo esser conuenientissimo che maestro hurtado stia ad tempus in oybin per esser li molto necessario, massime che non si trouando altro logho al presente piu conueniente ne approposito, quasi siamo risoluti di far li casa di probatione doue seruandosi la debita frugalita, pare che con mancho spesse si potrano sustentare li quelli

---

haud multum proficere in studiis. Neque etiam fortasse difficile fuerit, Saitelium illum, qui, cum ego Romae essem, in collegio germanico morabatur[1], et aliquot alios Germanos, qui scholas incohent, mittere, cum bono coquo et cum dispensatore; difficillimum enim est, huiusmodi homines hic invenire. Quod autem ad reliquos attinet tam in hoc collegium quam in reliqua ad audiendam theologiam et ad tradendam philosophiam mittendos, qui quidem promissi sunt nobis atque etiam sat necessarii sunt, R. V. videbit, quinam futuri sint utiliores; optamus tamen, ut inter eos etiam aliquis sit rhetorices et graecae linguae magister idoneus quique et ad dicendum valeat et ad agendum. Sacerdotes si Monachii erunt duo vel tres, in praesens satis erit. Speramus dominum per R. V. negotium hoc in magnam utilitatem huius provinciae directurum esse, in qua haereses in dies crescunt.

Quod ad domum augustanam attinet, egimus, sicut etiam R. V. agere nos iussit, de magistro Hurtado[2] huc, ut socius meus esset, evocando; sed Ingolstadii inventus est Iodocus[3], quem, cum germanus sit, magis idoneum fore speramus ad confessiones Germanorum audiendas et commercium cum iis habendum; vere enim aliud nunc videre non possumus quam summopere expedire, ut magister Hurtadus ad tempus Oibini maneat; nam valde necessarius est illic, maxime quia hoc quidem tempore alius locus non invenitur, qui sit aptior et commodior nobis, quibus fere deliberatum est, domum probationis illic constituere; ubi debitam servantes frugalitatem mino-

---

[1] De Ioanne Seidelio vide supra p. 353[2].
[2] Perez.
[3] Iodocus Carcereus spirensis, ut videtur; cf. supra p. 391.

che sarano mandati all' spesse di quelli collegij che li mandarano, benche per esser logho solitario, pare sarebbe piu conueniente altro, secondo il jnstitutto della Compagnia dil qualle speramo prouedera la diuina Maesta al tempo suo. Jo saro non poco occupato hauendo etiam de predicare et forse oltra dicio leger vna lettione Theologica in latino in questa cathedrale chiesa.

Quanto al prouedere per la molta gente che ce in Roma di qualche aggiuto, si fara ogni sforzo con la diuina gratia, che si mandi qualche cosa o per via de eleemosine hauute, o per via di patrimonij di nostri, o in altro modo lecito se si trouera. Haveva pensato anchora il Reuerendissimo Augustano fare una diligentia accio se potesse tentare di parte sua come prottectore della natione[1] che fossi prouisso di qualche cosa di questi principi il Collegio di Thodeschi. Speramo il Signore drizera la cosa à sua maggiore gloria.

La lista de quelli che sono in questi collegii si mandara per la prima commodita accio si possi meglio in Roma vedere la gente che qua habbiamo per aggiuto delli altri collegii novi che si spera douerano in breue fundare[a] [?] con la divina gratia. In Viena sono alcuni chi potrano mandare á Roma come altre volte si e[b] scripto se pur in logo loro fusino mandati alcuni auditori di Theologia uno o doi buoni lettori de filosophia et alcuni anchora che dovisino sentire la rethorica et anchora che fossino 10 ó 12. de questi si potrano tutti riceuere, ma se Maestro Francisco Scipione si dovessi mandare à Roma per finire a suoi studii besognarebbe mandare qualche uno altro

---

ribus impensis videmur eos alere posse, qui collegiorum suorum sumptu alendi eo mittentur. Quamquam, cum locus solitarius sit, Societatis instituto alius magis consentaneus fore videtur; quem speramus divinam maiestatem suo tempore nobis provisuram esse. Mihi multum erit laboris; nam etiam contionari ac fortasse praeterea theologicam scholam latine habere debebo in cathedrali hac ecclesia.

Quod ad subsidia aliqua magnae isti familiae romanae suppeditanda attinet, Deo iuvante, quantum poterimus, contendemus, ut aliquid vobis mittere possimus sive ex stipe accepta, sive ex nostrorum patrimoniis, sive alio modo licito, si quem reperiemus. Cogitaverat etiam reverendissimus Augustanus de diligentia aliqua adhibenda, ut titulo protectionis, quam ipse gerit, nationis germanicae[1] aliquid ab his principibus pro Germanorum collegio impetrare conaremur. Speramus dominum hanc rem ad maiorem gloriam suam directurum esse.

Eorum, qui in his collegiis sunt, catalogus, ubi primum opportunum erit, mittetur, quo melius Romae cognoscatur, qui nobis suppetant ad iuvanda reliqua collegia nova, quae Deo propitio brevi conditum iri speramus. Alias istuc scripsi Vindobonae aliquos esse, quos Romam mittere possent, dummodo in eorum locum mitterentur aliqui auditores theologiae et unus vel duo philosophiae magistri idonei atque etiam aliquot, qui rhetoricam audire deberent; qui etiamsi 10 vel 12 erunt, omnes recipi poterunt; sed si magister Franciscus Scipio Romam mittendus erit ad studia absolvenda, aliquis alius istinc mittendus erit non minus peritus quam ipse, immo

---

[a] *Sic;* fundarse? [b] o *ap. alt.*

---

[1] De hoc cardinalis Ottonis munere vide supra p. 229[1].

che non fossi di meno sufficientia che lui anzi piu [1]. Anchora pare si potrano dare al mancho a la primavera [a] del' medesimo collegio altri duoi o trei per li noui collegii o forse quatro ó 5 se entrasse nel numero Stefano Liberio che e in Praga o per andare a finire li suoi studii o vero per li novi collegii in logo del qualle dara il Collegio di Vienna à la rinovatione delli studii [2] Francesco Absalon [3].

Sono desiderate qua le ceremonie communi che nella messa dobiano [b] observare li nostri perche non si fossi tanta diuersita [4].

Desideramo anchora riceuere le regule [5] et constitutioni della Compagnia. Se fosse qualche persona che fosse apto al comporre elegantemente et tradurre noue et scribere le quadrimestri et altre

---

peritior [1]. Videntur etiam ex eodem collegio saltem vere alii duo vel tres novis collegiis dari posse, aut fortasse quattuor vel quinque, si Stephanus Liberius, qui Pragae est, iis annumeretur, mittendus vel ad studia absolvenda vel ad nova collegia iuvanda; in cuius locum vindobonense collegium in studiorum renovatione [2] Franciscum Absalonem substituet [3].

Desiderantur hic caerimoniae communes in missae sacrificio nostris observandae, ne tanta sit diversitas [4].

Cupimus etiam Societatis regulas et constitutiones accipere [5]. Si quis forte aderit idoneus ad relationes de rebus novis eleganter componendas et vertendas atque

---

[a] primera *apogr.* [b] dobiamo *apogr.*

---

[1] Franciscum Scipionem Parisiis per P. Everardum Mercurianum (qui postea praepositus generalis fuit) Societati aggregatum esse asserit P. *Oliverius Manareus* S. J. (De vita et moribus Everardi Mercuriani [Bruxellis 1882] p. 6). Exeunte anno 1551 in Italiam evocatus, anno 1552 in mutinensi, anno 1554 in ferrariensi collegio magister erat (*Polancus,* Chronicon II, 291—292. 454. 456; IV, 58. 62. 100). P. *Carolus Grim,* collegii vindobonensis minister, in *litteris anno 1559 ad Lainium missis, quibus totum collegii statum, addito Sociorum „catalogo", accuratissime descripsit: „P. Franciscus Scipio", inquit, „habet 30 annos, in societate uixit 10 in quorum primo uota emisit. is professor est artis oratoriae uel primae classis. et confessarius ordinarius Hispanorum, et quorundam fratrum in domo, nec non unius classis in schola" (Cod. „Austr. Fund. III." f. 160[a]).

[2] Prior vel „aestiva" studiorum renovatio sub diem festum S. Georgii (23. vel 24. Aprilis) fiebat. Cf. *Pachtler* l. c. I, 167. 200—201.

[3] „Franciscus Absolon Jtalus, 21 annum [*sic*] habet, 4 annos in societate degit, uota emisit secundo anno, studet Rhetoricae": *Grim* in *catalogo supra memorato (Cod. „Austr. Fund. III." f. 161[a]).

[4] Scripta sunt haec, antequam S. Pius V. anno 1570 usum „Missalis romani ex decreto concilii tridentini restituti" omnibus ecclesiis praescripsisset, quae 200 annos ritum proprium nondum habuissent.

[5] Quae nunc communiter Societatis „regulae" dici solent (regulae „summarii", „communes", „rectoris" etc.), non tam ab ipso S. Ignatio quam ab eius successoribus concinnatae sunt; quibus „constitutiones" S. Ignatii vel in compendium quoddam redactae vel etiam magis expositae et aliqua ratione amplificatae sunt. Ceterum iam a. 1553 P. Natali a S. Ignatio in Hispaniam et Portugalliam legato „le constitutioni et molte regole" Roma missae sunt (*Polanci* Chronicon III, 439[2]), atque idem, cum 1. Maii 1555 in collegium vindobonense „visitator" venisset, „constitutiones et regulas" quasdam „publicavit" (*Polancus,* Chronicon V, 237).

cose de importanza che occorresino simili che fosse cossi buono e mortificato che non li potessi facilmente perturbare il esser quasi solo meco parendo à la R. V. volentieri li ricevere di Roma essendo che per adesso difficilmente si trouarebbe qua uno tale.

La poverta delli collegii nostri non dano[a] [?] luogho che si possa dare qualche aggiuto al Collegio de Roma come per molti rispetti doueresimo et uorresimo darlo impedisse che non potiamo fare per questa via quello che desideriamo. Pur come si e detto si cercara da fare il possibile con la divina gratia dal canto nostro; il resto provedera la eterna sua maesta.

Tutti humilmente ci racommandiamo nelle santte oratione di .V. Reuerentia et di tutti nostri. et molto li racommandiamo questa afflittissima prouincia, Jl aeterno et omnipotente Jddio ci dia sua benedictione nella patria celeste Amen. di Augusta 3. Junij 1559

Seruo in Christo JESV Pet. Canisio.

Nota: Lainius Canisio per Polancum rescripsit 17. Iunii 1559.

---

ad litteras quadrimestres aliasque huiusmodi res graves, si occurrant, conscribendas, idemque tam bonus et victor sui ipsius adeo, ut haud facile perturbetur, si paene solus mecum degat: ego, R. V. probante, libenter ex urbe eum accipiam; difficile enim est nunc huiusmodi hominem hic invenire.

Collegiorum nostrorum paupertate fit, ut romanum collegium ab iis non possit adiuvari, sicut multis ex rationibus et debemus et volumus, et eadem impedimur, quominus hac via, quae volumus, faciamus. Attamen, sicut iam scripsimus, facere conabimur, quae Deo iuvante ex parte nostra fieri poterunt; reliqua aeterna maiestas divina providebit.

Sacris precibus R. V. et omnium nostrorum omnes demissis animis nos commendamus, atque provinciam hanc afflictissimam vehementer iis commendamus. Deus aeternus et omnipotens benedictionem suam nobis det in patria caelesti. Amen. Augusta 3. Iunii 1559.

Servus in Christo Jesu Pet. Canisius.

358.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 10. Iunii 1559.

Ex apographo recenti, quod ex archetypo (Canisius ipse nomen [„Seruo“ etc.] subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 63—905 posito, transcriptum est.

Exstat etiam epistulae integrae apographum (partim ad scribendi rationem nostrae aetatis accommodatum), cuius pars una a P. *Iosepho Boero* S. J., altera (inde ab initio usque ad „L' vltima che io ho riceuuto“ excl.) a tertio aliquo librario ex eodem archetypo transcripta est. Ex hoc apographo magnam huius epistulae

---

[a] *Sic; sed legendum esse videtur:* dando.

partem („Per molte uie hauera potuto“ usque ad „L' vltima che io ho riceuuto“ excl.), quia in priore apographo deest, desumpsi.

Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. p. 159.

In locum Wenceslai Sturmii alius contionator bohemus substituendus. Provincia fratribus coadiutoribus et maxime coquis eget. Iuvabit catalogum librorum in scholis legendorum et veteres scriptores correctos habere; liber quidam Erasmi eliminandus. Num in pago quodam Sociis subiecto mitius agi potest cum iis, qui in haeresi moriuntur? Num cura animarum in Oibino suscipienda? De Socio quodam. Compendium in usum scholasticorum mittendum. Domus probationis. „Index“ in gratiam collegiorum germanicorum temperandus. Romae Germanos optime ad eloquentiam institui oportet. Iuvenis Marschalkus. Collegium herbipolense. Periculum est, ne propter „Indicem“ Sociis a scholis habendis cessandum sit neve ob eundem in confessionibus parum fructus colligatur. Litterae de rebus novis Societatis. Preces et paenitentiae pro caesare susceptae. Hic Canisium consuluit. Reformatio. Synodus. Cardinalis augustanus. Collegia Oeniponte et in Valle Tellina constituenda. Typographia collegii vindobonensis.

Jhesus

Pax christi reuerende Pater[a] [?].

La setimana pasata ho scripto ala Reuerentia V. prolixamente di quello che occorreua, hor fra le altre cose che occorreno, e, che sarebbe molto necessario che[b] si potessi hauere vno predicatore Boemo, che fosse piu sofficiente che Wenceslao, dil qualle mando qui vna lettera che mi ha scripto, acio si proueda che nelli altri non ce sia qualche mal fondamento, come pare sia stato in lui perinsino adesso, fra tanto si fara quello che si potra con lui liberandolo almanco della predica. V. R. pregi per lui[1].

Jesus. Pax Christi, reverende Pater[a].

Superiore hebdomade ad R. V. de rebus, quae occurrebant, multis verbis scripsi. Nunc praeter alia hoc occurrit, quod valde necessarius est contionator bohemus, qui plus valeat quam Wenceslaus, cuius epistulam ad me datam his litteris adiungo, ut praecaveatis, ne quicquam mali fundamenti in ceteris sit, quale usque huc in ipso fuisse videtur. Interea de eo faciemus, quae fieri poterunt, ac saltem contionandi onere eum liberabimus. Precetur, quaeso, R. V. pro eo[1].

---

[a] *Duo vocabula postrema in archetypo valde obscure scripta sunt.*

[b] nessariohe *apogr. prius;* necessario *apogr. alt.*

---

[1] Fr. Wenceslaus Sturmius, bohemus (de quo supra p. 307[2]. 349), m. Novembri anni 1559 a P. Paulo Hoffaeo Roma Pragam adductus erat, ut contionatorem bohemum ageret. At, „quia nihil dum in Philosophia, nihil in Theologia studii posuerat, huic muneri impar fuit: ex eo etiam, quod linguae Bohemicae usum in Italia amiserat, ut tertio quoque verbo aut haereret, aut in legitimam constructionem peccaret: accedebat quaedam hominis pusillanimitas, unde interdum accidit, ut jamjam ad populum dicturus vincere timorem, et prodire in publicum non posset, sed fugeret in latebras, neque multum quaesitus appareret; quod ipsis Calendis Januarii“ anni 1559, „expectante plurimo populo evenisse Majores notarunt. Huic infirmitati animi ut mederentur Patres, hunc modum adhibere placuit: Nunc hic, nunc alius e Patribus Concionem latine paravit, quam Sturmius bohemice reddidit:

Per altre uolte si, e, scripto la difficulta che si tienne in hauere qua persone, che posino seruire nella cocina, sartoria, et suttoria, et adesso teniamo la medessima difficolta, et piu di coco che d'altri, che pur non sono communemente tanto necessarij, nessuno collegio qua si puo dire che tiene[a] coco, et io saro credo forzato, come passaro à la casa che qui cì, e, offerita, di fare, che fuori sia aconciato il cibo per me et quelli che sarano meco qua.

Ci saria cosa gratta, massime essendoci prohibiti tanti libri, hauere vno cathalogo delli libri che si legeno communemente nel Collegio di Roma, et quelli che pare sariano à proposito per questi collegij di qua, et in logho de quello lib. di[b] Copia verborum et rerum, che si potrebbe legere conuenientemente [1], hauerissimo volentieri[c] qua corretti, quelli poette Terentio et l' altri di mano dil padre Frusio pie memoriae [2].

Alias scriptum est difficulter hic inveniri, qui in culina, vestificina, sutrina nos iuvare possint, et nunc in iisdem angustiis versamur, et magis opus nobis est coquis quam aliis, qui communiter haud ita necessarii sunt. Non potest affirmari vel unum ex his collegiis coquum habere, ac me, cum in domum hic nobis oblatam immigravero, coactum iri puto, ut mihi et iis, qui mecum hic erunt, cibum foris coquendum curem.

Gratum nobis erit, praesertim cum tot libri prohibiti sint, catalogum accipere librorum, qui in collegio romano legi solent, atque eorum, qui hisce collegiis convenire videntur, et scire cupimus, quidnam expediat legere loco libri illius[b] „De copia verborum et rerum“ [1], ac poetas illos, Terentium et ceteros, a P. Frusio piae memoriae correctos hic habere optamus [2].

---

[a] *Ita apogr. alt.;* tienet *apogr. prius.*
[b] *In ap. priore sequitur:* erasmo di, *oblitteratum.* [c] volentiei *ap. prius.*

---

versa cuipiam Canonicorum ad S. Viti censenda offerebatur: emendatam Sturmius mandabat memoriae; dein coenae tempore semel, iterumque, ad audaciam comparandam, coram Sociis, tandem in Templo e suggestu declamabat“: *Schmidl* l. c. I, 118. Ceterum omnes fatentur Sturmium postea insignem contionatorem et scriptorem bohemum evasisse et catholicis plurimum profuisse (*Ios. Iuvencius* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quinta, t. II [Romae 1710], l. 17, n. 14. *Christ. Ad. Pescheck*, Geschichte der Gegenreformation in Böhmen. I. Bd., 2. Ausg. [Leipzig 1850] p. 71. *Christ. d'Elvert,* Historische Literatur-Geschichte von Mähren und Österreichisch-Schlesien [Brünn 1850] p. 78. *Ant. Gindely*, Geschichte der böhmischen Brüder II [Prag 1868], 258—259).

[1] Liber „De copia verborum et rerum“, ab Erasmo Roterodamo sub a. 1512 compositus, a Sociis anno 1548 in collegio messanensi, anno 1552 in collegio vindobonensi explicabatur (*Litterae quadrimestres* I, 121. 353; II, 19). At Paulus IV. in „Indice“ omnes Erasmi libros, scholia, adnotationes, epistulas, versiones etc. proscripsit (*Reusch*, Index I, 264. 347). Labitur *Schmidl* (l. c. I, 135; quem sequitur *Tomek* l. c. p. 170—171), cum libri erasmiani „De copia verborum“ e scholis collegii pragensis anno 1559 eiecti hanc solam causam profert, quod „indignum videretur Patribus, qui tantam ad Haeresin fenestram patefecisset, tantopere in libro suo honorari“.

[2] P. Andreae Frusii S. J., a. 1556 defuncti, liber „M. Valerii Martialis Epigrammata . . . ab omni rerum obscoenitate, verborumque turpitudine vindicata“

Qua si desydera intendere, che modo si deue tenir con quelli che moresino in HErmezdorff [1] apreso a owin nella setta che comunemente si tiene de communione sub vtraque con simili errori, qualli pare siano piu frequenti à quella genti, a Judicio d'alcuno, piu presto inganata, che obstinata, qua non si dubita della via comune, ma della speciale, hauendo respetto alla gente inferma et pericolosissimi tempi. Jtem si dubita per che li nostri besognara siano presenti, comme dire Luca [2], over vno altro sacerdote in logho suo, et non vediamo come possiamo excusarci [a], negarli il luogho che, e, adeso sotto il nostro goberno ad sepeliendum [b] [?], negarli [c] et [d] [?] il officio consueto [3], che secondo loro non sarebbe altro, che negarli le opere di misericordiae [e] [?], et sarebbe vn crime di impieta apresso aloro, desyderamo adonche sapere la sententia et parere di V. Reuerentia et quello che si deuia [f] [?] fare.

Non cì pareua esser conueniente cominciare la casa di probatione in Owin, á ben che pare esser necessaria [g] [?], per in sino à tanto che sapiamo quello si deue fare circa il acceptare tale assumpto, per il

---

Hic intellegere cupimus, quid in pago Hermesdorff [1] prope Oibinum sito agendum sit, si qui forte moriantur in haeresi „de communione sub utraque" illic communi et in similibus erroribus, qui frequentiores esse videntur in his hominibus; quos aliqui potius deceptos esse censent quam obstinatos. Neque de communi via hic dubitatur, sed de peculiari, idque ratione habita infirmorum illorum hominum et temporum periculosissimorum. Dubitamus etiam, quia nostri illic adesse debebunt, velut Lucas [2] aut eius loco alius aliquis sacerdos, nec videmus, quomodo nos excusare possimus, si sepulturae locum iis recusemus, qui nunc in nostra potestate est, atque officium quoque consuetum detrectemus [3]; id enim ipsorum iudicio aliud non esset quam misericordiae [e] opera recusare et impietatis crimen in eos committere. Scire igitur cupimus, quid R. V. hac de re sentiat censeatque, ac quid faciendum sit.

Non videbatur nobis convenire, ut domum probationis, quamvis necessaria [g] esse videretur, Oibini incoharemus, antequam cognovissemus, quid de cura illa

---

[a] ex usarci *apogr. prius;* excussarci *apogr. alt.*

[b] *Vel:* sepulturam *; in archet. et ap. priore obscurius scriptum est;* tempus *ap. alt.*

[c] *Sic apogr. alt.;* nesarli *apogr. prius.*

[d] *Ita apogr. prius; sed malim legere:* etiam*; quod est in apogr. alt.*

[e] *Sic ap. prius;* misericordie *apogr. alt.; legendum videtur:* misericordia.

[f] *Vel:* debia*; quod est etiam in apogr. alt.*

[g] *Vel:* assai necessaria, *quod est in apogr. alt.;* nessaria *apogr. prius.*

---

a. 1558 Romae „in aedibus Societatis Iesu" evulgatus est a P. Edmundo Augerio S. J., qui in praefatione asseruit Frusium „sperasse" se, quod de Martiali fecisset, de aliis quoque facturum esse (*Sommervogel,* Bibl. III, 1047. 1049). Ceterum vide, quae Polancus Lainii nomine 24. Iunii 1559 hac de re ad Canisium rescripsit.

[1] Pagum Herwigsdorf dicit, qui nunc ad regionem budissinensem regni saxonici pertinet. Mediam huius pagi partem monachi oibinenses anno 1369 a Carolo IV. caesare acceperant; postea etiam plura in eo bona acquisiverunt (*Ioh. Gottl. Müller,* Versuch einer Oberlausitzischen Reformazionsgeschichte [Görlitz 1801] p. 60—61).

[2] P. Lucas Molitor.

[3] Locum sepulturae et officia divina significari puto; vide infra p. 462—463.

che V. Reuerentia sara seruita auisarci quello che douemo fare, conciosia che ne il Jmperatore eletto[a] ci vorra liberare di questa cura, ne noi vediamo poter esser securi in conscientia, àben che dal canto suo fossimo liberati.

Per molte uie hauera potuto intender la R. V. quanto siano intolerabile le cose de P. Schorichio, mi dole certo del mal portamento suo et tutti credo quelli che [lo] cognosciamo li portamo compassione et desideramo fare quanto[b] si potessi per quella anima qualle si tornasi sopra di se non sarebbe inutile per il ministerio necessario in Alemagna. Io habeba pensato chiamarlo qua per lettere et quando non hauesse volunta andare consolato a Colonia, come lui habeba domandato et li era clementemente concesso mi risolveba a fare con lui secondo il ordine et risolutione che mi fu data in Roma supra la questione dil caso suo, pur vedendo che lui o ha scripto o voleba scribere a V. R. per ottenire altra cosa che era occorso per non andare a Colonia ma restare nella patria sua, mi son risoluto aspettare la risposta di Roma per fare quello che intendero di V. R. si debe fare con lui, credo la risposta non sara tropo tarda cioe spero hauerla presto et quanto piu presto meglio per che si puo temere pegio etc.

Molto caro si sara[c] quello Compendio che si ha a osservare con alcuni di nostri nel studiare philosophia et Theologia in questa provintia[1] et si fossi possibile avanti la rinovatione delli studii[2] acio che alhora si cominciase qualche buona cosa desideraresimo ci fossi mandato.

---

suscipienda agendum esset; quare R. V. nos doceat, quaeso, quomodo agere debeamus; nam neque imperator electus ea cura nos liberabit, neque nos putamus conscientiam nobis securam esse posse, etiamsi forte ipse nos liberaverit.

Puto R. V. multis viis intellexisse, quam intolerabiles res P. Schorichii essent. Doleo certe, quod tam male se gerat, et existimo nos omnes, qui eum novimus, eius misereri et, quantum possimus, facere velle pro hac anima, quae, si resipiscet, ad ministerium in Germania necessarium non inutilis erit. Volueram ego per litteras eum huc evocare et, si libenter ingredi iter coloniense (quod ipse petierat et nos clementer concesseramus) nollet, ita cum eo agere statueram, ut Romae eius causam tractare iussus et edoctus eram. At cum cognovissem eum a R. V. per litteras aut petiisse aut petiturum esse aliam rem, quae ei occurrisset, et qua a coloniensi profectione liberaretur et in patria remanere posset, romanas litteras exspectare et de eo facere constitui, quae R. V. facienda esse rescriptura esset; nec sero rescriptum iri puto; spero enim eas litteras cito mihi allatum iri, ac quo citius, eo melius; nam periculum est, ne peiora accidant etc.

Valde acceptum nobis erit compendium illud, quod aliquibus hominibus nostris philosophiae et theologiae operam daturis proponendum erit[1]; quod, si fieri poterit, ante studiorum renovationem[2] nobis mitti cupimus, ut tunc bonum aliquod fiat initium.

---

[a] *Ita apogr. alt.;* detto *prius.* [b] questo *apogr. alt.* [c] fara *apogr. alt.*

---

[1] Cf. supra p. 381. 410.

[2] Autumnalis studiorum renovatio mense Octobri vel Novembri fiebat (*Pachtler* l. c. I, 167. 200—201).

Havendosi a fare la casa di Probatione multo grato ci sarebbe ricevere de Roma se si potesse un commune confessore per quella.

Similmente le regole convenienti per quella casa aspettaremo riceuere col medessimo [1].

Diro anchora una parola circa il catalogo poiche intendo per la ultima risolutione del Inquisitore che poco si concede circa li casi et difficultadi sopra li qualli ho scripto gia de Ingolstadio et adesso molto prolixamente scriveno a me di Pragha. Pregiamo molto in quanto e[a] possibile che ci fussi alcuna provisione alli nostri collegii et schole in questa provintia circa il rigore dil detto cathalogo et se forse in quelli dubii mandati fosse alguna cosa come credo non troppo difficile ne secondo[b] [?] la mente dil legislatore che al manco habbiamo una benigna interpretatione per consolari li nostri nelli casi assignati.

Una[c] delle cose che pare esser qua necessaria pur assai e che li nostri Todeschi siano in Roma benissime exercitati in rhetorica et compositione latina perche quanto[d] potiamo vedere nelle lor compositione pare che in questo siano assai deboli credo per la lor negligentia, pregiamo adonche V. R. voglia dare ordine che questo si facia in fauore della Germania dove li maestri delli classi sono quasi niente senza eloquentia. Per il che Maestro Hermete [2] in Ingolstadio pare sia quasi inutile dal canto suo. Quello che si e scripto de

---

Cum domus probationis instituenda sit, gratissimum nobis erit, ex urbe, si fieri poterit, accipere, qui communem in ea confessarium agat.

Speramus etiam nos per eundem regulas domui huic accommodatas esse accepturos [1].

Pauca de catalogo addam; ex postrema enim inquisitoris decisione cognovi pauca nobis concedi in casibus et difficultatibus, de quibus ego ad vos iam scripsi Ingolstadio, et nunc valde prolixe ad me scribunt Pragenses. Vehementer rogamus, ut, quantum fieri possit, catalogi illius rigor in gratiam collegiorum et scholarum nostrarum in hac provincia sitarum aliqua ratione temperetur, et si quid forte in dubitationibus illis a me missis sit (atque ita esse censeo) haud nimium difficile nec legislatoris voluntati contrarium, quaeso, ut saltem benigna aliqua interpretatio, quae in casibus illis solacio sit nostris, nobis detur.

Sat etiam necessarium esse videtur huic regioni, ut Germani nostri Romae in arte rhetorica et in latine scribendo quam optime exerceantur; nam quod quidem ex eorum commentationibus intellegamus, valde imbecilli esse videntur hac in re idque, ut censeo, ob suam neglegentiam. Petimus igitur a R. V., ut haec fieri iubeat Germaniae gratia, ubi classium magistri eloquentia carentes fere nihil sunt. Qua de causa magister Hermes [2] Ingolstadii paene inutilis est ad partes suas explendas. Quae

---

[a] *Sic omnino videtur esse legendum;* quest; e *ap. alt.*

[b] *Sic ap. alt.; sed ipsa res postulare videtur aut:* ne contro, *aut:* et secondo.

[c] Une *apogr. alt.* [d] questo *apogr. alt.*

---

[1] „Regulae magistri noviciorum“ et „Regulae instructoris patrum tertiae probationis“ in „Instituto Societatis Iesu“ exstant.

[2] Halbpaur; cf. supra p. 390[2].

Roma sopra quello giovane della familia di Marchalcho[1] non pare sia in tutto vero[a] ne tanto come si scriue per quello che havemo potuto qua intendere de uno suo parente, questo per auiso acio si tenga conto col suo procedere secondo quello che l' altra settimana il P. D. Lanoy ha scripto al M. Martino.

Il Reuerendissimo Herbipolense[2] e molto affecionato alla Compagnia et per ogni modo dice uoler hauere uno collegio della Compagnia come sara tornato a casa sua, forse scrivera a V. R. sopra di cio. Resta che noi pregiamo Dominum messis ut mittat operarios[3] acio possiamo sodisfare alla petitione santa di tanti grandi personagi et necessitati di questa Allemagna.

Havemo intesso per lettere de Praga come Maestro Gerardo sta molto indisposto[4] tanto che il medico ne da poca speranza de potersi rihauere et da per conseglio la mutatione de luogho et lui stesso M. Gerardo pare esser assai inclinato a questa mutatione per andare al paese dove ci potria sperare se trovara meglio anche secondo il judicio del medico. Et cosi aspetto la risposta de V. Reuerentia si douesi il detto M. Gerardo esser mandato in Colonia o Louanio secondo che mi ha stato scripto per altra uolta quando il P. Vitoria tornato a Praga lo trouasse et giudicasse inutile a quello collegio et che non potessi facilmente esser guarito.

V. Reuerentia ci perdoni perche tante uolte faciamo mentione

Roma scripta sunt de iuvene illo Marchalchorum familia orto[1], non videntur omni ex parte vera nec tanta esse, quanta esse scripsistis, quod quidem hic ex aliquo eius propinquo cognoverimus. Haec scribo, ut istic observetis, quomodo se gerat, prout superiore hebdomade P. D. Lanoius ad P. Martinum scripsit.

Reverendissimus Herbipolensis[2] optime affectus est erga Societatem; cuius, ubi domum redierit, dicit se omnino velle collegium habere; fortasse ad R. V. hac de re scribet. Restat, ut nos dominum messis rogemus, ut mittat operarios[3], per quos tot summorum virorum sanctis petitionibus et Germaniae huius necessitatibus satisfaciamus.

Ex litteris pragensibus intelleximus magistrum Gerardum valde infirmum esse[4], ita ut medicus parvam valetudinis recuperandae spem ei praebeat ac loci mutationem suadeat, atque ipse M. Gerardus satis ad hoc inclinatus esse videtur, ut mutato loco in patriam veniat, in qua ex medici quoque sententia spes sit eum melius valiturum. Litteras igitur R. V. exspecto, quibus edocear, num magister ille Gerardus Coloniam vel Lovaniam mittendus sit (sicut alias mihi scriptum est), si P. Victoria Pragam revectus eum inutilem collegio illi invenerit et iudicarit, atque tam infirmum, ut haud facile sanari possit.

Ignoscat nobis R. V., quod tam saepe catalogi illius mentionem facimus:

---

[a] *Sic legendum esse omnino puto;* verbo *apogr. alt.*

---

[1] Vide supra p. 402. 426.

[2] Fridericus a Wirsberg; hic comitiis augustanis intererat (*Häberlin* l. c. IV, 4).

[3] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2 etc.

[4] Gerardus (Werdenus? cf. supra p. 80[4]. 261[4]), quem mense Ianuario anni 1558 Urbanus Textor, episcopus labacensis, sacerdotio initiaverat, ineunte anno 1559 Pragae dialecticam docebat (*Schmidl* l. c. I, 119. 125).

del cathalogo perche quanto[a] piu legiamo et pensamo de quello tanto piu siammo in dubio di quello che douemo fare et parlando brevemente certo non vedemo modo di potere intratenere le nostre classe et schole se dovemo andare secondo la lettera della stretta prohibitione, masime per mancamento delli libri de la humanita et altre classi non potendo trovare libri fuori di quelli che sono nello cathalogo prohibiti[1], per il che io mi rimetto in questo finalmente a la V. Reuerentia la quale ci uoglia indrizare in alcun modo se sara pur possibile per non grauare le conscientie delli nostri et anche per conservare li studii nelli soliti exercitii et lettioni. In questo mezzo si prouedera come havemo fatto fin qua nelle schole. Et finalmente potra giudicare V. R. con quanto mala voglia starano li confessori pasati li tre messi dopo che non hauerano piu facolta d' assolvere etc.[2] secondo quella concessione che ultimamente ci e stato mandata, et in caso che non ci troui nessuna dispensa temo che saremo sforzati a lasciare le classe o perder multi delli scholari che ci vengono et per il medesimo conto poco frutto ci fara[b] [?] ogni messe nelle confessioni. Dio ci dia il suo santo lume et ci indrizi in suo santo serviggio.

L' vltima che io ho riceuuto, e di 20 di maggio, con quella mandata à Colonia, ringratiamo à Jddio che Maestro Tarquinio sia

---

quo plura enim legimus et cogitamus de eo, tanto magis dubitamus, quid nobis sit faciendum. Ut paucis verbis utar, non videmus certe, quomodo classes et scholas nostras conservare possimus, si severum illud interdictum ad litteram sequi debeamus, idque potissimum ob defectum librorum humanitatis et aliarum classium; neque enim alios libros invenire possumus quam eos, qui in catalogo prohibiti sunt[1]. Quare arbitrio tandem reverentiae vestrae haec permitto, quae, si qua ratione fieri poterit, ita nos dirigat, ut nostrorum conscientiae non graventur atque etiam litterarum solita exercitia et scholae conserventur. Interea scholis providebimus ita, ut usque huc providimus. Tandem R. V. facile intelleget, quam aegris animis futuri sint confessarii post tres illos menses, post quos facultate illa absolvendi etc.[2] ut destituantur sancitur in concessione nuper ad nos missa; et si dispensationem non nanciscamur ullam, timeo, ne a scholis habendis abstinere vel multos ex scholasticis eo venientibus amittere cogamur, atque eadem de causa parvus fructus singulis mensibus colligatur ex confessionibus. Deus sacrum lumen suum nobis tribuat et in sancto famulatu suo nos dirigat.

Postremae litterae vestrae, quas accepi, 20. Maii datae erant; quibus adiunctae erant aliae, Coloniam missae. Deo gratias agimus, quod magister Tarquinius

---

[a] questo *apogr. alt.* [b] *Sic ap. alt.;* sara*?*

---

[1] Prohibebantur „prorsus omnia“, quae ab haereticis scripta essent (etiam „versiones“, „scholia“ etc.), „etiam si nil prorsus de fide vel de religione continerent“. Constituebatur etiam, ut quicquid ex officina alicuius typographi, qui haereticos libros edidisset, profectum esset, „suspectum“ haberetur neve legeretur, antequam ab episcopo et inquisitore probatum esset (*Fr. H. Reusch*, Die Indices librorum prohibitorum des sechzehnten Jahrhunderts [Tübingen 1886]: Bibliothek des litterarischen Vereins in Stuttgart CLXXVI, 196).

[2] Facultatem dicit absolvendi eos, qui catalogum non observassent; vide supra p. 422.

arriuato sanamente, Et speriamo che la admonitione fatta al .d. Quuillonio [1], non sara senza frutto,

Quanto alla lettera delle noue di Roma di nostra Compagnia, ci da grande consolatione di vedere tanti quasì miracoli d' Jddio nelli tempi nostri, et anche nelli fratelli di Roma [2], aspettiamo il resto di dette noue con grande desyderio come si sono promesse, et con quello desyderamo riceuere alcuni auisi se ui sono dell Jndia et de altre vande.

Quanto alla M. C:, pare che le orationi, messe, et discipline che adesso in questa prouincia li fratelli fanno, con la litania quotidiana, siano efficaci [3], poi che sua Maiesta mostra piu animo di satisfare in cose di grande importantia della Conscientia, sopra le qualle anche ha domandato il nostro parere, et conferisse in secreto con noi et sub iuramento. Certo merita per la sua bona uolonta et syncerita dil cuore che il signore Domine dio [a] lo guarde et conserui in tanti pericoli, et negotij.

La dieta pare che non durara molto, et volese Jddio che andasi meglio. Non si vede apparentia che riesca la riformatione delli prelati, li qualli stano tutti quasi disperati, et vorrianno hauere maggiore certezza che il Concilio si celebrasse.

Romam sanus advenerit, et speramus admonitionem D. Cuvillonio [1] factam haud inutilem fore.

Ex litteris de rebus novis Sociorum romanorum datis magno cum gaudio cognovimus Deum tantas res, quae paene miracula sint, nostris temporibus atque etiam in fratribus romanis patrare [2]. Cum magno desiderio litterarum istarum partem reliquam, quae nobis promissa est, exspectamus; cum qua litteras aliquas de rebus Indiarum (si quae praesto sint) et aliarum regionum scriptas cupimus accipere.

Caesareae maiestati preces, missarum sacrificia, verberationes, quas in hac provincia fratres nunc faciunt, cum litaniis cotidianis, utiles esse videntur [3]; nam maiestas sua promptiorem se praebet ad satisfaciendum conscientiae in rebus gravissimis, de quibus etiam nostram sententiam exquisivit et secreto ac iureiurando interposito nobiscum consilia contulit. Propter bonam voluntatem suam animique sinceritatem dignus certe est, quem dominus Deus in tot periculis et negotiis custodiat et conservet.

Comitia brevi absolutum iri videntur; quae utinam melius procederent. Signa nulla comparent, ex quibus conicere liceat reformationem, quam praelati meditantur, successuram esse; qui omnes spem fere abiecerunt et certius scire cupiunt concilium habitum iri.

---

[a] *Ita apogr. prius;* il Signore Iddio *Bo. in apogr. alt.*

---

[1] P. Ioanni Cuvillonio. [2] Vide supra p. 423.

[3] De collegio pragensi *Schmidl* (l. c. I, 134) haec refert, ex Pauli Hoffaei, rectoris pragensis, commentariis excerpta: „Canisius Provincialis necessitates publicas saepe commendando effecit, ut singulis diebus Sociorum unus aliquis flagellatione in se animadverteret; atque omnes per ordinem in culina humilibus officiis vacarent, cui ministerio suus singulis attributus est mensis, ne Rectore quidem excepto: utrumque ab omnibus alacri, lubentique animo praestitum scripsit Hoffaeus.“

Jl Reuerendissimo Cardinale ha pigliato licentia di sua M. de andare à Roma in autumno che viene, et esser libero adesso della legatione di franza [1]; et vorria che le suae litterae in Roma hauesero fatto maggiore frutto apresso di sua Santita.

Ho rimandato a Jngolstat il Padre Lannoy, et ritengo meco il P. vittoria in sino che uenga la informatione de OWin, tanto di la quanto di praga, secondo che ha piaciuto à la sua Maiesta, la qualle hieri anche mi fece mentione di quello Collegio de Einspruch, dicendo che fusse quasi adesso fornita quella fabrica. et che il detto vittoria podria anche passare per la. over io stesso. Subito che sara expedito qui forsse andara à Noremberga per comparare li caracteri della stampa per Vienna, della qualle opera spero che col tempo il Signore molto si seruira [2]. Quanto al Signore Quadrio, e, risoluto subito di fare, in presenza di Monsignore Reuerendissimo [3] et notaio et testi, la donatione de vna parte di suoi beni per fundare il Collegio [4], et poi cercara di partirsi il piu presto che sara possibil, per aconciare ogni cosa con li signori frisoni [a], et scriuendo di Roma mandara anche denari per il viatico di 13. o 14. persone. volendo ogni modo per questo autumno cominciare il Collegio con la gratia di christo, secondo la promessa che li, e, stata fatta. si racommanda con la sua santa dona alle orationi di V. Reuerentia, et io anche in quanto posso humilmente in domino. con tutta questa prouincia. Al fine quanto a

---

Reverendissimus cardinalis a maiestate sua impetravit, ut autumno proximo Romam proficisci liceret, et ut nunc a legatione gallica liber esset [1]; qui etiam dolet Romae litteris suis sanctitatem suam non magis esse motam.

P. Lanoium Ingolstadium remisi, et P. Victoriam mecum retineo, donec de rebus oibinensibus tum istinc, tum Praga edoceamur; ita enim visum est maiestati suae, quae heri etiam oenipontani illius collegii mentionem fecit mihique dixit aedificium illud iam fere perfectum esse, et Victoriam illum etiam illac transire posse, vel etiam me ipsum. P. Victoria, ubi primum negotia hic confecerit, Norimbergam fortasse contendet ad litteras pro typographia vindobonensi emendas; quod institutum procedente tempore in magnam Dei gloriam cessurum esse spero [2]. Dominus Quadrius statim coram domino nostro illustrissimo [3] et notario et testibus partem bonorum suorum collegio condendo [4] attribuere constituit; postea hinc quam primum poterit discedere conabitur, ut cum dominis Grisonibus cuncta componat, et cum ex urbe litteras acceperit, pecuniam quoque mittet, quae tredecim vel quattuordecim hominibus pro viatico sit; plane enim vult hoc autumno Christo iuvante collegium illud incohare, prout ei promissum est. Ipse cum sancta coniuge sua precibus R. V. se commendat; commendo me et ego quantum possum demisse in domino, cum uni-

---

[a] *Sic utrumque ap.; sed scribendum erat:* Grisoni; *v. supra p.* 399[1].

---

[1] Ordines decreverant, ut Otto et Christophorus dux wurtembergensis ab Henrico II. rege urbes illas et episcopatus Lotharingiae et partes episcopatus leodiensis repeterent, quas Galli ab imperio avulserant (*Janssen* l. c. IV, 71).

[2] P. Victoria hoc anno, auctore Ferdinando caesare, in collegio vindobonensi typographiam instituit; de qua plura in litteris sequentibus scribentur.

[3] Coram Ottone cardinali. [4] Ponte in Valle Tellina; v. supra p. 399[1].

Wenceslao Boemo, prego che sua letera sia bene ponderata, et examinata. per rispetto d' altri Boemi, Massime di Thomaso, Wolfango maggiore, et Andrea [1]. Jl Signore ci dia la sua sancta gratia in questa vocatione nostra, che siamo saldi et fideli nel suo diuino seruiggio. De augusta 10 di Junio 1559.

Seruo in Christo P. Canisio.

Jhesus

Al molto Reuerendo in christo Padre Maestro Jacobo Laynez Praeposito Generale della Compagnia de Jesu etc. Jn Roma.

Nota: Lainius Canisio per Polancum rescripsit 24. Iunii 1559.

---

versa hac provincia. Postremo vos rogo, ut Wenceslai epistulam bene perpendatis et examinetis, idque propter alios Bohemos, maxime propter Thomam, Wolfgangum natu maximum, Andream [1]. Deus sanctam gratiam suam in hoc vitae genere, ad quod nos vocavit, nobis tribuat, ut constantes et fideles simus in divino suo famulatu. Augusta 10. Iunii 1559. Servus in Christo P. Canisius.

Iesus. Admodum reverendo in Christo patri, magistro Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu etc. Romae.

359.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 11. Iunii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Polanco* scripto; cui in margine adnotatum est: „Augusta Padre Canisio." Cod. „Germ. 1559" f. 12b—13a.

Ioseph de Taxis. Res cardinalis augustani. Facultates legendi libros prohibitos. Quae de cardinali Caraffa Augustam scripta sunt, fide non sunt digna; similia cotidie sparguntur. Libri in usum collegii romani emendi. Lainius P. Theodoricum Canisium rectorem collegii lovaniensis creare vult. Huius collegii ope academici lovanienses Societati aggregantur. Ex superiore Germania eidem nemo aggregatur.

Riceuemmo le lettere di V. R. di 29. del passato che portò maestro Joseffo de Tassis [2], al quale insin' adesso forsa per le sue

---

Accepimus litteras R. V. die 29. superioris mensis datas, quas secum attulit magister Ioseph de Tassis [2], cui gratificandi opportunitas omnis usque huc nobis

---

[1] In **catalogo* Sociorum germanorum et bohemorum extra Germaniam et Bohemiam degentium, sub 1. Decembris 1557 Romae conscripto, hi, praeter alios, comparent bohemi, Societatem a. 1555 ingressi, et Romae litteris operam dantes (cf. supra p. 307[2]): „Thomas hedl Crumnouiensis", „Wolfangus gingalio Thinensis", „Wolfangus sartor Thinensis", „Wolfangus Georgij Thinensis", „Andreas piessinus Thynensis". Inter Wolfgangos illos quis fuerit maximus natu, non liquet (Cod. „Germ. Cat. 1567—76" p. 386). Cf. *Schmidl* l. c. I, 84. 254.

[2] Sicut multis aliis Europae locis, ita etiam Augustae aliquis e familia „Taxis"

occupationi non hauemo hauuto occasione di farli alcun seruicio ne so che si habbia lasciato uedere in casa nostra . basta che ci sarà l' animo pronto dal canto nostro per ogni occorenza etc. Dipoi alquanti giorni riceuemmo quelle di V. R. di 27. del passato, et quelle[a] del padre Vittoria et padre Hurtado di 10. 11. 14. 17. et 27. di maggio, alle quali per adesso non si puo far risposta perche non ci è stato tempo di consultare, forsa si fara domani o il sabbato sequente al piu tardo.

Nel negocio dell' Jllustrissimo et Reuerendissimo Cardinale Augustano non ci essendo raccommandata cosa alcuna in particolare, solo haueremo[b] [?] potuto seruire di raccommandare à Jddio N. S. le cose sue, et nel uiaggio che ha preso, desideramo si serua molto la diuina bontà di sua Signoria Reuerendissima [1].

Circa li libri prohibiti, non hauemo altra facultà di quella che per altre si e scritta, se piu si potessi hauere sarà auisata V. R.

Quanto alla licenza di leggere questi libri o altri prohibiti, si potria dubitare, se son derogate le gratie concesse in particolare alla Compagnia nostra o persone di quella, con le prohibitioni seguenti, nientedimeno di qua si tiene per la piu secura uia astenersene dell' uso delle già hauute licenze.

Quelle cose scandalose di quel Prelato che sta in Marino [2] delle

---

defuit, nec novi eum domi nostrae comparuisse; impediebatur autem fortasse negotiis. Nos certe parati et prompti erimus ad omnia, quae occurrent etc. Aliquot diebus post accepimus litteras a R. V. die 27. mensis superioris datas, et quas ad nos dederunt pater Victoria et pater Hurtadus diebus 10., 11., 14., 17., 27. mensis Maii; ad quas nunc rescribere non possumus, quia tempus ad consultandum non suppetebat; rescribemus fortasse cras vel, si tardius, sabbato proximo.

In negotio illustrissimi et reverendissimi cardinalis Augustani, cum nulla res singularis nobis commendata esset, aliud praestare non potuimus, quam ut Deo et domino nostro res eius commendaremus, atque optamus, ut optimus Deus opera reverendissimae dominationis suae in itinere ab ipsa suscepto multum utatur [1].

De libris prohibitis aliam facultatem non habemus quam eam, de qua alias scripsimus; si forte plus impetraverimus, R. V. certiorem faciemus.

Quod R. V. scribit de facultate libros illos vel alios prohibitos legendi, dubitari quidem poterit, num gratiis, quae speciatim Societati nostrae vel aliquibus eius hominibus concessae erant, derogatum sit per posteriora illa interdicta; attamen securius hic censemus esse, usu facultatum antea impetratarum abstinere.

Relationem illam de rebus pessimi exempli a praelato illo Marini degente [2]

---

[a] quella *Pol.* [b] *Sic; legendumne:* hauemo?

„magister postarum" (i. e. curruum publicorum) caesareus tunc erat (*Jos. Rübsam,* Johann Baptista von Taxis [Freiburg i. Br. 1889] p. 201). Ioseph e filiis erat Mathiae de Taxis, magistri postarum vindobonensis (*Gabr. Bucelinus* O. S. B., Pars quarta Germaniae topo-chrono-stemmatographicae [Ulmae 1678] p. 293).

[1] Socii romani Ottonem in Galliam profectum esse opinabantur; v. supra p. 448[1].

[2] Carolus cardinalis Caraffa, haud multo ante per Paulum IV. patruum a rerum summa, quam administraverat, et legatione Bononiae submotus et apud Lavinium

quali V. R. ci mandò una copia [1], qua non le teniamo per uere, ne manco pare si debbiano credere; et il stilo dell' autor di quelle nuoue pare mostra in parte non meriti troppa fede, ma non è cosa da marauigliarsi che in Roma si trouino nuoue simili perch' ogni di si sogliono seminare in banchi et bisogna stia sopra di se al credere chi non uuol esser' ingannato.

Qui ua una lista di certi libri che un professor del collegio Nostro desideraua si trouassino in Louanio, ò Colonia, et si mandassino qua. V. R. per charità quando scriuera à Colonia raccommandi alli nostri che intendano se si trouaranno di la, et che mandino anche la copia a Louanio di quelli che non si trouasseno in Colonia. Se in Augusta ci fossino alcunj non accaderia che quelli si comprassino altroue.

Di qua si è considerato che saria di grande importanza hauer un buon Rettore per il collegio di Louanio, et che il Padre Adriano attendessi à euangelizare per quelli contorni, et non occorreua persona tanto atta quanto il Dottor Theodorico Canisio, perche con tenerlo là per Rettore et predicatore et confessore, et con mandarli alcuni scholari di qua atti a tirar altri al diuino seruicio pare si potriano guadagnare molti buoni suggetti in quella Vniuersita, quali etiam dessino soccorso alla Germania Superiore, doue adesso d' alcuni anni in qua non pare si guadagna persona alcuna, et credo sa la causa in buona parte V. R. Non è parso a N. Padre dopò che trattò la cosa

---

gestis, cuius apographum R. V. ad nos misit [1], hic non existimamus veram esse nec fides ei adhibenda esse videtur, ac novarum rerum illarum scriptor ipso scribendi genere, quo utitur, ex parte demonstrare videtur se haud ita magna fide dignum esse; nec tamen mirum est Romae huiusmodi nova audiri; nam cotidie per tabernas disseminari solent, atque opus est sibi caveat, si quis decipi nolit.

His litteris catalogum librorum quorundam adiungimus, quos professor aliquis collegii nostri Lovanii vel Coloniae inventos huc mitti cupiebat. Per Deum rogo R. V., ut, cum Coloniam scribet, nostros hortetur ad libros illos diligenter illic quaerendos atque etiam ad indicem eorum, qui Coloniae reperti non sint, Lovanium mittendum. Sin autem forte aliqui eorum Augustae prostabunt, hos alibi emi necesse non erit.

Hic nobiscum reputavimus maximi momenti esse, ut bonus rector collegio lovaniensi praefici posset, atque ut pater Adrianus locis vicinis evangelica doctrina imbuendis operam navaret, neque occurrebat nobis, qui tam idoneus esset quam doctor Theodoricus Canisius; quem si illic rectorem et contionatorem ac confessarium habebunt, ac si hinc scholasticos aliquot ei mittemus aptos, qui alios ad divinum famulatum adducant, ex universitate illa multi homines idonei nobis aggregari posse videntur; qui superiorem quoque Germaniam adiuvabunt, ex qua aliquot iam annis nemo prorsus nobis aggregari videtur; cuius rei causam R. V. magna ex parte cognitam esse censeo. Patri nostro, re cum assistentibus deliberata, visum non est quicquam

---

exsulare iussus, impetraverat, ut Marini subsistere sibi liceret (*Onuphrius Panvinius* O. Er. S. Aug. in Vita Pauli IV., „Historiae *B. Platinae* de vitis Pontificum Romanorum" addita [Coloniae 1610] p. 427. *Ciaconius-Oldoinus* l. c. III, 843—844). Ceterum habuisse in se, quae reprehendi possent, vir ille videtur; qui tamen pie vita excessit. [1] Vide supra p. 426.

con li Assistentj di risoluer cosa alcuna in questo negocio, insin' à tanto che intenda il parer di V. R. perche se ben sia Angelo speciale[1] di Germania superiore, non si dubita che si estenda con la carità etiam all' inferiore, et che finalmente amj piu il ben uniuersale, et quello piu che è à maggior gloria diuina, potria etiam prouarsi per alcuni mesi questo disegno di far un poco di forza in Louanio, et dopoi rimandar detto Padre Theodorico alla sua Prouincia, et presuppona la R. V. che di qua se li mandaranno alcunj buoni suppositi come meglio si potrà; benche non facilmente si trouaranno molti Theodorici come quello et quanto[a] [?] potrà dia risposta sopra questo punto la R. V. et ci raccommandi a Jddio N. Signore cui gratia sia sempre et creschi in tutti noj. Di Roma a li 11. di Giugno 1559.

---

in hoc negotio constituere, antequam sententiam tuam, reverende pater, cognovisset. Qui licet superioris Germaniae angelus sis singularis [1], non tamen dubitamus, quin ad inferiorem quoque caritatem tuam extendas et potiorem tandem habeas salutem communem atque ea, quae cessura sint in maiorem Dei gloriam. Poterimus etiam per aliquot menses hoc experiri consilium, ut aliquid contentionis Lovanii adhibeatur et postea pater ille Theodoricus in provinciam suam remittatur. Hoc reverentiae vestrae certum fixumque sit hinc aliquot ipsi missum iri, quantumcunque fieri poterit, bonos, quamquam multi Theodorici haud facile invenientur. Rescribat autem R. V., ubi poterit, hac de re et Deo ac domino nostro nos commendet, cuius gratia sit semper et augeatur in nobis omnibus. Roma 11. Iunii 1559.

360.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 17. Iunii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Polanco* scripto; qui in margine adnotavit: „Padre Canisio Augusta". Cod. „Germ. 1559" f. 13.

Facultates legendi libros prohibitos. Libri Hosii germanice versi. Societati maxime convenit, collegium habere Oeniponte. Rumores sinistri. Societatis iuvenes ex Italia in Germaniam mittentur. Dispensatio, qua bona ecclesiastica retineri possint. Inopia collegiorum romani et germanici. Brevior studiorum cursus. Caerimoniae missae. Editiones constitutionum et regularum.

Rispondero per questa alle lettere di V. R. di 27. et 29. di Maggio, et 3. del presente. Et si riserua la risposta di tutto il

---

His litteris ad epistulas rescribam, quas R. V. diebus 27. et 29. Maii et 3. huius mensis ad nos dedit. De universo autem negotio oibinensi ac proinde de domo probationis

---

[a] *Supplendum hic esse videtur* prima, *vel corrigendum* quando.

---

[1] Ob munus praepositi provincialis eius regionis. Cf. Apoc. 1, 20; 2, 1 etc.

negocio di Oybin, et conseguentemente[a] del far iui casa di probatione o no, ad' un' altra uolta che se hauera piu considerato questo negocio. Quanto alla faculta delli libri prohibiti nel catalogo, et della lettione di libri heretici per la inclusa carta uederà V. R. quel che si e potuto ottenere[1]: se altra cosa li occorrera in particolare esser necessaria, dia auiso di quella.

Non si scriue adesso al padre Vittoria, sara per un' altra uolta, et il medesimo dico del Padre Lanoy. Dottor Paulo[2], et maestro Hurtado.

Circa la traduttione di certi libri del Reuerendissimo Varmiense in vulgare, forsa che lui hauera auisato che alcuni gia erano tradottj in todesco, non sò gia se saranno quelli che l Reuerendissimo Saltzburgense hà raccommandatj[3].

Del Collegio di Oeniponte, si aspetta intendere la ultima rissolutione della Maiestà sua; uero è che questa pare delle cose piu a proposito per la Compagnia che siano in germania, se le condittionj non la guastassino[4].

Già si dette auiso che non si reputauano uere quelle cose scandalose che furno scritte di qua de un prelato.

Circa il mandar alcuni suppositi buonj, già si e scritto che per il settembre si uedera di mandar alcuno: Et prima si mandara id est fra due giorni il maestro Henrico il qual sarà buona ricompensa di maestro Tarquinio[5] perche ha studiato bene il corso, delle Arti, et

---

illic instituenda aut non instituenda alias rescribam, cum negotium illud diligentius expenderimus. Ex charta his litteris inclusa R. V. cognoscet, quam facultatem de libris in catalogo prohibitis et de lectione librorum haereticorum impetraverimus[1]; si quid praeterea singulare existimabis esse necessarium, moneto nos.

Patri Victoriae nunc non scribitur, sed alias scribetur; atque idem dico de patre Lanoio, doctore Paulo[2], magistro Hurtado.

Quod ad libros quosdam reverendissimi Varmiensis in linguam vernaculam transferendos attinet, fortasse ipse monuit aliquos eorum iam esse germanice redditos; nec tamen scio, num versi sint illi, quos reverendissimus Salisburgensis commendavit vertendos[3].

De collegio oenipontano cognoscere cupimus quidnam postremum maiestas sua constituerit; certe haec res ex iis esse videtur, quae Societati in Germania maxime conveniant, nisi condicionibus appositis vitietur[4].

Iam monuimus odiosa illa, quae de praelato quodam hinc nuntiata sunt, vera non putari.

Quod R. V. scribit de hominibus aliquot idoneis mittendis, iam scripsimus nobis curae fore mense Septembri aliquos mittere; ac prius, post duos scilicet dies, mittetur magister Henricus, qui magistri Tarquinii[5] vicem bene explebit; artium enim cursum bene confecit et theologiae cursum incepit atque Ingolstadii doctor

---

[a] conseguemente *Pol.*

---

[1] Haec charta non videtur superesse.

[2] De P. Paulo Hoffaeo, collegii pragensis rectore.

[3] Vide supra p. 424. [4] Vide supra p. 432. [5] Raynaldi.

cominciato quello di Theologia, et si potra adottorare in Jnglostadio, quando hauera piu seguitato li studij [1], farà compagnia a Cirillo [2], ilqual si manda amalato d' una certa febricciuola che pare ettica, uerso l' aria natiua [a], et se guarirà, sarà anche lui un bonissimo suggetto, perche era delli piu dotti del 3. anno delle arti, et potra leggere le Mattematice et il corso [3] molto bene. Adesso sta in Perugia et non li bastando quella mutatione di aria [b], si mandarà con assai spesa alla uolta del suo paese.

Quanto al Collegio di Monachio se il Duca scriuera, et anche la R. V. mandara la lista delli suppositi che di la tengono, potra N. P. far risposta piu rissoluta.

Della impetratione di quella dispensa per li 500. fiorini, et anche delli altri 300. come Dio N. Signor ci darà la commodità si procurarà [4].

Ringratiamo la R. V. della diligentia che offerisce in cercar modo di aiutar li bisogni di roma, tanto delli nostri scolari Todeschi quanto di quelli del Collegio Germanico, questo li posso ben dire, che sarà assaj opportuno il soccorso che si darà.

---

creari poterit, cum in studiis longius progressus erit [1]; socius hic erit Cyrilli [2], quem febricula quadam, quae phthisica esse videtur, affectum in aëra patrium versus remittimus, atque ipse quoque, si sanitatem recuperaverit, utilissimus erit; nam inter eos, qui tertio anno artibus operam dabant, unus e doctissimis erat, ac mathematica et cursum [3] optime tradere poterit. Nunc Perusiae degit, et hac aëris mutatione ei non sufficiente sat magna impensa in patriam versus mittetur.

De collegio monacensi, cum dux nobis scripserit, atque etiam R. V. indicem miserit eorum, qui istic ad manum sunt, pater noster certiorem sententiam expromere poterit.

Dispensationem illam pro 500 illis florenis atque etiam pro illis 300 impetrare studebimus, ubi Deus et dominus noster opportunitatem nobis tribuerit [4].

Reverentiae vestrae gratias agimus, quod promiserit se rationem diligenter quaesituram inopiae levandae, qua Romae scholastici germani tum nostrae Societatis tum germanici collegii premuntur; hoc R. V. affirmare possum subsidia, quae iis dabuntur, valde opportuna fore.

---

[a] natiuo *Pol.* [b] ario *Pol.*

---

[1] In **catalogo* collegii ingolstadiensis sub 1. Ianuarii 1565 conscripto refertur Henricum Arboreum „patria Peranum" (Peer, pagus belgicus, provinciae limburgensis, olim episcopo leodiensi subiectus) „anno 1555. in festo S. Francisci emissis uotis ingressum esse Societatem", deinde Romae per tres annos philosophiam et theologiam audivisse, postea Ingolstadii per sex fere annos linguam graecam docuisse simulque theologiam audivisse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 373[b]). Theologiae doctor creatus est Ingolstadii 2. Ianuarii 1561 (*Mederer* l. c. I, 267).

[2] In **catalogo* supra (p. 449[1]) memorato comparet „Cyrillus Olmuncensis [Olmütz] Morauus, annos natus 21. ingressus est societatem anno 1555 . studet logicae et Mathematicis" (l. c. p. 388). Ex altero quodam **catalogo* (l. c. p. 340) patet eum a. 1557 Vindobona Romam missum esse.

[3] Cursum artium; cf. infra, p. 455[1].

[4] Vide supra p. 433—434.

Perche si dice che di Vienna alcuni potriano uenir a Roma, et d' altro canto si fa dissegno o almeno si ua trattando se si fara un corso piu breue che questo di Roma. li proprio in Vienna: Vorria N. P. intendere, quanti suppositi tengono di là che riputino atti alli studij piu essatti et compiti, et quanti reputano esser piu atti per un studio piu compendiale, et manco exatto del corso della filosophia, accio che sopra questa informatione si possa far disegno di far uenir alcuni di qua per il corso, et di far restar altri di là, et anche forsa mandar alcuni di qua per tal conto se si hauessi à tenere il tal corso in Vienna [1].

Circa maestro Francesco Scipione, si andarà uedendo di trouarli alcuno successore, et si farà quel che si potra [2].

Le cerimonie della messa che si deuono usare, son le communi che si trouano nel messale Romano, con certa moderatione qual si uede in un capitulo qui incluso della congregatione generale.

Quoniam dicitis aliquot Socios Vindobona Romam venire posse, atque ex altera parte de cursu, qui romano brevior sit, in ipso isto collegio vindobonensi faciendo cogitatis vel saltem, num instituendus sit, deliberatis, pater noster scire cupit, quotnam istic habeatis, quos ad studia accuratiora et pleniora idoneos ducatis, et quot aliis studium philosophicum magis summarium minusque accuratum convenire censeatis, ut his rebus cognitis statuere possimus, ut aliqui huc veniant ad cursum, alii autem istic maneant, ac fortasse etiam aliquos huius rei gratia hinc mittere poterimus istuc, si cursus ille Vindobonae fiet [1].

Magistro Francisco Scipioni successorem aliquem quaerere conabimur; qua in re praestabimus, quantum poterimus [2].

Caerimonias missae observare debemus communes, quales in Missali romano exstant, cum temperamento tamen quodam, quod cognosci potest ex capitulo congregationis generalis his litteris incluso.

---

[1] De artium liberalium studio *S. Ignatius* haec constituerat: „Para en las Artes será menester ordenar los cursos en que se lean las Sciencias Naturales. Y para ellas paresce no bastará ménos tiempo de tres años; y otro medio quedará para repetir y hacer sus actos, y tomar grado de Magisterio los que habrán de ser graduados: en manera que el curso todo durará tres años y medio hasta hacerse uno Maestro en las Artes; y cada año comenzará uno, y acabará otro curso, con la divina ayuda." Huic legi ipse *S. Ignatius* praeter alia haec adnotavit: „Si no hubiese disposicion para tanto, por no haber gente, ó otras causas, haráse lo mejor que se podrá con parecer del General, ó á lo ménos del Provincial": Constitutiones Societatis Iesu P. 4, c. 15, n. 2 et decl. C. (Constitutiones latinae et hispanicae p. 159; cf. *Pachtler* l. c. I, 60).

[2] *S. Ignatius* praescripserat, ut in missae sacrificio tota Societas, quantum fieri posset, iisdem caerimoniis uteretur, „conformándose en ellas, cuanto la variedad de las regiones sufriere, al uso romano": Constitutiones P. 4, c. 8, n. 2 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 137). Decretum autem XCIII. primae congregationis generalis, anno 1558 Romae a Societate habitae, hoc est: „De Missa etiam et eius ceremoniis actum est, et constitutum: ut sequeremur usum romanum secundum rationem Constitutionum, omisso psalmo, *Iudica me, Deus*, et in fine dicendo Evangelium Lucae, *Loquente Iesu ad turbas;* vel, *In principio erat Verbum*, pro uniuscuiusque devotione" (*Institutum* Societatis Iesu II, 176). Vide etiam, quae notata sunt supra p. 438[4].

Le constitutioni stampate con sue declarationi [1], si mandaranno con la prima commodita, et anche al suo tempo le regole, ma sarà piu tardo [2].

Quella persona che la R. V. ricerca mortificata, et data à componere lettere quadrimestri, et far traduttioni etc. saria assai utile per ogni Prouinciale, ma non sarà facile di trouarla per potersi mandar di là. Non occorre altro se non raccommandarci tutti molto nell' orationj di V. R. et delli altri etc. Di Roma li 17. di Giugno 1559.

Nota: Canisius 1. Iulii 1559 Lainio rescripsit.

Constitutiones cum Declarationibus [1] suis typis exscriptae vobis mittentur, ubi primum opportunum erit, ac suo tempore etiam regulae mittentur, sed tardius [2].

Quod R. V. requirit hominem, qui se habeat in potestate et litteris quadrimestribus componendis versionibusque faciendis etc. operam det, is omni certe praeposito provinciali utilissimus erit; eum tamen invenire, quem istuc mittamus, facile non erit. Aliud, quod scribam, non habeo, nisi ut nos omnes R. V. et ceterorum precibus vehementer commendem etc. Roma 17. Iunii 1559.

361.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 21. et 22. Iunii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, scripto ab ipso *Polanco*, qui initio epistulae in margine adnotavit: „Al padre Canisio". Cod. „Germ. 1559" f. 13^{b}—14^{a}.

De aliquibus in collegium germanicum missis et de scholasticis quibusdam Societatis, qui in Germaniam remittantur vel Romae maneant. In noviciis admittendis maiorem delectum habendum esse.

Pietro Giuliacense [3] si è amalato di modo che non puo far questa giornata. Va in suo luogo per accompagnar Cirillo Gulielmo Leo-

---

Petrus Iuliacensis [3] adeo aegrotare coepit, ut hoc iter facere non posset. Quare eius loco Cyrillum comitatur Guilielmus Leodiensis subdiaconus; hic Vormatiae cognovit

---

[1] „Declarationes" illas ipse *S. Ignatius* „Constitutionibus" addiderat atque eiusdem auctoritatis atque ipsas constitutiones esse voluerat (Constitutiones, Prooemium in declarationes, et P. 6, c. 1, decl. A. [Constitutiones latinae et hispanicae p. 46—48. 184—187]).

[2] Editiones principes Constitutionum et Declarationum Romae „in aedibus Societatis Iesu" annis 1558 et 1559 factas accurate describit *Sommervogel*, Bibl. V, 75—77. Regularum autem prima editio, quae quidem nunc nota est, hunc habet titulum: „Quaedam ex constitutionibus cum regulis communibus Societatis excerpta" (Viennae Austriae in aedibus Collegij Caesarei Societatis Iesu. Anno M.D.LXI; 16°; 22 ff. non sign.) (*Ant. Mayer*, Wiens Buchdrucker-Geschichte I [Wien 1883], 96).

[3] In **catalogo* collegii ingolstadiensis, exeunte anno 1566 Romam misso, haec

diense subdiacono, ilquale cognobbe la R. V. in Vormatio, et gli dette consiglio d'uscir di quel paese, et cosi uenne a Roma doue fece instantia per esser accettato nella compagnia et è stato prouato poco piu d'un mese in casa, et da buona satisfattione, ma perche sa lingua Jtaliana et Todesca, e parso utile compagno per l'amalato Cirillo, et anche per maestro Henrico [1], et di la si potra far attendere alli studij, dopò che hauera fatto li uoti suoj, o quando parera alla R. V., questo uiaggio li sara un'altra probatione. Et perche è huomo fatto, presto potria esser utile a far qualche classe bassa. V. R. l'habbia per raccommandato, è cantore fra le altre cose, et sa quel latino che V. R. potra uedere. Di Roma 21 di Giugno 1559.

Per il Collegio Germanico fu mandato un giouane chiamato Joseffe, insieme con Alessandro fratello di Adamo [2], et si risolse di entrare nella Compagnia nostra, auanti che si mettessi nel Collegio germanico, ma uedendo dipoi, che staua malinconico, et dormeua mal di notte, et finalmente et [a] [?] non si mostrando lui molto forte nella uocatione, e parso conueniente mandarlo nel collegio Germanico, et cosi si fece [3],

---

R. V., quae ei suasit, ut ex illa terra discederet; unde factum est, ut Romam veniret, ubi impense rogavit, ut in Societatem reciperetur. Probatus est domi nostrae haud multo plus quam unum mensem, et bene nobis satisfacit; sed quia linguas italicam et germanicam callet, commode socius adiungi posse videbatur aegroto illi Cyrillo atque etiam magistro Henrico [1]. Istic studiis addici poterit, cum vota nuncupaverit, vel cum R. V. videbitur. Iter hoc altera probatio ei erit. Et quia homo maturus est, brevi fortasse aliquam ex classibus inferioribus regendo utilem se praebere poterit. R. V. eum sibi commendatum habeat; praeter alia cantandi artem didicit; quam latinae linguae scientiam habeat, R. V. videbit. Roma 21. Iunii 1559.

In collegium germanicum missus est una cum Alexandro, fratre Adami [2], adulescens, cui nomen est Ioseph. Hic, antequam in collegio germanico collocaretur, Societatem nostram ingredi statuit. Sed cum postea cognovissemus eum aegro animo esse et noctu male dormire, ac denique cum ipse in hoc vitae genere haud valde constantem se praeberet, censuimus eum in collegium germanicum mittendum esse; quo missus est [3]. At cum cotidie capitis doloribus laborare videatur et male

---

[a] *Sic; sed videtur* etiam *legendum, aut alterum hoc* et *omittendum esse.*

---

sunt: „Mortuus tantum unus anno 1560. in Januario Petrus Knottel Juliacensis studiosus ex Vrbe missus" (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 408^{b}). Atque hic idem fuerit ac „Petrus Knotten" ille, qui in catalogo primorum Sociorum a S. Ignatio anno 1556 Ingolstadium missorum modo „Juliacensis" dicitur (Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 7^{b}), modo „Clevensis" (*Mederer* l. c. IV, 292. Cartas de *San Ignacio* VI, 498); Iuliacum (Jülich, nunc urbs Borussiae rhenanae) tunc duci clivensi subiectum erat. Cf. supra p. 146. [1] Arboreo; vide supra p. 454[1].

[2] Cf. supra p. 406[1]. Alexander, Adamus, Michaël Hölleri (Höller, Haller), civis vindobonensis filii, anno 1552 omnium primi Societatis scholas Vindobonae adierunt. E quibus duo maiores natu, Alexander et Adamus, aliquanto post Societati nomen dederunt (*Socher* l. c. p. 38). Plura de iis postea referentur.

[3] In collegium germanicum 13. Iunii 1559 receptus est „Iosephus Edlinger Bauarus", dioecesis frisingensis; qui 22. Iunii 1559 inde discessit (*Cod. rom. „All. coll. germ." p. 12).

ma pare che sta ogni di con dolore di testa, et continua nel dormir male tanto che temiamo se questa state restassi in Roma, qualche inconueniente del suo ceruello. Et pero è parso a N. P. recercandolo anche detto Joseffe di rimandarlo in Alemagna. V. R. l' habbia per raccommandato. Et quando lui risanassj del corpo, et anche fossi desideroso d' entrar nella compagnia nostra co 'l tempo si potria accettare, ma lui è riposto intieramente in sua libertà.

Martino Croata mandato da Vienna [1] etiam a domandato licenza di tornarsene che dice ch' ogni di si debilità piu in questo aere, del resto mostra anche lui satisfattione del uitto uestito et studij, et di tutto il resto, potra essere che anchora uada in compagnia delli sopra dettj, se non si animassi [a] a restar questa estate, perche si e posto in mano sua lo andare o stare, nessuno di questi due mostra grande indole, massime quanto al giudicio, et si potriano per l' hauenire pigliare con maggior deletto et forsa quelli che si mandassino in su l' inuernata si trouariano meglio che quelli che si mandano in su l' estate.

Gulielmo nostro intendo che ha uoluto far li uoti prima di partirsi. 22 di Giugno 1559.

Nota: Polancus in apographo nostro priori harum litterarum parti, quae 21. Iunii data est, haec verba praeposuit: „Post scriptae"; at hanc partem cum altera, 22. Iunii data, conferenti facile patet ea posteriori huic praeponenda fuisse, quae appendicis instar litteris 21. Iunii datis adiuncta est.

Canisius Lainio rescripsit 22. Iulii 1559.

---

dormire pergat, timemus, ne, si hac aestate Romae maneat, aliquo cerebri morbo corripiatur. His rationibus atque etiam ipsius Iosephi petitione motus pater noster eum in Germaniam remittere statuit. R. V. eum sibi commendatum habeat. Et si corporis valetudinem recuperaverit atque etiam Societatem nostram ingredi cupiet, tempore procedente admitti poterit; attamen ipse libertati plene restitutus est.

Martinus quoque Croata Vindobona missus [1] veniam petiit redeundi, dicens se in dies infirmiorem fieri in hoc aëre; ceterum ipse quoque significat victum, vestitum, studia, reliqua omnia sibi placere; fortasse cum iis, de quibus supra dixi, et ipse proficiscetur, nisi forte animum capiet ad remanendum hac aestate; ipsius enim arbitrio permissum est proficisci aut remanere. Praeclarae indolis, maxime ad iudicandum, neuter horum esse videtur; in posterum maiorem delectum haberi convenit in admittendis hominibus, ac fortasse, si qui sub hiemis initium huc mittentur, melius valebunt, quam qui sub initium aestatis mittuntur.

Audio Guilielmum nostrum vota facere voluisse, antequam hinc proficisceretur. Die 22. Iunii 1559.

---

[a] aminassi *Pol.*

---

[1] In **catalogo* collegii germanici notatum est „Martinum Juitium Zagabriensem" anno 1559 admissum esse, sed post 23 dies discessisse (Cod. rom. „All. coll. germ." p. 11).

362.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 24. Iunii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Polanco* scripto; qui in margine adnotavit: „Padre Canisio Augusta." Cod. „Germ. 1559" f. 14[b].

Contionatores bohemi. Fratres coadiutores mittentur. Martialis, Terentius (?), Horatius a P. Frusio emendati. Socios in philosophicis studiis Titelmannum, in theologicis Lombardum sequi convenit. Facultates ad „Indicem" spectantes. Socius quidam in patriam mittendus. Collegia lovaniense et oenipontanum. Typographia in collegio vindobonensi instituenda. Collegium Vallis Tellinae. Aliqui Societatis scholastici et collegii germanici alumni in Germaniam remittuntur.

Jesus.

Riceuemmo quelle di V. R. di 10. del presente, et quanto al bisogno d' un predicatore Bohemo si uede, ma V. R. sa quelli che noi habbiamo quali saria bene che finissero li suoi studij. Quanto a Winceslao[1] è stato bene allegerirlo del predicare, et se questa settimana non si risponde sopra di lui piu in particolare si farà l' altra.

Del mandar alcuni coadiutorj si hauera cura, et forsa haueranno presto due sartorj uno Fiandrese et altro Jtaliano, quali sono gia mandati alla uolta di Venetia con dissegno di mandarli in Alemagna.

Jl catalogo de libri che si leggono nel collegio nostro forsa si mandara con questa[2]. Del Terentio et altri libri emendati per il padre Frusio non mi ricordo che altro autore fuora del Martiale[3], sia stato perfecto. so che si prouo di Terentio, ma non pare riusciua[a];

Iesus.

Accepimus, reverende pater, litteras die 10. huius mensis a te datas, ac bene quidem intellegimus contionatorem bohemum vobis necessarium esse; sed Bohemos, quos hic habemus, nosti; quos studia absolvere oportebit. Probatur nobis, quod Wenceslaum[1] contionandi munere levavistis; de quo, si hac hebdomade non rescribetur accuratius, rescribetur proxima.

Curae nobis erit, ut coadiutores aliquot vobis mittamus, ac forte brevi duos sartores habebitis, unum Flandrum, alterum Italum; qui iam Venetias versus missi sunt eo consilio, ut in Germaniam mitterentur.

Catalogus librorum, qui in collegio nostro leguntur, fortasse cum his litteris mittetur[2]. Quod scribis de Terentio aliisque libris a patre Frusio emendatis, ego non memini alium auctorem quam Martialem ab eo absolutum esse[3]; novi quidem

[a] *Sic omnino videtur esse legendum; Pol. in apogr.:* riuscira.

[1] Ssturem; vide supra p. 440. [2] Catalogum hunc editor non repperit.
[3] Vide supra p. 441.

ho uisto etiam Horatio, ma non so al presente doue stia quello emendato [1].

Delle cose di OWin per non scriuere in due luoghi V. R. uedera la inclusa.

Circa il Schurichio gia si è scritto la settimana passata.

Quanto al compendio che doueria osseruarsi dalli nostri nelle Arti, intanto che altra cosa si ordina, pare potria ben seruire Titelmano [2], et per la Theologia si potriano pigliar le sententie [3], et non si fermando troppo in quelle sarebbe assai compendiario il studio, come qualche cosa propria si ordinarà in questo caso V. R. sara auisato.

Quanto al catalogo si uedera alla giornata quel che si puo fare dentro delli tre mesi gia concessi, et è qualche cosa non esser li nostri tenuti a publicar il tal catalogo, et poter assoluere sempre quelli che non si fanno conscienza di tali libri, non li reputando prohibitj. Si è riceuuto lo auiso di quel Jeronimo et si mandarà a Loreto [4].

---

eum Terentii fecisse periculum; sed rem perfecisse non videtur; vidi etiam Horatium, nec tamen nunc, ubi exemplum emendatum sit, scio [1].

Ne de rebus oibinensibus in duo loca epistulae mihi mittendae sint, R. V. videat eam, quae huic inclusa est.

De Schorichio iam scriptum est hebdomade superiore.

Quod ad compendium attinet a nostris in artibus observandum, valde utilis, donec aliquid aliud praescribatur, fore videtur Titelmannus [2], et ad theologiam discendam Sententiis [3] uti poterunt; in quibus si non nimis detinebuntur, studium erit sat contractum; si quid forte peculiare constituetur, R. V. ilico certior reddetur.

De catalogo videbimus, quid intra tres illos menses iam concessos praestare possimus; est certe aliquid nostros officio catalogi illius promulgandi liberos esse et semper absolvere posse illos, quibus huiusmodi libri in religionem non veniunt, cum eos non ducant prohibitos. Accepimus, quod de Hieronymo illo monuistis, et Lauretum mittemus [4].

---

[1] Particularia haec bibliographis usque huc ignota fuisse videntur. *Polancus* Roma 19. Augusti 1559 Vindobonam ad P. Victoriam haec scripsit de libris in typographia illius collegii excudendis et de Martiali in collegio romano excuso: „Jl mandar alcune opere per stampare si potria fare come sarebbe l' horatio purgato di cose dishoneste pel Padre Frusio et anche il Martiale et se altre cose s' accomoderanno come lo credo si potrà etiam mandar, et se uolessino delli gia stampati Martiali solo restaria hauer il modo di mandarli; si metteno in ordine alcune comedie di Plauto purgate et quel che si potrà di Terentio, et si potranno mandar di la un exempio d' ogni opera acciò che si stampi" (Ex *apographo eiusdem temporis Cod. „Germ. 1559". f. 30).

[2] Franciscus Titelmans (ex oppido Hasseleto [Hasselt] ortus, a „Minoribus conventualibus" Romae ad Capucinos transgressus, † 1537), cum Lovanii professor esset, praeter complura opera exegetica edidit librum „De consideratione dialectica" (Antverpiae 1534) et „Compendium naturalis philosophiae" (Antverpiae 1535) (*Reusch*, Titelmans, in „Allgemeine deutsche Biographie" XXXVIII [Leipzig 1894], 377).

[3] Petri Lombardi.

[4] Utrum admonitio illa Lauretum missa sit, an ipse Hieronymus, ex Polanci verbis liquere non videtur.

Ci siamo rallegrati dell' affettione del Vescouo Herbipolense. Dio N. S. ci proueda d' operarij, poi ci scuopre ogni di tanto ampla messe.

Quanto à maestro Gerardo di Praga pare sia da procurare la sua sanità, et se per quella giudicaranno li medici debbia mandarsi all' aria natiua, sarà bene mandarlo. Di Louanio lo ricercauano nominatim, et per esser uicino al suo paese saria forsa meglio che andassi là che à Colonia et potria anche se Dio li da sanità seguitar il studio di Teologia in quella Vniuersità, doue è parso necessario che la compagnia nostra faccia qualche sforzo [1], massime adesso con l' andata di Madamma Margherita [2].

Del Collegio di Oniponte gia fu scritto che se le conditioni non fussero grauj, pareua molto al proposito [3].

Della nuoua stampa di Vienna ci rallegramo [4], doue si potranno stampar cose che uolentieri siano comprate et adoperate, et non ci sara scrupulo del catalogo.

Volentieri intenderemo quel che si è fatto nella donatione del caualliero quadrio, et se lui ua come diceua alla Valtelina, perche ha summo bisogno quel paese esser aiutato con un opera simile.

Gavisi sumus episcopum herbipolensem bene erga nos affectum esse. Deus et dominus noster operarios nobis provideat, cum cotidie tam amplam messem nobis aperiat.

Magistri Gerardi pragensis curanda esse videtur valetudo; cuius gratia si medici eum in aërem patrium mittendum esse iudicabunt, mittendus erit. Lovanienses eum expetebant nominatim; quod collegium cum patriae eius vicinum sit, commodius fortasse illuc ibit quam Coloniam, ac si Deus sanitatem ei tribuerit, studia etiam theologica persequi poterit in universitate illa, ubi ut Societas nostra aliquid conatus impenderet necesse esse visum est [1], idque maxime nunc, cum domina Margarita illuc veniat [2].

Scriptum iam est collegium oenipontanum valde conveniens nobis videri, dummodo ne condiciones essent molestae [3].

Gaudemus de nova typographia vindobonensi [4]; ubi ea typis exscribi poterunt, quae homines libenter empturi et adhibituri sint, neque angi oportebit ob catalogum.

Cupimus intellegere, quid factum sit in donatione Quadrii equitis, et num ipse consilium, quod prae se ferebat, proficiscendi in Vallem Tellinam exsecuturus sit; maxime enim necesse est regionem illam huiusmodi instituto adiuvari.

---

[1] Lovanii senatus urbis obsistebat, quominus collegium omnibus absolutum partibus fundaretur et perpetuis vectigalibus firmaretur (*Oliv. Manareus* S. J., De rebus Societatis Iesu p. 25. *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 4, n. 93).

[2] Philippus II. anno 1559, antequam e Belgio discederet, Margaritam, Caroli V. filiam non legitimam et Octavii Farnesii, ducis parmensis, coniugem, eo evocavit, ut provinciae illi praeesset; quae mense Iulio a. 1559 Bruxellas advecta est. Margarita pietatis magistro usa erat sancto Ignatio, „apud quem", inquit *Famianus Strada* S. J., „expiare a noxis animum, idque crebrius aliquanto, quam ea ferrent tempora, consuevit": De bello belgico l. 1, a. 1559 (Antverpiae 1649) p. 51. Exstant complures epistulae a S. Ignatio ad eam datae (Cartas de *San Ignacio* II, 261—262; III, 364—365; V, 269—271). Cf. etiam *Polanci* Chronicon I, 91. 266.

[3] Polancus in apographo huic sententiae adnotavit: „Lainez" [ipse hac de re scripsit?]. [4] Vide supra p. 448.

Gia fu mandato di qua maestro Henrico in luogo di Tarquinio, et andò per suo compagno Gulielmo, et altri due Todeschi [1] quali erano uenuti per il collegio germanico, et si sono rimandatj per mostrar cosi desiderarlo tutti due, et fra loro Joseffo [2], uorria piu presto che fora di Vienna si ricercassi qualche commodità di studiare. V. R. uedera la persona sua, et l' indrizzo che li potra dare. Volendo lui esser della Compagnia, et essendo stato in casa qualche tempo, per uederlo malanconico, et periculoso di perder il ceruello lo habbiamo posto libero nel Collegio germanico, et per il medesimo timore tandem si rimanda uerso il paese, et credo per l' auenire sara bene aduertire alle qualità delle persone che si mandano qua. L' altro Martino Croatta [3] ha uoluto ad ogni modo tornarsene mostrando che l' aria di Roma non li piaceua, quantunque di tutto il resto mostrassi satisfattione. Li due primi menaranno seco cirillo di Perugia se stara in dispositione di poter far tal uiaggio. Dio N. Signor tutti li conduca saluamente, et ci dia gratia a loro et a noj di sentir sempre et adempir sua santissima uolontà. Di Roma li 24. di Giugno 1559.

Nota: In his litteris satis clare significatur una cum ipsis alteras ad Canisium missas esse easque P. Victoriae destinatas; in quibus *Polancus* Lainii nomine ad quaestionem quandam de rebus oibinensibus ab ipso Canisio in litteris 10. Iunii 1559 ad Lainium datis propositam (supra p. 442) 24. Iunii 1559 sic respondet: „Quaeritur, an ii qui moriuntur in opinione de communione sub utraque specie, debeant sepeliri in coemeterio, ne excitetur tumultus in populo. Respondetur: a nostris non esse sepeliendos, sed permittendos ab aliis sepeliri" (*F. H. Reusch* in „Zeitschrift für Kirchengeschichte", herausgegeben von Brieger und Bess XV [Gotha 1895], 103).

Ad similes aliquot Sociorum bohemorum quaestiones iam antea responsum erat. Ita v. g. *Lainius* P. Hurtado interroganti, num Husitis aliquot et aliis „sectariis" adstantibus missae sacrificium offerre liceret, 17. Iunii 1557 *rescripserat faciendum esse, „quod solent ceteri catholici" (Cod. monac. „Resp." f. 36ᵃ). Idem *Lainius* *diplomate Roma 3. Augusti 1558 dato testatus est, rogatu suo Ranutium Farnesium, cardinalem „Sancti Angeli" et paenitentiarium maiorem, concessisse „R. Domino"

Iam hinc ad vos missus est magister Henricus, ut Tarquinii vicem expleret; cum quo profecti sunt Guilielmus et alii duo Germani [1], qui, ut in collegio germanico degerent, huc venerant et remissi sunt, quod uterque se id desiderare significarat, atque alterum eorum, qui Ioseph [2] vocatur, malim alibi quam Vindobonae opportunitatem aliquam studendi litteris sibi quaerere. R. V. videat, quis sit et quo eum dirigere possit. De Societate esse volebat et aliquamdiu domi nostrae morabatur; sed cum videremus eum aegro animo et in periculo mentis amittendae esse, libertati restitutum in collegio germanico collocavimus, ac tandem propter eundem timorem in patriam remittitur, et existimo in posterum considerandum vobis fore, quales homines huc mittatis. Alter, qui est Martinus Croata [3], omnino voluit redire, significans aërem romanum sibi non placere, quamvis reliqua omnia sibi significaret probari. Priores illi duo Cyrillum Perusia secum abducent, si per valetudinem ei licebit huiusmodi iter facere. Deus et dominus noster eos omnes salvos conducat, atque et ipsis et nobis gratiam tribuat cognoscendi semper et implendi sanctissimam suam voluntatem. Roma 24. Iunii 1559.

[1] De his vide supra p. 453—454. 456—457. [2] Edlinger; cf. supra p. 457[3].
[3] Martinus Juitius; cf. supra p. 458[1].

Henrico Scribonio, „Praeposito Ecclesiae Pragensis, qui nunc in Clero Catholico primas tenet, facultatem reconciliandj loca sacra quouis modo profanata fuerint, non exhumatis haereticorum uel Schismaticorum cadaueribus, quia id non sine periculo scandali fieri posse videbatur." Eodem die *Lainius* ad omnes Socios in Bohemia degentes *litteras dedit, quibus eos certiores reddebat paenitentiarium maiorem permisisse, ut ipsi in Bohemia et contionarentur et sacrum facerent „in Ecclesijs quae possent pollutae et profanatae ab haereticis et schismaticis censeri", „ubi tamen publice non teneretur haereticorum cultus" (Ex horum diplomatum apographis, eodem fere tempore scriptis, quae exstant Monachii in archivo regni bavarici, „Jesuitica in genere Fasc. I, nr. 3" f. 2) [1].

363.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 1. Iulii 1559.

Ex apographo recenti, quod ex archetypo (Canisius ipse nomen [„Seruus" etc.] subscripsit et inscriptionem posuit), a P. Io. de Victoria S. J. Canisio dictante (ut videtur) scripto, et in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 64—916 posito, descriptum est.

Exstat etiam epistulae integrae apographum, ad scribendi rationem nostrae aetatis partim accommodatum, cuius pars una a P. *Iosepho Boero* S. J., altera a tertio aliquo librario ex eodem archetypo transcripta est. Ex quo apographo duas epistulae partes („Habemo visto le littere" usque ad „Tornando al Signore Quadrio" excl., et „Jn Praga oltra la inquietudine" usque ad „Ringratiamo anchora" excl.), quia in apographo priore desunt, desumpsi.

Antonius Quadrius eiusque uxor partem facultatum collegio in Valle Tellina condendo donaverunt. Ratio collegium illud instituendi. Canisius apud caesarem negotium monasterii oibinensis agitavit. Episcopus herbipolensis diligenter id agit, ut collegium Societatis habeat. Sociorum duorum contumacia. Indulgentia ecclesiae cuidam concedenda. Iterum de „Indice" illo Pauli IV. Collegia monacense et pragense. Socii Roma in Germaniam missi et mittendi. Canisius collegiis romano et germanico subsidia quaesivit et quaeret. Contionandi in summo templo felix auspicium posuit. Usus paenitentiarum in collegiis Germaniae. Ferdinandus I. ad ecclesiam defendendam promptior. Canisii habitatio et sustentatio.

Jhesus. Pax Christi etc.

La settimana pasata si, e, scripto quello che alhora occorreua, adesso primamente occorre scribere come il Signor quadrios ha fatto la donatione [2] inanzi a Monsignore Reuerendissimo [3], et certo fu vno

---

Iesus. Pax Christi etc.

Superiore hebdomade scripta sunt, quae tunc scribenda occurrebant. Nunc primum occurrit scribendum dominum Quadrium donationem illam [2] coram reverendissimo domino nostro [3] fecisse; factum erat certe consideratione dignum, et quo adstantes ad

---

[1] *E. Gothein* haec diplomata perperam interpretatur, cum scribit ipsis Societatis hominibus tunc facultatem tributam esse ecclesias haereticas denuo consecrandi („ketzerische Kirchen neu zu weihen"): Ignatius p. 763. 795[121].

[2] Vide supra p. 399[1]. [3] Cardinalem Ottonem Truchsessium significat.

atto degno di consideratione et pieno di edificatione, et admiratione à quelli che erano praesenti, perche oltra l' altre cose che si fecezero[a] autenticamente, moueua à lachrime di deuotione la oblatione, che la sua dona fece di se et di tutti suoi beni al Signore Jddio, come al autore et donatore de ogni bene con parole veramente d' vna sancta dona, il giorno auanti si confessorono et communicorono ambi duoi meco nella chiesa di Santo vlderico[1] quanto mi credo, sia dio lodato per ogni cosa. non si potra mandare il instrumento per insino al altra setimana, solicita di partirsi per potere esser à tempo di proueder luogho et le cose necessariae acio auanti l' hybernata fossino lì li nostri per il viatico dil qualli prouedera a suo tempo, lui voleua che subito fosino mandati et che lui prouederebbe dil necessario, ma per piu rispetti li ho detto, che saria meglio che prima andasi a disporre il luogo, et le cose necessarie et alhora come buono padre mandasi per suoi figlioli, et cosi pare volerlo fare.

Quanto alle cose de owin, de hora in hora aspettiamo la risposta di V. Reuerentia per potere meglio intendere come douiamo negotiare con sua Maiesta C. accio si finisca vna volta questa cosa tanto fastidiosa, pure hauemo pensato che si potra fare qualche commutatione[b], et questo si, e, tocato à sua M. alla qualle parlai per occasione sopra di cio et pareua contentarsi, et anchor' il suo Vicecancelliero[2], dio indrizzi quello che sara suo maggiore seruiggio amen.

---

pietatem et admirationem excitarentur; nam praeter cetera, quae publicis tabulis consignata sunt, ad lacrimas pie fundendas nos movebat uxor eius, se et omnia bona sua Deo et domino, utpote qui omnium bonorum auctor et donator esset, offerens iis verbis, quae vere sanctae essent mulieris. Uterque coniux, ut existimo, pridie in ecclesia sancti Udalrici peccata mihi confessus est et sacram eucharistiam a me accepit[1]. Laudes sint Deo pro omnibus his rebus. Diploma illud ante proximam hebdomadem mitti non poterit. Profectionem ipse urget, ut mature locum et res necessarias providere possit, et nostri ante hiemem illic adsint; quibus viaticum suo tempore providebit. Volebat quidem eos statim mitti; se enim necessaria iis suppeditaturum; sed compluribus de causis ei dixi praestare, ut prius ad locum et res necessarias parandas eo iret, et deinde bonorum patrum more filios arcesseret; atque ita agere velle videtur.

De rebus oibinensibus quae R. V. rescribat, in horas exspectamus, quo melius cognoscamus, quomodo cum maiestate caesarea nobis agendum sit, ut molestissima haec res tandem aliquando finiatur. Censuimus tamen aliquam fieri posse permutationem, idque aliqua ratione maiestati suae significavimus, cui opportunitate oblata hac de re locutus sum; probari videbatur consilium nostrum ipsi atque etiam vicecancellario eius[2]. Deus ad ea nos dirigat, quae in maiorem gloriam suam cessura sint. Amen.

---

[a] *Sic Vict.; qui aut* fecero *aut* fezero *scribere voluisse videtur.*

[b] commutatioe *ap. prius.*

---

[1] In magnifica hac ecclesia praeter multas alias sanctorum reliquias corpora sanctae Afrae martyris et sancti Udalrici episcopi augustani, praecipuorum dioecesis augustanae patronorum, asservantur; illo tempore ad monasterium benedictinum S. Udalrici pertinebat; nunc, eo monasterio suppresso, parochialis est.

[2] Imperii vicecancellarius erat Georgius Sigismundus Seld.

Hoggi spero d' hauere alcuna risolutione di sua Maiesta essendo venute le informationi che fino qui sua Maiesta ha spetatto di pragha, volendo anche che in questo mezzo il P. Vittoria qui aspettassi, di modo che spero, che adesso si potra partire domane, et per infino ad ingolstadio andaremo in sieme, doue penso dare vna vista per aggiutare quello Collegio, Quanto vediamo le difficulta nel negotio d' OWin, piu presto se augmentano che sminuiscono conla informatione data dali commissarij, Spero che la risolutione di sua Maiesta sara che s' aspetti in fino che hauiamo fatta la relatione à V. Reuerentia, et riceuiamo il suo parere.

Jl vescobo di herbipoli ha scripto a monsignore Reuerendissimo d' Augusta, acio sia apresso à V. Reuerentia promotore dil collegio, che vole fare con incorporare, o applicare vno monasterio desolato [1], sopra la qualle Cosa ha anchora scripto à Roma à Maestro Antonio Lorenzino fattore dil Cardinale, acio trati sopradicio conla Reuerentia .V., Non pare sara poco se questo anno si potra ben fundare il Collegio di monachio, sopra il qualle subito scriuera il duca essendo gia ritornato qua doue, e, stato alcuni giorni absente.

Habemo visto le littere de D. Schorichio [2] che ci hanno datto grande compassione et havemo poca speranza che si ridurra ad uno collegio: quantunche abenche lui volessi non so quanto saria expediente riceverlo. Vole anchora excusare suoi errori gietando la culpa

---

Hodie spero me maiestatis suae responsum aliquod accepturum esse; allatae enim sunt litterae hac de re Praga datae, quas maiestas sua usque huc exspectaverat; quae etiam P. Victoriam interea hic haerere volebat; propterea spero eum iam cras discedere posse, atque una simul proficiscemur Ingolstadium usque, ubi collegium breviter invisere cogito, ut res eius adiuvem. Negotii oibinensis difficultates, quantum videamus, potius augentur quam minuuntur litteris ab eius causae curatoribus missis. Spero maiestatem suam constituturam esse, ut exspectetur, donec ad R. V. perscripserimus eiusque sententiam cognoverimus.

Episcopus herbipolensis reverendissimum dominum augustanum per litteras rogavit, ut apud R. V. causam ageret collegii, quod ipse condere vult attribuendo ei vel assignando monasterium quoddam desertum [1]. Eiusdem rei gratia Romam scripsit ad magistrum Antonium Lorenzinum, cardinalis procuratorem, ut hac de re cum R. V. ageret. Non videtur parva res fore, si hoc anno collegium monacense bene constituere possimus, de quo statim scribet dux, huc iam reversus, unde per aliquot dies abfuerat.

Vidimus litteras D. Schorichii [2]; quibus ad magnam miserationem moti sumus; parva nobis spes est eum ad collegium aliquod reductum iri; atque etiamsi forte ipse volet, nescio quantopere expediat eum recipere. Vult etiam excusare errata sua

---

[1] Fridericus a Wirsberg episcopus postea sedis apostolicae permissu Herbipoli coenobium S. Agnetis, quod virginum S. Clarae fuerat, in collegium Societatis convertit (*C. Braun*, Geschichte der Heranbildung des Klerus in der Diöcese Wirzburg I [Wirzburg 1889], 124—135).

[2] P. Petrum Schorich a Societate „misere defecisse" scribit *Polancus*, Chronicon II, 581.

sua sopra l' spalle d' altri quanto puo. Maestro Gerardo Lapidano non observo la promessa fata ci d' andare à Roma con lettere et viatico che li era stato dato, piu presto se ne ando in Fiandra[a] [?] poi à Colonia et de li uedendose manifestamente abandonato non essendo admesso delli nostri per che non portaba lettere d' obedientia[1] non so doue se ne vorra andare.

Tornando al Signore Quadrio, V. Reuerentia vedera nella poliza mandata mi da lui, come doppo[b] fatta la alienatione, mosse alcune difficolta, che prima non mi haueua detto, domanda anchora vna Jndolgentia per quella chiessa di Santo Bartholomeo[2], la qualle per quello che adeso intendo, sta lontano, forsse vno miglio Jtaliano[3] dal luogho, doue si doueria fare il Collegio fuori della terra[4]. Quanto[c] alle persone che .V. Reuerentia vorra mandare per vedere il logho et disporre ogni cosa, acio poi siano mandati li altri, lui dice che sara preparato pagare il viatico, che li sara dato subito che intendera, quanto si sia expeso, lui haueria scripto per via del Maestro della posta de milano, à cio quello di Roma prouedesse, ma non pareua esser necessario per insino a tanto, che si sapessi chi vole .v. Reuerentia mandare, lui fa ogni diligentia per poter si expedire di qua et esser à tempo à prouedere ogni cosa, scriue anchora à la Reuerentia V.

---

culpamque, quantum potest, in aliorum umeros traicere. Magister Gerardus Lapidanus non praestitit, quod nobis promiserat: se Romam petiturum cum litteris et viatico, quod ipsi datum erat; sed abiit in Flandriam[a] [?] et deinde Coloniam, atque inde nescio quo iturus sit, manifeste derelictum se cernens; a nostris enim, cum litteras oboedientiae[1] secum non ferret, receptus non est.

Ad dominum Quadrium redeo. Ex scida, quam is mihi misit, R. V. cognoscet cum alienatione facta difficultates aliquas movisse, de quibus antea nihil mihi dixerat; petit etiam indulgentiam pro ecclesia illa sancti Bartholomaei[2], quae, quod quidem nunc audiam, fere miliario italico[3] distat a loco, quo collegium instituendum erit, extra oppidum[4]. Iis, quos R. V. ad locum inspiciendum et cuncta paranda, ut postea ceteri mittantur, miserit, paratum se esse dicit viaticum solvere, idque iis datum iri, ubi primum intellexerit, quantum expensum sit. Litteris per cursus publici praepositum mediolanensem missis ipse curasset, ut illius collega romanus rebus illis provideret; at id necessarium esse non videbatur, antequam cognovissemus, quos R. V. mitteret. Omni vi contendit, ut hic negotiis defungatur ac mature omnia providere queat. Litteras etiam mittit ad R. V.

---

[a] *Sic omnino videtur esse legendum; ex Germania inferiore ortus erat ille;* Frandia *ap.*

[b] dopp *ap. prius;* dopo *alt. (Bo.).* [c] Quaato *ap. prius.*

---

[1] Significantur litterae, quibus superior testatur illum, qui eas afferat, a se missum esse (*Constitutiones* Societatis Iesu P. 7, c. 2, decl. G. M.).

[2] Socios efficere cupiebat, ut summus pontifex iis, qui in templo illo pie orarent vel sacramenta reciperent, indulgentiam aliquam concederet.

[3] Antiquum miliarium lombardicum erat = 1784,808 m; venetum = 1738,675 m; romanum = 1487,934 m. [4] Oppidum dicit pontanum (Ponte di Valtellina).

Hauemo riceuuto la lettera di 17 di Junio doue ci, e, promessa la vltima risolutione circa il negocio de OWin,

Quanto alla facolta deli libri prohibiti, si siamo consolati nel Signore con quella extensione et ringratiamo .V. Reuerentia [1], pur saria stato gratissimo hauere concessione anchora per li nostri scholari, a cio potesero ritenire quelli libri che hanno della humanita almancho anchor che fossino fra il numero di prohibiti con annotatione di heretici, o simili, come altra volta si, e, scripto [2], et si dasse qualche ordine sopra il comprare libri necessarij [a] per il auenire, essendo tanta difficolta à trouarni [b] [?], che non siano comprehensi nel Cathalogo, quanto si puo dire tanto che volendo seruare il cathalogo ala lettera, non senza grande difficolta potremo in questi paessi per detto manchamento di libri conseruare le nostrae schole.

Quanto alle persone che di qua potrano esser date, per Monachio non, e, picola difficolta. Si in Jngolstadio, come praga, come anchora in Vienna per conto di amalati et quelli che si sono, mandati, o ver per altri rispetti, et di Colonia non ci dano speranza alcuna di poter hauere nesuno per questo anno, et anche quello à uenire, Pure si mandara qui vna lista della qualle potra .v. Reuerentia colligere quelli che potrano de qua seruire per il detto collegio di Monachio,

---

Accepimus epistulam die 17. Iunii datam, qua nobis promittitur de negotio oibinensi ultimam sententiam latum iri.

Gavisi sumus in domino facultatem adhibendi libros prohibitos ita extensam esse, et R. V. gratias agimus [1]. Attamen gratissimum nobis accidisset, si quid etiam concessum nobis esset in gratiam discipulorum nostrorum, ut hi saltem libros, quos habent, ad humaniores litteras spectantes retinere possent, etiamsi ex prohibitis essent, quod adnotationes haberent ab haereticis factas, vel similes, prout alias scriptum est [2]; pergratum etiam nobis erit, si quid de emendis libris necessariis in posterum statuetur; quam difficillimum enim est eos nancisci, qui catalogo non comprehendantur, idque adeo ut, si catalogum ad litteram observare velimus, ob hanc librorum penuriam haud sine magna difficultate in his terris scholas nostras conservare possimus.

De iis, qui ex his regionibus Monachium mitti possent, haud parva difficultas tum Ingolstadii, tum Pragae, tum etiam Vindobonae orta est ex infirmis et alio missis vel ex aliis rationibus; Colonienses vero nullam nobis praebent spem nos quemquam hoc anno accepturos, neque etiam proximo. Mittetur tamen hinc catalogus, ex quo R. V. colligere poterit, qui collegio illi monacensi hic attribui possint.

---

[a] nessarij *ap. prius.*

[b] *Ita ap. prius; sed videtur esse legendum:* trouarne, *vel:* trouarli*; id quod Bo. in ap. alt. posuit.*

---

[1] In **actis* capituli augustani haec sunt: „Denn 21[ten] Junij Anno 1559 Ist Herrn Canisio Bücher zuleichen bewiligt, Jedoch dieselbigen aigentlich zubeschreibenn“ (Cod. monac. „Augsb. Domkap.“ p. 6). De veteri illa capituli augustani bibliotheca scripsit *Ant. Ruland* in „Archiv für die Geschichte des Bisthums Augsburg“ I (Augsburg 1856), 1—142.

[2] Vide supra p. 441[1]. 446[3]. Ipso hoc die *Polancus* Roma ad Canisium scribere poterat iam huiusmodi facultatem aliquam ad tempus concessam esse.

Jn Praga oltra la inquietudine di Wenceslao si reputa molto inutile Maestro Gerardo et come habemo scripto, pure sara necessario secondo il consiglio del medico et quello che qua si giudica mandarlo preso il suo paese [1]. Anchora sta uno altro cioe Pedro Schiavone [2] amalato d' uno piede doue non patisse poca difficolta la schola di Praga inferiore per questo conto, dove anchora bisognara che il collegio di Vienna agiuti quello che potra con alcuna persona per il che le sara piu difficulta di provedere in questo essere ad altri collegii.

Marsilio [3] pare anchora che non stia saldo in sua vocatione, pur si agiutara quanto potremo et aspettaremo intendere de V. R. quello che se deve fare.

Ringratiamo anchora la Reuerentia .V. per quelli doi che ci manda, cyrillo cioe. il qualle desyderamo che piacendo á Jddio arriui sano, et henrico, il qualle non sapiamo chi sia, pur crediamo esser tale qualle si desydera [4], Aspettaremo anchora li altri buoni suppositi promessi per il settembre, et fra loro qualche buono Confessore con Maestro Martino et Maestro Dyrsio gia promessi.

Si effatta questi giorni passati al Reuerendissimo monsignore Cardinale d' augusta [5] vna supplica in nome dil Collegio di Thudeschi

---

Pragae, ut nihil dicam de inquieto Wenceslai animo, valde inutilis habetur magister Gerardus, quem quidem, sicut scripsimus, brevi in patriam versus mitti oportebit, cum et medicus id suadeat et nos hic ita iudicemus [1]. Praeterea Petrus Slavus [2] ex altero pede laborat, qua re inferiori scholae pragensi haud parva difficultas affertur; propterea etiam necesse erit vindobonense collegium eos, quantum possit, adiuvet homine aliquo misso, atque hac de causa difficilius ei erit, quamdiu haec ita erunt, aliis collegiis providere.

Marsilius [3] quoque in vitae genere suscepto valde constans esse non videtur; quem iuvabimus, quantum poterimus, et speramus nos ex R. V., quid faciendum sit, cognituros esse.

Gratias etiam agimus R. V., quod duos illos nobis mittit, Cyrillum, quem Deo propitio salvum advenire cupimus, et Henricum, quem licet non noverimus talem esse existimamus, qualem desideramus [4]. Ceteros quoque exspectabimus homines idoneos, quos mense Septembri venturos promisistis, atque in ipsis bonum aliquem confessarium cum magistro Martino et magistro Dyrsio iam promissis.

Superioribus hisce diebus reverendissimo domino cardinali augustano nomine romani Germanorum collegii supplicatum est [5]; promisit dominatio sua reverendis-

[1] De Wenceslao Sturmio et Gerardo Werdeno vide supra p. 440. 445.

[2] Anno 1554 Vindobonae in Societatem receptus erat „Petrus Slauus“ (*Cod. „Annal. Vienn.“ a. 1554 f. 3).

[3] „Marsilius de Ulloa Romae natus Patre Hispano“, „latinae linguae studiosus“, anno 1556 in collegium ingolstadiense a S. Ignatio missus erat (Cartas de *San Ignacio* VI, 498).

[4] De Cyrillo Olomucensi et Henrico Arboreo vide supra p. 454.

[5] Die 6. Augusti 1559 *Canisius* Lainio scripsit seipsum cardinali libellum illum supplicem obtulisse; nec dubium est, quin eundem etiam ipse conscripserit.

di Roma, et Sua Signoria Reuerendissima ha promesso fare diligentia a presso questi principi, acciò si faci qualche cosa per conseruare et augmentare quello collegio,

Quanto al parlare li fuchari et altri richi in augusta, per che diano qualche agiuto per la sustentatione di alcuni buoni suggetti, speramo nel signore, che aben che adeso non pare sia tempo, ci dara pure qualche buonna occasione per l' auenire da promouer questo bene à maggior gloria dil Signore Jddio, Ho cominciato conla gratia dil Signore la predicatura [1], et pare che non poco sia sodisfato il auditorio, sia ringratiato il autore d' ogni bene che per mezzo dell' oratione di .V. Reuerentia ci conserui in suo seruigio.

Le discipline in Alemania si sono continuate nelli Collegij per aggiutare questa dieta, la qualle anchora specialmente racommandiamo à le oratione di tutti padri et fratelli di Roma. Sua Maiesta mostra piu animo che mai, à defendere la Religione contra li aduersarij di quella, et speramo che piu si mouera, vedendo il Santo Zelo deli Re di Hespagna et Franza contra li medesimj [2] Quanto al mio stare in Augusta, e, concluso che habbia vna Casa propria, et ogni trei mesi per quello che intendo, 100 daleri [3], io dico che non posso pigliare se non per eleemosina, et potro hauere con meco vno sacerdote et

---

sima se principibus his instituram esse, ut aliquid praestarent ad collegium istud conservandum et augendum.

Quod scribitis de Fuggeris aliisque divitibus Augustae conveniendis et rogandis, ut stipem aliquam dent ad idoneos aliquot homines sustentandos, licet nunc tempus opportunum esse non videatur, dominum tamen speramus postea opportunitatem aliquam nobis oblaturum pii huius instituti ad maiorem domini Dei gloriam provehendi. Domino iuvante contionatoris munus administrare coepi [1], idque, ut videtur, cum haud exigua auditorum satisfactione. Auctori omnium bonorum sint grates, qui precibus R. V. interpositis nos in famulatu suo conservet.

Verberationes in collegiis Germaniae continuatae sunt, ut haec comitia iuvarentur, quae etiam precibus omnium patrum et fratrum romanorum singulariter commendamus. Maiestas sua plus prae se fert animi quam umquam ad religionem contra adversarios defendendam; quam etiam magis motum iri speramus conspecto sancto illo studio, quo Hispaniae et Galliae reges iisdem obsistunt [2]. De commoratione mea augustana hoc decretum est, ut domum propriam et tertio quoque mense, quod quidem audiam, centenos taleros haberem [3]. Ego me eos admittere posse, nisi pro stipe, nego; mecum habere potero unum sacerdotem et duos alios,

---

[1] Coepisse videtur die 24. Iunii, qui S. Ioanni Baptistae sacer est; vide infra, monum. 165.

[2] Quae anno 1559 a Philippo II. et Henrico II. contra protestantes gesta sint, narrat *Raynaldus* l. c. in a. 1559 n. 11. 12. 16—21.

[3] In *Historia manu scripta collegii augustani, a P. *Matthaeo Radero* S. J. (1561—1634) diligenter composita, asseritur Canisio 400 „florenos“ annuos assignatos esse (Cod. friburg. „Hist. coll. Aug.“ p. 3). Vide etiam epistulam Canisii ad Lainium datam 30. Septembris 1559.

doi altri per seruire in casa et colina. Dio ci dia sua sanctissima beneditione Amen, d' augusta 1ª de Julio 1559.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

†

Al molto Reuerendo Patre mio M. Giacomo Laynez Preposito generale della compagnia di JESV. Jn Roma.

Nota: Lainius Canisio per Polancum rescripsit 15. Iulii 1559.

---

qui domi et in culina operam praestent. Deus sanctissimam benedictionem suam nobis tribuat. Amen. Augusta Kalendis Iuliis 1559.

Servus in Christo Pet. Canisius.

† Admodum reverendo patri meo M. Iacobo Lainio praeposito generali Societatis Iesu, Romae.

364.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 1. Iulii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis ab ipso *Polanco* scripto; qui in margine adnotavit „Padre Canisio Augusta". Cod. „Germ. 1559" f. 19ᵇ.

Monasterium oibinense. Via commoda, per quam epistulae Roma Coloniam mittantur. Facultates dissimulandi de libris prohibitis apud disciPulos, et libros prohibitos legendi eo consilio, ut bonae eorum editiones curentur. Lainius caesarem pontifici commendavit.

Riceuemmo quelle di V. R. di 17 del passato, et gia fu scritto di qua a 24 del medesimo sopra il Collegio di Oybin se ben mi ricordo. Et quasi ogni settimana si e anche scritto per adietro. sara cosa conueniente dar qualche sesto nelle cose di quel monasterio et è ben speso il tempo che spendera etiam il padre Vittoria in Augusta intorno a questo negocio.

Se si trouassi non esser buona uia quella di Augusta per Colonia, sara bene che siamo auisati, perche le mandiamo come soleuamo a Fiandra, benche ci riuscira assai longa quella strada.

Accepimus litteras R. V. die 17. superioris mensis datas, et iam hinc scriptum est die 24. eiusdem mensis de collegio oibinensi, si bene memini. Atque etiam antea singulis fere hebdomadibus scriptum est. Convenit res illius monasterii aliquo modo componi, atque etiam P. Victoria tempus, quod Augustae huic negotio impendet, bene impendet.

Si forte animadverteritis litteras Coloniam haud commode mitti per Augustam, expediet nos ea de re moneri, ut eas, sicut solebamus, in Flandriam mittamus, licet sat longa nobis futura sit ea via.

Quanto al catalogo l' altra settimana si fu scritto assaj, quello che di piu occorre dire è che si e parlato al cardinale Alessandrino Jnquisitore accio li nostri di Alemagna potessino dissimulare quanto alli libri prohibiti con quelli che uengono alle schuole per un anno, o mezzo, insin a tanto che si stampino noui libri, come quelli che si disegna stampar in Vienna per li nostri, di modo che per un anno si puo respirare. V. R. dia auiso alli nostri.

Ci concesse etiam che in ogni luoco potessino li nostri che haueranno tal cura ueder li libri prohibiti nel suo indice per conto del stampatore ouero delli scholij o comenti prohibiti [1], accio si possano restampar di nuouo senza le cose triste che tengono, anzi uoltandole nel contrario in fauor della religion catholica. Et forsa di questa concessione se ne cauara etiam qualche frutto.

Accadendo che questi giorni nostro P. parlò a sua Santità che staua pur nel letto amalato, prese occasione di parlar della Cesarea Maiesta dicendo quel che ha fatto et uuol fare per la Compagnia etc. il che tutto è in agiuto della Religion catholica, molto desideramo ueder qualche buona conclusione fra sua Santità et Maiesta. Dio N. S. lo facci.

Qui si risponde a Vienna a maestro Carolo [2], et ua da parte un capitolo sopra il Schurichio accio se li possa mostrare. V. R. l' indrizzi le lettere.

Al Padre Dottor Lanoy con tutti l' Jnglostadiensi molto ci raccommendiamo. Di Roma primo di Luglio 1559.

De catalogo superiore hebdomade scriptum est satis; praeterea tamen hoc dicendum est nos a cardinali Alexandrino inquisitore impetrasse, ut nostri in Germania degentes de libris prohibitis apud eos, qui ad scholas accedunt, dissimulare possent per annum vel dimidium, donec novi libri excuderentur, quales Vindobonae in nostrorum usum excudere volunt. Per annum igitur respirare licet. Qua de re R. V. nostros moneat.

Concessit nobis etiam, ut quovis loco nostri, quibus ea cura incumberet, libros in indice suo vel propter typographum vel propter scholia commentariave proscripta, quae continent, prohibitos [1] legere possent eo consilio, ut iidem denuo typis exscriberentur omissis rebus pravis, quas continent, immo iisdem rebus in contrarium sive in religionis catholicae utilitatem conversis. Fortasse ex hac quoque concessione aliquid fructus colligetur.

Pater noster, cum hisce diebus cum sanctitate sua, quamvis ea lecto affixa esset, colloqueretur, ea occasione usus, de caesarea maiestate locutus est, narrans, quae eadem pro Societate et fecisset et facere vellet etc.; quae omnia religioni catholicae proderunt. Vehementer optamus, ut sanctitas sua cum sua maiestate bonum aliquod constitutum faciat. Quod Deus et dominus noster efficiat.

Litteris, quas hisce adiungo, Vindobonam ad magistrum Carolum [2] rescribimus. Seorsim autem quaedam de Schorichio scripta mitto, ut ipsi ostendi possint. R. V. has litteras eo mittat.

Patri doctori Lanoio et Ingolstadiensibus omnibus vehementer nos commendamus. Roma Kalendis Iuliis 1559.

---

[1] Vide supra p. 446[1].

[2] P. Carolum Grimium, collegii vindobonensis ministrum, significat.

365.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 8. Iulii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, quod a fratre aliquo laico Societatis, altero aliquo dictante, scriptum esse videtur; in margine adnotatum: „P. canisio augusta". Cod. „Germ. 1559" f. 20^b—21^a.

Litterae sero allatae. Epistulae ad Hosium datae. P. Theodoricus Canisius. P. Lamberto Auer labor minuendus, P. Rivio vitia quaedam dictionis corrigenda sunt. Alii Socii. Typographia collegii vindobonensis. Vindobonae Socii legibus universitatis astricti non sunt. Caesaris liberalitas et in religione defendenda diligentia. De universitate vindobonensi Societati tradenda cogitatur. Onus oibinense deponendum. Iudicium sollemne ab inquisitione hispanica factum.

Riceuemo quelle di V. R. de 25. del passato [1] et anche al tempo medesimo si furno date altre di Petricouia con gran porto de venezia in qua de 19. de genaro [2] doue scriueua la R. V. anche al vescouo varmiense [3] qual se li dette insieme con una altra frescha et il meglio é che V. R. ricercaua breue risposta tratando delli collegi de Polonia.

Quanto al dottor theodorico Canisio si uede che son molte et forte le ragione per farlo venire nella germania superiore et cosi N. P. si rimette alla R. V., quale li potra ordinare quel che si parera [4].

de Lamberto si accorgeuamo etiam che fossi molto la faticha che duraua, prima che ci si scriuessi [5], et pero auisamo, che fosse alle-

---

Accepimus epistulam R. V. die 25. superioris mensis [1] datam., atque eodem tempore nobis tradita est etiam alia (magnum pretium pro ea Venetiis huc allata nobis solvendum fuit), quam R. V. Piotrcovia miserat die 19. Ianuarii [2], cuique etiam aliam adiunxerat ad episcopum varmiensem [3] datam, atque haec ei tradita est una cum altera recenti; qua in re hoc accidit bellissime, quod R. V. epistula illa petierat, ut brevi sibi rescriberetur ad ea, quae de collegiis polonicis scripserat.

Doctoris Theodorici Canisii in Germaniam superiorem arcessendi multas et graves videmus esse causas; quare pater noster eam rem arbitrio R. V. permittit, quae illi praecipiet, quae ipsa censebit convenire [4].

Lambertum magnum laborem sustinere intelleximus etiam, antequam ad nos scriptum esset [5]; quare monuimus, ut labor ei minueretur; quamvis enim iuvenis

---

[1] Haec epistula non videtur superesse. [2] Vide supra p. 351—353.

[3] Stanislaus Hosius Pauli IV. iussu Romae tunc morabatur; vide supra p. 343[1].

[4] Cf. supra p. 451—452.

[5] P. *Carolus Grim* m. Maio a. 1559 de eo ad Lainium scripsit: „D. Lambertus Auer Tirolensis . . . profitetur etiam in Vniuersitate Theologiam, consiliarius collegij, ordinarius concionator in nostro templo, bis singulis dominicis ac festis diebus facit concionem, ante summum sacrum mane, a prandio post vesperas Christianam doctrinam exponit, singulis etiam diebus veneris, per spacium unius horae

gerito perche si bene e giouane si potria indebolire con meterli troppo pezo adosso et pur é sugetto de grande espetatione se lauorera moderatamente.

De dottor Christiano[1] sara ben che si esserciti et sia auisato doue manca nella gratia ó modo perche molti difetti si possono corregere attendendoli.

del mandar qualche Spagnolo ò altro theologo et qualche prefetto[a] per la stampa[2] et finalmente alcuni boni supositi si fara quello che si potra, questo principio de autunno benche non si intende al tutto che uoglia prefetto della stampa se non si intendesi uno delli scolari ò mastri che habbia qualche special cura come si usa qua doue non si è officio proprio de prefetto[b] che sia d' uno solo, per stampar' etiam se bisognasse qualchuno si potria forse mandare un todesco che adesso serue nella[c] stampa nostra.

Le constitutione dell' uniuersita non uedo come sono obligati ad osseruarli li nostri, massime doue fossino repugnanti allo instituto nostro et modo de procedere, et sin hauendo fatto giuramento alcuno etc.[3]

---

sit, periculum est, ne nimio onere imposito vires eius debilitentur; sin autem labori moderationem adhibebit, magna de eo sperare licet.

Doctorem Christianum[1] convenit se exercere et moneri, si quando gratia vel rectus modus ei deerit; multa enim vitia corrigi possunt, si ad ea attenditur.

Quod attinet ad Hispanum aliquem aliumve theologum et aliquem typographiae praefectum[2] et denique aliquot homines idoneos vobis mittendos, faciemus, quae poterimus ineunte hoc autumno. Nec tamen plene intellegimus, quid sibi velit, quod de typographiae praefecto scriptum est, nisi aliquis ex scholasticis vel magistris significetur, cui haec peculiari aliqua ratione curae sit, sicut hic fit, ubi non est proprium praefecti officium, quod unus solus teneat. Fortasse etiam, si quo indigebitis ad operam typographicam, Germanum quendam vobis mittere poterimus, qui nunc in typographia nostra operam praestat.

Universitatis leges cur nostri observare debeant, non video, praesertim si quando cum instituto nostro agendique modo pugnent, atque nullo omnino dato iureiurando etc.[3]

---

[a] perfetto *apogr.* [b] perfetto *apogr.* [c] nelle *apogr.*

---

sub cena fratres ad aliquam uirtutem exhortatur, et cum singularem habeat gratiam in concionando atque conuersando cum hominibus, sepe infirmi illius operam petunt" (Ex *litteris archetypis; cod. „Austr. Fund. III" f. 159).

[1] Ex iisdem *Grimii* *litteris cognoscitur P. Christianum Rivium, cum Theodoricus Canisius Vindobona abesset, in universitate theologiam docuisse, domi „summulam Caietani" explicasse, in prima classe diebus veneris catechismum latine exposuisse (l. c. f. 159^b).

[2] Collegii vindobonensis typographiae hunc praeesse volebant; v. supra p. 448.

[3] V. supra p. 316—318. Universitas vindobonensis Socios eorumque scholas sibi aliqua ratione subicere conabatur (*Aschbach* l. c. III, 101. *Seb. Mitterdorffer* S. J., Conspectus Historiae Universitatis Viennensis ab Anno M.CCCC.LXV usque ad Annum M.D.LXV. continuatae [Viennae Austriae 1724] p. 207).

Quel Petro coco di qua si e mostrato bono et saldo, che di la stia uacilante non è da marauigliarcene, pure agiuteria assai il bon gouerno del capo per conseruare tutte le membra etiam debile.

Dionisio si potria mandar' a roma con qualche bona Compagnia et questo sente il N. P. sia il meglior per lui [1].

Se ralegramo della liberalita che ha usato la Maiesta Cesarea con li nostri vienensi si per la fabrica si etiam per la stampa [2], dio Nostro Sig. li sia largo remuneratore, si ha etiam consolato molto piu ueder quanto strenumente si a diportato nelle cose della religione [3], speramo questo sera causa de grande aumento delli doni de dio N. Sig. et nella sua persona et nelli suoi stati.

Circa quello che scriue il Padre D. Vitoria de pensar de un lettore in loco del Felino [4] se ci tenessi l' occhi à pigliar l' assonto di quella uniuersita [5] si andera pensando per questa state et uerso l' autunno si fara come ho detto la prouisione che si potra.

de scaricarsi di quel pezzo graue de oibin gia si e scritto un' altra uolta et a quella me rimetto.

Petrus ille coquus hic probum et constantem se praebuit; istic autem eum vacillare, mirum non est; caput tamen, si bene praeerit, multum conferet ad conservanda omnia membra, etiam debilia.

Dionysius Romam mitti poterit cum bono aliquo comite; hoc omnium utilissimum ei fore censet pater noster [1].

Gaudemus caesaream maiestatem tam liberalem se praestitisse erga nostros vindobonenses tum in iis, quae ad aedificium spectant, tum etiam in re typographica [2]; quae Deus et dominus noster large remuneretur. Multo etiam maiore cum voluptate vidimus, quam strenue caesar in causa religionis se gessisset [3], et speramus fore, ut hanc ob rem et in ipso et in regnis eius dona Dei et domini nostri magnopere augeantur.

Quod pater D. Victoria scribit, ut de professore cogitemus in locum Villini substituendo [4], si universitatis illius curam in nos suscipere cupiamus [5], ea de re per hanc aestatem deliberabimus et sub autumnum, sicut dixi, providebimus, quantum poterimus.

De gravi illo onere oibinensi deponendo aliis iam scriptum est litteris, ad quas R. V. remitto.

---

[1] „P. Dionisius Fairobent Austriacus annorum 26, ingressus est societatem anno .54. eodem anno uoto milicie christi se ascripsit, praefectus est nostrorum conuictorum, magister sanitatis, concionator extra collegium, et studiosus Theologiae, audit quotidie duas lectiones, confessarius est unius et alterius classis: Quas in uno quoque mense semel absoluit": P. *Carolus Grimius* S. J. in *litteris supra p. 472[5] memoratis (Cod. „Austr. Fund. III." f. 159[b]).

[2] *Michaël Denis* scribit Ferdinandum I. ad collegii typographiam 300 taleros dedisse (Wiens Buchdruckergeschicht bis M.D.LX. [Wien 1782] p. XVI). Caesarem constituisse, ut singulis annis totidem darentur, asserit *Mayer* l. c. I, 94.

[3] Ferdinandus ordinibus protestantibus 9. Iunii responderat se concilio futuro condiciones, quas ipsi statui vellent, statuere non posse, et 13. Iunii se „reservatum ecclesiasticum" aboliturum esse (id quod iidem petierant) negaverat (*Häberlin* l. c. IV, 24—25. 39—42. ‚Cf. supra p. 51[1]. 425[2]).

[4] De Leonardo Villino v. supra p. 395[2]. [5] Cf. *Polanci* Chronicon V, 274.

Si ci potra trouar qualche murator che non si sia necessario di qua si mandera volontieri, et con questo hauero etiam risposto alle lettere del Padre maestro vittoria, et non li scriuero lettera particolare. V. R. li potra communicar questo.

Forsa mandero qui la summa de alcune cose che ci sono scritte, sopra quel atto[a] della inquisitione de Spagna fatto il di della santissima trinita in uagliadolit[1], se celebrarano anchora altri, et si crede restera molto netta la Spagna di questa peste heretica, perche uedendo che non si perdona alli nobili et grandi ne alli fautori delli heretici staranno piu sopra di se li huomini per l'auenire et del passato con la diligentia et zelo che si usa pare che non resta cosa da temere, nelle orationi de V. R., et del Padre uictoria se di la[b] si troua et del Padre D. Lanoie molto si raccommandiamo.

di Roma alli 8. di Luglio.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 22. Iulii 1559.

Si quem caementarium invenerimus hic non necessarium, libenter istuc mittemus, atque haec scribens etiam respondere mihi videor ad litteras patris magistri Victoriae nec seorsim ad eum scribam. R. V. has cum eo communicabit.

Fortasse cum hac epistula summarium mittam rerum aliquarum, quae ad nos scriptae sunt de iudicio illo die sanctissimae Trinitatis Vallisoleti ab inquisitione hispanica facto[1]; alia quoque huiusmodi iudicia facta sunt, et censent Hispaniam peste illa haeretica valde immunem futuram; nam homines nec nobilibus nec potentibus nec fautoribus haereticorum ignosci videntes, in posterum cautiores erunt; ex iis autem, quae ante facta sunt, propter diligentiam studiumque, quae adhibentur, nihil superesse videtur periculi. Precibus R. V. et patris Victoriae, si istic erit, et patris D. Lanoii vehementer nos commendamus. Roma 8. Iulii.

366.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 15. Iulii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, quod ab ipso *Polanco* scriptum esse videtur; in margine adnotatum est: „Padre Canisio." Cod. „Germ. 1559" f. 22b—23a.

De collegiis Herbipoli et in Valle Tellina condendis, compluribus Sociis a corpore vel ab animo aegris, typographia collegii vindobonensis, inopia collegiorum germanici et romani sublevanda.

---

[a] che l' atto *apogr.* [b] si da *apogr.*

---

[1] In iudicio hoc („auto da fé") die 21. Maii 1559 facto unus, isque contumacissimus, combustus est vivus; alii aliter puniti. Accurate rem descripsit *Marc. Menendez Pelayo,* Historia de los heterodoxos españoles II (Madrid 1880), 338—348.

Jesus.

Pax Christi.

Riceuemmo quelle di V. R. del primo di Luglio con altra del Cardinale Augustano sopra il collegio Herbipolense, et altra di maestro Antonio Quadrio sopra la sua donatione et qui ua la risposta di nostro Padre a tutti due. V. R. la potrà ueder et serrata mandargliela, uero è che quanto al collegio d'Herbipoli bisognarà forse uedere piu in particolare la disposition delle cose cio è del sito intrata etc. et anche la dispositione della Compagnia per accettar tale assunto benche molto ci piace in quel loco un collegio come si possa accettar. Sopra il Schoricchio qui ua una lettera di nostro Padre [1] et credo anchora un altra mia, uostra Reuerentia li faccia mandare et uedremo la riuscita loro. Jl maestro Gerardo [2] meritamente ua errando insino à tanto che faccia il debito suo, uero è che il suo male in buona parte nasca [a] dal capo et humori malencolici. Di maestro Gerardo [3] quel di praga gia fù scritto saria ben mandarlo alla uolta del paese et di Louanio. Si mando etiam la resolutione sopra Oibin. Le difficultà nella cosa del Quadrio forse saranno di poca importanza [4]. La facultà circa li libri per li scolari nostri forastieri di Alemagna si è mandata questi di. Per l'auenire la stampa nuoua [5] se ha bon successo sarà gran remedio. Si considararà la lista delli suggettj mandatj [6]. l'Mar-

Iesus. Pax Christi.

Accepimus epistulam R. V. Kalendis Iuliis datam cum litteris a cardinali Augustano de collegio herbipolensi scriptis et alteris, quibus magister Antonius Quadrius de donatione sua scripsit. Adiungo huic epistulae litteras, quibus pater noster utrique rescripsit; R. V. eas legat et obsignatas iis mittat. De collegio tamen herbipolensi accuratius fortasse considerandum erit, quomodo res singulae se habeant; locum dico et reditum etc.; videndum erit etiam, num Societas huic rei in se suscipiendae par sit, quamquam valde nobis placet loco illo collegium condi, ubi primum a nobis admitti poterit. Cum his litteris mitto, quae pater noster de Schorichio scripsit [1]; me quoque de eodem scripturum puto; quas epistulas R. V. ei mittendas curet; videbimus, quid effecturae sint. Magister Gerardus [2] merito suo vagatur, donec officium praestet; attamen malum eius ex capite humoribusque melancholicis magnam partem oritur. Iam scriptum est convenire, ut magister ille Gerardus [3] pragensis in patriam et Lovanium versus mitteretur. Missa sunt etiam, quae de Oibino constitueramus. Difficultates in causa Quadrii ortae fortasse leves erunt [4]. Hisce diebus missa est vobis facultas pro discipulis externis germanicorum collegiorum nostrorum concessa in rebus ad libros spectantibus. In posterum nova typographia ista [5], si prospere succedet, magnum remedium erit. Catalogum eorum, qui istuc missi sunt, considerabimus [6]. Scribat nobis R. V., utrum Marsilius litteris

[a] che nasca *apogr.*

[1] Lainius P. Petrum Schorichium Romam venire iussit (*Cod. „Germ. 1559" f. 23[a]). [2] Lapidanus.
[3] Werdenus (?). [4] Vide supra p. 466.
[5] Typographia collegii vindobonensis. [6] Vide supra p. 416—417. 454.

silio auisi V. R. si attende al studio ò al seruitio[1], prima di questo credo sarà arriuato Henrico con Guglielmo et daranno noua di Cirillo lasciato in Venetia. non si è perdonato a spesa nessuna per accomodarlo et se l' medici lo conseglieranno si mandarà etiam di là. Lo aiuto procurato per il collegio Germanico et per il nostro non sara fraudato del suo merito auanti à Dio N. S. et si piacera alla sua bontà che habbia bon successo, so che uenira oportunamente il soccorso perche stiamo assai strettj Dio laudato di danari ma non di core ne di speranza in dio. Ci rallegramo del bon successo delle praediche. Dio N. S. lo cresca et à tuttj dia gratia di sentir sempre et adempire sua santissima uolonta. per la fretta non mi posso piu estendere. tutti ci raccommandiamo etc. Di Roma il di 15 di Luglio 1559.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 6. Augusti 1559.

---

studeat an ministeria domestica obeat[1]. Ante has litteras puto istuc venturos esse Henricum et Guilielmum, qui nova vobis afferent de Cyrillo Venetiis relicto. Hic ut sanaretur, nulli pepercimus sumptui, et si medici id suaserint, ipse quoque istuc mittetur. Opera, quam collegiis germanico et nostro adiuvando navatis, merito suo apud Deum et dominum nostrum non fraudabitur, et si ipsius bonitati placuerit, ut conatus fauste succedant, subsidia profecto opportuna et exoptata nobis erunt; nam — Deo sint laudes — in magna versamur penuria nummorum, nec tamen animi nobis desunt neque in Deo sperare desinimus. Gaudemus contiones prospere succedere. Deus et dominus noster hunc augeat successum et omnibus det gratiam cognoscendi semper et implendi sanctissimam voluntatem suam. Plura scribere non possum, quia festinandum mihi est. Omnes nos commendamus etc. Roma 15. Iulii 1559.

367.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 22. Iulii 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 partim a P. *Iosepho Boero* S. J., partim ipso curante ab altero scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 65—919 posito, collatum est.

Scholastici (partim Societatis, partim externi). Theodoricus Canisius. Socii Ingolstadii et Vindobonae leges observent illarum universitatum. Privilegium romanum pro typographia vindobonensi. Bavariae dux Monachii incohari vult collegium; huius locus, reditus, homines. Caesar collegio oenipontano externos addere vult sacerdotes. Episcopi ad collegia condenda se convertunt. Socii aliqui. Societas novo Galliae regi commendabitur. Hispanica severitas. Caesaris virtus. Cardinalis Augustanus eiusque frater.

---

[1] Vide supra p. 468.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende pater.

Litteras ad 22. Iunii datas reddidit mihi frater noster M. Henricus, qui cum Gullielmo [1] salvus nunc abiit Ingolstadium. Ac de hoc quidem posteriore nondum statuimus, ubi sit demoraturus. Iosephum et Martinum venturos audio [2]. Quos mihi parum laudavit M. Henricus, illorum mores expertus in hac profectione. Vix arbitror [a] eos collegiis nostris conuenire, non deero tamen sicubi queam, his studiosis gratificari. Quid cum Cyrillo fratre agatur, nescio: arbitrantur in Germania vix morbum posse curari. Dominus in suam gloriam illum servet.

Accepi et alteras 8. Iulii scriptas, quae liberum mihi faciunt de fratre [3] et eius reditu statuere. Dominus inspiret quod sit ipsi gratissimum: definiam brevi aliquid, quando revocandus videatur.

Relinquitur scrupulus circa leges Gymnasiorum, quas misimus [4]: expediatne hoc quidem tempore ab illarum obligatione eximere nostros, cum non videam, ubi valde repugnent huic Instituto: quod etiam forte charitatem debet Germanis, ut ob commune iuvandae religionis commodum privati aliquid incommodi negligamus, ne detrectare videamur studium de Catholicis bene merendi, utque sit maior auctoritas nostris professoribus, cum paria scilicet faciunt cum aliis hucusque theologis in licitis et honestis. Verum ex legibus ipsis iudicari potest, quam [b] sint minime graves ac nostris indignae. Sed statuat tamen R. T. velitne liberos manere nostros ab omni obligatione ac iuramento.

Scripsit ad me ex Praga P. Victoria, et rogat privilegium aliquod ad promovendum suum praelum [5] Romae concedi: quod quale possit impetrari, velim intelligere. Cupit praefectum etiam, hoc est correctorem aliquem fidum, et alium eius artis peritum in typis componendis ad se mitti; tum murarium quoque fabrum. Ita semper petimus; nihil vero damus. Sed sustinet omnia charitas [6] in Christo JESV. Peterem et ego plures Ingolstadium mitti theologiae studiosos, qui promissi videbantur, et cum his sartores duos. Sed plus quam meremur, nobis video indulgeri. Deo semper gratia.

Mittam alias authenticum instrumentum de Quadrii donatione.

Mittit tandem Bavariae dux literas, quibus Collegii fundationem impetrare confidit [7]: si annuit R. T. statim ibo forte Monachium ad inspiciendam monasterii partem, quae nostris suffectura dicitur, Tres

[a] abitror *apogr.* [b] *Vel:* quod.

[1] De Henrico Arboreo et Guilielmo Leodiensi v. supra p. 454. 456.
[2] Hi duo non erant de Societate; cf. supra p. 457. 458.
[3] Theodorico Canisio; vide supra p. 472.
[4] Leges universitatum vindobonensis et ingolstadiensis.
[5] Typographiam collegii vindobonensis. [6] 1 Cor. 13, 7.
[7] De his v. infra, monum. 190.

ex Augustinianis illic sacerdotes supersunt, qui nostros expetunt hospites: sexcentos credo ex decimis reservari florenos in huius collegii sustentationem: reliquos proventus aliunde corradere[a] non erit principi difficile. promittunt victum necessarium, haud dubie minus non largientur, quam fratribus Ingolstadii; ijs brevi centum florenos in horti augmentum impetravi. Credo exemplum P. Ignatii hic quoque observari posse, ut non admodum ab initio principem urgeamus de summa proventuum, et praestat annis quidem prioribus nihil habere certi, ut liceat saepius et liberius petere quae sunt ad supellectilem instruendam necessaria. Non repetam quae scripta sunt saepe, magni referre, ut selectis personis hoc constet collegium; inter has P. Martinum[1] concionatorem, P. Tyrsium[2] aut alium potius doctiorem Theologum recensebamus, adiungendi essent Germani alii duo ut minimum, qui classibus praeficerentur: tum Graecus lector desideratur. Illud caput est, an intra menses duos aut tres expectari nostri debeant: de scholis nihil adhuc actum, locus primum inspiciendus est. Sed ex R. T. sententia res omnis pendet. Dominus Bavariae, ut spero, miserebitur, etsi doleo Lutheranum Monachii ludimagistrum publice profiteri[3].

De Oenipontano collegio iterum egi cum Caesare, qui obfirmato animo statuit nostros illuc introducere: tantum pietate motus, et ut votis satisfaciat[4], sex praeterea sacerdotes alendos putat, qui cantando et divina quotidie celebrando templum ornent, sed ita, ut separatim habitent, nostrae interim disciplinae subiecti. Hic non putarim illi valde reclamandum: aut si qua potest alia moderatio adhiberi, lubens sequar.

Episcopi plane statuerunt ad scholas erigendas se convertere: nihil facilius, quam collegia nunc constituere Germanica. Sed mittat Dominus homines secundum cor suum[5], qui velint et possint muros Hierusalem restituere[6].

De P. Schorichio nihil novi adfertur. P. Dionisium ad Rom. profectionem permovere non potui ut postremo scripsi. Rediit ad ollas Aegiptiacas[7], si forte siliquis tandem saturari queat[8].

Oret R. T pro duobus fratribus, quos his diebus Viennae vitae suae cursum feliciter absolventes restituimus creatori. Ioannes Lotharingus et Petrus Atrius[b] illi dicti sunt[9]. Languet Iacobus[10] nuper cum

---

[a] tot radere *apogr.* [b] Anius *apogr.; v. infra, adn. 9.*

---

[1] Stevordianum. [2] P. Ioannem Dyrsium.
[3] Martinum Balticum; cf. supra p. 111[2]. [4] Cf. *Can.* Epp. I, 476[3].
[5] Act. 13, 22. 1 Reg. 13, 14. [6] Cf.: Amos 9, 11. 1 Mach. 1, 11 etc.
[7] Societatem deseruit. Cf. Ex. 16, 3. [8] Cf. Luc. 15, 16.
[9] „Johannes Tomasius Lotringus, 20 habet annos, 2 in societate transegit cum dimidio, uota fecit anno 58, studet Rhethoricae.“ „Petrus Atrius Gallus 30 annos natus est, mundum reliquit a. 55., secundo anno uota fecit, praeceptor est 3[ciae] classis“: *Catalogus collegii vindobonensis, ante medium a. 1559 a P. *Carolo Grimio* scriptus (Cod. „Austr. Fund. III.“ f. 161[a]. 160[b]).
[10] In **catalogo* modo memorato comparet „Jocobus de Magni Jtalus“, 19 annos

Ludovico[1] ex Italia missus: valeret credo rectius in Italico aere, quam Germanico vel Austriaco; est enim Viennae. Statuet de illo R. T. quod optimum videbitur.

Venit in mentem a Caesare petere, ut nostros qui sunt in Galliis, totamque Iesu Societatem commendet novo Regi[2]. Missurus est enim eo Legatum Cardinalis nostri fratrem[3]: nec dici potest, quantum Catholici doleant inexpectatam Regis Henrici mortem. Hispanicam severitatem in haereticos mirantur magis quam probant Germani: Sed utinam zelum eundem inde ab exorto Luthero imitati fuissent. Pergit interim Caesar confirmato agere animo in tuenda Religione, promittitque maiora, praesertim cum in Austriam erit reversus. Oret pro illo R. T. continenter, et pro nobis etiam sedulo Deum.

Cardinalis ad Rom. profectionem se parat, et sibi non tutum arbitratur diutius hic degere. Dabit mihi Dominus spero gratiam, ut sim vox clamantis in deserto[4], velit nolit Herodes[5], idque per orationes R. T. cui me commendo reverenter in Christo Domino nostro qui nos tueatur et consoletur ubique.

Augustae 22 Iulii 1559

Servus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo padre mio M. Giacomo Laynez preposito della Compagnia de IESV Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum 5. Augusti 1559 rescripsit.

368.

CANISIUS
P. THEODORICO CANISIO S. J.,

fratri ex patre[6].

Augusta Vindelicorum 24. Iulii 1559.

Ex archetypo (2°; pp. 2; in p. 4. inscr. et pars sig.), alterius manu scripto; Canisius ipse epistulam inscripsit eique nomen suum et, quae illud sequuntur, subscripsit. Cod. colon. „Litt. Epistt. var." f. 101. 102.

Epistula usus est *Hansen* l. c. p. 328[2].

---

natus, „subsacristanus" (l. c. f. 161[b]). Idem a *Polanco* in litteris 5. Augusti 1559 ad Canisium datis „Iacobus pistoriensis" vocatur. In collegio oenipontano a. 1566 Iacobus „de Magnani, coquus", in ingolstadiensi a. 1567 Iacobus „de Magniano, coquus" erat (*Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 413—414. 388—389).

[1] Flandro (qui „Barretius" [Barcetius?] vocatur in **catalogo* collegii pragensis ineunte a. 1562 Romam misso [Cod. „Germ. Cat. 1567—76" p. 432]).

[2] Henricus II. a. 1559 initio mensis Iulii ex vulnere in hastiludio accepto obiit; cui Franciscus II. filius successit.

[3] Guilielmum „iuniorem", Truchsessium hereditarium de Waldburg et Ferdinandi I. cubicularium, significari puto.

[4] Is. 40, 3. Matth. 3, 3 etc. [5] Cf.: Matth. 14, 3. Marc. 6, 17—18 etc.

[6] Hic Noviomagum missus erat, ut res domesticas componeret ac de domo quadam Societati tradenda ageret; cf. supra p. 356. 401. 427[2].

Theodoricum Noviomago Vindobonam redire iubet. Ibi duos Socios feliciter obisse. De collegiis Germaniae superioris. Optat, ut Theodoricus eo novos Socios secum adducat. Cognatos monet, ut catholice vivant pacemque servent, neve de se videndo solliciti sint. Preces petit.

†

Pax christi nobiscum frater chariss:

Dubitatum Romae fuit rectiusne fieret si Louanium proficiscerere, quam si redires in Austriam. Scripsit P. Victoria qui nunc Pragam redijt rebus hic bene confectis Christi gratia: Scripsi et ego, cur satius existimaremus, ut nobis quamprimum restituereris. Tandem uisum est idem Praeposito nostro, cuius authoritate confisus, charitatem tuam ad nos reuocandam duxi. Venies autem a Viennensibus haud parum expectatus, siue nostros siue studiosos alios Theologiae auditores uelis considerare [1]. Sed hoc noui volente domino incidit, quod charissimos fratres Ioannem Lotharingum et Petrum Atrium amiserimus, aut potius in beatam illam patriam praemiserimus. Vtrique mortem faelicem et vitam haudquaquam infaelicem in christo congratulemur: Tum quae nostra in defunctos charitas esse debet, precemur illis requiem sempiternam. Caesar collegio Viennensi haud pauca donauit, oenipontanum illud promisit, de monachiensi fundando misit in Vrbem suas literas princeps. Alij praeterea multi ad collegia constituenda nobis operas pollicentur. Vtinam bonus piscator huc reuertare, conclusis tuo reti piscibus, quales in Christo desideramus [2]. Desunt enim nobis, si antehac vnquam, ad messem tantam probe curandam operarij. Miror hucusque nihil de tuo et fratrum Coloniensium statu ad me esse perscriptum, vnicas fortasse accepi [3]. De amicis nonnulla scripsi ad P. Dionisium [4], et meam de patria bene instituenda sententiam indicaui, quam haud dubie tenes. Christum nostris cognatis propitium ex animo precor, praesertim uero sorori Vendelinae [5], alijsque tum fratribus tum sororibus [6]. Quod nunciem non habeo, nisi gratissimum mihi semper fore, si in sana Ecclesiae catholicae doctrina constantes, et mutuae pacis sinceritate coniuncti, Deo magis quam mundo, spiritui potius quam carni inseruiant. De me autem videndo, non est quod sint anxij, hanc Deo curam relinquant: illi viuamus et moriamur [7]

---

[1] P. Theodoricus initio anni 1559 in universitate vindobonensi capita fidei controversa explicaverat.

[2] Societatis homines significat; cf.: Matth. 4, 18. 19. Luc. 5, 1—11 etc.

[3] P. *Leonardus Kessel* his verbis in margine adnotavit: „Saepe ad R. p. Canisium scripsimus."

[4] P. Henricum Dionisium S. J. Cf. supra p. 427².

[5] De Wendelina hac, quae Godefrido van Triest, scabino noviomagensi nupta erat, vide *Can.* Epp. I, 68—74. 210—211.

[6] Fratres Petro nostro Canisio ex eodem patre nati erant: Theodoricus, Gerardus, Otto, Gisbertus; de quibus plura postea dicentur. Quot his fuerint sorores, haud plane constat. *D. von Brucken-Fock* (cf. supra p. 396²) has nominat: Wendelinam, Philippam, Aegidiam, alteram Aegidiam (?), Gertrudem, Theresiam, Luciam, Elisabeth, Jacobam, Gerardam.

[7] Cf. Rom. 14, 8.

Ludovico[1] ex Italia missus: valeret credo rectius in Italico aere, quam Germanico vel Austriaco; est enim Viennae. Statuet de illo R. T. quod optimum videbitur.

Venit in mentem a Caesare petere, ut nostros qui sunt in Galliis, totamque Iesu Societatem commendet novo Regi[2]. Missurus est enim eo Legatum Cardinalis nostri fratrem[3]: nec dici potest, quantum Catholici doleant inexpectatam Regis Henrici mortem. Hispanicam severitatem in haereticos mirantur magis quam probant Germani: Sed utinam zelum eundem inde ab exorto Luthero imitati fuissent. Pergit interim Caesar confirmato agere animo in tuenda Religione, promittitque maiora, praesertim cum in Austriam erit reversus. Oret pro illo R. T. continenter, et pro nobis etiam sedulo Deum.

Cardinalis ad Rom. profectionem se parat, et sibi non tutum arbitratur diutius hic degere. Dabit mihi Dominus spero gratiam, ut sim vox clamantis in deserto[4], velit nolit Herodes[5], idque per orationes R. T. cui me commendo reverenter in Christo Domino nostro qui nos tueatur et consoletur ubique.

Augustae 22 Iulii 1559

Servus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo padre mio M. Giacomo Laynez preposito della Compagnia de IESV Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum 5. Augusti 1559 rescripsit.

368.

CANISIUS

P. THEODORICO CANISIO S. J.,

fratri ex patre[6].

Augusta Vindelicorum 24. Iulii 1559.

Ex archetypo (2°; pp. 2; in p. 4. inscr. et pars sig.), alterius manu scripto; Canisius ipse epistulam inscripsit eique nomen suum et, quae illud sequuntur, subscripsit. Cod. colon. „Litt. Epistt. var." f. 101. 102.

Epistula usus est *Hansen* l. c. p. 328[2].

---

natus, „subsacristanus" (l. c. f. 161[b]). Idem a *Polanco* in litteris 5. Augusti 1559 ad Canisium datis „Iacobus pistoriensis" vocatur. In collegio oenipontano a. 1566 Iacobus „de Magnani, coquus", in ingolstadiensi a. 1567 Iacobus „de Magniano, coquus" erat (*Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 413—414. 388—389).

[1] Flandro (qui „Barretius" [Barcetius?] vocatur in **catalogo* collegii pragensis ineunte a. 1562 Romam misso [Cod. „Germ. Cat. 1567—76" p. 432]).

[2] Henricus II. a. 1559 initio mensis Iulii ex vulnere in hastiludio accepto obiit; cui Franciscus II. filius successit.

[3] Guilielmum „iuniorem", Truchsessium hereditarium de Waldburg et Ferdinandi I. cubicularium, significari puto.

[4] Is. 40, 3. Matth. 3, 3 etc. [5] Cf.: Matth. 14, 3. Marc. 6, 17—18 etc.

[6] Hic Noviomagum missus erat, ut res domesticas componeret ac de domo quadam Societati tradenda ageret; cf. supra p. 356. 401. 427[2].

Theodoricum Noviomago Vindobonam redire iubet. Ibi duos Socios feliciter obisse. De collegiis Germaniae superioris. Optat, ut Theodoricus eo novos Socios secum adducat. Cognatos monet, ut catholice vivant pacemque servent, neve de se videndo solliciti sint. Preces petit.

†

Pax christi nobiscum frater chariss:

Dubitatum Romae fuit rectiusne fieret si Louanium proficiscerere, quam si redires in Austriam. Scripsit P. Victoria qui nunc Pragam redijt rebus hic bene confectis Christi gratia: Scripsi et ego, cur satius existimaremus, ut nobis quamprimum restituereris. Tandem uisum est idem Praeposito nostro, cuius authoritate confisus, charitatem tuam ad nos reuocandam duxi. Venies autem a Viennensibus haud parum expectatus, siue nostros siue studiosos alios Theologiae auditores uelis considerare[1]. Sed hoc noui volente domino incidit, quod charissimos fratres Ioannem Lotharingum et Petrum Atrium amiserimus, aut potius in beatam illam patriam praemiserimus. Vtrique mortem faelicem et vitam haudquaquam infaelicem in christo congratulemur: Tum quae nostra in defunctos charitas esse debet, precemur illis requiem sempiternam. Caesar collegio Viennensi haud pauca donauit, oenipontanum illud promisit, de monachiensi fundando misit in Vrbem suas literas princeps. Alij praeterea multi ad collegia constituenda nobis operas pollicentur. Vtinam bonus piscator huc reuertare, conclusis tuo reti piscibus, quales in Christo desideramus[2]. Desunt enim nobis, si antehac vnquam, ad messem tantam probe curandam operarij. Miror hucusque nihil de tuo et fratrum Coloniensium statu ad me esse perscriptum, vnicas fortasse accepi[3]. De amicis nonnulla scripsi ad P. Dionisium[4], et meam de patria bene instituenda sententiam indicaui, quam haud dubie tenes. Christum nostris cognatis propitium ex animo precor, praesertim uero sorori Vendelinae[5], alijsque tum fratribus tum sororibus[6]. Quod nunciem non habeo, nisi gratissimum mihi semper fore, si in sana Ecclesiae catholicae doctrina constantes, et mutuae pacis sinceritate coniuncti, Deo magis quam mundo, spiritui potius quam carni inseruiant. De me autem videndo, non est quod sint anxij, hanc Deo curam relinquant: illi viuamus et moriamur[7]

[1] P. Theodoricus initio anni 1559 in universitate vindobonensi capita fidei controversa explicaverat.

[2] Societatis homines significat; cf.: Matth. 4, 18. 19. Luc. 5, 1—11 etc.

[3] P. *Leonardus Kessel* his verbis in margine adnotavit: „Saepe ad R. p. Canisium scripsimus.“ [4] P. Henricum Dionisium S. J. Cf. supra p. 427[2].

[5] De Wendelina hac, quae Godefrido van Triest, scabino noviomagensi nupta erat, vide *Can.* Epp. I, 68—74. 210—211.

[6] Fratres Petro nostro Canisio ex eodem patre nati erant: Theodoricus, Gerardus, Otto, Gisbertus; de quibus plura postea dicentur. Quot his fuerint sorores, haud plane constat. *D. von Brucken-Fock* (cf. supra p. 396[2]) has nominat: Wendelinam, Philippam, Aegidiam, alteram Aegidiam (?), Gertrudem, Theresiam, Luciam, Elisabeth, Jacobam, Gerardam. [7] Cf. Rom. 14, 8.

filij pacis et dilectionis[1], nec dubitemus, quin pro sua bonitate faciet Dominus quod et ipsi gratius, et nobis salutare magis futurum est. Nominatim ex me salutabis omnes et singulos. Precor dominum Jhesum, sua ut nos gratia confirmet et vbique consoletur. Is dabit, uti spero, successum rebus tuis et foelicem exitum, ut omni sarcina liberatus, ad nos redeas expedite. Redibit et .M. Thomas[2], ut scripsi alias, quo duce profectionem institues commodiorem[3]. Misimus ante dies aliquot in patriam M. Theodorum et M. Syluium[4], sed fortasse in Geldriam non peruenerunt; de illis Coloniae intelliges. Quod superest pijs plerisque me ita in christo commendes velim, ut illorum precationes pro me et Germania nostra sentiam efficaces in christo domino nostro, quem tua quoque charitas pro me ne desinat precari. Cupio te vna cum .M. Thoma Lentulo nostro, et cum D. Amicissimo Busio[5] in vtroque homine conuenienter habere, et pro nobis semper Christo gratias agere ac supplicare, ut hunc vocationis nostrae cursum ad summam ipsius gloriam rite promoueamus. Augustae, 24. julij Anno 1559.

Frater tuus Petrus Canisius.

Si fieri non incommode queat, circa D. Bartholomaei ferias[6] itineri te committas uelim, ne fortasse ob longiorem moram querantur Viennae amici et fratres. Dominus erit tecum in omnibus vijs tuis, certe magna mihi spes est reditum tuum Deo ualde gratum et alijs salutarem fore. Iterum in Christo uale mi frater.

† Reuerendo in Christo patri D. Theodorico Canisio S. Theologiae Doctori de societate IESV, fratri suo Nouiomagij.

Theodoricus Canisius hanc epistulam Coloniam misit ad P. Kesselium.

369.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 29. Iulii 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, cui in margine adnotatum est: „Augusta Canisio.“ Cod. „Germ. 1559“ f. 23^b—24^b. 25^b.

---

[1] Luc. 10, 6. 2 Cor. 13, 11. [2] Lentulus.

[3] *Kessel* his Canisii verbis in margine adnotavit: „Aliud uero responsum accepimus a p. Canisio“.

[4] Theodorum Peltanum (non Theodoricum illum, de quo supra p. 391[5]) et P. Petrum Silvium dicere videtur; v. supra p. 261[6]. 382[3]. 391.

[5] Noviomagensis Busaeorum (Buys) familia, Canisiis propinquitate iuncta, Societati paulo post annum 1559 tres praeclaros dedit fratres: Petrum, Theodorum, Ioannem. [6] Id est: sub diem 24. Augusti.

De rei domesticae adiutoribus in auxilium missis, Socio morti vicino, aliis quibusdam Sociis. De viatico, Sociorum romanorum inopia, virtute Theodorici Westphali. Socii Roma in Germaniam vel inde Romam mittendi. Fratres bohemi Romae retinentur, quo melius excolantur. Novae facultates de libris prohibitis concessae. Erasmus expurgari et iterum edi potest. Aliquis e Societate dimitti potest. Collegio ingolstadiensi melius consulendum est; cui Theodoricus Canisius rector et professor destinatur. Collegia iam condita stabiliri oportet, antequam nova incohentur. Archiepiscopus gnesnensis theologum et duo collegia petit. Iuvenes in collegium germanicum mittendi. Prima semina collegii eystettensis. Initia collegii pontani. Oibinus.

A .15. del presente si è fatta risposta alla lettera[a] de V. R. del primo, dopo receuemo quel plico[b] de V. R. fatto à 15. del medesimo, con altra del Padre Lanoy, et del Padre Vittoria sopra Jngolstadio et del Padre Carlo de Viena[1], alle quali si fa risposta, vostra Reuerencia la uedera. delli doi sartori gia l' uno staua in Venetia aspetando l' ordine de passar' oltra, l' altro si fermo in Forli, et potra anche mandarsi, ma si aspetaua l' esito de nostro fratello Carissimo Cirillo del quale intendiamo per le vltime de Venetia che staua molto vicino all' estremo, et li prometteno humanamente pochi giorni de vitta, dio N. S. sia laudato che questo è un bonissimo sugeto, ma lui et li altri tutti che restano deueno tener' la uita parata per renderla à chi glie la donata, et spenderla volentieri in suo seruitio et piu presto [si] debbe hauer inuidia alli tali, et compassion alli pouerelli alla vita della gratia, massime separandosi della vocatione sua, et del giugo santo della obedientia come quel dionisio[2] al qual si scriue una lettera che qui ua et se li puo drizar' al suo paese; quanto al scorichio quantunque in venir' à italia fa conforme à quel che si era scritto, se non fosse con qualche uolto[c] bono (del qual du-

Die 15. huius mensis rescripsimus ad epistulam R. V. Kalendis eiusdem datam; postea accepimus fasciculum illum, quem R. V. die 15. eiusdem mensis fecerat, cum litteris patris Lanoii et patris Victoriae de rebus ingolstadiensibus et patris Caroli Vindobonae[1] scriptis; ad quas nunc rescribimus; R. V. rescripta legat. E duobus illis sartoribus unus iam erat Venetiis exspectans, donec ulterius progredi iuberetur; alter Fori Livii substitit; qui et ipse vobis mitti poterit; sed exspectabatur exitus carissimi fratris nostri Cyrilli, quem vitae fini valde propinquum esse ex novissimis litteris venetis intelleximus; ad paucos tantum dies, quod quidem homines intellegere possint, eum vitam protracturum esse censent; Deo et domino nostro sint laudes; nam optimus quidem hic est; sed et ipse et ceteri omnes, qui supersunt, ad vitam ei, qui donavit, reddendam parati esse eamque libenter in eius famulatu profundere debent; invidere potius debemus huiusmodi hominibus; misereat vero nos oportet eorum, qui inopes sunt vita gratiae, maxime cum a vitae instituto, ad quod a Deo vocati sunt, et a sancto iugo oboedientiae se separant, sicut Dionysius ille[2], ad quem epistulam damus his litteris adiunctam; quam ad eum in patriam mittatis. Schorichius facit quidem, veniendo in Italiam, quod per litteras iussus erat facere;

[a] lettere *apogr.* [b] prico *apogr.*
[c] *Sic omnino videtur esse legendum;* molto *apogr.*

[1] Vel: de rebus vindobonensibus. [2] Feyrabend.

bito) è segno di inconstantia, et che non lo lassi ripossar'[a] la conscientia sua.

quelli che si manderanno à praga ò a[b] austria andaranno dritti à Viena come ci da auiso V. R. che sta bene procurar guadagnar[c] viatici[1] quali questo anno solo arriuano qui in Roma apuide[d] [?] et alcuna parte ci e spesa per quelli che si mandarno in allamagna, pur non si fa di qua esattione importuna con tutta la stretezza in che ci trouiamo, se potranno aiutarsi di la credo lo faranno con charita, per questa et altre speze piu grosse delli todeschi che qui si alleuano per la Germania.

Già saranno arriuati henrico et gugliermo, si mandera etiam piacendo a dio il nostro teodorico vespalo[2] sentito gia il corso delle arte, et sara bono scolare de theologia, et l'essempio suo et virtu agiutera all'altri dentro et fora del collegio d'Jngolstadio, de altri si ua anche pensando, et se hauesimo hauute le liste di la (quale V. R. promette) meglio si potriano far qua li disegni, conuenienti per tutti li collegi, se hauera pur memoria de praga et viena, benche del maestro Drisio[3] giudica il Padre natale che li conuenirebbe star' piu tempo in roma per respetto delle lettere etc.

in mandar' a roma vincislao[4] gia si e scritto se ben mi ricordo. con questo nessuno delli boemi e maturo ancora da poterlo mandar'

---

sed si cum promptitudine quadam (qua de re dubito) id non faciet, eo ipso prodet se constantem non esse nec conscientiae pace frui.

Qui Pragam vel in Austriam mittentur, recta Vindobonam ibunt. Cum R. V. nobis scribat expedire, ut viatica conquiramus[1] — —, et aliqua pecuniae pars pro iis, qui in Germaniam missi sunt, expensa est; nec tamen, quamvis magnis in rei familiaris angustiis versemur, importuni hic sumus in exigendo. Si hinc subsidia nobis mittere poteritis, certe cum caritate mittetis ad compensandas has ac maiores etiam impensas, quas hic facimus in Germanos, qui Germaniam iuvent, educandos.

Henricum et Guilielmum ad vos iam advenisse puto. Mittetur etiam Deo propitio Theodoricus Westphalus noster[2]; qui cursum artium iam audivit et bonus theologiae auditor erit et in collegio ingolstadiensi virtutis exemplo ceteros iuvabit, tum domesticos, tum externos. In deliberatione etiam sumus de aliis mittendis, et si istinc catalogos accepissemus (quos R. V. promisit), hic melius consilia omnibus collegiis convenientia capere possemus. Pragae quoque et Vindobonae memores erimus; censet tamen pater Natalis magistro Dyrsio convenire, ut diutius Romae maneat studiorum causa etc.

De Wenceslao[4] Romam mittendo scriptum iam est, si bene memini; nec tamen

---

[a] rispossar' *ap.* [b] ha *ap.* [c] guadagna *ap.*

[d] *Locus a librario, ut videtur, corruptus; fortasse verba aliquot ab eo omissa sunt.*

---

[1] De iis, quae in apographo nostro hic sequuntur, v. supra, adnot. d. Polancus significare videtur romanis Sociis difficile esse, viatica iis, quos in Germaniam missuri sint, providere.

[2] De Theodorico ab Hauekeschede westphalo v. supra p. 391[5]; qui certe alius est a „Theodoro" illo (Peltano), de quo Canisius 15. Aprilis 1559 ad Lainium scribit.

[3] Dyrsio. [4] Sturmio.

in boemia, et tanto per conto della dottrina solida, quanto per bere il spirito proprio della Compagnia et[a] de Christo N. S. in quella, è[b] bene si ferma[c] [?] alla longa di qua, in questo mezzo che loro fanno l'habito gia detto, di la forestieri suplirano come meglio si potra.

Si e detto al padre natale del catalogo de libri che si legono nel Collegio nostro[1].

La licentia vltimamente hauuta dal Cardinale alessandrino[2] è stata de ueder' li libri prohibiti per essere de stampatori ò con scolij ò conmenti prohibiti per ristamparli di nouo senza le cose prohibite. ma etiam senza questa intentio[d] [?] si possono seruire delli libri de gentili con le notatione etc. prohibite leuati li nomi etc.[3] come gia si é scrito. Qualche authore etiam prohibito como erasmo nella[e] copia et adagij[4] si po leggere per netare et ristampar, non si intende pero che un Lutero ò simili authori heretici et impij si possa legere per netarlo.

Si tornasi maestro theodoro[5] si potra veder' de agiutarlo et cossi al siluio tanto di la quanto di qua[f], et se pur fosse necessaria[g] la

---

quisquam ex Bohemis adeo iam est maturus, ut in Bohemiam mitti queat; quos diu hic manere convenit, tum ut solidam doctrinam sibi comparent, tum ut mentem et animum Societatis proprium atque in ea Christi domini nostri consilium sententiamque imbibant. Interea dum hi rebus, de quibus dixi, imbuentur et assuescent, istic externi eorum locum supplebunt, quoad melius fieri poterit.

Patri Natali locuti sumus de catalogo librorum, qui in collegio nostro leguntur[1].

Facultatem a cardinali Alexandrino[2] novissime impetravimus, qua libros eo prohibitos, quod a typographis proscriptis editi essent vel scholia commentariave proscripta continerent, legere possemus hoc consilio, ut denuo typis eos exscriberemus omissis rebus illis prohibitis. Attamen, etiamsi haec vobis voluntas non est, libris gentilium, quibus additae sunt adnotationes etc. prohibitae, uti potestis, dummodo deleantur nomina etc.[3], prout iam scriptum est. Etiam auctorum aliquorum prohibitorum libri, velut Erasmi Copia et Adagia[4], legi possunt, ut expurgentur et denuo prelo subiciantur, nec tamen haec perinde dicuntur, quasi Lutherus vel similes auctores haeretici et impii legi possint, ut expurgentur.

Si forte magister Theodorus[5] redierit, ei adiuvando (itemque Silvio) opera dari poterit tam istic quam hic; quem si huc venire necesse erit, denuo scribi poterit.

---

[a] è *ap.* [b] et *ap.* [c] *Sic; sed legendum videtur:* fermano *vel:* fermino.
[d] *Sic;* intentione? [e] in nella *ap.* [f] la *ap.* [g] necessario *ap.*

---

[1] Vide supra p. 441. [2] Michaële Gislerio.

[3] Nomina significat haereticorum interpretum atque etiam, ut videtur, scholia et summaria ab iis facta. Postremae huius facultatis in superioribus Polanci epistulis mentio facta non est; cuius aliquo modo similis est generalis illa moderatio Indicis, quam iussu Pii IV. cardinalis Gislerius 24. Iulii 1561 promulgavit; v. *Fr. Zaccaria,* Storia polemica delle proibizioni de' libri (Roma 1777) p. 147.

[4] De „Copia" vide supra p. 441[1]. Liber, qui inscribitur „Adagia", ab Erasmo primum Parisiis anno 1500 vulgatus, postea auctus et saepe editus, continet plus quam 4000 proverbia et similes sententias ac locutiones, ex sacra Scriptura ac veteribus scriptoribus latinis et graecis excerptas, cum explicationibus et adnotationibus. [5] Peltanus.

uenuta si potra de nouo scriuere. se restassi in Fiandra si potra risolutamente scriuere lo mandino à roma, ma non gia cossi de gerardo lapidano[a] che è meglio stia fora della Compagnia per esser' seruello tanto inquieto che pare incurabile[1].

al Collegio d' Jngolstadio bisognera attendere et N. Padre à giudicato che il D. theodorico canisio debbia tornare per rettore di quello, et forsa che potra far anche l' officio de lettore[2] almeno tre uolte la settimana come lo fa il Padre Couiglione (del qual si uedera[b] quel che si debbia fare) et tanto meglio pare potria fare questo officio se il maestro urtado[c] potessi leuarsi de oibin per ministro ò confessore, ò tutti doi officij insieme, òuero confessore et scolare de theologia in Jngolstadio, et finalmente prima che si tratti de pigliar noui Collegii ò almeno si faccia la risolutione didarli principio bisogna fortificare quelli che ci sono et in primo loco quello d' Jngolstadio, et di qua si pensava, et V. R. pensi per la parte sua, credo ben che se hauessino casa et chiesa et scole commode che si faria piu fruto che non si fa.

Del fermarsi il Padre Lanoy in Jngolstadio non pare si possa fare, perche V. R. credo hauera gia scritto al Riuerendissimo Gnesnense[d] de mandarli uno ò doi, et qua lo agente suo, et un fratello[3] hanno parlato a N. P. ricercando un theologo per accompagnar[e] jl

---

Sin autem forte in Flandria manebit, confidenter scribi poterit, ut Romam eum mittant. Nec tamen idem de Gerardo Lapidano statuendum; hunc enim extra Societatem esse praestat, cum indolis sit adeo inquietae, ut sanari posse non videatur[1].

Collegii ingolstadiensis rationem haberi oportet; quare patri nostro visum est D. Theodorico Canisio redeundum esse, ut collegii istius rector esset, ac fortasse professoris[2] quoque munere saltem ter singulis hebdomadibus fungi poterit, sicut fungitur pater Covillonius (de quo quid faciendum sit videbimus), atque eo melius officium hoc sustinere posse videtur, si magister Hurtadus Oibino avocari poterit, ut Ingolstadii ministrum vel confessarium agat vel utrumque munus simul obeat, vel etiam confessarius et theologiae auditor sit. Denique antequam de novis collegiis admittendis agatis vel saltem priusquam ea incohare statuatis, stabilire debetis ea, quae iam exstant, ac primo loco ingolstadiense. Hoc et expendimus hic, et R. V. ex parte sua consideret, et facile credo eos plus, quam efficiunt, esse effecturos, si domum et ecclesiam et scholas commodas haberent.

Non videtur fieri posse, ut pater Lanoius Ingolstadii maneat; nam puto R. V. iam scripsisse reverendissimo Gnesnensi se unum vel duos ipsi missuram esse, atque hic procurator eius et frater quidam ipsius[3] patrem nostrum convenerunt,

---

[a] gerardo et lapidarlo *apogr.* [b] uedere *apogr.* [c] ottauo *apogr.*
[d] nesnense *apogr.* [e] accompagna *apogr.*

---

[1] Hunc postea in Societate virtute floruisse notavimus supra p. 390[7].

[2] Theologiae.

[3] Ioannes Przerembski, archiepiscopus gnesnensis et regni polonici procancellarius, Nicolaum fratrem exeunte anno 1553 ad negotia tractanda cum litteris regiis in Angliam miserat (*Hosii* Epistolae II, 363. 375); sed Romam ab eo missum esse alium fratrem eumque natu minorem ex iis suspicari licet, quae Canisius infra de huius fratris studiis litterariis scribit.

Reuerendissimo Cancelario et altri per dar' principio a doi collegi, et per adesso bastara si mandi il Padre D. Lanoy con un Compagno il quale stando un poco de tempo con il detto prelato, potra vederlo de seruirlo et aiutarlo in quello che occorrera, et anche uedera, et tratera del dar' principio alli detti Collegij ó uno di quelli, et bisognara secondo che restorno d' acordo con il N. Padre, che detto padre Lanoy li aspetti in viena, per quando loro saranno de ritorno che potria esser' per il fine de agosto, ò per il mese de settembre, et di la andera insieme con il detto agente, perche il fratello intendiamo che resta qua, et quantunque[a] ha preso casa vorria lasciarla per studiar' nel Collegio Germanico.

Circa quel maestro che la R. V. pareua bene si mandasse al collegio Germanico de Jngolstadio et altri de viena N. Padre si contenta che sieno mandati insino à 4 delle bande che parera à V. R. à cui giuditio si rimette che siano boni supositi, et de bona espetatione, et quanto piu prouetti nelle lettere tanto meglio accio piu presto possasi rimandarli, altri per la Compagnia Nostra si possono mandar' a roma de doe sorte de supositi, l' una se fossino in pericolo de la essendo alioqui boni sugetti piu che mediocri, ó almeno mediocri[1] et de bona indole; l' altra sorte è che alcuni ingeniosi et atti al studio exacto, benche piu longo di roma, che questi adonque se potrano mandar' nel numero che parera à V. R., seria pur ben auertirsi massime hauendosi da venir alcuni delli vechij come maestro thoma vincislao e maestro carlo[2] et cetera.

---

theologum, qui reverendissimum cancellarium comitaretur, et alios, qui duo collegia incoharent, ab eo petentes. In praesens autem satis erit, eo mitti cum uno Socio patrem doctorem Lanoium, qui paulisper cum praelato illo degens in rebus, quae occurrent, ei adesse eumque iuvare studeat, atque etiam videat et agat de collegiis illis vel altero eorum incohando; et, prout ipsi cum patre nostro constituerunt, pater ille Lanoius Vindobonae exspectare debebit reditum eorum; redibunt autem fortasse Augusto exeunte vel Septembri; atque inde una cum procuratore illo proficiscetur; audimus enim fratrem hic manere et, licet in domo aliqua sedem delegerit, eam relinquere velle, ut in collegio germanico studiis det operam.

Quod R. V. censebat magistrum illum Ingolstadio et alios Vindobona in collegium germanicum mittendos esse, patri nostro probatur eo mitti vel quattuor, nec tamen plures, ex iis regionibus, ex quibus mittendi esse videbuntur R. V.; cuius erit videre et curare, ut bonae indolis bonaeque spei sint, et quanto provectiores erunt in litteris, tanto erunt gratiores, cum tanto citius remitti possint; aliorum autem, qui Societatis nostrae sint, duo genera Romam mitti possunt: unum eorum, qui istic in periculo versantur, cum ceteroquin boni sint, plus quam mediocres vel saltem mediocres[1] et bonae indolis; alterum genus est aliquorum hominum praeclari ingenii et ad studia romana, quae longiora quidem, sed exacta sunt, idoneorum; horum igitur is numerus mitti poterit, qui R. V. videbitur; expediet tamen antea nos monere, praesertim cum aliqui ex veteribus venturi sint, velut magister Thomas, Wenceslaus, magister Carolus[2] etc.

---

[a] quatunque *apogr.*

---

[1] Mediocritas in litteris designari videtur. [2] Grim?

non mi estendero piu in questa solo dicendo che si puo rispondere all' Jllustrissimo et Riuerendissimo Cardinale d' augusta bisognera darci un poco di tempo per ueder' se si potrano mandar quelli sette in eistete [1], et etiam la R. V. si scriue [a] [?] il suo parer' presuposti li altri obligi che teniamo.

tutti ci raccomandiamo molto nelle oratione di V. R. etc. de roma a di 29. de Luglio 1559.

Gia fu scritto al caualier quadrio che trouera nel stesso paese suo procurator' de N. P. per tutto quello che vorra al Riuerendo marco antonio quadro Curato [2].

Con desiderio aspetaremo la occasione de lasciar' quelli trauagli de oibin.

Qui ua una lettera per Praga ouero oibin dirizata à Hieronimo Todesco [3]. V. R. di grazia dia ordine che si mandi quella procura che la lettera contiene.

Plura nunc non scribam; hoc tantum addo illustrissimo et reverendissimo cardinali Augustano responderi posse paululum temporis nobis concedendum fore, quo videamus, num septem illi Eystadium [1] mitti possint. Scribat etiam R. V. ad nos, quid hac de re sentiat, consideratis ceteris oneribus, quae iam suscepimus.

Omnes vehementer nos commendamus precibus R. V. etc. Roma 29. Iulii 1559.

Quadrio equiti iam scripsimus ei in ipsa sua patria adfuturum reverendum Marcum Antonium Quadrium parochum, qui patris nostri auctoritate cum ipso omnia, quae tractari vellet, tractaturus esset [2].

Cum desiderio opportunitatem exspectamus molestiarum illarum oibinensium abiciendarum.

Adiungo epistulam ad Hieronymum [3] Germanum datam, quae Pragam vel Oibinum mittetur. Iubeat, quaeso, R. V. litteras illas auctoritatesque mitti, de quibus in ea epistula scribitur.

370.

PETRUS FAHE,

theologiae doctor, et parochus boppardiensis [4],

CANISIO.

Boppardia 1. Augusti 1559.

Ex apographo eiusdem temporis (2°; 3½ pp.), quod Canisius Coloniam ad P. Leonardum Kesselium misisse videtur; in suprema paginae primae parte sae-

---

[a] *Sic; sed legendum videtur:* scriua.

---

[1] Episcopus eystettensis vel eius capitulum per cardinalem Socios petisse videntur; quae prima quasi semina fuerint collegii eystettensis sub a. 1614 conditi. Nisi loco verbi „eistete" ponendum fuerit „dilinga".

[2] Quanto studio Marcus Antonius Quadrius, parochus pontanus, id egerit, ut Societas in Valle Tellina sedem figeret, refert *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 96. 105. 106.

[3] Frater coadiutor „Hieron. .N. Sueuus" in *catalogo* collegii monacensis, anno 1563 scripto, comparet (Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I" f. 120[a]).

[4] Petrum Fahe (Phaë, Vahe), sacerdotem archidioecesis treverensis, Canisius

culo XVII. (ut videtur) notatum est: „1559. 1 Augusti d. Phae Canisio Ingolstadium." Cod. colon. „Litt. Epistt. var." f. 82 et sq. non sign.

Epistulam primus, haud prorsus tamen accurate, typis exscripsit *Reiffenberg* l. c. Mant. p. 19—21. Summarium posuit *Hansen* l. c. p. 330.

Se propositum ingrediendi Societatem, pridem conceptum, tandem exsecuturum esse. Cunctando se tempus operamque perdidisse. Alios propter luxus, alios propter pecuniae amorem Treveris collegium Societatis condere nolle. De Oleviano calvinista Treveros introducto et aliis ministris protestantibus in loca vicina missis. Haec sibi aliisque accidere, quia tam neglegenter Deum colant. Sed iam se ad Canisium confugere et ab eo flagitare, ut Societati saltem in famulantium numero se ascribat.

†

Nunc tandem humanissime pater et doctor ecclesiae Dei prestantissime statuendum esse puto quod diu hactenus deliberatum est, video enim [quod[a]] cum alijs prodesse velim propriae saluti nihil apponam, Domesticae curae instructio et priuata viuendi ratio quam mihi foeliciter cesserit hic obticere malo, quam cum renouatione doloris odiosius repetere. Me certe (.vt ante omnia veritatem confitear.) nihil magis poenitet modo, quam quod ab initio salutiferae T. R. vocationi non sum obsecutus qua praeter vllam dignitatem me Ingolstadij primum et deinceps frequenter ad pietatis studium et probitatis sequelam adhortari coepit[b] et quo magis causas inspicio quae tum me et interim quoque a proposito reuocare et ad tempus saltem remorari visae[c] sunt, eo magis iuuentutis meae et consilij immaturi imprudentiam comprehendo[d], Primum fuit si recte memini Magister vbi habitas[1], Secundum fuit, vnde ememus panes[2] etc. Ratus nimirum, quia nulla[e] vobis in germania construebantur collegia quae dotarentur

[a] *Deest in apogr.; suppletum ex Reiff.* [b] cepit *apogr.* [c] visi *apogr.*

[d] *Ita et apogr. antiquum et R.; sed fortasse legendum:* reprehendo.

[e] *Reiffenberg corrigendum esse censuit:* multa, *nec tamen recte; nam ex iis, quae proxime sequuntur, intellegitur Fahium fere significare annum 1551, quo et*

mense Februario anni 1552 in universitate ingolstadiensi, in qua ipse tunc professor theologiae erat et vicecancellarii munus administrabat, theologiae doctorem creaverat (*Can.* Epp. I, 712[5]). Qui postea parochus boppardiensis (Boppard, urbs electoratus treverensis, nunc Borussiae rhenanae) constitutus est. P. *Ioannes Rethius* S. J., coloniensis gymnasii trium coronarum „regens", in „Ephemeridibus" suis: „D. Petrus Fahe", inquit, „pastor fuit Popardiensis, Vir doctus, eloquens et bonae vitae concionator, diligens et in rebus agendis valde dexter, Gratus fuit Domino Ioanni de Laie Treuirensi Archiepiscopo, qui eo concionatore usus est in ciuitate Treuirensi tempore seditionis, quam Luterani Treuiris excitauerunt Anno M.D.L.IX. Hic societatem Jesu amabat mirum in modum, scribebat et recipiebat literas a Doctore Petro Canisio Prouinciali Societatis Iesu per superiorem Germaniam et quoque a Collegio Coloniensi, quo etiam aliquoties descendebat. Hic multos egregiorum hominum filios misit ad nos ut Conuictores nostri essent et recte a nobis instituerentur; . . . hic Pastor modis omnibus ubicunque poterat Societatem promouebat, et hoc diligentissime egit, ut Treuirensis Archiepiscopus societati Collegium erigeret" (Cod. colon. „Reth." f. 30; plura posuit *Hansen* l. c. p. 333[2]).

[1] Io. 1, 38. [2] Io. 6, 5.

redditibus, elemosinas sine sorditie et offendiculo populi huius temporis et loci extorqueri non posse atque me propter idioma natiuum et latinae linguae imperitiam et difficultatem apud exteros ecclesiae et ordini fore inutilem. Adhaec cum mutua et familiaris tractatio et cum primis vestra pietas vitaeque innocentia e corde meo istum scrupulum exemisset tantumque per gratiam Dei contulisset vt sub discessum vestrum Ingolstadij [1], statim vestri instituti meditari et vouere aliquando imitationem prudenter conarer, accesserunt [a] redeunte me in patriam, alia retia, quae licet propositum et conceptam voluntatem non prorsus abscinderent, tantum tamen effecerunt videlicet parentis calamitas, ecclesiae paternae amor et de erigendo apud Treuiros collegio spes vt denuo imprudenter subsistere inciperem cupiens pluribus impotenter prodesse non absque temporis vitaeque propriae iactura et omnium ferme laborum frustratione, et si de hoc solum dixero labore et diligentia mea quam in communi causa promouenda saepe impendi miranda esset curae diligentiaeque perditio [b]. Meo iudicio vlterius non profeci quam quod emulos ordinis vestri et fautores luxui magis quam ecclesiae saluti ad inuidiam concitaui [2] et tepidos religione molestaui solicitationibus qui tametsi de vestro instituto, et scholae apud Treuiros instauratione non male sentiant et spirituales hinc in ecclesiam fructus desiderare videantur ita tamen propter prouisionem temporalem [c] concutiuntur vt metu harum tempore hoc acceptabili [3] et vrgente prorsus necessitate causae, dispendium spiritualium [et [d]] coelestium rerum ferre malint quam parua pecunia ecclesiae incolumitatem redimere. Treuiris doctior senatus pars quae pridem heresi infecta fuit [4], priuata authoritate et infra mensem Iurisperitum (.vt audio.) in vrbe ecclesiae cuidam parochiali

collegii ingolstadiensis institutio in incertum differebatur, et collegiorum coloniensis et lovaniensis tenuia tantum exstabant initia, neque alia in Germania collegia constituebantur nisi vindobonense.

[a] conarer. Accesserunt *apogr. et R.*

[b] *Verba* et si de hoc *etc., usque ad* perditio *incl., a R. omissa sunt.*

[c] *Ita etiam R.; sed potius legendum esse videtur:* prouisiones temporales, *idque propter* harum, *quod sequitur.*

[d] *Hoc videtur esse supplendum, vel legendum:* spiritualium coelestiumque.

[1] Canisius cum P. Nicolao Goudano ineunte Martio a. 1552 Vindobonam profectus est; vide *Can.* Epp. I, 398—399.

[2] Ipse Ioannes a Petra (von der Leyen), archiepiscopus treverensis, anno 1560 confessus est haud exiguam cleri illius partem turpiter et flagitiose vivere ac protestantibus secreto favere (*Janssen* l. c. IV, 121).

[3] 2 Cor. 6, 2.

[4] Treveris iam anno 1558 Petrus Sirk et Otto Saal, senatores, litteras a Calvino acceperant; praeterea protestantismum sequebantur Ioannes Steuss, qui alter e consulibus erat, eiusque frater Petrus, et ipse senator. Maior vero senatus pars catholica erat (*J. Marx*, Caspar Olevian oder der Calvinismus in Trier im Jahre 1559 [Mainz 1846] p. 22).

praefecit qui[a] [?] magno totius ferme populi applausu publice in eadem praedicat euangelium secundum Luterum[1], vt interim de ijs nihil dicam qui a Palatino Rheni ante annum ad multa Mosellae loca[2] destinati sunt lupi ferocissimi secure rapientes et dispergentes oues[3] verae alioqui religioni deditissimas, quanquam ista non ideo repetam vt alios immodestius tangam, sed potius T. R. tanquam parenti omnium fidissimo proprij cordis mei dolorem aperiam quem concepi ex mera[b] [?] imprudentia, obsequendi difficultate, publica rerum miseria et earundem infoelici euentu qui rem longe diuersam aduexit mihi quam proposita a me et exspectata fuerat. Idque ideo quia ego Deum et forte hic nonnulli mecum[c] minus pie colimus et propugnandae[d] religioni et seruandae Dei voluntati non puri insistimus et proinde indigni foeliciori[e] successu, et desiderij quantumuis boni impletione. Iustum est et bonum aliquando vt coelestis irae terroribus compescantur qui saepe pietatis officijs pellecti, obsequi, exsurgere et sese libere hactenus emendare neglexerunt. Quare mihi iam reliquum esse puto prae omnibus prouidere saluti propriae et deinde quoque si possum ecclesiae, et castigationes dei eo referre, vt his admonitus relinquam retia[4] ista et domestica vincula curasque varias dissoluam, et tandem libere ad bonorum consortium me conuertam qui amori et honori Dei nihil praeferunt et discipulos suos prius in pietate et vitae probitate instruunt antequam ad docendum publica legatione mittunt[f] exemplo Christi Domini. Vos autem cum prae alijs ecclesiae cath: ordinibus tales habeam semper et diligam, et iam pridem nec

---

[a] *Sic corrigendum esse videtur;* á *apogr.;* ubi *R.*
[b] *Ita etiam R.; sed fortasse legendum:* mea. [c] meum *R.*
[d] *Ita correxi cum R.;* propulsandae *apogr.* [e] feliciore *R.*
[f] mittunt *positum est a R.; in apogr. codicis nostri hoc loco vocabulum cernitur tam obscure scriptum, ut legi vix possit.*

---

[1] Fama Boppardiensibus haec vere quidem, si rei summa spectetur, sed haud prorsus exacte nuntiavit. Caspar Olevianus, civis treverensis filius ac iuris doctor et Calvini discipulus, ut calvinismum in patriam introducere posset, litteris 26. Iunii 1559 datis a senatu treverensi petiit, ut iuventutem artibus liberalibus instruere sibi liceret; tradidit ei senatus „scholam ad S. Germanum" sive bursam ea lege, ut religionem non attingeret. Attamen Olevianus die 10. Augusti, quae S. Laurentio sacra erat, in bursa illa, re prius per urbem edicta, vehementissima contione catholica sacra aggressus est; ac quamvis senatus postridie eum contionari vetasset, paulo post iterum e suggestu dixit in ecclesia valetudinarii S. Iacobi (Gesta Trevirorum, edd. *I. H. Wyttenbach* et *M. Fr. I. Müller* III [Augustae Trevirorum 1839], 18—20. [*I. N. de Hontheim*], Historia Trevirensis II [Augustae Vind. et Herbipoli 1750], 783—785. *Christ. Browerus* S. J. et *Iac. Masenius* S. J., Antiquitatum et Annalium Trevirensium libri XXV, t. II [Leodii 1670], p. 387—388. *Marx* l. c. p. 15—23).

[2] Posteriorem comitatum sponheimiensem significare videtur, in quem Wolfgangus dux bipontinus, e familia Palatinorum, anno 1557 protestantismum induxit. Cf. *J. Marx,* Geschichte des Erzstifts Trier 1. Abth. I (Trier 1858), 376.

[3] Io. 10, 12. Act. 20, 29 etc. [4] Matth. 4, 20. 22. Marc. 1, 18.

non vltimo Wesaliae[1] vestri instituti aliquando plenam imitationem voto susceperim, Nolui rem diutius suspendere et patientia bonitateque Dei[2] abuti longius sed naturalis parentis affectu postposito ad te patrem omnium fidissimum toto pectore plenaque fide confugio, obsecrans humiliter, vt oberrantem[a] me, et de tua pietate tuorumque modestia deque multitudine miserationum Dei[3] confidentem[b] benigne in societatem vestram suscipere, et numero saltem famulantium vobis asscribere velit, Neque in hoc peccantis meritum aut accedentis indignitatem sed potius resipiscentis affectum emendationisque propositum et conatum[c] [?] respiciat, qui[d] (vt deus testis est) nulla violentia, cupiditate, ambitione et voluptate (.quae a vobis aliena.) [sed[e]] qualicumque amore veritatis, iustitiae, virtutum et beatitudinis, excitante, dei[f] [?] tamen gratia et misericordia ad gremium tuae paternitatis reuertitur, confisus[g] magis de vestrorum auxilio vestrorumque iuuamine in omni mea necessitate, quam de fragilitate carnis et totius corporis ingenijque mei imbecillitate anxius sim et meticulosus, etenim confido per gratiam Dei fieri posse vt diutius exspectatus et praeter meritum admissus humilior fiat, feruentius amet, diligentius laboret et gratiosius affectetur, Et si horum nihil sequeretur (.quod Deus auertat.) confirmabit tamen hic meus ad societatem vestram digressus facto, quod toties et certe multis in commendationem eius verbis expositum est, si enim considerauerint me nec praecipiti consilio aut imprudenti leuitate nec contemptibili neces[sitate] sed potius (vt praeter iactantiam haec dicam) multa deliberatione[h] et moderato iudicio ductum et post varia experimenta et discrimina rer[um][i] spretis omnibus ad hanc denique veluti salutis ancoram ingenium applicare[k] et vtriusque hominis vires reijcere, fieri vix potest quin nonnulli hic ad instituti vestri maiorem estimationem et ad amandum colendumque vos incitentur et facto magis quam sermone persuasi diligentius de vocatione vestrorum et collegij necessaria instauratione meditentur. Verum de hoc plus quam satis. Scio T. P.[l] benignam[m], ad condonandum facilem et erga

[a] obsecrantem *R.* [b] confitentem *R.*
[c] *Sic omnino videtur esse legendum; apogr.:* emendationisque propensum et conatum; *R.:* emendationisque conatum. [d] respiciat. Quia *R.*
[e] *Suppletum ex R.* [f] domini? diuina? *Vocabulum obscure scriptum.*
[g] *R. omnia omittit, quae vocabulum* excitante *sequuntur, usque ad:* confisus, *et post* confisus *ponit:* tamen.
[h] aut imprudenti levitate ingressum, necesse est potius (nam praeter jactantiam haec dicam) multa deliberatione *etc. R.* [i] vitae *R.*
[k] *R. quinque verba sequentia omittit eorumque loco ponit: . . .*
[l] Te Pater *R.*
[m] benignum *apogr. et R.; correxi propter* T. P. *(= Tuam Paternitatem), quae antecedunt.*

[1] Significari videtur Vesalia Superior (Oberwesel, nunc urbs borussica, regionis confluentinae), quae tunc electori treverensi subdita erat.
[2] Rom. 2, 4. [3] Ps. 50, 3; 68, 17.

bonos omnes et praecipue me miserum optime affectatam[a] esse et fuisse semper et proinde illam gratiam quam sua sponte bonis omnibus offert mihi non denegabit, admittet cum gaudio quem non sine dolore exspectauit et multum amanti multum dimittet[1] nec[b] crimen postea repetenti[c] quod per confortationem gratiae Dei et communitatis huius praesidium et feruidam pectoris diligentiam posse fieri praesumo, contentus, interim hac poena et continua pugna certari[d] [5], quae debetur ijs qui in corpus suum peccauerunt[2] et rectam illam de carne violentamque victoriam expetunt. Hoc vnum quod extremum est in literis meis suppliciter a tua P. peto vt si me in societatem recipiendum et inter iniciandos suos admittendum existimauerit et huius sui consilij me certiorem reddere voluerit, simul addat iudicium suum quo tempore et qua via rectius atque commodius a R. Archiepiscopo nostro Treuerensi (.cuius antecessori[3] beneficentiae causa nonnihil obstrictus sum.) bona venia discedere queam. Si Celsitudo sua in vocationem vestram ad treuiros consensisset et eandem cogitaret infra[e] [?] 9 menses perficere, praestaret[f] meo iudicio ad aduentum vestrorum negotium celare. Sin autem, tunc consultum et necessarium erit rem istam cuius nemo praeter D. Rhetium[4] et D. Leonhardum[5] et me, conscius est, suae Celsitudini mature et ante festum natiuitatis Ioannis Baptistae[g] [?] serio modestoque eloquio ita insinuare quatenus ad manendum cum maiori periculo nec blandimentis emolliar[h] nec hominum indignatione prosternar[i]. De firmitate et prosecutione propositi mei volo .T. P. omnino esse securam, nullam cunctationem admittam amplius, vltra praescriptum terminum non emanebo, Citius venire nec consultum videtur propter duplicis ministerij resignationem[6] nec vix[k] possibile propter aliarum rerum abdi-

---

[a] affectatum *apogr.;* affectum *R.; melius fortasse legitur:* affectam.

[b] *R. omittit hoc verbum et omnia, quae sequuntur, usque ad* victoriam expetunt *incl.* [c] repenti *apogr.*

[d] *Sic;* certare*?* [e] *Sic apogr. et R.;* intra*?* [f] prostaret *R.*

[g] *Ita etiam R.; attamen suspicari licet Fahium ipsum scripsisse vel scribere voluisse:* ante festum natiuitatis Beatae Virginis; *quod festum post quinque fere hebdomades (8. Septembris 1559) futurum erat. Nam exspectare quidem vult Fahius, si Societas* „infra 9 menses“ *Treveros ventura sit; sin minus,* „mature“ *archiepiscopum moneri vult; at festum nativitatis S. Ioannis Baptistae demum post 11 fere menses (24. Iunii 1560) futurum erat.*

[h] emoliar *apogr.*

[i] *R. ignota ex causa inter hoc vocabulum et id, quod sequitur, ponit* — — —.

[k] *Ita etiam R.*

---

[1] Cf. Luc. 7, 47. [2] 1 Cor. 6, 18. [3] Ioanni de Isenburg.

[4] P. Ioannem Rethium; cf. supra p. 488[4].

[5] P. Leonardum Kesselium.

[6] Quodnam tunc ministerium praeter munus parochi boppardiensis Fahius habuerit, certo non constat. Si *Reiffenbergio* (l. c. p. 79. 86) credimus, saltem postea electori „sacris ab obsequiis“ et parochus ecclesiae treverensis S. Gangolphi fuit.

cationem. Vestrum proinde expectabo responsum et super his omnibus consilium, in quod omnem voluntatem meam collocem[a], quomodo et quando iusseritis venire veniam, si iusseritis vade eo vadam[1], Ero ope Dei indifferens, obediens et [in] omnibus possibilibus diligens, et ne promissionibus vos turbem literis libuit facere finem, obnixe rogans T. R. ut[b] pro integerrimo suo candore non verborum quae rudia et inculta sunt epistolae[c], sed simplicis voluntatis et impotentis animi mei estimator atque salutis meae fauorabilis promotor esse velit meque vt suorum numero ita etiam cordi et suae ad Deum eiusque membra deuotioni inscribere vt facilius detur perficere bonum[2] quod imbecillis hominis voluntas dictauit. ego si vicissim iusticias Dei enarrare[3] indignus sum, indignationem Dei deprecari eique me et negotium totum committere non desinam, qui vestros sanctos in ecclesiam conatus faeliciter dirigat et in secula benedictus[4] viuat. Amen. Datum Bopardie vincula Petri apostoli[5] Anno 1559.

R. V. P.

obsequentissimus

Petrus fahe[6] indignus pastor ecclesiae Bopardiensis.

Quod Fahe his litteris tam vehementer expetebat, post aliquod tempus assecutus est; nam in *„*Historia Treverensis Collegii*", initio saeculi XVII. (ut videtur) Treveris Romam ad praepositum generalem missa, haec narrantur, ubi de illius collegii initiis (1560—1561) agitur: „Hoc tempore Petrus Phahe vir magna perfectaque virtute, et incredibili accensus adiuvandae rei Catholicae studio, . . . cura Bopardiensi expeditus Treviros venit, vt quod animi voto jam dudum fuerat, re ipsa noster fieret. Fuit idem praecipuus Principis suasor, ut Societatem vocaret. Tandem cum gnauiter in administranda praecipua Parochia urbis, et nos remque Catholicam juuisset, importunitate sua extorsit, ut Societati Jesu adscriberetur. Missus deinde est maiorum Jmperio rei Christianae causa in Prussiam, ibidemque multa et grauia pro Christi nomine perpessus ad extremum haereticorum fraude et inuidia veneno hausto, quod in Sacrum Calicem missum erat, longo tempore languit, naturae bonitate remorante efficaciam veneficij, ne statim hominem interimeret. Aliquantulum remissius habens Romam adijt, inde reuersus in Germaniam Moguntiaci, vim illam non amplius sustinens, diem supremum suum pie defunctus est" (Cod. „Germ. Fund. I." f. 240[a]). Ac *Sacchinus* quidem scribit eum „paralysi siue naturali causa, siue Haereticorum arte" correptum esse (Historiae Societatis Iesu Pars tertia [Romae 1649] l. 6, n. 186); neque vero P. *Mathias Tannerus* S. J. Fahium Sociis illis annumerat, qui pro fide martyrium passi sint (Societas Jesu usque ad sanguinis et vitae profusionem militans. Pragae 1675); sed hoc certum est eum, cum aliquamdiu (1564—1567) Braunsbergae contionatoris munus administrasset, Elbingae a Lutheranis magna contumelia affectum esse iisque fortiter et constanter obstitisse (*Sacchinus* l. c. n. 184—186. *Eichhorn*, Hosius II, 202—203). Cardinalis

[a] collocam *apogr.;* collocabo *R.* [b] *Ita R.;* ea *apogr.*
[c] *R. om.* epistolae.

[1] Cf. Matth. 8, 8. Luc. 7, 8. [2] Rom. 7, 18. [3] Ps. 49, 16.
[4] Rom. 9, 5. 2 Cor. 11, 31.
[5] Festum „S. Petri ad Vincula" Kalendis Augustis celebratur.
[6] Ita ipse nomen scribebat. Cf. *Eichhorn,* Hosius II, 179[2].

Hosius Heilsberga 18. Ianuarii 1565 ad cardinalem Commendonum scribens Fabium „virum minime vulgaris et doctrinae et sanctimoniae" dicit (Ex *litteris archetypis, quae sunt Romae in archivo vaticano, „Lettere di Principi 24" f. 39).

371.

P. IOANNES DE POLANCO,

Societatis Iesu secretarius,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 5. Augusti 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, cui in margine adnotatum est: „P. Canisio Augusta". Cod. „Germ. 1559" f. 26ᵇ—27ᵇ.

Obierunt duo fratres scholastici, magnae virtutis exemplis post se relictis. Socii vindobonenses et leges universitatis illius. Typographiae collegiorum vindobonensis et romani; privilegia pro vindobonensi typographia petita. Socii complures in Germaniam mittentur. Numerus collegiorum Societatis in Italia et Gallia. Collegii monacensis locus et homines. Sacerdotes externi, quos caesar collegio oenipontano adiungere vult. Fratres quidam vindobonenses. Societas regi Galliae commendanda a caesare; qui ob religionis studium laudatur. Incertum, num Sociis in Poloniam eundum sit.

Riceuemmo quelle di V. R. de 22 del paxato con altre piu uechie del P. Lanoyo, et intendemmo dell' arriuata de nostri fratelli Henrico et Guglielmo, il suo Compagno Cirillo col quale si mandauano arriuo etiam al porto passando di questa uita all' altra in Venetia prese[a] [?] tuttj li sacramentj et dando molto grand' edificatione nella sua infirmita, et morte, sia ringratiato Jddio N. S. et si degni per questo instrumento che pareua tanto utile per il suo diuino seruitio darci molti altrj, per il che spero sarà intercessor detto Cirillo con li doi altrj che Dio N. S. ha chiamato à se di Vienna, et un' altro chiamato Henrico Treuerense[1] morto in Genoua questi giornj hauendo patito un gran purgatorio con molta patientia nella infirmita di piu

---

Accepimus epistulam R. V. die 22. mensis superioris missam cum altera a P. Lanoio aliquanto ante data; ex quibus cognovimus fratres nostros Henricum et Guilielmum ad vos advenisse. Horum socius Cyrillus, quocum missi erant, et ipse ad portum advectus est; ex hac enim vita ad alteram transiit Venetiis, omnibus sacramentis acceptis atque insignibus virtutum exemplis in infirmitate et morte praebitis. Deo et domino nostro sint grates; qui per hoc instrumentum, quod ad divinum famulatum tam aptum videbatur, multos alios nobis dare dignetur; ad quod impetrandum spero et Cyrillum illum operam suam interpositurum, et duos illos, quos Deus et dominus noster Vindobona ad se evocavit, et alium, qui Henricus Treverensis[1] vocabatur et hisce diebus Genuae obiit, grave purgatorium magna cum

---

[a] *Sic; sed legendum videtur:* presi.

---

[1] Is fere 27 annos natus erat, Societati a. 1553 nomen dederat, litteras humaniores in collegio florentino docuerat (*Cod. „Germ. Cat. 1567—76" p. 388).

d' un' anno et era mastro nelle lettere humane assai sufficiente, di quà si sono raccomandati et si raccomandaranno à Jddio N. S. La R. V. li faccia etiam raccomandar di la come fratelli et particularmente destinati per la sua Prouincia.

Le constitutioni dell' Vniuersità di Vienna si sono uiste in gran parte [1], et un' altra uolta si scriuera quel che pare à N. Padre sopra l' obligar li nostri ò non.

Quanto alli priuilegij che ricerca il P. Vittoria per la sua stampa [2] non l' intendiamo assai bene perche se s' intende che si habbino dal Papa non pare cosa molto necessaria trattare adesso di tali priuilegij, se si ricercano dell' Jmperatore, alcuni di lá si potranno hauere, se s' intendono priuilegi di auisi [3] che ricerca di uno che stampi et correttore, si uedrà quello che si potrà fare, perche hauiamo un stampator todesco intelligente benche non sà latino, et forse si mandarà, de correttori di la si potranno prouedere perche qua non habbiamo se non l' istessi scholari nostri. Si uedrà etiam si potremo trouar alcun muratore bono et li sartorj anche si manderanno et li studenti di Theologia se si potrà almeno qualch' uno et sappia la R. V. che la uolunta è prontissima et desiderosa di prouederli copiosamente, ma le forze non sono uguali alla uoluntà, massime che bisogna fornir questi collegi d' Jtalia et Sicilia che saranno 27 ò 28 et 2, ò 3 di Francia [4] et non ci è qua nessuno di tutti quelli al quale non si

---

patientia perpessus, cum plus quam annum aegrotaret; litterarum humaniorum is fuerat magister valde idoneus. Hic Deo et domino nostro illi et commendati sunt et commendabuntur; cures, reverende pater, ut istic quoque commendentur, quippe qui fratres et provinciae tuae speciatim destinati fuerint.

Constitutionum universitatis vindobonensis magnam partem legimus [1]; alias vobis scribetur, utrum pater noster existimet nostros eas observare debere necne.

Haud satis bene intellegimus, quaenam privilegia P. Victoria pro typographia sua [2] petat; si enim privilegia significat a pontifice impetranda, haud valde necessarium esse videtur, ut nunc de huiusmodi privilegiis agatur; si caesarea requiruntur, aliqua istic impetrari poterunt; sin autem privilegia quaerit in eo posita, quod edoceatur [?] [3], num typographum aliquem et correctorem habere possit: videbimus, quid praestare possimus; typographum enim habemus germanum eumque sollertem, quamvis latinae linguae ignarus sit; quem fortasse ei mittemus; correctores autem istic comparari convenit; nam hic alios non habemus quam ipsos scholasticos nostros. Videbimus etiam, num bonum aliquem caementarium inveniamus; sartores quoque illos et theologiae studiosos, si poterimus, saltem aliquos mittemus. Sciat R. V. nos voluntatis esse promptissimae et copiose vobis providere cupere; sed vires voluntati non sunt pares, praesertim cum collegia haec italica et sicula, quae 27 vel 28 esse puto, et duo triave gallica [4] hominibus instruere debeamus; neque

---

[1] Cf. supra p. 416. [2] Pro typographia collegii vindobonensis.

[3] Sermo obscurior.

[4] In Italia collegia exstabant Romae („romanum“ et „germanicum“), Patavii, Mutinae, Venetiis, Ferrariae, Bononiae, Genuae, Florentiae, Perusiae, Laureti, Senis, Neapoli (cum domo probationis), Tibure, Ameriae, Messanae, Panormi, Bivonae, Monte regali, Syracusis, Catanae, Calatae Billotae, Forolivii, Nolae, Monte Politiano;

habbia à pensare per far prouisione di gente, parte per succeder la morte d' alcuni sacerdoti et mastrj, parte perche bisogna far studiare le scientie superiori à molti ch' erano occupati in leggere, ò nell' officij sacerdotali, et cosi bisogna proueder d' altrj in loco loro, pur Dio N. S. ci aiutara et come si è detto altre uolte si mandarà il soccorso che si potrà in Alemagna.

Riceuette N. P. la lettera dell' Jllustrissimo Duca di Bauiera[1] et la settimana sequente se li farà risposta piacendo à Christo scriuendosi anche qualche cosa piu determinata del collegio di Monachio benche in questo mezzo se la R. V. uorrà andar à ueder quel loco sará bene perche non si ha da mancare d' accettar quel Collegio et non si andarà niente alla stretta col Duca circa l' intrata lasciando all' eccellenza sua insieme con la R. V. questo pensiero et le persone parte di la parte di qua si potranno cappare[a] [?] et non c' è dubio che bisogna siano per comparire per esser quella Città la sedia ducale.

Hauemo inteso la resolutione della Maiesta Cesarea, circa il collegio de Jspruch et circa quelli, 6, pretj[2]; se tutta uia uorrà alcune cose S. Maiesta che li nostri per adesso non possano farla[b] [?] è bene stiano sotto l' obedientia della Compagnia et anche con conditione, che si pigliassi la Compagnia nostra l' assunto delle cose che loro fanno potessi mandarli con dio et tanto questa conditione saria con-

---

inter omnes, qui hic degunt, quisquam est, ad quem non debeamus oculos convertere, ut collegiis homines provideamus, idque partim propter obitum sacerdotum nonnullorum et magistrorum, partim quia curandum nobis est, ut multi, qui scholis habendis vel sacerdotalibus ministeriis addicti erant, altioribus studiis se dedant, in quorum locum alios substitui necesse est. Attamen Deus et dominus noster nos adiuvabit, et, sicut alias dictum est, in Germaniam auxilia, quae mitti poterunt, mittentur.

Pater noster litteras accepit illustrissimi ducis Bavariae[1]; cui, Christo propitio, hebdomade proxima rescribetur; tunc etiam certius aliquid de collegio monacensi scribetur; reverentia tamen vestra, si interea locum istum inviset, rem utilem faciet; nam omnino admittendum est collegium istud; nec nos ulla ratione ducem ad reditum ei constituendum urgebimus, sed omnem eam curam excellentiae suae et reverentiae vestrae relinquemus; homines autem partim istinc partim hinc depromi poterunt, nec dubium est, quin eos conspicuos esse oporteat, cum civitas illa ducis sedes sit.

Intelleximus, quae de collegio oenipontano et de sex illis sacerdotibus maiestas caesarea constituit[2]; si quae tamen maiestas sua fieri volet, quae nostri in praesens facere non poterunt, expedit sacerdotes illos Societati subiectos esse atque hac condicione teneri, quod, si forte Societas nostra, quae ipsi faciunt, in se suscipere voluerit, eos dimittere possit; quae tamen condicio ponenda erit tantum, si munera

---

[a] *Fortasse legendum:* cauare.
[b] *Sic; sed legendum esse videtur:* farle *vel:* fare.

---

in Gallia iam a S. Ignatio instituta erant collegia billomense et parisinum (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 1, n. 3. 4. 5. 8. 92; l. 2, n. 75. 76. 100). Praeterea hoc ipso tempore agebatur de novis aliquot collegiis instituendis, v. g. de pontano.

[1] Vide supra p. 478. [2] Vide supra p. 479.

ueniente se li officij à loro impostj non fosseno repugnantj all' instituto nostro, ma come si uerrà alli particolari si potrà tutto questo meglio chiarir'. Dell' pigliar assunto delle schole in diuersi loghi di Germania col tempo si potrà pensare.

Jacomo Pistolese [1] pare à N. P. si potria mutare di Vienna in altro collegio d' Alemagna di miglior aere, quando non bastassj si potria rimandar in Jtalia.

Di Marsilio [2] intendendo nostro Padre che l' adoperauano per Coadiutore [3] essendo stato mandato come scholare non sa per qual cagione sia fatto, et però li pare se li dia commodita di studiare.

Quel che V. R. scriue di procurar che la Maiesta Cesarea nella Legatione che fà al Re di Francia li raccomandi le cose di nostra Compagnia nel suo Regno pare molto bene [4]. Del resto molta consolatione ci dà intendere il buon' animo suo, et alla giornata piu grande in defendere le cose della Religione Catholica, se cosi fà non dubitamo che in tutto lo prospererà Dio .N. S. et cosi lo supplicamo.

Della uenuta del Cardinale [5] uogliamo sperare che habbia a seruirsi Dio N. S., à lui piaccia guidar tutte le cose sue come per il bon uniuersale conuiene, et anche per il suo.

Nostro Padre è stato un poco indisposto questi giorni, gia sta bene Dio laudato, et si raccomanda molto nell' orationi di uostra R. insieme con tutti l' altri etc.

---

ipsis commissa instituto nostro non repugnabunt. Sed ubi eo ventum erit, ut singula proponantur, omnia ista melius explanari poterunt. Num scholae variis Germaniae locis a nobis suscipiendae sint, tempore procedente expendi poterit.

Censet pater noster Iacobum Pistoriensem [1] Vindobona in aliud Germaniae collegium, ubi aër salubrior sit, transferendum esse; quod si satis non erit, in Italiam remitti poterit.

Pater noster cognovit Marsilio [2], ad litterarum studia istuc misso, coadiutoris munera delata esse [3]; quod cur factum sit, nescit, ideoque opportunitatem ei dari vult litteris studendi.

Quod R. V. scribit se curare velle, ut maiestas caesarea per legationem, quam ad Galliae regem mittat, eidem Societatis nostrae in eius regno morantis res commendet: id valde nobis probatur [4]. Ceterum magno cum gaudio cognovimus caesarem promptum atque in dies promptiorem esse ad res religionis catholicae defendendas; quod si faciet, non dubitamus, quin Deus et dominus noster in omnibus rebus ei prosperaturus sit, atque hoc ipsum a Deo flagitamus.

Speramus Deum et dominum nostrum cardinalis [5] iter in gloriam suam versurum esse; Deus omnes ipsius res ita dirigere dignetur, ut publicae atque etiam ipsius saluti conveniet.

Pater noster hisce diebus leviter aegrotavit; nunc autem, Deo sint laudes, bene valet, et R. vestrae precibus valde se commendat una cum ceteris omnibus etc.

---

[1] Hic Iacobus „de Magnani“ (Magni?) vocabatur; cf. supra p. 479—480.

[2] De Ulloa. Cf. supra p. 468.

[3] Destinabant eum ministeriis domesticis, veluti culinae, ianuae etc.

[4] Cf. supra p. 480.

[5] Ottonis Truchsessii; cf. supra p. 480.

L' altra settimana fú scritto si preparassi per andar in Polonia il P. dottor Lanoyo con un compagno, dopoi, uedendo che non hà scritto l' Arciuescouo Gnesnense[a] [1] a N. P. ne fattoli dir altro da sua parte se non di mandarli 2 Theologi, quantunque il fratello suo et l' Agente da se parlassino del Collegio, uedendo d' altra parte il bisogno che c' è in Germania di una persona simile al dott: Lanoyo, hà messo in dubbio quest' andata et fatto chiamare lo agente dell' Arciuescouo il qual non è anchora partito di Roma, uedremo quel che passera con lui et in questo mezzo non si parta il Padre Lanoyo, ben sarà a tempo dipoi che riceuerà altro auiso di quà. à tuttj dia sua gratia Christo N. S. di sentir' sempre et adempire sua santissima uolonta. Di Roma il di, 5, d' Agosto 1559.

Superiore hebdomade scriptum est, ut P. doctor Lanoius se compararet ad iter in Poloniam cum socio aliquo suscipiendum. Postea vero pater noster considerans archiepiscopum gnesnensem [1] litteras ad se non dedisse nec verbis a se aliud petitum esse ipsius nomine, quam ut duos theologos ad eum mitteret (quamquam eius frater et procurator sua sponte de collegio locuti sunt), et ex altera parte hominem, qualis doctor Lanoius est, in Germania valde necessarium esse videns, profectionem illam in dubium vocavit et archiepiscopi procuratorem, qui Roma nondum discessit, ad se arcessivit; videbimus, quid cum illo accidat; neve interea pater Lanoius discedat; nam sat mature proficiscetur, postquam alteras litteras hinc acceperit. Christus dominus noster omnibus det gratiam suam, qua cognoscamus semper et adimpleamus sanctissimam eius voluntatem. Romam die 5. Augusti 1559.

372.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 6. Augusti 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 66—922 posito, collatum est. Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 160. 161.

Coram caesare contionatus est. Quae religionis condicio in Franconia. Socii quidam. De libris prohibitis etiam ampliores facultates Sociis tribuendae sunt; cardinali Augustano concessum est, ut lege illa promulganda supersederet. Tirones noviomagenses. Subsidia collegiis romano et germanico ab archiepiscopo salisburgensi et aliis data. Animi a romana curia aversi sunt. In comitiis catholici oppugnantur. Episcopi promiserunt se reformationem aggressuros. Canisius synodo dilinganae interesse et moniales reformare iubetur.

---

[a] nesnense *apogr.*

---

[1] De Ioanne Przerembski v. supra p. 486—487.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende pater

Superiore septimana cum impeditus essem concionandi munere, quod apud Caesarem obeundum erat[1], scribere distuli. Nunc ergo[a] [?] nullas accepi Romanas, quod[b] et meae sint isthic forte tardius redditae, cum audiam tabellarium impeditum fuisse. Tantum ad postremas, quae 15 Iulij datae fuere, dicam aliquid.

Adest hoc loco Decanus Herbipolensis[2], qui anno proximo isthuc profectus[c] est, cum hoc agam de collegio, quod Episcopus nobis offert. Audio Clerum in ea provintia et civitate vix ullam retinere spetiem pietatis. Ingenia Franconica sunt acerba, fera, barbarica. gens latrociniis nobilitata. Haeresis vix pauca fecit reliqua Catholicis. ad messem tam incultum adspirent, quibus pro Christo laborare et pati ingens est animus.

Vehementer placet mihi charitas quam literae ad P. Schorichium scriptae spirant. Missi [*sic*] eas Viennam, utinam optatum fructum afferant Domino cooperante[3]. Oret R. T. pro his nostris aegrotis Jona[4] Diacono, Dionisio[5] Sacerdote, Gerardo[6] et ipso diacono, Casparo Grieger, et qui sunt id genus segregantes se ipsos[7], Det illis Dominus spiritum compunctionis[8].

Scripsi postremo gratissimam nobis fuisse relaxationem quae circa Cathalogum librorum facta est. Superest hoc pro nostris etiam petere fratribus, possint ut ipsi quoque libris illis uti, qui aliis scholae nostrae auditoribus ad annum conceduntur, praesertim in humanioribus. Secundo, ut quamdiu novi et emaculati authores non prodeunt, praeceptores nostri sine conscientiae scrupulo versari possint in commentariis et scholiis librorum vetitorum, praesertim ubi tantum de artibus praecipue agitur. Tertio, ut quia brevi tres illi menses praeteribunt, major sit nostris facultas ad absolvendum confitentes[9]: alioquin sacerdotes e nostris ab audiendis multorum, ac etiam scholasticorum confessionibus abhorrebunt. Scripsit ante menses tres Cardinalis noster in Urbem, et summas proposuit difficultates, quae impedirent promulgationem et exequutionem cathalogi in hoc Episcopatu. Hoc solum responsum est, ut nihil metueret, quandiu aliud non accederet praeceptum. Itaque facilius etiam nobiscum dispensari posse spero, expediret autem certe. R. T. iudicet, secumque perpendat, multa nostris in medio nationis pravae[10] perferenda esse, et in his studiorum

---

[a] *Sic ap.; malim legere:* ego. [b] *Vel:* quia*;* quae *ap.* [c] pransus *ap.*

---

[1] Die 30. Iulii 1559; vide infra, monum. 168.

[2] Decanus ecclesiae cathedralis herbipolensis eo tempore erat Wolfgangus Theodoricus ab Hutten (*Ign. Gropp* O. S. B., Collectio novissima scriptorum et rerum Wirceburgensium [Francofurti 1741] p. 703). [3] Marc. 16, 20.

[4] Adler. [5] Feyrabend. [6] Lapidano. [7] Iudae 19.

[8] Rom. 11, 8. [9] V. supra p. 422. 425—426. [10] Phil. 2, 15.

laboribus opus esse consolatione magis quam rigore et angore, quem piae mentes in hac quidem societate ob illam prohibitionem exactam sustinent[1]. Sed diligentibus Deum in bonum omnia[2].

De Oybinensibus rebus expectandum puto reditum Caesaris in Boemiam, illic statuetur de ratione alia nostros Pragae sustentandi.

Expectat Bavariae Princeps responsum de venturis fratribus Monachium. Scripsi Oenipontanum collegium nobis esse promissum, sed anno proximo primum id curabitur Deo auxiliante.

Expecto reditum fratris et M. Thomae[3], ille Viennam, hic porro in Urbem Christo duce mittetur. Audio ex Nouiomagensibus datos esse nobis aliquot, ut non frustra fuerit in patria M. Theodoricus[4] sed nunquam tamen ad me scripsit, postquam hinc profectus est.

P. Victoria nescio quo pacto in colligendis hic eleemosynis parum praestitit: forte quod apud Hispanos et Italos se effecturum nihil putaret. Ego etsi frigidior et in hac arte S. Francisci[5] infoelicior, intercessores quaesivi Cardinalem[6] et Praelatum quendam oblata illis supplicatione Germanici Collegii nomine conscripta, ut eo lubentius Archiepiscopos et Episcopos ad liberalitatem in Romanos[a] pauperes nostros permoveremus. Audio aversos esse a Romana curia et urbe animos, non favere exteris et ignotis etiamsi pro Germanis ipsis in Urbe degentibus intercedamus: Desperat itaque Cardinalis extorqueri posse aliquid, praesertim ubi prorogata Comitia sumptus gravissimos et haud mediocria debita istis Principibus adferunt. Unus Archiepiscopus Salisburgensis[7], cui non parum laboravi[8], centum ducatos obtulit, cum dicerem me mea quidem causa nihil cupere, sed rogare tamen, si eleemosynam erogare vellet, ut ad Germanicum collegium eam conferre dignaretur. Mittet igitur circa 200 ducatos[b] [?] P. Victoria, partem hinc detulit, ego si quid praeter centum ducatos quos dixi, corrasero mittam quoque collectam, sed haud absque pudore, quod egentibus patribus et fratribus meis plura non praestem, cum illis meipsum debeam. Tum si quid fratres ex bonis suis queant conquirere, ut M. Gerardus[9] brevi ex Boemia rediturus cum Doc. Cuuil-

---

[a] Roma *apogr.* [b] florenos? taleros? *Apogr. habet:* os.

---

[1] Ex his Canisii verbis non sequitur omnes illas dispensationes facultatesque fuisse necessarias sive non licuisse opinionem sequi compluribus probatam, secundum quam huiusmodi legibus, antequam in provinciis promulgatae sint, homines non tenentur vel saltem earum vis, si episcopi Romam scribendo iis intercedant, suspenditur.

[2] Rom. 8, 28.

[3] P. Theodorici Canisii et P. Thomae Lentuli; cf. supra p. 482.

[4] Ex his videtur fuisse Christianus Numicius, Noviomagi sub a. 1543 natus, qui, exeunte a. 1559 Vindobonae Societatis tirocinium ingressus, postea ibidem philosophiam et theologiam docuit. Obisse fertur Graecii a. 1599 (* Cod. „Annal. Vienn." in a. 1574 f. 25[b]. *Socher* l. c. p. 105. 371. *Sommervogel,* Bibl. V, 1837).

[5] Assisinatis. [6] Ottonem Truchsess. [7] Michaël a Küenburg.

[8] Cf. supra p. 424. [9] Werdenus (?).

lonio, et M. Sylvius aliique nonnulli. Romae quidem nec possumus, nec debemus immemores esse.

Quod superest, de Comitiis hoc unum dicam, graviter oppugnari et debilitari Catholicos: cum extrema fere tentent isti Deformatores [1]. Cardinalis ad vos veniet veluti nunquam rediturus, metuunt illi sapientes, et putant secure illum hic non posse vivere. Alii [non] eadem firmitate praediti, sedes mutare cogitant, aut hereticis inserviendum putant. Episcopos eo tandem adegit Caesar, ut domum reversi promiserint Synodos celebrare, scholas restituere, abusus prout licebit, reformare [2]. Cardinalis priusquam discedat Dillingae Synodum indicet et peraget, me petit declamatorem et praesentem Theologum, interea Caesar loco suo me vult adesse monasterio Virginum hic reformando per Episcopum [3]. Dominus Iesus in gloriam suam vertat conatus nostros, et Germaniam adiuvet per orationes vestras, quibus me accurate in Christo commendo. Augustae 6 Augusti 1559.

Servus in christo Canisius.

Polancus Lainii nomine Canisio rescripsit 19. Augusti 1559.

373.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 12. Augusti 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, cui in margine adnotatum est: „Alemagna Prouinciale.“ Cod. „Germ. 1559“ f. 28^a—29^b.

Collegiis monacensi, ingolstadiensi, vindobonensi, pragensi rectores, magistri etc. assignantur. PP. Alphonsi Pisani et Theodorici Westphali virtutes. Socii bohemi Romae retinentur. P. Rodericius ex Hispania Vindobonam mittitur ad aulam reginae Bohemiae iuvandam. Maximiliani Capellae virtutes. Modus Socios per collegia distribuendi. P. Victoriae iter polonicum. Vindobonae philosophiae cursus brevior instituendus est; longiorem Romae Toletus praeclarus magister incipiet. Socii Romam mittendi. „Formula acceptandorum collegiorum“.

---

[1] Protestantes contra ordines catholicos graves proferebant querelas, neque ulla ratione acquiescere volebant sententiae Ferdinandi caesaris, statuentis „reservato ecclesiastico“ standum esse; ac litteris 24. Iulii 1559 datis Maximilianum Bohemiae regem ad protestantes austriacos adiuvandos incitabant (*Häberlin* l. c. IV, 26—38. 42—47).

[2] „Formula reformationis“, quam Carolus V. anno 1548 Augustae in comitiis imperii ecclesiasticis ordinibus proposuerat, anno 1559 in comitiis augustanis denuo recognita et paululum aucta atque eodem anno Moguntiae typis descripta est; proponitur ab *Hartzheim-Scholl,* Concilia Germaniae VI (Coloniae 1765), 741—767.

[3] Reformatum est a Canisio monasterium S. Catharinae, virginum ordinis dominicani; qua de re plura postea dicentur.

L' altro sabato [1] fù scritto alla R. V. et fù promessa la lettera per l' Jllustrissimo Duca di Babiera. V. R. la ueda et serrata glie la facia dare di qua, si uede che si accetta il Collegio di Monico al modo ch' el Duca lo ricercaua in sua lettera et il Rettore per il detto Collegio di Monicho pare debbia essere il Dott: Theodorico Canisio (quantunque prima si faceua disegno d' Jngolstadio pensando andarebbe il P. Lanoyo in Polonia) et il predicatore il maestro Martino [2] in tanto ch' impara la lingua [3] detto Padre Theodorico. per [a] [?] lectore Maestro Domenico mangin [4], ò, chi di là paressi. Jn una lista etiam di là mandata si nominauano Laurentio [5], et Vandelino [6], questi con doi coadiutorj potriano [b] esser li sette che hanno da cominciar questa Jnuernata.

Jn Jngolstadio è parso fossi Rettore il Dott: Lanoio.

Si manda etiam per confessor della Casa il dottor Pisa et anche per Lettor di Theologia [7], è persona molto risoluta et erudita et de-

---

Sabbato superiore [1] R. V. scripsimus et promisimus nos litteras ad illustrissimum ducem Bavariae daturos; has cum R. V. legerit et obsignaverit, ei istic tradendas curet. Cognoscetur ex iis collegium monacense eo modo admitti, quem dux litteris suis proposuerat servandum. Collegii illius monacensis nobis videtur rector esse debere doctor Theodoricus Canisius (quamquam prius ingolstadiensi collegio eum praeficere volebamus, putantes P. Lanoium in Poloniam iturum esse) et contionator magister Martinus [2], isque tam diu, donec pater ille Theodoricus linguam [3] didicerit, ac professor magister Dominicus Menginus [4], vel si quis alius vobis videbitur. In indice quodam istinc nobis misso etiam Laurentii [5] et Wendelini [6] mentio facta est. Hi cum duobus coadiutoribus numerum complere poterunt septem illorum, qui hac hieme collegium incohare debebunt.

Placuit, ut Ingolstadii rector esset doctor Lanoius.

Mittitur etiam doctor Pisa, ut confessarius domus atque etiam theologiae professor sit [7]; est hic valde fortis et eruditus ac Germaniae iuvandae cupidus;

---

[a] *Fortasse legendum:* poi. [b] potria *apogr.*

---

[1] 5. Augusti. [2] P. Martinus Stevordianus.

[3] Sermonem superioris Germaniae. [4] Cf. supra p. 151[3].

[5] In **catalogo* collegii vindobonensis, sub mensem Iunium a. 1559 Romam misso, scriptum est „Laurencium Hermanuz" „agere annum 23.", Societatem anno 1557 ingressum esse, primo anno vota fecisse, rhetoricae studere (Cod. „Austr. Fund. III." f. 161[a]).

[6] Völck (vide supra p. 95[2]. 308)? In **catalogo* supra memorato legitur: „Wendelinus populus, Spirensis, in societate manet 3[bus] annis, ingreditur modo annum 22, vota fecit anno 58, Studiosum agit Rhetoricae."

[7] Quo tempore P. Alphonsus Pisa (Pisanus) Ingolstadii morabatur, inde ad praepositum generalem (sub a. 1564) **catalogus* collegii ingolstadiensis missus est, in quo haec de eo referuntur: Eum patria toletanum esse; antequam Societatem ingrederetur, magistrum artium et licentiatum medicinae ac professorem philosophiae et mathematicorum in academia toletana fuisse, vota scholasticorum Societatis anno 1553 in collegio complutensi fecisse, eodem anno Romam venisse, „post solitas probationes in Collegio Romano per biennium docuisse philosophiam et metaphysicam", dein sacerdotio initiatum per annum Romae theologiam audivisse, duobus annis Laureti „casus conscientiae" et postea iterum Romae per annum philosophiam docuisse,

siderosa d' aiutar la Germania, bisognera solamente perdonarli un poco la uoce [1], ma come sia conosciuto un poco nelle dispute et lectioni credemo haurà non poca autorita, et per esser metodico crediamo piacerà assai agl' ingegni Todeschi, è anche molto dotto in Philosofia quale hà letto molti anni, ma non bisogna farli far corso di questa facultà delle artj, per auditor d' esso oltra Henrico, et Hermete [a] [2] si manda Theodorico Vuestfalo il quale si potrà fare sacerdote et molto aiutare in casa et fora con l' essempio et parola et ogni cosa, è nobile molto nel suo paese de Vuesfalia [3].

Jn Vienna sarà Rettor il Padre Vittoria et suo ministro per questo anno Maestro Carlo [4] insino à tanto che torni il Maestro Dirsio perche all' hora potra lui uenire à Roma et se accadessi andar fora al Padre Vittoria detto Padre Carlo li sarà bon sustituto.

Per cominciare un corso delle artj in Vienna si manda maestro Lorenzo il quale è delli migliori scolari del dott: Pisa, et giudicato molto sufficiente per leggere un corso in Vienna [5]; per la Retorica et

---

cui solum in iis, quae ad vocem pertinent, paululum indulgendum erit [1]; sed ubi in disputationibus et scholis aliquantulum innotuerit, haud parvae auctoritatis eum fore existimamus, et cum via et ratione res tradat, germanicis ingeniis valde placiturum eum putamus; philosophiae quoque peritissimus est, quam per multos annos docuit, nec tamen praecipiendum ei est, ut facultatis illius artium cursum instituat. Ad eum audiendum, praeter Henricum et Hermetem [2], mittitur Theodoricus Westphalus, qui sacerdotio initiari ac domi forisque exemplis et verbis ac rebus omnibus ceteros magnopere adiuvare poterit; in patria sua westphalica hic generis dignitate valde conspicuus est [3].

Vindobonae rector erit pater Victoria, eiusque ministrum hoc anno aget magister Carolus [4], donec magister Dyrsius redierit; tunc enim ipse Romam venire poterit, et si patri Victoriae foras eundum erit, pater ille Carolus eius vices commode geret.

Ad cursum artium Vindobonae incipiendum mittitur magister Laurentius, qui ex optimis doctoris Pisae discipulis est et ad huiusmodi cursum Vindobonae instituendum valde idoneus iudicatur [5]. Ad rhetoricam et litteras graecas Vindobonae

---

[a] Vermete *apogr.*

---

anno 1559 in Germaniam venisse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 373[a]). Postea Ingolstadii, Dilingae, in Polonia theologiam per multos annos tradidit, collegium posnaniense cum primis Sociis incohavit, in collegio callisiensi (Kalisz) obiit anno 1598. De eius scriptis vide *Hurter* (Nomenclator I, 53) et *Sommervogel* (Bibl. VI, 864—866). A *Guilielmo Eysengrein* eorum temporum aequali „vir et moribus et doctrina insignis, omni literatura sua aetate nobilissimus, Philosophus et Orator celebris" vocatur: Catalogus testium veritatis (Dilingae 1565) f. 209[b].

[1] Vocem habebat exilem (*Mederer* l. c. I, 304).

[2] Henricum Arboreum et Hermetem Halbpaur dicit.

[3] Eratne ex comitibus „Westphalen zu Fürstenberg" (quorum caput nunc quoque titulum habet „Erbküchenmeister des Fürstenthums Paderborn")? [4] Grim.

[5] Anno 1560 ex typographia collegii vindobonensis prodierunt „Assertiones" philosophicae, „a juvenibus S. J. praeside Laur. Andrea Artium et Philosophiae Magistro" in ecclesia collegii defensae (*Sommervogel,* Bibl. I, 340). In catalogo eiusdem collegii, ibidem anno 1561 typis descripto, comparet „M. Laurentius Andraeas Dia-

greco non uedeuamo di quà insino adesso chi potesse mandarsi et se di la non lo tengono al proposito per Vienna, bisognaria che Maestro Francesco Scipione per un anno anchora porti questo peso per aiutare il ben commune.

Per Praga in logo di Vincislao non trouamo insino adesso chi sia al proposito, si manda pur un fratello portughese benche nouitio, alquanto, il quale è poeta bono, et uersato nella Retorica [1], per predicare non hauiamo nessuno quà della lingua boemica ritenendosi tutti i nostri boemi in Roma acciò faccino radici piu alte nella dottrina et spirito, di la uedranno se possono seruirsi di maestro Luca [2] quando si leuassi l' obligo d' Oibin, senza questi nominati si mandarà in Vienna di Spagna il dott: Rodriguez Theologo molto dotto et Rettor del Collegio di Valladolid et è stato Vice Prouinciale della Prouincia di Castilla [3], et ricercando [a] [?] molto il Padre Francesco [4] che dessi soccorso per l' Alemagna ha designato questo Padre facendoli prima far professione; ma la Principessa che gouerna la Spagna et conosce molto ben detto Padre [5] hà mostrato desiderio che stessi

---

tradendas quis mitti posset, hic nondum vidimus, et si istic non habebitis, qui ad haec idoneus sit, necesse erit magister Franciscus Scipio onus illud per unum annum ferre pergat communis utilitatis gratia.

Nondum invenimus, qui Pragam in locum Wenceslai commode mitti posset; mittitur tamen frater quidam lusitanus, qui paululum quidem novicius, sed bonus poëta et in rhetorica bene versatus est [1]. Contionatorem autem hic nullum habemus inter eos, qui bohemice loquuntur; omnes enim Bohemi nostri Romae detinentur, quo magis in doctrina et pietate confirmentur. Videte istic, num opera magistri Lucae [2] uti possitis, cum onere oibinensi liberati eritis. Praeter eos, quos nominavi, Vindobonam mittetur ex Hispania doctor Rodericius, theologus valde doctus et collegii vallisoletani rector, qui provinciae castellanae viceprovincialis fuit [3]. Pater Franciscus [4] vehementer rogatus, ut Germaniae auxilia mitteret, illum designavit patrem, quem tamen prius professionem facere iussit; principi autem feminae, quae Hispaniam regit et patrem illum optime novit [5], petenti, ut moraretur, ubi Bohemiae

---

[a] *Sic apogr. Legendum esse videtur:* ricercato *vel:* ricercandosi.

---

conus, Lector [Logicorum Primi Anni], et Praefectus sanitatis, Flander" (*C. Sommervogel* S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M.D.LXI [Bruxelles 1892] f. C 3[a]). At iam anno 1562 „Mag. Laurentius" obiit (*Cod. „Annal. Vienn." in a. 1562 f. 13[a]).

[1] In litteris Polanci 25. Augusti 1559 ad Canisium datis hic vocatur „Simon".

[2] P. Lucae Molitoris.

[3] P. Christophorus Rodericius, ex oppido Hita dioecesis toletanae ortus, sacerdos erat et seguntinus theologiae doctor, cum a. 1554 in Societatem receptus est. Posterioribus annis Memphim ad Coptorum patriarcham, in regnum neapolitanum, ad hispanicas classes, contra Turcas et contra Africanos pugnaturas, in Belgium cum exercitu hispanico missus est; obiit Neapoli anno 1581. Insignes viri virtutes depinxit *Fr. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quinta t. I (Romae 1661), l. 1, n. 62—76.

[4] S. Franciscus Borgias Societati per Hispaniam, Lusitaniam, Indias cum „commissarii" nomine et potestate praeerat.

[5] Iohanna, Ioannis II. Lusitaniae regis vidua et Philippi II. Hispaniae regis soror.

doue starà la Regina di Boemia sua sorella[1] et cosi dicemmo che staria in Vienna et è persona di molta Carità et della qual penso riceuerà bono aiuto la Prouincia; hanno etiam deputato per Alemagna il Padre Massimiliano Capella[2] il quale si spedirà prima in Fiandra delle sue cose et poi potrà uenir nella Germania superiore, è homo molto dotto nella filosofia et theologia, et di una uirtù molto probata si che con l' aiuto diuino la Prouincia di Germania sarà aiutata di questi operarij. Si manderà etiam Pietro Giuliacense[3] il quale ha fatto buona proua come ho detto et si è mutato in un altro homo et penso potria ben fare l' officio di maestro Guglielmo Helderense[a][4] [?]. Si manderanno anche doi sartorj, et di piu un stampator todesco bono officiale. Questo tutto inteso la R. V. insieme con quelli cui parer uorrà sentire ueda di far la compartitione al miglior modo che li parerà in modo che sia prouisto quanto si può al ben uniuersale et quello saluo etiam al particulare d' ogni suggetto, et si sente altrimenti circa li capi massime di Collegi, et qual si uoglia altri punti scriua liberamente il suo parere et presuposto li suggetti che io ho nominati ci mandi in scritto l' ordine che pensa dare à detti collegi perche sarà ben à tempo la risposta prima che si mandi la gente di

---

regina, soror sua[1], degeret, respondimus eum Vindobonae moraturum esse; homo est magnae caritatis, per quem provinciam istam bene adiutum iri puto. Patrem quoque Maximilianum Capellam[2] in Germaniam destinaverunt, qui, postquam in Flandria a rebus suis se expedierit, in superiorem Germaniam venire poterit; est hic philosophiae et theologiae peritissimus et homo virtutis valde probatae; Deo igitur iuvante provinciae Germaniae operarii illi auxilio erunt. Mittetur etiam Petrus Iuliacensis[3], qui (id quod iam dixi) bene nobis probatus et in alterum hominem est mutatus atque munus magistri Guilielmi Helderensis[a][4] [?] bene mihi videtur administrare posse. Mittentur etiam duo sartores atque etiam typographus germanus, qui munere bene fungitur. His rebus omnibus cognitis R. V. una cum iis, quorum sententiam exquirere voluerit, homines distribuere conetur eo modo, qui optimus videbitur, ita ut, quantum fieri poterit, saluti communi, et hac in tuto posita, etiam saluti singulorum consulatur; et si aliter sentiet, de iis maxime, qui collegiis praeficiendi sint, atque etiam de quibuslibet aliis rebus, libere ad nos perscribat, quid sentiat; atque quod ii, quos nominavi, istuc venturi sunt, R. V. ad nos scribat, qua ratione collegia ista constituere velit; istae enim litterae mature et commode nobis afferentur, priusquam homines hinc mittantur; exemplum

---

[a] *Sic. Legendum esse videtur:* Elderense*; v. infra, adn. 4.*

---

[1] Maria, uxor Maximiliani II.

[2] Maximilianus a Capella (de la Chapelle) insulensis, a. 1543 Lovanii opera Francisci Stradae et B. Petri Fabri Societati additus, hoc tempore in Hispania morabatur. Postea collegiorum tornacensis et duacensis rector fuit; obiit Sancti Audomari anno 1593 (*Manareus* l. c. p. 3—4. 10. *Polancus,* Chronicon I, 142. 297 etc. *Delplace,* L'Établissement etc. p. 1*).

[3] Petrus Knottel (Knotten); cf. supra p. 456[3].

[4] P. Guilielmum Elderen (de quo supra p. 390) significare videtur, non „Guilielmum Geldrensen"; de quo *Can.* Epp. I, 619[7].

quà et la copia di tutto questo et anche di quel che seguita si potrà mandar al Padre Vittoria et conferirla col Padre Lanoyo.

Mastro Martino et Pietro Giuliacense penso passeranno di quà auanti il fine d' Agosto perche detto Padre Martino dice uorria prima disponere delli suoi beni temporali che intrassi in Monachio ò altra impresa longa et pare à lui si potrà presto expedire et crede trouarà qualche compagno ch' habbia da fare il medesimo in Jngolstadio, passarà però prima per Augusta et parlarà colla R. V. alla quale il tutto si rimette.

Circa lo assumpto di Polonia si è considerato che l' Arciuescouo Gnesnense[a] non hà scritto niente à N. P. ne manco dato alli soi spetial commissione di parlar di collegi, ma solamente d' hauere doi Theologi appresso di se, et cosi N. P. hà tornato à parlar allo agente dell' Arciuescouo accio che scriuessi al suo Padrone che significasse la uolontà sua per lettere, et queste per piu breuità bastarà si mandino à Vienna doue le potrá aprire il P. Vittoria et in caso che 'l Riuerendissimo Arciuescouo dica esser l' animo suo di far uno ò doi collegi il medesimo Padre Vittoria è parso spediente che uada in là per uisitar S. S. Riuerendissima et anche per ueder la disposition che c' è per li Collegi ò uero collegio che si habbia à cominciare, in modo che tutta la peregrinatione si fa conto sia d' un par di mesi et poi se ne tornarà a Vienna et dando raguaglio delle cose che troua potrà N. P. far risolutione piu matura et conueniente et perche sà la sua parte di negotiare il dott: Vittoria oltra le altre parti sue è

---

autem harum omnium, quas scripsi, rerum atque etiam earum, quae sequuntur, patri Victoriae mitti et de iisdem cum patre Lanoio conferri convenit.

Magistrum Martinum et Petrum Iuliacensem hinc ante finem Augusti discessuros esse puto; nam pater ille Martinus dicit se de facultatibus suis constituere velle, antequam Monachium ingrediatur vel aliud negotium longius suscipiat; qui putat se brevi tempore ab iis se expedire posse et comitem aliquem, cui idem faciendum sit, Ingolstadii inventurum; prius tamen per Augustam transibit et R. V. conveniet, cuius erit cuncta statuere.

Quod ad res in Polonia gerendas attinet, consideravimus archiepiscopum gnesnensem neque litteras ullas ad patrem nostrum dedisse neque etiam suis plane mandasse, ut de collegiis loquerentur, sed solum, ut duos theologos peterent, quos ipse secum haberet; quare pater noster procuratori archiepiscopi denuo locutus proposuit, ut domino suo scriberet, ut voluntatem per litteras significaret; quas maioris brevitatis gratia Vindobonam mitti satis erit, ubi P. Victoria eas aperire poterit, et si reverendissimus archiepiscopus scripserit se unum vel duo collegia condere velle, illuc eidem patri Victoriae eundum fore nobis visum est, ut dominationem suam reverendissimam inviseret atque etiam videret, quomodo res praeparatae essent collegiis vel collegio incohando. In tota igitur peregrinatione ista duos fere menses insumptum iri ducimus, ac cum postea Vindobonam reversus de rebus, quas viderit, ad patrem nostrum rettulerit, hic maturius et convenientius capere poterit consilium; et quoniam doctor Victoria praeter ceteras virtutes dexteritatem habet

---

[a] Nesnense *apogr.*

parso à N. P. di far tale elettione et lasciar il dott: Lanoyo[a] in Jngolstadio et di qua etiam nasce che sia parso conueniente non douersi mouere il Padre carlo di Vienna per esser gia uso à gouernar quel Collegio in absentia del Rettor.

Delle cose sopradette uedrà etiam la R. V. che è parso spediente cominciar un corso in Vienna intendendo che sia un studio manco exacto et piu accomodato à ingegni mediocri che quello di Roma et però sarà etiam piu breue il tempo che ui si spenderà in leggere tal corso. Le persone che fossino atte à studio piu exacto si possano mandar à Roma doue si cominciarà un bel corso quest' anno sotto un mastro molto dotto straordinariamente che si dice il mastro Toledo uenuto di Spagna quest' anno[1], non si mette il numero delle persone che si habbino à mandare ma sarà bene ci auisi di quello quanto prima potrà et anche delli auditori che haurà Mastro Lorenzo in Vienna di casa et di fuori.

Non occorre altro per questa non hauendo riceuuto[b] lettere di V. R. questa settimana, Tutti ci raccomandiamo molto nell' orationi et sacrificij suoi et ci trouamo sani Dio laudato. Di Roma il di 12 d' Agosto 1559.

Postscritta[c]: Jn caso che di là tenessino alcuno che fussi lettore di Retorica et greco et hauessi da studiar le arti; Mastro Francesco

---

ad eiusmodi res tractandas, patri nostro illum eligere, doctorem Lanoium Ingolstadii relinquere visum est, atque eadem de causa visum est patrem Carolum Vindobona non esse amovendum, quippe qui usum iam haberet collegii illius rectore absente regendi.

Ex rebus supra scriptis R. V. etiam intelleget visum esse expedire, ut Vindobonae cursus inciperetur, quod quidem studium minus exactum et ingeniis mediocribus magis accommodatum esset quam romanum, ideoque etiam cursui illi habendo istic brevius tempus impendetur. Si qui autem ad cursum magis exactum idonei sint, Romam mitti possunt, ubi hoc anno optimus cursus incipietur sub magistro mire et insigniter docto, qui magister Toletus vocatur, hoc anno ex Hispania huc advecto[1]. Numerum hominum huc mittendorum non definimus; sed convenit R. V., quam primum poterit, ad nos scribere, quot missura sit, atque etiam, quot auditores tum domesticos tum externos magister Laurentius Vindobonae habiturus sit.

Aliud, quod scribam, nunc non habeo, cum litteras R. V. hac hebdomade non acceperimus. Omnes vehementer nos commendamus precibus et sacrificiis R. V. et — Deo sint laudes — bene valemus. Roma die 12. Augusti 1559.

Omissa[c]: Si forte istic aliquem habetis, qui rhetoricam et litteras graecas tradat et artibus studere debeat, videat R. V., num praestet magistrum Franciscum

---

[a] Lanoya *apogr.* [b] riceuto *apogr.*
[c] *Hoc vocabulum in archetypo fortasse non fuit.*

---

[1] Franciscus Toletus (1532—1596), cordubensis, quem Dominicus Soto O. Pr., magister eius, „prodigium" appellare solebat, cum anno 1558 Societati nomen dedisset, anno 1559 in collegio romano dialecticam tradere coepit (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 153; l. 3, n. 34). Notum est eum postea cardinalem creatum et contionibus in aula pontificia habitis, legationibus obitis, libris doctissime scriptis de tota ecclesia praeclare meritum esse.

Scipione ueda V. R. se sara meglio mandarlo à Roma; poi che per conto delli Spagnoli della Corte della Regina è da credere bastarà quel dott: Rodriguez che fará residentia in Vienna.

La settimana che uiene si mandarà la instructione per il Padre Vittoria[1] doue sarà anche la formula dell' accettar Collegi[2], quale potrà la R. V. tener appresso di se et mandare una copia al Padre Vittoria.

Nota: Ex hac epistula patet annum 1558 catalogo personarum collegii ingolstadiensis, quem *Mederer* l. c. IV, 326 posuit, haud recte ascriptum esse. In hoc enim P. Alphonsus Pisanus nominatur, quem ante annum 1559 in Germaniam superiorem non venisse hac epistula ostenditur. Ponendus erat annus 1563; nam catalogus ille cum catalogo ingolstadiensi omnino convenit, qui manu Lanoii rectoris anno 1563 scriptus superest in cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I" f. 120[a].

Scipionem Romam mitti; Hispanis enim in aula reginae morantibus doctor ille Rodericius sufficere posse videtur, qui Vindobonae sedem figet.

Hebdomade proxime ventura mandata mittemus patri Victoriae observanda[1], in quibus etiam formula collegiorum admittendorum continebitur[2]; hanc R. V. secum retinebit eiusque exemplum patri Victoriae mittet.

374.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 19. Augusti 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, cui in margine adnotatum est: „Prouincial Augusta." Cod. „Germ. 1559" f. 30[a].

Amplior facultas legendi libros prohibitos petetur. P. Theodoricus Canisius ex Germania inferiore revocandus est, ut ingolstadiensi collegio praesit. De modo, quo bona sua distributurus sit. Canisius optime agit, cum romanorum fratrum inopiae opitulatur. Catholicis maius religionis studium necessarium est.

Riceuemmo quelle di V. R. de 6 del presente alle quali non accaderà longa risposta per hauerla mandata queste settimane passate à diuersi punti che tocca.

Circa la licenza per usar li libri d' humanità si uedrà se[a] auanti

---

R. V. litteras die 6. huius mensis datas accepimus; ad quas multa rescribi opus non erit, quia superioribus hisce hebdomadibus ad varia earum capita rescripsimus.

Quod ad facultatem utendi libris illis litterarum humaniorum attinet, videbimus

---

[a] che *apogr*.

---

[1] Mandata haec ad iter polonicum Victoriae spectabant; vide supra p. 507.

[2] De hac vide infra p. 511.

che habbiamo nouo Papa [1] ci sarà occasione di ricercar alcuna gratia piu copiosa ouero se sarà piu spediente temporeggiare insino à tanto che Dio ci habbia [dato] il nouo Vicario nella Terra; ad altre cose di questa materia per le lettere del Padre Natale et nostre si è scritto piu diffusamente [2].

Non hauemo lettere alcune del dottor Theodorico Canisio doppo la sua partita d'Alemagna, sappiamo pur che ha parlato in Louanio col Padre Euerardo [3] et si é scritto dello tornar in Alemagna per Jngolstadio, ma di poi accettandosi l' assunto di Monachio è parso piu espediente che il Rettor di quello fusse detto Padre Theodorico, et il P. Lanoyo che restassi in Jngolstadio et il resto come fù scritto il sabato passato, sarà bene che la R. V. per sue lettere chiami il suo fratello poi che N. P. si rimette nel suo giuditio in questa parte.

Parmi faceua disegno quanto alli beni temporali de lasciarli alli soi parentj per fuggir li scandali che si temeuano se altrimente hauesse fatto, non sò se aggiongierà l' ultima mano à sua resolutione auanti di consultar N. P. ouero V. R. Jn tutto si degni Jddio N. S. guidarlo acciò proceda sinceramente secondo li soi santi consegli et beneplacito [4].

La diligentia che hà usato la R. V. in aiutare li bisogni nostri penso sia molto grata nel conspetto di Dio hor il successo sia maggiore hor minore, uero è che quando dice hauer cercato [per] il col-

---

utrum antequam novum pontificem habeamus [1] opportunitas amplioris alicuius gratiae petendae offeratur, an magis expediat rem differre, donec Deus novum in terris vicarium nobis dederit; de aliis huius generis rebus copiosius rescriptum est litteris patris Natalis et nostris [2].

Litteras doctoris Theodorici Canisii, postquam is ex Germania discessit, non accepimus ullas; sed cognovimus eum Lovanii patrem Everardum convenisse [3]. Scripseramus in Germaniam ei redeundum esse, ut Ingolstadii moraretur; sed postea, monacensi collegio admisso, magis expedire visum est, illius rectorem esse patrem illum Theodoricum, et P. Lanoium Ingolstadii manere, et reliqua ita constitui, sicut sabbato superiore scriptum est. Convenit, ut R. V. litteris fratrem evocet, cum pater noster R. V. iudicio hanc causam permiserit.

Videbatur mihi ipse in animo habere, bona propinquis relinquere ad effugiendas offensiones, quae timebantur, si aliter ageret; nec scio num in consilio hoc ultimam manum impositurus sit, antequam patrem nostrum vel R. V. consuluerit. Deus et dominus noster eum in omnibus rebus dirigere dignetur, ut ipsius sancta consilia voluntatemque sincere sequatur [4].

Diligentiam, qua R. V. inopiae nostrae opitulari conata est, Deo gratissimam esse existimo, sive magis sive minus prospere succedat. Quod autem R. V. scribit se pro collegio germanico subsidia quaesivisse, dubitamus, utrum Germanos, qui in

---

[1] Paulus IV. 18. Augusti 1559 e vita cesserat.

[2] Natalis catalogum librorum, qui in collegio romano legebantur, misisse videtur.

[3] P. Everardus Mercurianus provinciae „Germaniae inferioris" praeerat.

[4] *S. Ignatius* praecepit, ut Socii bona „primum in res debitas et obligatorias", si vero huiusmodi res non essent, „in pia et sancta opera" distribuerent (Constitutiones. Ex. c. 4, n. 1. 3. 5; P. 3, c. 1, n. 7 et G). Plura v. infra p. 512.

legio Germanico si dubita s' intenda per li nostri Germani Collegialj [1] ouero per il Collegio Germanico propriamente chiamato, ma la declaratione al suo tempo è da credere che uenirà fatta. Dio N. S. dia spirito di fortezza et zelo della sua santa religione alli catholici che ne hanno bisogno. con l' elettione d' un bon Pontefice potria essere che riscaldassino piu li cori in uoler adoperare li mezzi possibili per aiuto della religione.

Qui uà una per il Padre Vittoria che se li potrà mandare, à tutti dia sua gratia et spirito Christo N. S. per sentir etc. [2] Di Roma alli 19 d' Agosto 1559.

Nota: Ex Polanci litteris 12. Augusti 1559 ad Canisium datis (supra p. 509) colligi potest una cum hac epistula „formulam acceptandorum collegiorum", a Lainio auditis „assistentibus" compositam, ad Canisium missam esse, in qua de variis collegiorum generibus, de numero Sociorum singulis necessario, de oneribus suscipiendis etc. agitur. Haec anno 1565 a secunda Societatis congregatione generali approbata, latine posita est in *Instituto* Societatis Iesu II, 214—215. 536—537, et apud *Pachtler* l. c. I, 334—335. Eiusdem autem formulae italice scriptae apographum, quod anni 1559 esse videtur, exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 60^b—61^a. Ex Polanci epistula illa 12. Augusti 1559 data nunc primum (ni fallor) cognoscitur „formulam" hanc certe ante annum 1560 conscriptam esse.

---

nostro collegio sunt [1], an collegium, quod proprio nomine germanicum dicitur, significare velit; sed speramus rem suo tempore explicatum iri. Deus et dominus noster animos fortes et sanctae religionis suae studiosos catholicis tribuat, qui iis indigent; bono pontifice electo fortasse magis excitabuntur ad religionem omni, qua fieri possit, ratione adiuvandam.

His litteris epistulam ad patrem Victoriam datam adiungo, quam ipsi mittetis. Christus dominus noster omnes adiuvet et inspiret ad cognoscendam etc. [2] Roma 19. Augusti 1559.

375.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 25. Augusti 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, cui in margine adnotatum est: „Augusta Padre Canisio." Cod. „Germ. 1559" f. 33^b—34^a.

De Sociis, qui in Germaniam mittantur. Socios, qui a bonis suis se expedituri sint, ad hoc instituendos esse, ut ea pauperibus dent. Quando propinquis, quomodo Societati ea dare possint. De Sturmio, Capella etc.

---

[1] Fratres scholasticos Societatis ex Germania ortos, qui in collegio romano instituuntur.

[2] Quid supplendum sit, extrema verba aliarum Polanci epistularum ostendunt, v. g. supra p. 477. 499.

Riceuemmo quelle di V. R. de 12 del presente[1], alle precedenti si fece risposta otto di sono, presto si partira di qua mastro Theodorico Vesfalo con altri et pur auanti à loro partirà mastro Martino[2] perche ha d' andar in Fiandra, et pare che un' altro fratello chiamato Henrico che sta in Vienna[3] anche ha d' andare in la per la medesima ragione et saria bono scriuere à Vienna acciò detto Henrico aspettassi in Augusta ò Jngolstadio[a] il Padre Martino. Circa il modo di disponere della robba sua saria bene che la R. V. li dessi qualche buona instruttione per maggior profitto loro spirituale, et anche per maggior aiuto del ben commune, et saria bene si guardassino le constitutioni nostre in questa parte quanto si potrà che uogliano[b] si dispendi[c] [?] la robba secondo il conseglio di Christo Vende quae habes et da pauperibus[4]. ò se paressi per alcuna ragione honesta[d] che doueria darsi parte ò il tutto à parenti per il bisogno loro ò altri giusti rispettj deuen seguitar il parer d' uno doi o 3 della Compagnia persone di spirito et lettere li quali li diranno quel che sarà à maggior seruitio diuino, circa questo punto di dar à parenti ò à poueri, benche fra li poueri sempre resti à loro la elettione accio seguitino la diuotione sua in dar à questi ò à quelli, et uoltandosi la lor deuotione alla Compagnia è di maggior perfettione lasciar al giuditio del superiore in qual parte di quella si debbia spendere quel che danno

---

Accepimus litteras R. V. die 12. huius mensis datas[1]. Ad priores autem ante octo dies rescriptum est. Brevi hinc discedet magister Theodoricus Westphalus cum aliis, atque etiam ante hos magister Martinus[2] proficiscetur, quia in Flandriam ire debet, et cum alteri quoque fratri, qui Henricus vocatur et Vindobonae degit[3], eiusdem rei causa illuc eundum esse videatur, expediet Vindobonam scribere, ut Henricus ille Augustae Vindelicorum vel Ingolstadii patrem Martinum exspectet. De modo constituendi de bonis expediet R. V. bona aliqua praecepta iis tradere, quo maius pietatis incrementum capiant atque etiam quo melius saluti communi consulant, et iuvabit hac in re, quantum fieri poterit, constitutiones nostras observari, quibus praecipitur, ut res distribuantur ex consilio illo Christi: Vende, quae habes, et da pauperibus[4]; vel si forte honesta aliqua de causa bonorum pars vel omnia propinquis danda esse videantur propter eorum inopiam vel alias iustas rationes, sententiam sequi debent unius vel duorum triumve Societatis hominum pietate et doctrina conspicuorum, qui ipsis dicent, utrum in maiorem Dei gloriam cessurum sit, propinquis res dari, an pauperibus. Deligere tamen ex pauperibus eos, quibus res dentur, semper ipsorum est, ut suam pietatem sequantur his aut illis eas dando, et si pietate sua ad Societatem deligendam ferantur, maioris virtutis est, superiori permittere, ut statuat, cui Societatis parti, quae ipsi dent, attribuenda sint,

---

[a] Ingolsta *apogr.* [b] *Sic;* uogliono?
[c] *Sic;* dispenda? dispensi? [d] honeste *apogr.*

---

[1] Hae litterae non videntur superesse. [2] Stevordianus. Cf. supra p. 507.
[3] In **catalogo* collegii vindobonensis sub medium a. 1559 Romam misso comparet „Henricus Rikman, nacione Flander“, 21 annos natus, a. 1555 Societatem ingressus, „praeceptor“ secundae classis (Cod. „Austr. Fund. III.“ f. 160[b]).
[4] Matth. 19, 21.

che se loro con particolare affettione si uoltassino ò à questo ò quel loco benche possono representar li motiui che tengono se pur tengono alcunj per una parte piu che per altra, questo seruirà tanto per mastro Martino et Henrico quanto per altrj della prouincia d' Alemagna che uorranno spogliarsi delle robbe come mastro Gerardo[1], mastro Siluio[2], mastro Theodoro[3] et anche per il dott: Theodorico Canisio del quale si è scritto à Fiandra lo rimandino in Alemagna et non si risoluano quanto alla robba senza il conseglio di V. R. et la sustantia di questo si potrà etiam scriuere alli Rettori ouero auisarli che non si proceda nella distributione della robba senza consultar la R. V.

De Vincislao[4] intendendo le cose precedenti si è rescritto lo mandassino à Roma et quantunque si sia raueduto forse saria bene preuenire le medesime tentationj che potriano occorrere sopra il suo predicare et leggere etc., et tuttauia mandarlo qua, et quanto alla sua lettione facilmente penso la supplirebbe Simon portughese, il quale è poeta buono et in materia di uersi non dubito potrà far tanto et piu [che] mastro Gerardo, la predica boemica V. R. potra ueder quanto sia necessaria, finalmente à N. P. tuttauia pare che uenga Vincislao[5], ad altre cose non accade risposta perche le precedenti nostre basteranno, solamente dirò che Jona[6] sara bene si mandi in Jtalia. Dio N. S. aiutj lui et li altrj. che lo hanno seguitato.

Le lettere che qui uanno potrà V. R. ueder et poi mandarle[7].

---

quam si ipsi propriae voluntatis inclinatione aut in hunc aut in illum locum propendeant; rationes tamen (si quae sunt) proponere possunt, quibus ad unam partem alteri praeferendam moveantur. Haec usui erunt tum magistro Martino et Henrico, tum aliis provinciae germanicae Sociis ab rebus suis se expedituris, velut magistro Gerardo[1], magistro Silvio[2], magistro Theodoro[3], atque etiam doctori Theodorico Canisio. Hunc ut in Germaniam remitterent neve de bonis eius sine R. V. consilio quicquam constituerent, litteris in Flandriam missis cavimus. Rectores quoque de harum rerum summa certiores fieri vel moneri convenit, ne inconsulta R. V. bona distribuantur.

Wenceslaum[4] Romam mittendum esse prioribus eius rebus cognitis rescripseramus; qui licet resipuerit, expediet fortasse praecavere, ne in iis quae ad contiones et scholas habendas etc. pertinent denuo in discrimen adducatur, eumque utique huc mittere; cuius scholam per Simonem Lusitanum facile suppleri posse puto; hic enim bonus est poëta, nec dubito, quin in versibus faciendis idem atque etiam plus praestare possit quam Gerardus. Contio autem bohemica quam necessaria sit, R. V. videat. Quicquid tandem est, patri nostro placet Wenceslaum huc venire[5]. Alia non sunt, ad quae rescribam; nam prioribus litteris nostris satis rescriptum esse puto. Hoc tantum addam Ionam[6] in Italiam mittendum esse. Deus et dominus noster et ipsum et ceteros, qui eum secuti sunt, adiuvet.

Litteras hisce adiunctas R. V., cum legerit, ei mittat, ad quem datae sunt[7].

---

[1] Werdeno (?). [2] Petro Silvio. [3] Peltano. [4] Sturmium significat.

[5] Ex his verbis conici potest Canisium litteris 12. Augusti 1559 datis a Lainio petisse, ut Sturmium Pragae manere permitteret. [6] Adler.

[7] Ad P. Victoriam datae erant; earum *apographum exstat in cod. „Germ. 1559" f. 34a—35a.

Per li Collegij portaranno altre quelli che si mandaranno il mese seguente con l' aiuto diuino.

Del Viattico che mandarà il Duca per quelli di Monachio, si cauara quel che si potrà per li altri che si mandano in germania, poiche è la medesima spesa di quelli che si mandassino in Monicho, ouero di quelli che si mandano in Jngolstadio o in altri luoghi, accio possano altri di la andar a Monicho. Non altro se non che nelle orationi di V. R. etc. Di Roma a di 28 d' Agosto 1559.

Alia exempla eaque collegiis destinata secum afferent, qui proximo mense, Deo iuvante, mittentur.

Ex viatico, quod dux pro monacensibus Sociis mittet, pro ceteris in Germaniam mittendis, quantum poterimus, detrahemus; nam eadem est ratio solvendi pro iis, qui Monachium mitterentur, ac pro iis, qui mittuntur Ingolstadium vel alio, ut alii inde Monachium ire possint. Aliud, quod scribam, non habeo, nisi quod precibus R. V. etc. Roma die 28. Augusti 1559.

377.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 17. Septembris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis, quod, altero (Polanco?) dictante, ab aliquo linguae italicae parum gnaro (Societatis fratre laico?) scriptum est; qui multa verba hispanico more scripsit[1]; in margine adnotatum est: „Augusta Prouincial". Cod. „Germ. 1559" f. 37ᵇ—38ᵃ.

Cardinalis Augustanus, antequam conclave ingrederetur, dioecesim Canisio commendavit. Collegium Vallis Tellinae. Socii ex Italia et Hispania in Germaniam missi et mittendi. Viatica. Collegia in Polonia condenda. P. Rodericius famulatui reginae Bohemiae destinatus. Collegium pragense.

Jesus.

Pax Christi.

Recceuemo quelle lettere de V. R. de 25/26 del pasato[2], arribo il Reuerendissimo Cardinale agustano con mediocre sanita, benche in

---

Iesus. Pax Christi.

Accepimus litteras illas R. V. diebus 25. et 26. mensis superioris datas[2]. Reverendissimus cardinalis Augustanus huc advenit, mediocri utens valetudine, quam-

[1] Eodem modo multas ex sequentibus Polanci epistulis transcriptas esse res ipsa docebit, neque in posterum a nobis significabitur.

[2] Hae litterae perisse videntur.

trento, et anche arribato a roma[a] a guittato alcune piedre, ouero calculi ala quale infirmita pare sia sottoposto: Auanti de intrar in il conclaue[1] mi mando nostro Padre per uisitar sua[b] signoria Jllustrissima. et chi raccomando si scriuessi ala R. V. dela sua arribatta et che per intrar en el conclaue non poteua scriuere ma che racomanda molto el episcopato suo ala .R V. et che lei fachendo conto che [sia] il uescobo, ueda et auisi delle cose che li parerano conuenienti, ouero[c] che se auianno a prouedere nella sua diocesis, et quantum che non à obligo la R. V. altro che de la carita non dubitamo che fara lo officio millor in questa parte che potra.

Ala ualdelina el paesse del cauallero quadrio si da ordine che uada vn sacerdote a pillar il poseso della sua donatione[2], se non fose partitto detto cauallero quadrio sera bono che sia aduertitto de cio perche possa andarui quanto prima, acho el vno non expeti il altro multi gorni.

L' instrumento[d] che V. R. diche si portareue micer petronio[3] no che le a datto, benche si chiamo uisti, et facta la election del pontifice, si conuersaremo piu particularmente in domino.

---

quam Tridenti atque etiam postquam Romam advenit lapillos sive calculos aliquot eiecit, quo morbo ipse videtur esse affectus. Antequam conclave ingrederetur[1], a patre nostro ad dominationem suam reverendissimam visendi gratia missus sum; quae nobis commendavit, ut tibi, reverende pater, scriberemus se huc advenisse, et eo, quod conclave ingredi deberet, a litteris ad te dandis prohiberi, vehementer tamen episcopatum suum tibi commendare et petere, ut tu quasi episcopum te esse putares et rebus observatis se moneres de iis, quae tibi viderentur convenire, vel quae in dioecesi sua providenda essent, et licet R. V. alia quam caritatis lege non teneatur, non dubitamus, quin ea in re officium, quam optime possit, praestitura sit.

In Vallem Tellinam, Quadrii equitis patriam, sacerdos quidam ire iubetur ad possidenda nostro nomine, quae ille donavit[2]. Quodsi forte eques ille Quadrius istinc nondum discesserit, eum hac de re certiorem fieri convenit, ut quamprimum illuc proficiscatur, neve alter alterum per multos dies exspectet.

Diploma, quod R. V. per magistrum Petronium[3] nobis allatum iri scripserat, ab eo nobis non est traditum; conspeximus tamen alter alterum et, pontifice electo, copiosius de singulis rebus colloquemur in domino.

---

[a] arroma *apogr. Aliqua tantum apographi huius pessime scripti menda hic corrigentur; omnia enim corrigere nec vacat nec necessarium esse videtur, quia versio latina subicitur. Eandem legem servabimus in posterioribus apographis, quae eiusdem generis sunt.*

[b] sa *apogr.* [c] conuenienti. Ouero *apogr.* [d] Li instrumento *apogr.*

---

[1] Conclavis portae clausae sunt 5. Septembris 1559 (*Sf. Pallavicini* S. J., Istoria del Concilio di Trento l. 14, c. 10, n. 2).

[2] Eo missus est, qui mutinense collegium tunc regebat, David Wolfius (Wolfe, Woulfe), limericensis, hibernus, qui postea in Hibernia nuntium apostolicum egit (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 3, n. 52; l. 4, n. 45—47; l. 5, n. 148. 149. *Edm. Hogan* S. J., Ibernia Ignatiana I [Dublini 1880], 10. 26. 249. *Idem*, Distinguished Irishmen of the sixteenth Century I [London 1894], 5—17).

[3] De hoc Cardinalis Ottonis familiari vide supra p. 98. 360.

Auemo intesso che la R. V. si passaua ad auittar la cassa noua [1], sia en nome de Dio, et per suo magior seruitio.

dela gente promesa per alemagna vna parte si a mandatto, et la altra se mandara presto, Credo per tutto a questo mese, sapiamo anchora che de espagna sono partiti il doctor Rodriges et maximiliano [2]. Dio Nostro Segnor tutti li conduca sani.

in questo mezo che si partino li [a] predetti per allemagna si ueneseno letere et el uiatico del duca [3], seria bene, ma non si espetara quantunche si faria bona commodita chi si prouedesse del uiatico di questa gente perche secondo che chi trouamo exausti il poco par asai . per queste espesse extra hordinarie.

Si che fossi qualche greco et Rhetorico di qua che potessi [b] mandarsi si mandaria voluntier, ma per adesso non se po piu, ne anchi entendiamo per doue lo recherqui la R. V.

il Doctor Vitoria aspetara piu u meno secondo che parera ala .R. V. en el andatta sua a Pologna [c], et tiene hordine che si non uedessi letere del arzouescopo [4] doue parli al fermo di collegii, non si moua.

e cossi potra tratare con l' imperattore chel che conuiene et il medessimo fara il doctor Rodrigez quando uerra, perche anche lui sera atto [d] a tratar de cosse pie con questi segnori, expecialmente con la Regina [5] per cui seruitio especialmente uiene destinatto de sua

---

Inteleximus R. V. in novam domum immigrasse [1]; quod ut in nomine Dei factum sit et in maiorem ipsius gloriam cedat optamus.

In Germaniam ex Sociis promissis alii iam missi sunt, alii brevi mittentur, ac prorsus existimo fore, ut hoc mense mittantur. Cognovimus etiam ex Hispania profectos esse doctorem Rodericium et Maximilianum [2]. Deus et dominus noster eos omnes sanos salvosque conducat.

Gratum nobis erit, si ducis [3] litterae et viaticum ab eo missum nobis afferentur, dum illi in Germaniam proficisci parant, nec tamen ea exspectabimus, etsi rem nobis valde commodam faciet, si quis viaticum illis necessarium nobis praebebit; cum enim pecunia nostra consumpta sit, in expensis hisce insolitis, etiam parva magni ducuntur.

Si quem graecarum litterarum et rhetorices magistrum hic haberemus, quem vobis mittere possemus, libenter mitteremus; sed in praesens plures non possumus mittere neque etiam scimus, quo eum mitti cupiat R. V.

Quod ad iter polonicum doctoris Victoriae attinet, hic plus minusve exspectabit, prout R. V. videbitur; ipse loco se movere, nisi litteris, quibus archiepiscopus [4] de collegiis certum aliquid statueret, visis, vetitus est.

Cum imperatore igitur agere poterit de rebus, de quibus agi conveniet; atque idem faciet doctor Rodericius, cum advenerit; nam et ipse idoneus erit ad causas pias cum proceribus istis et maxime cum regina [5] tractandas, cuius famulatui ab eiusdem sorore singulariter destinatus est; atque etiam e suggestu dicere poterit. Nisi

---

[a] il *apogr.* [b] potersi *apogr.* [c] Bologna *apogr.* [d] acto *apogr.*

---

[1] Vide infra, p. 524. [2] Capella. [3] Alb. V.
[4] Io. Przerembski. [5] Maria; vide supra p. 505.

sorela, et anche potra predicare, non se echendo qui suplisca il loco di mastro cipione lui restara vn altro anno;

si sera necessario il .3. sacertote in praga forsa seria ben promouer qualche vno alli ordini sacri, tutta via par a Nostro Padre che uenga uencislao.

Floriano [1] si recomendara a Dio Nostro senore. a qui piachia dar a tuti perseueranza a su santo seruicio. Nostro Padre et tutti si raccomandamo multo nele oratione de V. R. et delli altri charissimi fratelli. di Roma li 17 di settembre 1559.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 30. Septembris 1559.

---

habebitis, qui magistri Scipionis vicem expleat, hic per alterum annum istic manebit.

Si tertius sacerdos Pragae necessarius erit, expediet fortasse aliquem ad ordines sacros promovere; placet tamen patri nostro Wenceslaum huc venire.

Florianus [1] Deo et domino nostro commendabitur; qui omnibus perseverantiam in sancto famulatu suo tribuere dignetur. Pater noster et reliqui omnes R. V. et ceterorum fratrum carissimorum precibus magnopere nos commendamus. Roma 17. Septembris 1559.

378.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 23. Septembris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; cui in margine adnotatum est: „Alemaña Prouinciale Canese.“ Cod. „Germ. 1559“ p. 40—41.

Henricus Cantor in collegium germanicum non admissus. Socii collegii monacensis ab augustinianis fratribus separandi. Complures Socii Roma in Germaniam vel inde Romam mittendi. Nova facultas de libris prohibitis impetrata. Socii ad sacros ordines promovendi. P. Covillonius.

Jesus.

Pax Christi.

Receuemo quelle de V. R. de 4 et 9. del presente [2], con altre del padre lanoi de 4 del medessimo, auiamo receuutto letere del padre

---

Iesus. Pax Christi.

Accepimus litteras R. V. diebus 4. et 9. huius mensis datas [2], cum alteris a patre Lanoio die 4. eiusdem mensis missis. Patris quoque Victoriae et patris Caroli

---

[1] „Florianus Italus“, Societatis frater vel novicius scholasticus, a. 1556 ex Italia Pragam (Cartas de *San Ignacio* VI, 446. 453), m. Septembri a. 1557 Praga Vindobonam missus est (Ex antiquo **catalogo* vindobonensi. Cod. „Germ. Cat. 1567—76“ p. 340—341). Huncne Polancus significat? [2] Hae non supersunt.

Vitoria et del padre Carlo con la informatione delli fratelli, et non ci[a] essendo tempo de rispondere attutti perche adesso legiamo le dette letere che ecassi note, Diro di quello che inporta in questa letera a la R. V. Quel enrico cantore non e iudicato qua douerse acetarsi per il collegio germanico, se qualche condicione onesta le potessimo trouare gli la trouaremo.

Auemmo uisto la informatione del logo[b] de monachio[1], bisognara che li nostri siano ben diuissi dalli fratti usando diuerse porte etc. Del Resto en el tempo del comenziare V. R. fara come mello le parera et si non fose expediente che el mastro martino[2] andasse fin alla state futura al suo paesse, si rimete a V. R. il retener lo, o far come mello li parera. De mandar qualcuno per la rethorica si va considerando, ma grande dificulta si troua, ansi quel simone portugalese che si doueua mandar[c] in la si e amalato et non so si potra mandarsi al meno per adesso, con li altri che partirano fra doi o tre jorni placendo a idio, .V. R. si adiuti di quello che tiene di la, et se torna maestro teodoro[3], forsa seria bono per dar principio al collegio de monachio, intanto che si prouede de vn altro di qua, o di là.

quelli che siano a mandare per Roma per il nouo corso et per il collegio germanico ia uisognara si mandeno quanto prima, et piu presto credo deuiano essere en uiage.

---

epistulas accepimus, una cum litteris, quibus de rebus fratrum certiores fiebamus et cum tempus nobis non suppetat ad rescribendum singulis (nunc enim, nocte appetente, epistulas illas legimus), de rebus maioris momenti agam his litteris, quas ad R. V. mitto. Henricum illum Cantorem in collegium germanicum admittendum esse non censemus; si honestam aliquam condicionem ei prospicere poterimus, prospiciemus.

Vidimus, quae de loco illo monacensi[1] ad nos scripta sunt; oportebit nostros a monachis bene separatos esse, diversis portis utendo etc. De ceteris rebus R. V., cum collegium istud incohabitur, statuat, quae ipsi videbuntur, et si forte non expediet magistrum Martinum[2] ante aestatem proximam in patriam proficisci, R. V. arbitrio permittitur, ut eum istic retineat vel faciat, quae meliora esse censebit. Diligenter quidem meditamur, quis ad rhetoricam tradendam vobis mitti possit; sed difficillimum est aliquem invenire; immo Simon ille Lusitanus, qui mittendus erat, in morbum incidit, nec scio, num in praesens saltem mitti possit cum ceteris, qui post duos vel tres dies Deo propitio hinc proficiscentur. R. V. opera utatur illius, quem istic habet, et si magister Theodorus[3] redierit, fortasse utilis erit ad collegium monacense incohandum, donec hinc vel istinc alter illuc submittatur.

Qui Romam mittendi sunt sive ad cursum illum novum sive in collegium germanicum, quam primum mitti debent vel potius eos puto iam debere esse in via.

---

[a] li *apogr.; ceterum vide supra p. 517[a].*
[b] logio *apogr.* [c] manda *apogr.*

---

[1] Albertus V. dux collegium monacense ad tempus in parte quadam monasterii, quod ordo Eremitarum S. Augustini illic habebat, collocare volebat; vide supra p. 218. 246. 293. [2] P. Martinum Stevordianum dicit.
[3] Peltanus; cf. supra p. 382[3].

Quanto a li libri prohibiti intanto che siamo in sede uacante et dubitamo del hordine che sira datto pare ci possiamo intratener, et forsa mandaro qui quel che de nouo si he procurato con l' inquisitore.

Quanto al promouere al sacerdotio .M. guillermo, par ben a nostro Padre [1], et circa il diaconato de gasparo [2] anche se rimette, alla R. V. auendo intesso il parer del Padre Lanoi.

circa il Padre Couillon si era [a] pensato che forsa estaria bene in collonia doue auereue buono auditorio, potria .V. [R.] auisar di quel che le pare et quando aueran sentito al doctor pissa potrano anche mello gudicare se potrano passar ben sensa il Padre cubillon.

De altre cose se le scriuira vn altra bolta, ci raccomandamo tutti molto nelle oratione di V. R. di Roma li 23 di setembre 1559.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 21. Octobris 1559.

Quod ad libros prohibitos attinet, dum sedes pontificia vacat et incertum nobis est, quid de iis constituturi sint, moram trahere posse videmur; fortasse cum his litteris ea mittam, quae denuo ab inquisitore impetravimus.

Probatur patri nostro M. Guilielmum ad sacerdotium promoveri [1]; eidem placet de diaconatu Gaspari [2] R. V. statuere, audita sententia patris Lanoii.

In mentem nobis venit patrem Cuvillonium fortasse bene se habiturum Coloniae, ubi bonum haberet auditorium. R. V. nobis scribat, quid ea de re sentiat, et cum doctorem Pisam audieritis, etiam melius iudicare poteritis, num sine patre Cuvillonio facere, quod oportet, commode possitis.

De aliis rebus vobis scribetur alias. Precibus R. V. omnes vehementer nos commendamus. Roma 23. Septembris 1559.

379.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 30. Septembris 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I." 67—924 posito, collatum est.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 168.

---

[a] ora *apogr.*

---

[1] Guilielmus Limburgius significari videtur, quem diaconum esse in **catalogo* collegii ingolstadiensis 24. Iulii 1559 conscripto notatur (Cod. „Germ. Cat. 1567—76" p. 202).

[2] Gasparus Obergasser, „Tirolensis, Dioecesis Brixinensis", 2. Februarii 1558 Societatem ingressus, a. 1559 eius vota fecerat (**Catalogus* collegii monacensis, ineunte a. 1565 scriptus. Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 376[a]); m. Iulio a. 1559 Ingolstadii degebat (*Catalogus* supra, adn. 1, memoratus). „Gaspar Pilsnensis", Societatis „Scholaris", Pragae 12. Ianuarii 1558 „de Sacramento Confirmationis assertiones quasdam" publice defenderat (*Schmidl* l. c. I, 119).

Qui cleri augustani status ac condicio. De cardinali Augustano. De Quadrio, collegiis polonicis, typographia collegii vindobonensis. Sani tantum et constantes Socii in Germaniam mittendi sunt. A duce Bavariae nimium viaticum non est exigendum. Regulae praepositi provincialis. Canisii sedes nova, socius, contiones etc. Spes de cardinali Puteo concepta.

†

Pax Christi nobiscum — Reuerende pater

Postremas 18. [?][a] Septembris datas accepi. De adventu Reverendissimi D. Cardinalis Augustani gaudeo. Ecclesiae Augustanae statum adiuvabit Synodo, quam promisit. Summa in eo difficultas, quod officiales habeat parum idoneos medicos ad huius temporis curandos aegrotos, qui gravissime laborant. Parochiae sunt Episcopatus mille et eo amplius; infinita scandala, deformis Clerus, Capitulum primarium sibi ius sumit in iis, quae sunt Episcopi; hinc lites et odia, dum alter non vult alteri cedere, canonicus Episcopo et contra: consuetudines, privilegia et nescio quae corruptelae praetexuntur[b][2]. In Ordinationibus simonia non video qui possit excusari. Imponitur onus legendi Breviarium[c]: tot annis Breviaria huius dioecesis desiderantur, legendi modus ita prolixus, ut etiam qui tenent Breviaria, non absolvant pensum[1]. Et maior interim huius Ecclesiae seu Episcopatus honestas, quam in vicinia. Ex paucis reliqua colliget R. T. ut hinc constet, parum a me quidem posse effici in hoc rerum statu: non dicam quam parum profecerim etiam coram admonendo. Gaudet Cardinalis nos adesse, sed nescit nostrorum uti opera. Testis R. P. Claudius[3]. Desideria sancta in eo vigent; in exequendo segnis est, ut non videam quid etiam apud illum sit valiturus, si quem alium e nostris accipiat, quod scio tentabit, antequam redeat. Sed vix puto rediturum esse; tantum sibi peperit invidiae apud Germanos. Haec semel dicta sint, ut explicatior causa sit Cardinalis, qui nos certe amat, et isthic iuvandus est. Monui abeuntem, aliquem e nostris Confessarium deligeret.

Est iam domi haud dubie Quadrius, ad quem cupio mitti quempiam prius quam redeat Viennam, ut intra duos menses rediturum se recepit.

---

[a] *Fortasse corrigendum:* 17. *Hic certe dies illarum litterarum apographo, quod superest, ascriptus est; vide supra p. 519.*

[b] *Sic legendum esse omnino videtur;* praetereuntur *Bo.* [c] Breviarum *ap.*

---

[1] Dioecesis augustana ab antiquis temporibus suum proprium habebat ritum. Breviarii augustani hae exstant editiones in regia bibliotheca monacensi, quae omnes in 8° factae sunt: Augustae 1495 (apud Erhardum Radolt); Basileae 1508; Venetiis 1506. 1517. 1518. 1519. „Diurnale" (partem aestivam) anno 1522 Augustae editum esse in 12°, testatur *F. A. Hoeynk*, Geschichte der kirchlichen Liturgie des Bisthums Augsburg (Augsburg 1889) p. 342—343. Nescio, num inter a. 1522 et a. 1570 nova eiusdem breviarii editio facta sit.

[2] Vide supra p. 409. [3] Iaius S. J.

Ad P. Victoriam litteras Archiepiscopo Gnesnensi scriptas misi, et cupio illum, si vocatus abibit, intra paucos redire menses, ut certe Viennensis Collegii et Caesareae Maiestatis ratio postulat. Vereor, ne Archiepiscopum deterreat lecta Collegiorum fundandorum formula [1]: sed faciet tamen P. Victoria, quod iussus est facere. Dominus prosperet hanc illius profectionem in bonum publicum Poloniae. De aliis P. Victoriam per litteras monui.

Scripsi videri mihi quoque non minus sumptuosum, sed etiam [*sic*] laboris ac taedii plenum opus illud typographicum. Emerunt autem nostri modo typos Viennae et ad edendum se instruunt [2]. Dominus conatus bonos provehat in gloriam suam. Quantum audio, non veniet expectatus ille Germanus ad calcographiam. Sic narravit P. Martinus [3], qui cum Petro Juliacensi aegroto, et Ioanne Flandro sartore huc, duce Christo, pervenit. De quo Ioanne hoc nobis fuit ingratum, quod nullum edidisset votum Societatis; deinde quod plane dissuadentibus nobis abire voluerit in patriam, curaturus, ut ait, rem familiarem, ac postea rediturus. Sed illius desiderio non tenemur. Audio et alium fuisse venturum Marinum, qui cum a P. Benedicto [4] examinaretur, idoneus illi visus non est ad profectionem, credo ob mentis inconstantiam. Putamus autem non parum referre, ut qui mittuntur, utcumque sani et in vocatione firmi veniant in hanc Provinciam, quae constantes et probatos Dei servos requirit.

Ac de Petro quidem Iuliacensi, qui nobis sacerdotali statu ob ingenii tarditatem et imperitiam indignus videtur, quique ob linguae vitium talentum concionandi adfert exiguum, hoc solum statuemus, ut aut Monachium veniat, si valetudo permittet, aut Ingolstadii maneat. Interea tamen libenter sequemur, si quid aliud visum sit R. V.

De P. Martino scripsi alias; idemque probat nunc ipse, profectionem suam rectius in aestatem prorogari. Interea se componet ad munus concionandi, et ubi accesserit frater meus, quem valde miror tandiu abesse, Monachium ibit, ubi fortasse et ego principiis adesse cogar. nostri enim expectantur.

De viatico fateor aliquem haerere mihi scrupulum, si Princeps exsolvere debeat, quidquid absument in Germaniam modo proficiscentes, deinde ex Collegio Viennensi venientes. Exigerem ego summam omnem audacius, si non pauci essent venturi Monachium, et alii deinde post paucos menses instruendi forent nouo viatico. Deinde rogati unde nostri veniant veritas coget fateri, quam pauci ex Urbe sint profecti. Mirum tam multum absumi a paucis, quantum tres absum-

---

[1] Vide supra p. 511.

[2] *Antonius Mayer* de hac typographia scribit: „Ihre lateinischen Typen sind gut, weit mehr noch sind aber die griechischen zu loben“ (Wiens Buchdrucker-Geschichte I, 94). [3] Stevordianus.

[4] Significari videtur Benedictus Palmius, qui 15. Augusti 1559 provinciae longobardicae primus praepositus renuntiatus erat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 3, n. 28).

serunt, quorum dux P. Martinus qui tamen queritur de suorum comitum impatientia et importunitate. Igitur caute et honeste agendum puto cum Principe, ne videamur, plus quam decet, nostra quaerere. Princeps nihil mittere viatici statuit, sed sumptus reddere. Quantum autem exigere debeamus, conferam cum P. Lanoio, et vestram quoque sententiam libenter expectabo. Nam etsi forte liberius, quod mihi videtur, depromo, tamen ad nutum superioris et volo et debeo parere.

Erratum est in Henrici nomine, quem Vienna evocandum accepimus: nunc P. Martinus nuntiat, alium intelligi, qui versatur Ingolstadii, quem ad aestatem proximam in patriam mittere cum P. Martino curabimus.

Constitutiones accepi, quas ut servemus, oret pro nobis, quaeso, R. V. quae mittet, ut spero, plura exemplaria, ac munus etiam proprium Provinciali obeundum [1].

Versor nunc in novis aedibus, quae et prius fuerunt concionatoris [2], sic volentibus Canonicis, qui una cum Episcopo sumptus ita partientur, ut 400. florenos sint in annum praebituri. Inde vivam ego cum 2 aut tribus non incommode, ut spero. Est nunc mecum P. Iodocus [3] sacerdos Ingolstadiensis, sed imperitus, ut non audeam illi suggestum concredere; quod audaciam et confidentiam illi nimiam suggerat imperitia. Inveniam tamen locum concionandi illi accommodum. Dominus successum dare dignatur in munere concionatoris; numerus auditorum augetur. Nunc incipio solus concionari [4]; maiorem autem sperare licet fructum in Domino, si accedant preces R. V. Praeter Evangelii explicationem declarandum suscepi Decalogum in singulis concionibus. Dominus bene vertat.

Wenceslaum in Urbem venire iussi. M. Theodorus Ingolstadium rediit, ut scripsi. De M. Schorichio cupio scire.

Dominus in gloriam suam nos custodiat et gubernet, brevique largiatur Pontificem s e c u n d u m c o r s u u m [5]. De Puteo Cardinali magna expectatio [6]. Augustae pridie Kal. Octobr. 1559. Commendo R. V. Petronium. Servus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo padre mio M. Giacomo Laynez preposito generale della Compagnia di IESV Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 14. Octobris 1559.

---

[1] „Regulas" praepositi provincialis. [2] Cf. infra, monum. 168.

[3] In **catalogo* ingolstadiensi 24. Iulii 1559 conscripto comparet „Jodocus Carcaeneus Germanus" sacerdos, 26 vel 27 annos natus (Cod. „Germ. Cat. 1567—76" p. 201). Hunc (qui alias „Carcinaeus" vel „Carcereus" [cf. supra p. 391[7]] dicitur) Ingolstadio Augustam missum esse P. *Lanoius* in *commentario quodam (l. c. p. 285) notavit.

[4] Usque ad 1. Octobris festis fere diebus dixerat, altero dominicis dicente. Vide infra, monum. 166. 169. [5] Act. 13, 22. 1 Reg. 13, 14 etc.

[6] Iacobus Puteus a *Pallavicino* (l. c. l. 14, c. 10. n. 3) non recensetur inter „que' porporati, la cui testa riputossi più acconcia alla corona pontificale".

380.

CANISIUS
SOCIIS COLONIENSIBUS.

Augusta Vindelicorum inter menses Septembrem et Decembrem 1559.

Ex *Hansen* l. c. p. 341.

Socius aliquis coloniensis (P. Ioannes Rethius, ut videtur) in huius collegii litteris quadrimestribus sub initium anni 1560 datis scribit: „Leodium, ut audio, brevi p. provincialis[1] *vocabitur, ut locum collegio aptum sibi eligat, ut ex doctoris Canisii literis . . . cognovimus."*

Cf. *Polanci* Chronicon III, 262—263 et *Can.* Epp. I, 430. 434.

381.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 1. Octobris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine adnotatum: „Prouincial Canisio." Cod. „Germ. 1559" p. 41—42.

In Germaniam mittuntur Alphonsus Pisanus, Michael Marius, alii.

Jesus.

Pax Christi.

Dui di sonno che fu scritto a V. R. difusamente per mano de maestro Petronio[2] con altre letere per il P. lanoi et il Padre Vitoria.

Jl portator de la presente sera il padre Doctor pisa con el Padre mastro theodorico uespalo, Di li quali si era ia scritto.

Si pensaua mandar Simonio Portugessi auanti ieri, ma finalmente non he estato disposto, Da poter andar . si manda michael[3] vn anno

---

Iesus. Pax Christi.

Ante duos dies ad R. V. litterae uberiores missae sunt per magistrum Petronium[2], cum aliis epistulis ad P. Lanoium et patrem Victoriam datis.

Has litteras afferet pater doctor Pisa cum patre magistro Theodoro Westphalo, de quibus iam scriptum est.

Volebamus quidem nudius tertius Simonem Lusitanum ad vos mittere; sed ad extremum ei per valetudinem non licuit proficisci. Mittimus autem Michaëlem[3],

[1] Everardus Mercurianus. [2] Hae perisse videntur.

[3] P. Michaël Marius (Mayr? Maier?) „Eystadianus" sub a. 1555 Vindobonae Societatem ingressus, anno proxime secuto vota simplicia nuncupavit, per tres fere annos Vindobonae grammaticam docuit, per annum Romae logicae studuit; Monachii

fa mandato de Viena nel quale a estudiatto qui la logica, perche si era esmagritto de tal sorte che si auessimo aspettato, potria essere che auessi seguitato nostro fratello cirilio che sia in gloria, pur rimandandosi verso alemagna crediamo estara bene. E bon jouene, et in monacio se facheua conto potessi seruir de ministro o de qualche officio simile[a] altroui et recuperato li forzi potria seguitar gli[b] studij en engostadio, o uiena, ouero adiutar qualche clase, come di la parera mello, A uiena si mandano Maestro lorenzo[1], Maestro guillermo[2] et philipo tudesco[3], exercitato nella stampa et nel scriuere et anche apto[c] nell amparar pur en allemagna non in Jtallia, per non auer la lingua.

En padua o uenecia pillarano 2 altri[4] per sentir la Rethorica en uiena. Ben aueriamo abuto charo poter mandar vn altro Rethorico per praga ma non che e estato posiuile, se ia mastre guillermo, non si mandassi, essendoui altro per uiena, et adiutandosi per qualche uanda de Maestro theodoro ad tempus; perche seran[d] letere uiue le

---

Vindobona huc missum ante annum, quo logicae hic studuit; hic enim adeo emacruerat, ut periculum esset, ne diutius retentus sequeretur fratrem nostrum Cyrillum, qui sit in gloria; in Germaniam tamen remissum putamus eum esse bene valiturum. Bonus hic iuvenis est; quem existimabamus Monachii ministrum agere vel simili munere alibi fungi posse, et viribus recuperatis studia Ingolstadii vel Vindobonae prosequi vel scholam aliquam iuvare poterit, prout istic videbitur. Vindobonam mittuntur magister Laurentius[1] et magister Guilielmus[2] ac Philippus Germanus[3], qui in arte typographica et in scribendo exercitatus atque etiam idoneus est ad discendum, in Germania tamen, non in Italia, quia huius linguae ignarus est.

Patavii vel Venetiis illi duos alios[4] secum abducent, rhetoricam Vindobonae audituros. Libenter quidem alterum quoque vobis misissemus, qui Pragae rhetoricam traderet; at mittere non potuimus; sed fortasse magistrum Guilielmum illuc mittetis, si alium habebitis, qui Vindobonae doceat, et magistri Theodori opera aliquo loco ad tempus utemini; cum, qui has afferent, epistulae vivae futuri sint, opus non

---

[a] simili *ap.* [b] il *ap.* [c] *Vel:* atto; acto *ap.* [d] seram *ap.*

---

quoque aliquamdiu grammaticam tradidit; in collegiis ingolstadiensi et monacensi ministri munus administravit (* *Catalogus* collegii ingolstadiensis, sub a. 1565 Romam missus. Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 373[a]). Romam deinde missus (* *Catalogus* ingolstadiensis, sub initium a. 1567 Romam missus. L. c. f. 408[b]), Monachii 27. Augusti 1570 vota „coadiutorum spiritualium" fecit (ex * votis ab *ipso* in „Libro Professionum . . . Prouintiae Superioris Germaniae" scriptis. Cod. „XIII. Y."); ubi etiam 2. Aprilis 1601 e vita cessit (*Ad. Flotto* S. J., Historiae Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris Pars tertia [Augustae Vindelicorum 1734] Dec. 7, n. 143).

[1] De Laurentio Andreae vide supra p. 504.

[2] In * *catalogo* collegii vindobonensis, ineunte fere a. 1560 Romam misso, haec sunt: „M. Guilhelmus Germanus, 28 annos natus, tribus Romae in Societate nostra uixit, hic professorem agit Rhetoricae ac linguae hebraicae" etc. (Cod. „Germ. Cat. 1567—76" p. 290). Cf. infra p. 527.

[3] „Philippus Bekh Austriacus" (*Sommervogel,* Les Jésuites de Rome etc. f. C 4[a]) ?

[4] Ex * litteris a Polanco ad Victoriam Roma 2. Octobris 1559 datis liquet eos secum abducere iussos esse Sebastianum de Amelia et Henricum quendam (Cod. „Germ. 1559" f. 42).

portatori non accadera estendermi in questa, ci raccomandiamo tutti molto nelle orationi di V. R. di Roma 1 di otobre 1559.

---

erit me longiorem esse in scribendo. Omnes R. V. precibus magnopere nos commendamus. Roma Kalendis Octobribus 1559.

382.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 7. Octobris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine adnotatum: „Augusta · Canissio." Cod. „Germ. 1559" f. 45—46.

De Sociis in Germaniam missis. Quomodo ad iter instructi sint. De P. Pisani doctoratu duplici; eius valetudini prospiciendum esse. Reprehenditur Canisius, quod Romam ad cursum longiorem artium audiendum scholasticos non miserit.

Jesus.

Pax Christi.

Questa setimana non hauemo letere de V. R. benche le auemo del Padre Vittoria de 14 de settembre.

Ali 2 del presente parti il padre pissa, con maestro theodorico uespalo, et michael Germano [1] per Augusta, et insieme con lui Maestro Laurenzo [2] Fiamenco, et Maestro Guillermo Tudesco, et Philippo per Viena. Non si mando quel Portugessi [3], per la infirmita sua, ma in suo loco suplira piachendo a i Dio Maestro Guillermo, Douerianno pigliar 2 altri per la Rethorica in padua o Venescia. Li sonno datti 2 caualli buoni et Viatico de denari, con condicion anche de pigliar piu si visognasse en Padua. Dio nostro .S. li conduca salui, qui penso andara vn testimonio del Doctorato in theologia del doctor

---

Iesus. Pax Christi.

Hac hebdomade litteras R. V. non accepimus; accepimus autem epistulam a patre Victoria die 14. Septembris missam.

Die 2. huius mensis Augustam versus profectus est pater Pisa cum magistro Theodorico Westphalo et Michaële Germano [1], ac simul cum ipso magister Laurentius [2] Flander et magister Guilielmus Germanus et Philippus Vindobonam versus profecti sunt. Lusitanus ille [3], quia infirmus est, missus non est; sed eius locum Deo propitio explebit magister Guilielmus. Alios duos, rhetoricam audituros, Patavio vel Venetiis secum abducere iussi sunt. Duos equos bonos iis dedimus et viaticum numeravimus, mandantes, ut etiam plus pecuniae, si opus esset, Patavii acciperent. Deus et dominus noster eos salvos conducat. Puto his litteris diploma additum iri, quo

---

[1] De Michaële Mario vide supra p. 525[3]. [2] Andreas. [3] Simon.

pissa, il qual prima era D. en medecina, et esperamo satisfara molto ben al officio de lector. Visognara auer vn poco de cura de lui, quanto ala sanita, si en nel uicto si etiam nel uestitto maxime andando la in su la inuernatta, et partendo di paesse caldo. Si ciamo marauellati che ali 14 de setembre il Padre Victoria non solamente non haueua mandatto quelli che doueua mandare per il corso ma anche, scriueua certe parole de vna letera de V. R. doue le dicheua si marauillareue, si mandasse alcuno per il corso di qua, perche si è scrito piu uolte che si mandeno alcuni che non serano necesarii di la per le clase et seranno apti a studio piu exacto de le arti, perche si ben si legera il corso in biena per Maestro Laurenco fiamenco sera in modo manco exacto et piu conpendiario, Almeno .3. o quatro se deueranno mandare il che sera facile computando maestro franceso Cipione et Vincislao, et pur restaranno asai di la per il corso, maxime auendo etiam mandatto qualcuno di qua per sentirlo di la, qui va vna letera per il padre Vittoria, et vna altra copia se li manda per via de venecia, et si andarano qui, letere per praga et oibin V. R. le inderici, ne altro occore dire se non recomendarsi totti molto nelle oratione de V. R. et de li altri nostri charissimi fratelli. Di Roma li 7 de ottobre 1559.

Nota: Ex hac epistula intellegitur una cum ipsa ad Canisium litteras missas esse Victoriae destinatas; in quibus *Polancus* Roma 7. Octobris 1559 haec, praeter alia, scripsit: Cum romani Socii experientia didicissent typographiam Societatis instituto haud prorsus convenire, quippe quae et magnos labores et multos homines requireret, Lainium censere vindobonenses Socios incommodo illi duobus modis mederi posse: Aut rem typographicam omnem relinquendam, praesertim cum Paulo IV. vita functo homines legem de libris pravis ab eo latam mutatum iri existimarent; aut mercatorem aliquem vel typographum inveniendum esse, qui extra domum Societatis typographiam administraret, iuvantibus et dirigentibus Sociis. Ea etiam caesari

---

confirmetur doctorem Pisam theologiae doctorem creatum esse; hic antea medicinae doctor erat; speramus eum professoris munere optime functurum esse. Valetudini eius nonnihil vos prospicere oportebit, tum in victu, tum etiam in vestitu, praesertim cum sub hiemem istuc proficiscatur et ex calida regione discedat. Mirati sumus, quod die 14. Septembris pater Victoria non solum eos, quos ad cursum audiendum huc mittere debebat, nondum miserat, sed etiam verba quaedam nobiscum communicavit excerpta ex litteris, quibus R. V. ei scripserat se miraturam esse, si quem ad cursum huc mitteret. Nam compluries scriptum est, ut aliqui mitterentur, qui istic scholis non forent necessarii et ad studium artium magis exactum apti essent. Licet enim Vindobonae magister Laurentius Flander cursum huiusmodi habiturus sit, minus tamen exacte eum habebit et brevius. Saltem tres igitur vel quattuor huc mittendi erunt; id quod facile fieri poterit, si magister Franciscus Scipio et Wenceslaus eo numero comprehendentur, et sat multi istic supererunt cursum audituri, praesertim cum etiam hinc aliquos ad cursum istic audiendum miserimus. His litteris addo epistulam ad patrem Victoriam datam; cuius alterum exemplum eidem per Venetias mittitur; et si his litteris epistulae pragensibus vel oibinensibus Sociis destinatae adiungentur, R. V. eas illuc mittat; neque aliud, quod dicam, habeo, nisi quod omnes precibus R. V. et ceterorum fratrum nostrorum carissimorum vehementer nos commendamus. Roma 7. Octobris 1559.

proponi posse. Attamen summi momenti esse, ut vel Vindobonae vel alibi libri a veneno per haereticos admixto purgati typis exscriberentur (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559“ p. 43—44).

Haec quo melius intellegantur, iuverit hic apponere, quae collegii vindobonensis **historicus* antiquus in a. 1559 notavit: „Cum autem indies discipulorum copiae maiores, discendi causa, ad nostrum Collegium aduentarent, quorum plerique exiguis parentum fortunis praediti esse uidebantur, ideoque nec litteris quidem diuturnam operam pollicerentur, multum diuque P. Victoria secum ipse reputauit, quanam ratione tanta pauperum subleuaretur necessitas. Tandem post longam deliberationem, desiderium eum erigendae in Collegio typographiae inuasit. Triplex fructus inde obijciebatur. Nam et egentes studiosi gratis hinc necessarios ad usum libros habituri credebantur, et hominum pietas (minime causa faciendi quaestus impressis libris) publice augeri[a], et nonnullum ad Collegiales sustentandos lucrum deriuari sperabatur. Rex, probato consilio, partem pecuniae, quae triplici praelo cum reliquo eius generis apparatu coemendo necessaria erat, vltro dat, videlicet 300 taleros, pars reliqua aliunde corrogata est. Sic typographia 650 florenorum precio, septembri mense eius anni 1559 coempta fuit. Durauit primus typographiae feruor, multis libris parum vtiliter impressis, haud multo amplius biennio, postea cum res non bene succederet, sensim quotannis restingui visus est, vt tota fere typographia corruerit“ (Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn.“ f. 6).

Canisius Lainio rescripsit 27. Octobris 1559.

383.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 14. Octobris 1559.

Ex apographo recenti, quod ex autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I“ 68—926 posito, descriptum est.

Exstat etiam alterum epistulae integrae apographum, ad scribendi rationem nostrae aetatis partim accommodatum, quod partim a P. *Iosepho Boero* S. J., partim a tertio aliquo ex eodem autographo transcriptum est. Ex hoc apographo partem huius epistulae („Pragae scribit ad me rector“ usque ad „Est et illud mihi dubium“ excl.), quia in priore apographo deest, deprompsi.

Socii P. Theodoricum retinent. De collegio Monachii condendo. Monachium Lutheranis abundare. De P. Cuvillonio, Sturmio, aliis Sociis. Cavendum esse, ne fratres bohemi Societati negotium facessant; hanc in Bohemia pessime audire. Scholasticum quendam ad sacerdotium non admitti. Collegium monacense doctioribus Sociis indigere. Bavariam in protestantismum ruere; Treverim eidem portam aperire. Se propter „Indicem“ libros quosdam vix audere inspicere. Confessariis impetrandam esse facultatem quandam ad libros prohibitos spectantem.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater Praeposite.

Dicam primum de Monachiensi collegio, nam literas quibus respondeam, nullas accepi. Miserunt ad me Colonienses fratres, non solum excusantes Doc. Theodorici diuturnam absentiam, verumetiam

---

[a] impressis libris, publice augeri) *Cod. vind.*

de reditu eius exiguam spem promittentes. Quae res praeter expectationem omnem accidit, et cum incommodo nostrorum, quos Jngolstadij collegimus sex aut septem, vt vna cum Rectore Monachium proficiscerentur. Et monui tamen saepe Colonienses, ne essent huius collegij instituto in mora, mitterent igitur aut potius redderent fratrem futurum illic Rectorem, ne aut Romanis literis, aut datae fidei deesse videremur [1]. Contuli rem cum Jngolstadiensibus fratribus, quibus visum est in ista tarditate fratris esse periculum, ut maxime nuntium ad fratrem mitteremus, neque satis etiam boni exempli apud plaerosque futurum, fratrem tandiu hoc est, aestate tota apud suos haerere ob diuisionem bonorum temporalium. Visum est illis praeterea, ne propter incertum fratris reditum, hyeme iam fores pulsante, certae promissioni apud principem deessemus, sed ad tempus [a] subrogandum esse P. Lanoium, qui vicem absentis Rectoris suppleret, ac fratres paulo post in Collegium introduceret, suamque operam constituendis initijs daret: interea uero scribendum esse fratri et Coloniensibus, ne diutius hoc collegium praesentia sui Rectoris fraudarent, tempus non ferre longiorem moram: si quid fratri sit adhuc apud suos expediundum, aut per procuratorem transigi, aut in tempus aliud reijci posse. Quod consilium mihi displicere non potest, cum praesertim addant, et Rector ipse fateatur, se Jngolstadio [b] sine graui dispendio ad mensem abesse, et Monachij nostris in domino prodesse posse. ego uero necessarium etiam illum puto ad curandam initio rem familiarem. Jtaque non expectato diutius fratre, quem tamen nouis iterum literis reuocaui, post dies paucos nostri Jngolstadio discedent, vbi nouis interea uestibus induentur. Monent et rogant me quoque, vt introducendis ipsis adsim: quod spero futurum domino fauente. Sed hic opus R. V. precib. ut auspicata sint collegij principia, praesertim in ea ciuitate, quae Lutheranis abundat, et non parum est Catholicis infesta. Plurimum desideratur Rhetor, cum sit nullus, aut in dicendo, aut in scribendo foelix, quemadmodum hic populus flagitat.

Sed ad venturam aestatem omnino necessarium sit, mea quidem opinione, Rhetorem et Graece linguae simul peritum mittere. Nisi forte M. Arnoldus [2], quem audio non admodum isthic vsui esse, aut

[a] *In aut. sequuntur verba:* loco Rectoris, *oblitterata.*
[b] *In aut. corr. ex:* Jngolstadiense collegium.

[1] Theodorico Canisio praeceptum esse videtur, ut, dum extra provinciam Germaniae superioris moraretur, rectori coloniensi oboediret; quod collegium ex vicinioribus erat. Cf. *Constitutiones* Societatis Iesu P. 8, c. 1, n. 4; P. 7, c. 3, decl. A.

[2] Non P. Arnoldus Hezeus (Hecius, Van Hees), qui sub a. 1553 Colonia Lovanium missus erat (*Litterae quadrimestres* II, 150. 310; III, 511. *Hansen* l. c. p. 294), significari videtur, sed P. Arnoldus Conchus (Conchius), flander, qui, a. 1553 Lovanio in Italiam missus et magister in collegio veneto constitutus, haud ita magnum „talentum", ut ait *Polancus* (Chronicon III, 122), „ad instituendos discipulos attulit". Cf. etiam *Litteras quadrimestres* III, 489—491; IV, 324, et *Polanci* Chronicon III, 284.

certe quidem successorem facile inuenire posse, ex gratia nobis donaretur. quod rogo quidem vehementer. ut contingat[a] Monachiensib.

De Couillonio[1] graues iterum querelae scribuntur, qui etsi solutus sit legibus, et ad manum habeat quae vult, ait se nullius adspectum ferre posse, delitescit domi, cum edendum est, obambulat et vagatur procul, aegrotum se dicit, et ter aut quater iubet in cubiculum adferri cibaria, ut simul et solitarium agat et ventris agat negotium, horrenda subinde loquitur, se abhorrere monstrat a sacris, hoc est, nullam habere deuotionem, eadem hora, immo eodem fere momento et sanus et aeger est, ut ex verbis et factis eius licet colligere. Haec ego ex literis P. Lanoij repeto. R. V. pro illo deum oret, et si potest, huic miseriae inueniat[b] remedium quaeso. Ita se gerit, cum illis immergitur tenebris: post redit ad se, estque placidior. Tres uenisse Viennam intelligo, sartorem, sutorem et studiosum[2]: praecipuos expectant, Pragae quidem M. Portugalensem[3], Viennae doc. Hispanum et M. Laurentium, Jngolstadij uero Doc. Pisam cum socio, et si qui alij mittendi erunt. De profectione P. Victoriae nihil certi, Archiepiscopi literae expectantur e Polonia.

Pragae scribit ad me Rector[4], cupere se admodum, ut ex Boemis ante quadriennium vix aliquis remittatur. Alioquin nisi bene mortificentur prius, facessent inquit utrique nostrum multum negotii, Ego enim novi fere omnium naturas, et scio M. Venceslaum[5] fuisse omnium mortificatissimum et tamen fatigavit[c] hic obedientiam satis. Et quamuis parum timeamus, sunt tamen, qui suos filios cogitent vi eripere cum primum ex Urbe redierint[6]. Et iam non satis conqueri possunt etiam ipsemet interdum praepositus Pragensis[7], quod nimirum coegerimus Boemos ad vota. Quare (inquiunt) accidit uestra culpa quod videtis, ut etiam a vobis aufugiant invitis, quum etiam eos coegeritis inuitos etc.[8] Sic ad me Rector Pragensis. Cui ita respondi, Sapienter

---

[a] contigat *ap. prius.* [b] iueniat *ap. prius.* [c] fatigativit *ap. alt.*

---

[1] Cuvillonium illis annis nonnumquam animo aegrum fuisse iam antea vidimus.
[2] Cf. supra p. 459. [3] Simonem; cf. supra p. 505. 527.
[4] P. Paulus Hoffaeus. [5] Sturmium.
[6] Omnibus temporibus parentes exstitisse, qui hoc modo filiorum conscientiae vim inferre et familiarum Deo sacrarum iura domestica violare conarentur, cunctorum ordinum religiosorum historiae testantur.
[7] Henricus Scribonius, ecclesiae metropolitanae praepositus.
[8] Iuvenes illi bohemi (de quibus supra p. 307². 449¹) a. 1555 „partim", ut scribit *Polancus* (Chronicon V, 25), a Sociis quibusdam Romae degentibus „moti, partim quod Societatis erga se studium agnoscebant, et quod primo loco dictum oportuit, quod eos Dominus hac ratione ad statum perfectiorem vocaret, omnes simul Societatem sunt amplexi". Duos tantum ex iis postea Societatem deseruisse affirmat P. *Ludovicus Consalvus* S. J. (de quo supra p. 296⁵), eorum temporum aequalis (Monumenta historica S. J. Ann. IV, fasc. 39, p. 25⁶). In quovis ordine religioso homines illos, qui in eodem *manere volunt,* aliquando ad vota religiosa adigendos esse et ex ipsa natura status religiosi consequitur et paulo post a concilio triden-

mones et quod cupis facile impetrabis, ne cito redeant isthuc[a] Boemi. R. V. melius iudicavit[b] [?], et ut spero, Boemos in offitio continebit, ne aut scriptis, aut factis confirment pessimam in Boemia de nostris opinionem.

Wenceslaum ut reddant et remittant Romam scripsi Pragensib. qui nescio cur dissimulant ac tacent prorsus de illo statim remittendo. Nunc novis urgeo literis ut ueniat. Expectabatur autem Viennae a M. Francisco[1], quem videntur hac hieme retinere non posse, quod ego quidem optabam, et R. V. literae permittebant. De illo plura P. Vitoria, qui hominis infirmitati uidetur hoc indulgere, ut invitus non maneat.

Florianus, de quo ante scripsi[2], Pragae uersatur in exercitiis, homo valde sui capitis, et aegre tractabilis, qui etiam fert impacienter se non admitti ad sacerdotium. Scripsi ne redeat ad Obinenses, quia Hispanorum convictum et praeceptum non fert, puto autem non esse consultum, ut sacris initietur ambitiosus perseverans. Anhelat[c] [?] ad studia, in quibus non magnum profectum pollicetur, gaudet contionari, levis et ingenii et iudicii homo. Quid de huiusmodi faciendum sit cupio scire. Magnam ego gratiam ducerem tales in hac societate non reperiri, praesertim quando detrectant obedientiam et natura sunt melancholici ac fere indomabiles.

Cupiunt Pragenses illum mitti Jngolstadium, aut Coloniam, oret pro illo R. V. dominum, et pro nobis etiam, ut nouo studio novas et iam acceptas constitutiones obseruemus[3]: sicut et ego nostros monui diligenter.

Est illud mihi dubium, sitne petenda isthic facultas pro singulis in hac prouintia[d] ordinandis, et quid ea in parte liceat prouintiali[4]. Nam et offitium prouintialis quod Romae uidi conscriptum, apud me non est, libenter autem accipiam si mittatur, ut saepe rogaui[5].

Conueniet opinor ad Bauariae ducem literas dare, quae vtinam a me citius petitae fuissent, vt habeant nostri testimonium[e], qui pro media collegij parte mittuntur. Et quoniam hi aegre facient satis expectationi de ipsis conceptae, nec habent sane multum eruditionis, promittendos putarim reliquos et ad futuram aestatem mittendos

[a] histuc *apogr. alt.*
[b] *Sic apogr. alt.; sed legendum esse videtur:* iudicabit *vel:* iudicarit.
[c] *Sic omnino videtur esse legendum.* Antehac *apogr. alt.*
[d] prouitia *apogr. prius.* [e] testimonim *apogr. prius.*

tino sancitum est (sess. XXV. de regul., c. 16). Complures ex iuvenibus illis postea Bohemiae operam utilem navaverunt: Sturmius, Balthasar Hostovinus, Andreas Piessinus, Wolfgangus Maria Tinensis, Ioannes Labra, Valentinus Voit.

[1] P. Francisco Scipione. [2] Cf. supra p. 519[1]. [3] V. supra p. 456[2]. 524.
[4] Vide, quae hac de re 28. Octobris 1559 ad Canisium rescripta sunt.
[5] Cf. supra p. 524.

doctiores . quos ex parte Coloniense collegium dare posset, si serio admoneretur.

Cum autem nunc audiam, res Monachij non eo esse in loco, uti putabamus, praecursor ibit P. Lanoius, vt uiam venturis fratribus praeparet: qui deinde cum tempus erit, nostros euocabit, quibus et ego me paulo post adiungam, ut sit melius illis principijs Domino adiuuante.

Bauaricus Ducatus ad haereses miro studio se propensum ostendit, male vult principi Jesuitas Monachium euocanti, talesque concitat motus, vt ualde sibi metuat princeps, et iam conniueat ad plaeraque Catholicis intollerabilia et prorsus prohibita. Jtaque sapientes metuunt, ne hac prouintia cadente, ut iam cecidit Austria, nisi quod principes Catholici uolunt videri et sequuntur, non tuentur autem Catholicismum, metuunt inquam, ne sit actum de Germania. Treuerensis ciuitas contempto Archiepiscopo Lutheranum Contionatorem induxit et defendit[1]: quae res male habet Catholicos, et fenestram aperit ad haeresim ciuitatibus alijs, quae utcumque ab Ecclesiasticis in fide veteri hucusque continentur. Haec nos excitant ad commiserationem, ideoque a me scribuntur, vt R. P. V. authoritate nostri moneantur orare et sacrificare pro Germania diligenter. Dominus rebus succurrat afflictis.

Etsi non putem adstringi me prorsus ad Catalogi obseruationem, tamen quamdiu maiorem lucem et gratiam non accipio a S. Apostolica sede, uix audeo libros etiam necessarios, quos mihi Cardinalis reliquit inspicere. Cogito post publicationem Catalogi obuenisse: sunt et noui haereticorum libri de illorum dissidijs recens editi, de quibus admonere Catholicos plurimum referat. Si placet R. P. V. liberet[a] his scrupulis, ne angat metus excommunicationis. Jnterea libros asseruo quidem, sed legere non audeo. Tum apud nouum Pont. impetrari gratiam velim Confessarijs, vt ne rigore Cathalogi arceantur ab absolutione conferenda[b] studiosis ratione librorum[2], si quos habent impuros.

Commendo me R. P. V. in Christo IESV plurimum, et rogo vt suarum orationum me participem reddat. Augustae 14 Octob. 1559.

Seruus in Christo JESV Canisius.

---

[a] *In aut. sequitur:* me, *oblitteratum.*

[b] conferend *apogr. prius. In aut. sequuntur verba:* ijs, qui sunt, *oblitterata.*

---

[1] Cf. supra p. 490. 491. Maxima quidem pars urbis catholica erat; at catholicorum ignavia et calvinistarum audacia factum erat, ut Caspar Olevianus calvinista suggestum templi S. Iacobi teneret, et Ioannes a Petra, archiepiscopus et princeps, urbe cedere cogeretur. At 11. Octobris 1559 urbis senatus calvinistarum duces in vincula coniecit; paulo post tota urbs ad catholicam religionem reducta est (*J. Marx,* Caspar Olevian [Mainz 1846] p. 44—54. *Janssen* l. c. IV, 121—124).

[2] Classicorum qui vocantur; quorum editiones „purgatae" non suppetebant.

†

Al molto Reuerendo Padre mio M. Giacomo Laynez preposito generale della compagnia di JESV. Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 28. Octobris 1559.

384.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 14. Octobris 1559.

(Epistula prior.)

Ex apographo eiusdem temporis; cui in margine adnotatum est: „Augusta Padre Canissio.“ Cod. „Germ. 1559“ p. 46.

Collegio veneto solvi debent, quae ab eo Sociis in Germaniam profectis data sunt. Romani collegii magna inopia sublevari poterit per Socios germanos et maxime per Theodoricum Canisium grande patrimonium distributurum.

Jesus.

Pax Christi.

Qui ua un sumario delli conti che tiene il Rettor del collegio de Venecia [1] con la prouincia de germania, al quale sara bene satisfare, de Viena (o de la parte che parera a V. R.). al Padre D. Pissa [2] quantunque l' hauemo dato 2 caualli buoni, et 30 ducati d' oro forsa li accadera anche hauer bisogno de pigliar piu in padoua o Venecia, et cosi li altri, benche dessimo loro denari di qua hauuto bisogno de piu, et con creditto nostro li hano dato in Venecia, ce da fare in spesse de Viatici, che un buon collegio si sustentarebe [a] con quello che in Roma spendiamo in quelli. doue etiam ci trouamo tanti, che bisogna fabricar stanze noue nel collegio per tener piu gente che fin

---

Iesus. Pax Christi.

Mitto vobis brevem catalogum pecuniarum, quas provincia Germaniae rectori collegii veneti [1] debet; cui vos satisfacere convenit, pecuniis Vindobona (vel ex alio loco, unde R. V. visum erit) missis. Patri D. Pisae [2], licet 2 equos bonos et 30 ducatos aureos dederimus, fortasse continget, ut etiam plus mutuari debeat Patavii vel Venetiis; ceteris quoque nummos quidem hic dedimus; cum autem pluribus egerent, Venetiis nostra fide iis dati sunt. Nos tam multa viatica numerare debemus, ut iustum collegium sustentari posset pecuniis, quas Romae itinera ingressuris damus; ac tam multi hic sumus, ut nova conclavia in collegio exstrui oporteat; neque

---

[a] gustentarebe *apogr.*

---

[1] Is erat P. Caesar Helmius (Helmi) (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quarta [Romae 1652], l. 4, n. 75).

[2] De hoc eiusque sociis v. supra p. 527 et infra p. 537.

qui et ogni di vengono, et de altra parte l'aiuto[a] che soleua venire de espagna manca[b] asai, pare che vole Dio nostro Signore che metiamo in lui tutta la speranza, manchando l'humane. pur non douemo manchare de cooperare con li mezi che potremo, a sua prouidenza, che cosi lo uole, et per ho mi he parso auisar V. R. accioche habbia informacione delli bisogni nostri nelle occorrenze et specialmente de patrimonij delli nostri che hauerano deuotione de aiutare la compagnia con quelli[1], perche al presente la importanza, et il bisogno di questo collegio di Roma e molto grande. Et spero non durara tropo perche un papa, o un[c] principe facilmente lo fundara et all' hora questo aggiutera li altri etiam nel temporale in quanto potra, il padre D. theodorico canisio, ci scrisse doueua cauar piu de mille ducati (se ben mi ricordo) del suo patrimonio et disse esser in dubio se li mandarebbe a Roma, ouero se li meterebbe in colonia in censi che seruesino per Roma, et col tempo per vn collegio in Nouiomago, non se li è scritto cosa risoluta, se non che conferirebe quando li hauessi cauati in neto, pur a me è parso conueniente auisar a V. R. dela necessita presente, et vrgente che qui teniamo[d], il che seruira per la roba del D. theodorico et de altro. ci raccomandiamo tutti molto nell' orationi de V. R. et di tutti li fratelli augustani. De Roma 14 de ottobre 1559.

Nota: Certum est Polancum praeter officium secretarii Societatis etiam „procuratoris generalis" munus diu administrasse (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 47).

---

enim umquam antehac tot homines habuimus, et cotidie novi adveniunt; subsidia vero, quae ex Hispania nobis afferri solebant, magnam partem cessant, et Deus ac dominus noster hoc velle videtur, ut in se spem omnem collocemus, spe, quam in homine posueramus, fraudati. Attamen cum eius providentia coniungere debemus quamcumque operam poterimus nostram; id enim ipse vult fieri; quare te, reverende pater, haec monere mihi visum est, ut inopiae nostrae conscius esses, cum opportunitas adesset, et maxime, si qui ex nostris Societatem patrimoniis suis pie vellent iuvare[1]; nunc enim collegium hoc romanum, sicut maximi est momenti, ita maxime est inops. Spero tamen hanc eius inopiam non fore diuturnam; facile enim a pontifice aliquo vel principe firmo stabiliri poterit reditu, quo accepto hoc collegium ceteris etiam terrena, quantum poterit, subministrabit subsidia. Pater D. Theodoricus Canisius nobis scripsit se ex patrimonio plus quam mille ducatos (si bene memini) facturum et dubitare, utrum praestaret Romam eos mittere, an apud Colonienses ponere fenori, quod Romanis et tempore procedente collegio Noviomagi condendo obventurum esset. Nos certum quicquam ei non rescripsimus nisi commodum fore, si pecuniam praesentem sibi solvendam curaret[2]; mihi tamen visum est R. V. certiorem facere de necessitate praesente et urgente, qua hic premimur. Quae nosse expediet, cum de D. Theodorici atque aliorum facultatibus agetur. Omnes R. V. et omnium fratrum augustanorum precibus vehementer nos commendamus. Roma 14. Octobris 1559.

---

[a] l'a aiuto *apogr.* [b] manda *apogr.*
[c] um *apogr.* [d] temiamo *apogr.*

---

[1] Cf. supra p. 514. [2] Vel: nisi ut de re consultaret, cum . . curasset.

Si quis autem hanc epistulam vel obiter legerit, facile iudicabit Polancum in ea non tam secretarium quam procuratorem egisse; cuius quidem erat, rem familiarem tueri et providere; atque hanc epistulam ipse ita conformavit, ut a Canisio etiam aliis ostendi posset, qui stipem dare possent; de reliquis autem negotiis Polancus secretarius cum Canisio alteris egit litteris eodem die datis, quae his subiciuntur.

Canisius 27. Octobris 1559 (Lainio) rescripsit.

385.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 14. Octobris 1559.

(Epistula altera.)

Ex apographo eiusdem temporis; in margine adnotatum est: „Augusta Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 46—48.

De collegiis in Valle Tellina et Polonia instituendis. In Polonia aliquid remitti posse ex iis, quae „formula acceptandorum collegiorum" exigantur. De typographia vindobonensi. Canisius carpitur, quod „aliquid ossium cum carnibus accipere" nolit. De Sociis quibusdam. Commercium cum Flandria et Colonia incommodum esse. Quantum viatici singulis in singulos dies dandum sit. A Bavariae duce viaticum pro monacensibus Sociis repeti posse. De exemplis Constitutionum, Canisii auditorio augustano, Petronio.

Jesus.

Pax Christi.

Receuemo quelle de V. R. de ultimo del passato, et quanto ala informatione del cardinale[1], et delle cose del suo uescouatto se he intesso quanto scriue et si sara occasion de seruirse al suo tempo de tal auisso se potra fare. Ja se mando vn sacerdote al paesse del Caualliero quadrio per pigliar il posseso di quella sua donacione[2].

A Quanto ala andata del Padre Vitoria in Polonia se lui douera andare, e bene sia per pochi mesi et se nele letere del archiuescouo non si trata di qualche colegio non andara[3].

La formula de li collegij[4] se tuta non si potra obseruare in

---

Iesus. Pax Christi.

Accepimus litteras R. V. ultimo die mensis superioris datas, et quae de cardinali[1] ac de rebus episcopatus eius R. V. ad nos rettulit, intelleximus, et cum opportunitas nobis erit, rebus relatis utemur. Iam in patriam Quadrii equitis sacerdos quidam missus est, ut nostro nomine possideret, quae ille donavit[2].

Venio ad iter polonicum patris Victoriae: Si eo eundum illi erit, ad paucos menses eat; sin autem in litteris archiepiscopi facta non erit mentio alicuius collegii, ne eat[3].

Si formula collegiorum[4] in Polonia integra observari non poterit his initiis,

[1] Augustano. [2] V. supra p. 464. [3] V. supra p. 507. [4] V. supra p. 511.

Polognia nelli principij, se fara come meglio si potra, et intenderanno, quelli che uogliono fundar et non arriuano a questa mesura che si dispensa con loro et si condescende. Secundo anche sera luogo ala discritione nel mostrare o non mostrare detta formula.

Dela stampa me rimeto a quello che fu scripto l' altra setimana a Viena[1]. Quello che doueua adiutar nel officio de stampator si è mandatto con l Dottor pissa. Quel Jo: Fiamenco[2] non è statto conosciutto[a] in Roma ma habbeua buon testimonio de dou' era statto, et non habeua parlatto niente che noi sapessimo del andar al paesse. Laltro marino non hera anche conexuto qui ma si ben in Loreto per 2, o, 3 anni, et habbeua anche testimonio de buon coadiutore[3], con questo quando qualcuno non riege, non è da marauillarsene nè anche de che tal uolta auia un poco de osso con la carne la prouincia de germania, et colui che risguarda il ben uniuersale de tante bande, e de pensare che nelle destributione, considera piu cose, et procede piu conforme ala Ragione, che qui solamente risgardasse vna prouincia o logo particulare. la libertad pero de representare, non si riprehende, ma si dice che deuia conformarsi con la Ragione.

Quanto a pietro Juliacense forsa quando le haueranno piu manigiato lo estimarano qualche poco piu. in tutti acresca il suo Spiritu et gratia Christo N. S.

Ja pare tarda tropo il Padre D. theodorico, qualche speranza de collegio nel paise suo e de credere lo tratenga, di qua si li he scritto

---

observabitur, quantum fieri poterit, et qui collegia condere volentes mensuram hanc non explebunt, intellegent nos in suam gratiam legem solvere et indulgere. Deinde etiam prudentiae vestrae erit statuere, utrum formula illa iis monstranda sit necne.

De typographia consuletis litteras superiore hebdomade Vindobonam missas[1]. Qui in munere typographi vos adiuvare iussus erat, cum doctore Pisa missus est. Ioannes ille Flamingus[2] Romae quidem notus non erat, sed ab iis, quibuscum fuerat, bonum testimonium acceperat, nec quicquam, quod nos quidem intellexissemus, de patria petenda dixerat. Neque etiam alter ille, qui est Marinus, hic notus erat, sed Laureti per duos vel tres annos probatus erat; atque illum etiam testati erant bonum esse coadiutorem[3]. Nec tamen est cur miremur, si quando aliquis prospere non agat, nec mirari vos oportet provinciae Germaniae nonnumquam aliquid ossium cum carnibus dari. Qui tam multarum regionum salutem communem spectat, certe in hominibus distribuendis plura considerat et magis sequitur rectam rationem, quam si quis forte tantum unam provinciam vel locum singularem spectet. Nec tamen libertatem proponendi, quae occurrant, reprehendimus, sed dicimus eam ad rectam rationem conformandam esse.

Petrum Iuliacensem cum magis experti erunt, fortasse paulo pluris facient. In omnibus dona Spiritus sui et gratiam augeat Christus dominus noster.

Pater D. Theodoricus iam nimiam moram facere videtur; qui spe aliqua collegii in patria instituendi illic videtur detineri. Hinc litteras ad eum misimus; quas si

---

[a] conciutto *vel* coneiutto *apogr.*

---

[1] Vide supra p. 528—529. [2] Flamingus = Flander.
[3] De his duobus cf. supra p. 523. 526. 527.

et si hauessi recebbutto le letere non dubitto che presto tornarebe, ma che mala comodita de comercio con li nostri de fiandra, non so doue naxe maxime con quelli di colonia tanto che in 2 o tre messi ale uolte non habbiamo letere.

Circa li viatici che parenno a V. R. grandi, encora chi parenno a noi et pur ce necessario non mancar a quelli che si mandanno quantunque ci trouamo ale uolte in molta streteza.

Ja nostro Padre à ordinatto che si dia vn carlino per huomo al giorno, et il resto che cerchino de elemosina [1], ma questo non po auer loguo con tutti, perche ce necessario ale uolte mandar alcuni a cauallo.

Quanto al recuperar il viatico de Jllustrissimo Duca de bauiera V. R. facia come meglio li parera [2], ma di qua ci occorre che si po domandare perche il D. theodorico, Maestro Martino, michael, et pietro Juliacense, di Roma sono uenutti, et il D. pissa et maestro theodolico bespali [*sic*] et altri se mandano a inglostadio et Viena, et cossi de li detti luogi possono altri mandar a monachio, finalmente V. R. caui detti uiatici doue li parera, et io credo che altre spesse fanno questi segnori manco conueniente che questa.

Sonno mandatti alcuni libri de constitutione cio he per ogni collegio vno et altro per V. R. ci ralegriamo in Domino che il auditorio si uada aumentando in quantita et calita, desideramo etiam

---

accepisset, non dubito, quin cito rediret; sed nescio, quomodo fiat, ut tam incommodum sit nobis commercium cum nostris in Flandria degentibus et maxime cum coloniensibus; nonnumquam duo vel tres menses transeunt neque ab his litteras accipimus.

Viatica, quae R. V. magna esse censet, nobis quoque magna esse videntur, nec tamen iis, quos mittimus, deesse debemus, quamvis nonnumquam in magnis rei familiaris angustiis versemur.

Iam pater noster constituit, ut singulis in singulos dies carolinus daretur utque reliqua mendicando sibi compararent [1]; quae tamen in omnibus servari non possunt, cum interdum necesse sit, ut aliquos equo vehi iubeamus.

Quod ad viaticum ab illustrissimo Bavariae duce recuperandum attinet, R. V. faciat, quod optimum iudicaverit [2]; nos vero censemus illud ab eo peti posse, cum D. Theodoricus, magister Martinus, Michaël, Petrus Iuliacensis Roma venerint, et D. Pisa et magister Theodoricus Westphalus atque alii Ingolstadium et Vindobonam mittantur, atque ita fiat, ut ex illis locis alios Monachium mittere possint. Ut finem faciam, R. V. viatica illa petat, unde ipsi videbitur. Ego tamen existimo proceres istos alias facere expensas, quae minus ipsis conveniant quam ista.

Missi sunt Constitutionum libri aliquot, unus pro singulis collegiis et alius pro R. V. Gaudemus in domino auditorium R. V. continuo augeri, sive numerus sive condicio hominum spectetur; atque etiam magis augeri optamus laboris fructum.

---

[1] Facile patet non significari carolinum illum, qui superiore saeculo in Germania tres florenos aureos aequabat. Ex alteris autem *litteris sub medium saeculum XVI. datis concludi posse videtur, carlinum illum quartam „Iulii" partem vel 13—15 fere „Centesimos" (Centimes) aequasse.

[2] Cf. supra p. 523.

magior aumento nel frutto, a Vincislao et altri di Viena, desideriamo veder ia in Jtalia per che ci acosta la Renouacione deli estudii, potria essere che á questa ora stessino in questa vanda deli monti. De maestro pietro scorichio non habbemo noua alcuna, Maestro Petronio [1] ci è molto recomendatto et charo ma poco ci è lasciato ueder fin adesso, per demane siamo de acordo che a de uenir confesarse. non altro se non che stiamo sani Dio laudatto et ci raccomandiamo molto nelle oratione de V. R. et degli altri augustiani fratelli nostri. De Roma li 14 de ottobre 1559.

Qui ua vna patente o testimonio de como e doctore il Padre Pissa.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 27. Octobris 1559.

Wenceslaum et fratres vindobonenses iam in Italia conspicere cupimus, cum studiorum renovatio appropinquet; hac hora fortasse in ista montium regione sunt. De magistro Petro Schorichio nihil prorsus novi accepimus. Magister Petronius [1] valde quidem commendatus nobis et carus est, sed usque huc raro domi nostrae comparuit; convenit tamen inter nos, ut cras ad confessionem peccatorum faciendam huc veniret. Aliud non habeo, quod scribam, nisi nos bene valere — Deo sint laudes — ac R. V. et ceterorum fratrum nostrorum augustanorum precibus vehementer nos commendare. Roma 14. Octobris 1559.

Huic epistulae diploma sive litteras adiungimus, quibus confirmetur patrem Pisam doctorem esse.

386.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 21. Octobris 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I" 69—929 posito, collatum est.

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. p. 168.

Socios et Constitutionum exempla exspectat. Iuvenes Vindobona Romam profecti. Collegium monacense iam incohatur. Treveris, eiecto contionatore protestante, iam collegium parari convenit. Socius quidam Romam ire cunctatur. Canisius prospere contionatur, breviarium augustanum recognoscit, preces petit. Collegium in Hungaria.

† Pax Christi nobiscum Reuerende pater

Diu expectatas accepi literas [2], quae nunc rarius et tarde huc adferuntur. nam hodie primum sunt redditae, quae ad finem Septembris datae fuerunt. Credo in causa esse tardam hanc Pontificis electionem, quam dominus Ecclesiae suae prosperet.

Patres et fratres qui ad nos mittuntur, cupide quidem expectamus, quorum adventum Viennensibus et Pragensibus et Ingolstadiensib. uti-

---

[1] Ad familiam Ottonis cardinalis Truchsessii hic pertinebat; cf. supra p. 98.

[2] Cf. supra p. 525.

lem fore confido. Utinam eum adferre fructum in hac vinea possemus, quem R. T. desiderat, et tot modis deserta Germania requirit. Spero sane rectius nostros posthac habituros, cum novas acceperint Constitutiones, et non solum numero, verum etiam personarum merito augeri videantur. Oret tantum pro nobis R. T. cui certe multum debemus ob data isthaec subsidia.

M. Franciscus Scipio, cui dominus firmiorem spiritum donet cum 4 studiosis Vienna profectus est. Toties Coloniam scribo fratrem revocans, sed necdum scio quid futurum sit. Interea Monachii agit P. Lanojus, et venturis praeparat necessaria, paulo post intelligam eius literis, quando nostri Ingolstadii expectantes, recte mittendi videantur.

Et mihi placet maiorem haberi rationem collegii Treverensibus, quam Noviomagensib. constituendi. Scripsi autem postremo, cives adversus Archiepiscopum agere seditiose, et haeretico Contionatori patrocinari. Is iam fugere coactus est. Haec vexatio magis accendet animum praesuli, ut nostros talibus morbis medicos accersat: sive autem M. Rethius[1], sive p. Leonardus[2] primum eo mittatur, parum referet, etiamsi non adsim ego. Quamquam M. Rhethio [*sic*] malim hoc dari munus Archiepiscopi salutandi et invisendi loci, qui serviat collegio.

M. Thomas Lentulus ut Romam veniat, aegre poterit adduci, quare iterum peto, qua sit ratione tractandus si omnino recuset iter ingredi. Scribit ad me frater haerere illum in patria non sine famae et salutis suae discrimine. Venit postea Coloniam, et nostros deseruit, qui cupiunt illum ad me redire, nec immerito metuunt homini, nihil minus quam spiritum societatis sequenti. Mollis est animus et abhorrens a studio perfectionis. Dominus nostri misereatur per sacrificia R. P. V. Adiunxi literas p. Leonardi de illo ipso scriptas.

Praecandum est bene Poloniae: vellem interim non vocari statim p. Victoriam ab Archiepiscopo, cum sit eius necessaria Viennae praesentia. Sed Domini voluntas fiat[3], qui disponit omnia fortiter et suaviter[4]. Satis habent Viennae quod curent, etiam reiecto in alios onere calcographiae, pro qua volunt a me chartam Augustanam emi. habet ea res plus molestiae, quam ut nostris conveniat. Dispiciunt enim[a] [?] Viennae, si in aliquem civem transferri hoc opus possit. Dominus Iesus in laudem suam vertat omnia.

Henricus Flander[5] nuper ex Boemia transmisit[b], bonorum suorum curam omnem permittens R. V. Is nunc ad me venit missus a Pragensib. quod admonuissem eos, ut Henricum mitterent, ignorans de quo scriptum esset Henrico, ut cum p. Martino patriam repeteret. Itaque bonum et simplicem hominem, in quo dolus non est[6] in

[a] *Sic ap.;* tamen? nunc? [b] *Supplendumne* litteras? *Cf. infra p. 548.*

[1] P. Ioannes Rethius. [2] Kessel. [3] Act. 21, 14. Matth. 6, 10.
[4] Sap. 8, 1. [5] Cf. supra p. 512. [6] Io. 1, 47.

patriam porro misi, cum putarem eum ad res suas curandas rectius Coloniae aut Lovanii quam nobiscum demoraturum esse.

Scripsit ad me p. Goudanus phtisicus et anxie cogitans mori, ac de vita prorsus desperans. Oro Patrem hunc iuvet et emigrantem animam consoletur R. T. suis precationib.

Augetur mihi auditorium, et quantum intelligo, Dei gratia non deest in hac vinea laboranti, applaudunt et Canonici, quibus quotidie fere duas horas tribuo ad Breviarium huius Ecclesiae recognoscendum, cum nullum fuerit multis abhinc annis [1]. Commendo me interim precibus R. V. et Germaniam nostram ter miseram communibus adiuvari sacrificiis et precationibus peto vehementer. Dominus Iesus nos gubernet ac tueatur. Augustae 21. Octobr. 1559

Servus in Christo Pet. Canisius —

P. Victoria responsum expectat de Hungarico collegio, quod eo quidem abeunte nescio quam consulte inchoabitur. forte ad aestatem prorogari negotium potest. et certius interea quid Archiepiscopus [2] polliceatur, constituendum erit.

Polancus Lainii nomine Canisio rescripsit 4. Novembris 1559.

387.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 21. Octobris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canisio Prouinciale di Alemagna, Augusta". Cod. „Germ. 1559" p. 48.

Aes alienum. Mors Mentuati episcopi. Libri prohibiti. P. Lentulus. Epistulae.

Receuemo vna de V. R. di 23 del passatto ala quale piu in particular se respondera come spero martedi sequente [3] con la posta di Fiandra, adesso mando quel conto de Venecia che me o esmenticatto l'altro sabbatto [4], ci reccomandara al Vescouo del mantuato

Accepimus epistulam R. V. die 23. superioris mensis datam, ad quam magis singulatim rescriptum iri spero proximo die Martis [3], cum tabellarius proficiscetur, qui litteras in Flandriam perferendas curat. Nunc autem rationem illam pecuniarum a Venetis expensarum mitto, cuius sabbato superiore oblitus eram [4]. R. V. cum suis preces fundet pro Mentuato episcopo; cui Deus et dominus noster pacem

[1] Vide supra p. 522, et maxime infra, monum. 205.

[2] Nicolaus Olahus, archiepiscopus strigoniensis.

[3] Is futurus erat dies 24. Octobris. [4] Vide supra p. 534.

con li suoi, ddio nostro segnor li dia pace eterna[1], si dara auisso a louanio come se deuiano aportare circa li libri prohibiti, uero è che habbiamo poquissimo comercio con quelli dela prouincia di Fiandria.

Maestro thoma[2] doueria mandarsi a Roma, et poco ben si potra sperar di lui si di questo non si contenta, si adiutarebe qua nello spiritu et anche nelle letere, et poi tornareue piu utile per li suoi, o per qualseuoglia parte che si mandassi, li inclusse mandara la R. V. a Viena, et dia ce auisso si e buono enderezar le letere in augusta accio presto sianno in viena. Nelle oratione dela R. V. tutti molto ci raccomandiamo et in quelle del padre pisa si gia sara aribatto, de Roma li 21 di Ottobre 1559.

Nota: Una cum hac epistula *Polancus* Canisio alteram misit, eodem die a se datam et P. Victoriae destinatam, in qua, praeter alia, de typographia collegii vindobonensis scribit: „Molto ci ralegrariamo in Domino che si trouassi alcuna persona che pillasse la cura et la fatica dela stampa, habbemo uisto molte forme de letere di quella et poche pareno seriano al proposito per uso moderno, non so como si han comprato alcune de quelle letere, forsa seranno autarie, o como el osso che se da insieme con la carne.“ Septem diebus post *idem* eidem: „Molto ci à piaciutto quel che scriue la R. V. de trouar alcuna persona che pigli la cura dela stampa, restando alli nostri poco fastidio et non poca commodita come dice, et si questo fosse fuora di cassa nostra seria pare tanto meglio“ (Ex harum *epistularum apographis eodem tempore scriptis. Cod. „Germ. 1559“ p. 48—51).

---

aeternam concedat[1]. Lovaniensibus scribetur, quomodo de libris prohibitis se gerere debeant; quamquam rarissimum nobis est commercium cum Sociis provinciae flandricae.

Magistrum Thomam[2] Romam mitti conveniebat; quodsi tergiversatur, nescio quid boni ex eo sperari possit; efficiemus hic, ut in pietate atque etiam in litteris proficiat; reversus deinde utilior erit suis vel cuicumque regioni destinabitur. Litteras hisce inclusas R. V. Vindobonam mittet et nobis scribet, num expediat epistulas Augustam Vindelicorum mittere, quo citius Vindobonam perferantur. Omnes magnopere nos commendamus precibus R. V. et patris Pisae, si istuc iam advenit. Roma 21. Octobris 1559.

388.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 27. Octobris 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I“ 70—930 posito, collatum est.

---

[1] Camillus Mentuatus, episcopus Campaniae et Satriani, nuntius anno 1558 a Paulo IV. in Poloniam missus, Canisium secum duxerat (supra p. 301—350). Societatem ingressus erat nepos aliquis Mentuati, ac Mentuatus ipse a. 1546, cum Bononiae vicelegatus esset, erga Socios optime affectum se praestiterat (*Litterae quadrimestres* I, 15). Ex hac epistula corrigendum esse videtur, quod *P. B. Gams* O. S. B. scribit: Mentuatum anno 1560 obisse (Series Episcoporum ecclesiae catholicae [Ratisbonae 1873] p. 865). [2] Lentulum dicit.

Aes alienum. Canisius inopiae Sociorum romanorum sublevandae operam dabit. Societatis fratres scholasticos ex Germania Romam, ut longiorem philosophiae cursum audiant, mittendos esse non censet; corrigi tamen, si forte erret, cupit. Collegii monacensis initia.

† Pax Christi IESV nobiscum Reuerende pater

Accepi literas 7° et 14° mensis huius die datas. adventum autem p. Pisa [*sic*] et fratrum aliorum, ac mei quoque germani expecto. Literas adiunctas Viennam ac Pragam transmisi, ac de venturis eo fratribus monui.

Cum intellexero quantum pro Viatico acceptum et expensum fuerit, de solvendo curabo. Certe Ingolstadienses primis mensibus aegre pendent, quia non parum debent Viennensi collegio, quod similiter exhaustum habet aerarium ob instructam Typographiam. Sed omnem dabimus operam Deo duce, ut et Venetis et Romanis creditoribus quam primum fieri possit, satis fiat. Atque utinam praesenti necessitati, quam Romae non mediocrem esse cognovi, remedii aliquid adferre possemus. Nostrum est sane Patribus nostris compati, et pro nostro modulo adlaborare, ut hanc tantam sublevemus inopiam, quacumque ratione licebit. Agam cum Rectoribus nostris, agam cum fratre cum venerit, et cum fratribus in patriam profecturis, ut sint memores Patrum nostrorum, quibus nihil non debemus in Christo Domino. Is suam gloriam in nobis perficiat, talesque patronos excitet, qui velint et possint pauperibus Christi erogare quod aeternam mercedem promereatur.

Scripseram Viennam[a], non videri necessarium nostros hoc anno Romam mittere causa studiorum. Et causas adiunxi. si mitterent[b] [?] ut missis isthic[c] [?] sumptus ad victum praeberent, ne collegium Romanum gravaremus; deinde ex paucis illis, quos philosophiae aptos habemus Viennae, retineri satius omnes ob promissum Viennae M. Laurentium[1] philosophum. Item pro huius temporis ratione videri satis mediocrem habere philosophiae peritiam, si Germaniae operarios e nostris dare velimus. Forte et valetudinis ratio non fert, ut Germani omnes Romano illo vivant aëre[d], et pauci eam habent ingenii sagacitatem, quam studium philosophicum ex integro tot annis tractandum postulat[2]. Hujusmodi forte scripseram p. Victoriae, qui respondit etiam sibi videri consultius nostros hoc anno non mitti. nihil autem hactenus (quod sciam) ex Urbe scriptum fuit, ut omnino aliquos mitteremus. Iudicet tamen R. V. quid magis expedire in domino videatur.

---

[a] *Sic legendum esse ea, quae sequuntur, ostendunt;* Viennae *apogr.*

[b] *Sic puto esse legendum; quamquam fortasse etiam legi potest:* similiter*;* si mitteret *apogr.* [c] *Sic;* isthuc*?* [d] aere *ap.*

---

[1] Andream. Vide supra p. 504.

[2] S. Ignatius constituerat, ut „cursus artium" integer trium annorum et dimidii esset (Constitutiones S. J. P. 4, c. 15, n. 2).

non defendo meam hic sententiam, et scio me alieno arbitratu vivere oportere. Cupio errorem reprehendi, et me sanari quacumque ratione. Dominus per[a] V. R. huic ineptissimo provintiali succurrat atque viam monstret regiam[1].

Scripsit ex Monachio P. Lanoius, brevi absolutum iri aedificium, nostros expectari post Kal. Novemb. interea quae sunt necessaria preparari in eo collegio. Sed brevi veniet ad me, ac de re tota semel[b] [?] constituemus, adjuti precibus R. V. quibus profecto indigemus. Dominus IESVS in suam gloriam nos conservet, ac brevi nos liberet hac tam anxia Pontificis et diutina expectatione. Auguste 27 Octob. 1559. Servus in Christo P. Canisius.

Adiunxi literas P. Goudani calamitosas, utinam ex nostris aliquem in tanta necessitate habeat[2].

Al molto Reuerendo in Christo padre mio M. Giacomo Laynez preposito generale della Compagnia di IESV Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 18. Novembris 1559.

389.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 28. Octobris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna, Agusta Padre Canissio.“ Cod. „Germ. 1559“ p. 52—53.

Theodoricus Canisius. Canisio Monachium eundum ad collegium incohandum. Magister, quem Canisius petit, dari non potest. P. Cuvillonius Romam mittendus. Fratres bohemi. Socius quidam dimitti potest. Canisio facultas datur suos ad sacerdotium promovendi. Lainius duci Bavariae novos Socios promittere quidem non vult, sed mittet. Protestantes in Bavaria. Facultates ad „Indicem“ spectantes. Collegium tyrnaviense.

Jesus.

Pax Christi.

Receuemo quella de V. R. de 14 del presente et entendemo che el doctor Teodorico canisio non era uenutto. Sera ben scriuerli la

---

Iesus. Pax Christi.

Accepimus epistulam R. V. die 14. huius mensis datam; ex qua intelleximus doctorem Theodoricum Canisium nondum ad vos venisse. Scribat R. V. suo et patris

---

[a] pro *ap.* [b] *Sic;* simul?

[1] Num. 21, 22. [2] Cf. supra p. 541.

R. V. de parte sua, et de nostro Padre che uenga presto et a quelli de Colonia che non lo facianno fermare, et di qua noi scriuiremo il medessimo benche habbiamo poquissimo comercio con quella prouincia. tanto che gia sono non so quanti messi che non habbemo letere loro, et se la R. V. potessi trouar qualche uia commoda per agusta seria bene ce auissasse,

il collegio de Monachio sia cominciato al nome de Jddio nostro s. et pare che per el principio sia conueniente el andatta dela R. V. et anche del padre lanoi, intanto che viene il padre Teodorico. Quanto al mandar vn Rethorico di qua et greco, per adesso non uedo che si possa, sera ben adiutarsi di quello che teneuanno et si è mandatto di la, et forsa maestro Theodoro Peltano seruireue utilmente al ben comune in questa parte. Quanto al D. Couillon veda la R. V. si lo uole mandar a Roma perche qua se potra adiutar meglio come speramo, et ia che il D. pissa se trobara di la credo se perdera poco con sua ausencia, in Jnglustadio [1].

Del non rimandar li boemi cosi presto sera cosa facile come dice V. R. benche speramo meglio de loro che monstra esperar il D. Paulo [2].

Quanto Floriano [3] Nostro Padre si rimette in tutto a V. R. etiam circa il retenerlo, o licenciarlo, li pare però che ascolti, quel che dira il Rector di Plaga et de poi dispona come ddio li inspirara.

Quanto ala facalta del promouere al sacerdocio Nostro Padre la

---

nostri nomine ad ipsum cito ei veniendum esse, et ad Socios colonienses eum illic non esse detinendum. Hinc eadem nos scribemus, licet cum ea provincia rarissimum nobis sit commercium; nescio quot iam menses transierint, quibus nullam ab iis epistulam accepimus. Si R. V. viam aliquam invenerit, qua epistulae commode per Augustam mitti possint, expediet nos monere.

Collegium monacense in nomine Dei et domini nostri incohetur; cuius principiis convenire videtur, ut R. V. eo veniat atque etiam pater Lanoius adsit, donec pater Theodoricus advenerit. Quod R. V. scribit de magistro rhetorices et litterarum graecarum istuc mittendo, ego in praesens non video, quis mitti possit. Convenit opera illius uti, quem habebatis, quemque istuc miseramus. Fortasse magister Theodorus Peltanus bono communi hac in re serviet. Videat R. V., num D. Cuvillonium Romam mittere placeat, ubi eum melius adiuvari posse speramus; quoniam D. Pisanus istic erit, Ingolstadienses ex illius absentia haud multum detrimenti capturos esse puto [1].

Bohemos haud ita celeriter istuc remittere facile erit, sicut scribit R. V.; nos tamen meliora de ipsis speramus, quam se sperare significat D. Paulus [2].

Floriani [3] res omnes pater noster permittit arbitrio R. V., cuius etiam erit eum retinere aut dimittere. Censet tamen R. V. audito prius rectore pragensi statuere debere, quae Deus inspiraverit.

Facultatem nostros ad sacerdotium promovendi pater noster cum R. V. com-

---

[1] Cf. supra p. 531.

[2] P. Paulus Hoffaeus, rector collegii pragensis. Cf. supra p. 531—532.

[3] V. supra p. 519. 532.

comunica a V. R. in modo che sensa aspectar di qua comisione particulare potra far promouere quelli che le pareranno, recordandosi per ho de procedere conforme a li canoni quanto si potra circa la vita doctrina, et eta conueniente.

Del scriuere nostro padre al Duca di Bauiera non li e parso conueniente perche gia lo fece li giorni passatti, et dopoi non ha recebutto letera de sua eselentia, et piu presto uorria[a] [?] obligarsi a mandar altra gente piu docta come V. R. scriue, piu presto uoria far, che prometere in questa parte. V. R. di la si adiutti come meglio potra. Ci dole intendere la inclinatione del statto di Bauiera alle Eresia. Voglia Christo nostro s. dar forteza grande al duca, et meter remedio de sua mano omnipotente nella piaga cosi grande de germania, et di qua nello suplicaremo nelle oratione et mese nostre.

Quanto ala faculta de legere libri contenutti nel catologo et de absoluere quelli che le legessino, si uedera quello che si potra fare col pontifice qualle voglia Dio nostro sennore mandarsi buono secondo le bisogni de la sua chesia.

Qui vanno letere per Vienna sopra il negocio del arceuescobo Stregoniense[1]. V. R. potra uedere et scriuere quel che le pare al padre Vitoria. ci reccomandiamo tutti molto nelle oratione de V. R. De Roma li 28 di Ottobre 1559.

---

municat ita, ut possit, quos idoneos iudicaverit, promovendos curare, non exspectato singulatim mandato nostro; curet tamen, quantum fieri poterit, observare, quae canones praescribunt de moribus, doctrina, aetate convenienti.

Ad ducem Bavariae scribere patri nostro non est visum, quia iam ad eundem scripsit superioribus diebus nec postea litteras excellentiae suae accepit; neque obligare se vult ad alios eosque doctiores mittendos (quod R. V. scripsit); sed haec facere potius quam promittere vult. R. V. istic a se ipsa auxilium petat. Cum dolore cognovimus rempublicam bavaricam ad haeresim propendere. Christus dominus noster magnam fortitudinem duci tribuat et omnipotenti manu gravissimo Germaniae vulneri adhibeat remedium; id quod hic precibus et sacrificiis ab eo exoptemus.

Quod ad facultatem attinet libros in catalogo inscriptos legendi et eos, qui legerint, absolvendi, videbimus, quid impetrari possit a pontifice; quem Deus et dominus noster nobis mittat bonum et talem, qualem ecclesiae Dei necessitates exigunt.

Litteras adiungo ad Vindobonenses de negotio archiepiscopi strigoniensis datas[1]. R. V. iis lectis patri Victoriae scribat, quae videbuntur. Omnes R. V. precibus nos multum commendamus. Roma 28. Octobris 1559.

---

[a] *Sic ap.; sed legendum videtur:* piu presto che.

---

[1] Nicolaus Olahus, archiepiscopus strigoniensis, Tyrnaviae in Hungaria collegium Societatis condere volebat; cf. supra p. 352.

390.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 4. Novembris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Prouinciale Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 56.

Via quaerenda, qua epistulae Roma in Germaniam inferiorem commode mittantur. Iuvenes in collegium germanicum missi. Collegii trevirensis fundamenta iacienda; ibi Societatis homines institutum suum apertius profiteri oportet, quam Coloniae profitentur. De Lentulo, Goudano, aliis Sociis. Pro Goudano preces fiunt. Petronius sacramentis refectus. Cardinalis Augustanus collegio germanico subsidia dedit.

Pax christi.

Riceuemmo quella di V. R. di 21 del passatto con un altra che le scriue il Padre leonardo [1], del quale di magio in qua non hauemo letere ne altre de collonia. Qui si manda vna lettera per lui, et altra per il padre D. Theodorico canissio. V. R. di gratia li faccia hauer ricapitto et si trouassi uia da poter scriuere in colonia per augusta sarebbe una buona diligenza, perche pare stianno in altro mondo secondo la tarditta che usanno en scriuere, qualche mercadante amico ci potria far grande commoditta in questa parte.

Hoggi aspettiamo maestro Francesco Cipione con li 4 tudeschi che uengono per il collegio Germanico secondo la noua che ci danno quelli che li lasciorono en loretto [2]. speramo anche che a questa hora sera ariuatto il padre Pissa con gli compagni et cosi li altri di Viena.

Pax Christi.

Accepimus epistulam tuam, reverende pater, die 21. mensis superioris datam cum altera, quam pater Leonardus [1] ad te dederat. Nobis inde a mense Maio neque ipsius neque aliorum litterae Colonia allatae sunt. Cum his litteris epistulam mitto ipsi destinatam et alteram ad patrem D. Theodoricum Canisium datam. Quas R. V., quaeso, ad eos perferendas curet, et si viam inveniet, qua epistulae per Augustam mitti possint Coloniam, bonam nobis operam navabit; adeo enim tardi sunt illi in scribendo, ut in remoto mundo degere videantur; amicus aliquis mercator hac in re magnopere nobis commodare poterit.

Hodie magistrum Franciscum Scipionem cum 4 illis Germanis in collegium germanicum venientibus exspectamus; ita enim ad nos rettulerunt, qui Laureti eos reliquerunt [2]. Existimamus etiam hac hora iam ad vos advectos esse patrem Pisam cum sociis et ceteros, qui Vindobonam missi sunt.

---

[1] Kessel.

[2] Die 8. Novembris 1559 collegium germanicum ingressi sunt „Daniel Ducius Olomucensis", „Sebastianus Altmanus Aquileiensis", „Georgius Saltzmannus Eystetensis Bauarus"; 25. Novembris 1559 ingressus „Albertus Muschkay Ehingensis

Ci marauigliamo non hauer noua de la arriuatta del D. Rodriges [1] perche un gram pezo fa doueua essere arriuatto secondo le lettere che de lui habbiamo d'Avinnon [a].

De la andatta del Padre Leonardo a Treuere, o del Padre Retio [b] (il che sereua forsa piu conueniente) [2] pare non po se non seguirse bene pur che non sianno cosi rispettossi in treuere come in Colonia doue in sin adesso non sapiamo che si faciano conogere come persone dela compagnia [3]. Quanto al Maestro lentulo del primo tracto bastara farlo andar insino ad Augusta, di la V. R. procure persuaderli il viagio di Roma, o almeno insino a Venecia per parlar col padre Benedetto [4], et di la si potra acostar insino a loretto et Roma.

Quel enrico [5] fara meglio per se stesso li negocij suoi che con la procura che ce haueua mandatta. Del resto quanto a lui et li altri che uoglino disponere delle cose sue .V R. credo sempre si ricordara dele constitutione nostre et anche del bisogno,

Per il Padre Gaudano si fara oratione et si he fatta, Dio .N. S. li dia o la temporale o eterna uitta et sanitta como uede che piu conuiene.

Miramur adventum D. Rodericii nondum nobis nuntiatum esse [1]; nam ex litteris, quas Avenione ad nos dedit, concludendum est eum iam ante aliquanto advenisse.

Si Treveros proficiscetur pater Leonardus vel pater Rethius (quem illuc ire fortasse praestabit) [2], non videntur ex ea re nisi bona oriri posse, dummodo ne tantum ad homines respectum habeant Treveris quantum Coloniae, ubi adhuc nescimus, num aperiant se de Societate esse [3]. Satis erit magistrum Lentulum primum permoveri, ut Augustam usque proficiscatur; istic R. V. ei persuadere curet, ut Romam eat vel saltem Venetias usque, ubi patrem Benedictum [4] conveniat, atque inde Lauretum et Romam usque pervenire poterit.

Henricus ille [5] melius per se ipse negotia sua expediet quam per litteras auctoritatesque nobis missas. Ceterum existimo R. V. tum in ipso tum in reliquis dirigendis, qui de facultatibus statuere volent, constitutionum nostrarum atque etiam inopiae semper memorem futuram esse.

Pro patre Goudano preces et fient et factae sunt. Deus et dominus noster aut hanc aut aeternam vitam et sanitatem ei tribuat, prout magis convenire viderit.

---

[a] da Vinnon *apogr.* [b] Regio *apogr.*

---

citra Danubium Sueuus Constantiensis" (*Cod. rom. „All. coll. germ." p. 12. 13). Ducius anno 1575 a parte capituli olomucensis electus est episcopus; sed summus pontifex eius electionem irritam esse iussit. Muschkay paulo postquam Romam advenit Societati Iesu nomen dedit (Card. *Steinhuber* l. c. I, 75—76).

[1] De P. Christophoro Rodericio vide supra p. 505.

[2] Treveris collegium Societatis instituendum erat; cf. supra p. 488[4]. 540.

[3] Hac de re cf. supra p. 155.

[4] P. Benedictum Palmium, praepositum provincialem Longobardiae, dicit; cf. supra p. 523[3].

[5] Vide supra p. 540. Hic patrimonium vel eius partem romanis Sociis donare voluisse videtur.

ci ralegramo cresca il audittorio et satisfacione. Dio Nostro .S. accresca parimente il frutto. Le inclussa per Viena si mande al Padre Vittoria dopo che la R. V. la habia uista.

Maestro Petronio è uenutto a questa festa di tutti li sancti[1] a confessarsi et comunicarsi et anche a facto la charitta con noi nell collegio che se faceua la festa della professione del D. Emanuel[2].

A datto anche il cardenal de Agusta 100 scutti per adiutto del Collegio Germanico. Resta recomendarsi tutti molto nelle oratione de V. R. Di Roma li 4 di Nouembre 1559.

Gaudemus R. V. auditores horumque favorem augeri. Deus et dominus noster fructum quoque pariter augeat. Litteras hisce inclusas et Vindobonam destinatas R. V., cum legerit, patri Victoriae mittat.

Magister Petronius proximo omnium sanctorum die[1] ad nos venit, ut peccata confiteretur et sacram communionem acciperet, atque etiam caritatem nobis exhibuit in collegio, cum professio D. Emmanuelis sollemniter celebraretur[2].

Dedit etiam cardinalis Augustanus 100 scutatos ad collegium germanicum adiuvandum. Restat ut omnes precibus R. V. vehementer nos commendemus. Roma 4. Novembris 1559.

391.

IACOBUS LAINIUS,

Societatis Iesu praepositus generalis,

CANISIO CETERISQUE SOCIETATIS PRAEPOSITIS PROVINCIALIBUS.

Roma sub medium mensem Novembrem 1559.

Ex apographo, paulo post scripto, cui librarius haec inscripsit: „† Quaedam quae in Congregatione Particularj[3] a Patre Praeposito generalj sunt instituta et missa mense Nouemb. 1559“. Cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 63a.

Certae preces pro Societate fundendae. Constitutiones observandae. A negotiis „saecularibus“ abstinendum. Doctrina christiana. Iuvandi, qui in carceribus vel morti proximi sunt, itemque defuncti de Societate et collegiorum fundatores. Reditus augendi.

1. Jnprimis omnes quj in Societatis nostrae obedientia uiuunt, singulis hebdomadis [Deum] orent pro statu ipsius Societatis in uniuersum ut dignetur in ea conseruare et augere gratiam suam, et singulj Sacerdotes Missae Sacrificium cum eadem intentione semel in hebdomada saltem deo offerant[4]. Omnibus autem id magnopere com-

---

[1] Kalendis Novembribus.

[2] P. Emmanuel de Sa (Saa), theologiae professor in collegio romano, 2. Novembris 1559 vota sollemnia nuncupavit (*Phil. Alegambe* S. J., Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu [Antverpiae 1643] p. 102).

[3] Cum patribus „Assistentibus“ haec habita esse videtur.

[4] Postea constitutum est, ut singulorum mensium initio singuli Societatis sacerdotes unum sacrum, ceteri vero unam „coronam“ sive tertiam rosarii partem pro

mendatum esse uellemus, ut in agendis crebro gratijs diuinae bonitatj, quod hactenus huic exiguae plantae Societatis tantum incrementj et fructus largirj uoluit, gratitudinem nostram ostendamus.

2. Praeterea cum tantum momentj sit positum ad commune bonum Societatis nostrae in obseruatione constitutionum ac regularum, curandum erit diligenter, ut illae obseruentur et ad eandem normam nostrorum institutio, in domibus et collegijs exigatur, et nominatim illa de silentio negotijs saecularibus imponendo [1] curae sit.

3. Consuetudo etiam doctrinam Christianam explicandj, in nostris domibus et uisitandi [a] eos qui in custodijs publicis detinentur, et assistendj moribundis [b], eosdemque in eo transitu ab hac uita adiuuandj diligenter [c] [?] eis qui aliorum curam gerunt commendetur [d] [?] [2].

4. Praepositj prouinciales sibi subditis Rectoribus et praepositis scribant, ut erga defunctos ex ipsa societate, charitatem a suis exercerj curent [3], Et quod ad fundatores [e] attinet, siue uiuentes siue uita defunctos, uideant an gratitudinem suam aliquo pio ac spiritualj beneficio declarare [f] [?] et de ipsis bene mererj debeant. Et permittitur eorundem arbitrio quibus orationibus et missarum sacrificijs hunc uel illum iuuare uelint, quicquid tamen statuerint extra ordinarium [4] ad tempus et non quasi quid perpetuum, uel quo [g] successores obligantur [h] [?], statuant, quicquid autem illud fuerit, ad praepositum Generalem referatur, saltem postquam effectum fuerit.

5. Rectoribus Collegiorum curent Praepositj Prouinciales animum addere, tum exemplo suo, tum etiam uerbo, ad commune Societatis bonum promouendum, pro suorum collegiorum incremento, utque curent diligenter temporalia, quae necessaria erunt, ad maiorem Scholasticorum numerum, sustentandum.

Canisius Lainio rescripsit 8. Decembris 1559.

---

[a] uisitando *apogr.* [b] *Vel:* morituris; mortuis *apogr.*
[c] *Sic vel simili modo corrigendum esse videtur, quod habet apogr.:* licet.
[d] *Sic ap.;* commendatur? [e] funditores *apogr.*
[f] praestare? *Vocabulum obscurius scriptum.*
[g] quod *apogr.* [h] *Sic ap.;* obligentur?

Societate Deo offerrent; quae leges ex ipsis Societatis constitutionibus (P. 10, n. 1) manaverunt (Catalogus missarum et orationum, quae nostris praescribuntur. *Institutum* Societatis Iesu III, 36).

[1] *Constitutiones* P. 6, c. 3, n. 7. *Summarium* Constitutionum reg. 45. *Regulae* communes n. 41.

[2] Haec commendantur in *Constitutionibus* P. 4, c. 8, n. 7, G; P. 5, c. 3, n. 6; P. 7, c. 4, n. 6. 7. 9 etc.

[3] *Constitutiones* P. 7, c. 4, n. 3. 4.

[4] Ea, quae Societas collegiorum fundatoribus perpetuo sive „ordinarie" praestat, in ipsis *Constitutionibus* (P. 4, c. 1) proponuntur.

392.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 18. Novembris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Prouinciale da Alemagna.“ Cod. „Germ. 1559“ p. 61.

In Germania inferiore divina gloria propagatur. P. Theodoricus Canisius. Collegia Noviomagi et Monachii constituenda. Fratres scholastici Vindobona Romam mitti debebant. Romani Socii stipe iuvandi. Litterae piae.

Jesus.

Receuemmo [a] quelle di V. R. di 27 del passatto, et laltro sabbatto io auisai come haueuamo riceuutto vna del D. pissa de 28 del medessimo [1], dopoi non hauemo riceuutto lettere dela R. V. benche ogni settimana scriuiamo.

tandem receuemmo letere de Fiandria, et de Colonia, et alcune noue che ci anno datto molte consolation in Domino intendendo la dilatacione del divino seruicio per mezzo della compagnia nostra in quelle vande [2].

Quanto al padre D. Theodorico ci scriueno seria statto molto utile per introdur la compagnia in Nobiomago [b], ma forsa la ausencia di esso li dara magior disiderio, et in questo mezzo lui potra seruire in Monachio, et altri della compagnia maturaranno. per acceptar a quel collegio et altro. per credere gia sera tornatto detto D. theodorico non ci le scriue che venga.

Iesus.

Accepimus litteras R. V. die 27. mensis superioris datas. Sabbato superiore ego vobis scripsi nos epistulam D. Pisani die 28. eiusdem mensis datam accepisse [1]. Postea litteras R. V. non accepimus, licet singulis hebdomadibus scribamus.

Allatae sunt nobis tandem epistulae flandricae et colonienses et cum iis nova aliqua, ex quibus multum solacii in domino cepimus intellegentes cultum divinum per Societatem nostram in regionibus illis dilatari [2].

Scribunt nobis patrem D. Theodoricum valde utilem futurum fuisse ad Societatem Noviomagum inducendam; sed fortasse ipsa eius absentia illorum desiderium augebitur, atque interea ipse Monachii operam vobis praestare poterit, et alii Socii maturescent, qui hoc collegium et alia assumere possint. Nos, cum existimemus D. Theodoricum illum iam ad vos revertisse, non scribimus ei, ut redeat.

---

[a] Recemmo *apogr.* [b] Obiomago *apogr.*

---

[1] Has Polanci litteras, 11. Novembris 1559 datas, non inveni.

[2] Collegii coloniensis litteras quadrimestres et menstruas, Colonia 2. Augusti, 13. et 29. Septembris datas, posuit (nonnullis rebus omissis) *Hansen* l. c. p. 330—335.

Quanto alle Ragione de non hauer mandatto li scholari di Vienna, pare a nostro Padre si deueuano posponere al hordine datto dela obedientia, ma gia che non ci sono mandatti restino in buonhora, uero è che non solamente nelle lettere ma etiam, nelli costumi et spiritu ci serianno adiutatti li buonni ingenij venendo qua con la conuersatione, et cognitione della compagnia di Roma et si ben non portassino il modo di farsi le spesse, non per questo deueria restar di mandargli, che, or quelli uengano, or non, e de credere la R. V. et il Padre Victoria et gli altri che haueranno occasione, procurar-anno adiutare alli visogni nostri li quale pure tutti sonno per spesse simili, de operari che han a laborare alla vigna de Dio .N. S. fra li qualli ci sonno gratissimi quelli che se han a mandare in Alemagna.

Forsa si mandaranno qui alcune letere de edificatione [1], et cosi non dico altro se non che ci raccomandiamo etc. De Roma li 18 di Nouembre 1559.

Rationes, propter quas scholastici vindobonenses huc missi non sunt, patri nostro videntur postponendae fuisse iis, quae per oboedientiae leges statuta erant; at siquidem illi missi non sunt, iam domi maneant; certe bonae indolis scholastici, si huc venissent, ex romanorum Sociorum consuetudine et cognitione non solum in litteris, sed etiam in bonis moribus et pietate profecissent; atque etiamsi non habeatis, unde ali possint, non tamen hac de causa iis mittendis supersedere oportet. Sive autem illi venient, sive non venient, speramus R. V. et patri Victoriae et ceteris, qui opportunitatem habebunt, cordi fore, ut necessitatibus nostris subveniant, quae quidem omnes oriuntur ex huiusmodi expensis, quae fiunt pro operariis in vinea Dei et domini nostri laboraturis, atque inter hos gratissimi nobis sunt, qui in Germaniam sunt mittendi.

Fortasse cum his litteris epistulae aliquot mittentur pietatis excitandae gratia scriptae [1]. Quare aliud non dico nisi nos commendare nos etc. Roma 18. Novembris 1559.

393.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 25. Novembris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis: in margine: „P[adr]e Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 64.

Fr. Wenceslaum Sturmium Romam advenisse.

---

[1] Huiusmodi *epistulae italice scriptae et a *Polanco* Roma 16. Novembris 1559 datae apographum, in collegio ingolstadiensi statim factum, exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 64[a]—67[a].

Jesus.

Non habbiamo riceuute lettere di V. R. questa settimana et alle precedenti fu risposto hoggi, fa otto di.

Questa si scriue solo per coprir l' alligate per Viena (alli quali V. R. di gratia faccia dar buon riccapito) et per farli intendere come hoggi è arriuato Vincislao mandatto di Praga sano dio laudatto, tutti ci raccomandiamo etc. Di Roma li 25 di nouembre 1559.

Iesus.

Hac hebdomade litteras R. V. non accepimus; ad priores autem ante hos octo dies rescriptum est.

Haec scribuntur tantum, ut iis involvantur litterae adiunctae et Vindobonam datae (quas R. V. secure, quaeso, illuc perferendas curet), atque ut eadem R. V. certior fiat hodie Wenceslaum, qui Praga huc missus erat, sanum advenisse; Deo sint laudes. Omnes nos commendamus etc. Roma 25. Novembris 1559.

394.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 2. Decembris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta . Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 69—70.

Nec litteras Canisii nec stipem quandam Romam afferri. Curandum, ut romanis Sociis inopia laborantibus suo tempore solvantur, quae Ferdinandus I. iis quotannis solvenda constituerit.

De alcune settimane in qua non reciuiamo lettere nesune di V. R. Le ultime sue sonno di 27 di Ottobre, di qua si è scritto quassi senza mancar settimana alcuna et ci dice il secrettario dil cardenal de Augusta, che ogni settimana senza mancar recebino letere dilla. aduerta adunque come deriza le letere la R. V., hauendo per il passatto scritto quel che uisognaua in risposta dellae suae, non occorre altro che dire si no che stiamo di qua tutti sani, et qui uanno certe lettere, alli qualli si potra dar ricapito. Jo non scriuo al padre Vittoria per

---

Ab hebdomadis aliquot nullas R. V. litteras accipimus. Quas postremum accepimus, die 27. Octobris datae erant. Hinc prope nulla hebdomade scribere omisimus, et secretarius cardinalis Augustani nobis dicit ipsis istinc litteras afferri singulis hebdomadibus, nulla excepta. Videat igitur R. V., qua via epistulas mittat. Cum iam antea ad litteras R. V., quae rescribenda erant, rescripserim, aliud, quod dicam, non habeo, nisi nos omnes hic bene valere. Adiungo epistulas quasdam, quas iis mittatis, ad quos datae sunt. Ego ad patrem Victoriam non do litteras,

hauerlo fatto piu uolte di poco in qua, ma V. R. li potra mandar questa per la quale intendera. che riceuemo le sue di 24 di otobre alli quali se fece risposta a 25 del passato et specialmente è ben che intenda, che quelli denari della Elemosina mandatta per adiuto nostro, non sonno estatti datti, in Fiorenza, per insino adesso. Sera ben forsa, che si intenda del segnor Enbaxador del Duca [1] si fa conto che si diano o non, accio che per altra vanda si diano, ci hauerianno fatto grande adiuto si ci fossino statti datti atempo, ma almeno quanto prima ci faccianno dare.

Per il natale prossimo si haueuano a pagare li 400 dela Elemosina della maiesta Cessarea [2], ma questi mercadanti che li pago laltra uolta [3], non tiene auisso nesuno. Se si sapessi di la qui sonno quelli mercadanti di Augusta, che hanno presso lo assunpto seria molto bene che li fossi datto ricordi accio che quanto prima dianno l' ordine de pagarci questi denari. et nel tempo che ci trouiamo in Roma tanto stretto et coñ tanta gente et carestia lo adiuto che in questa parte ce si dara sera molto oportuno. anzi molto necessario. ne altro diro in questa se non che ci recomandiamo tutti molto nelle oratione di V. R. di Roma li 2 di Dezembre 1559.

---

cum paulo ante compluries ei scripserim; sed R. V. has ei mittat, ex quibus intelleget nos accepisse suas die 24. Octobris datas; ad quas die 25. mensis superioris rescriptum est. Maxime autem convenit eum cognoscere nummos illos, qui nostri iuvandi causa missi sunt, usque adhuc Florentiae solutos non esse. Expediet fortasse a domino oratore ducis [1] comperire, utrum eos datum iri censeat an non; tunc enim per aliam regionem mittendi erunt; utilissimi nobis fuissent, si suo tempore dati essent; curandum saltem, ut quam primum dentur.

Festo natalis domini proximo persolvendi quidem erant 400 illi, qui ad stipem caesareae maiestatis pertinent [2]; sed ad mercatorem illum, qui alias eos numeraverat [3], hac de re nihil omnino scriptum est. Si forte istic mercatores illos augustanos cognoveritis, qui id in se susceperunt, magnopere expediet eos moneri, ut nummos illos nobis solvi quam primum iubeant. Nunc cum Romae in tantis angustiis versamur et tot Socios habemus atque annona tam cara est, subsidium huiusmodi nobis valde opportunum atque adeo valde necessarium erit. Neque aliud his litteris dicam nisi nos omnes precibus R. V. vehementer nos commendare. Roma 2. Decembris 1559.

---

[1] Cosmi Medicei, reipublicae florentinae ducis, orator apud Ferdinandum I. caesarem Laurentius Mediceus (de Medici) tunc erat (*G. Turba*, Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe III [Wien 1895], 85[4]. 158).

[2] *Polancus* *litteris 23. Decembris 1559 datis haec clarius significat, scribens Ferdinandum I. constituisse, ut Sociis romanis suo nomine 400 scutati aurei singulorum annorum initio solverentur. Anno 1555, Bohemis illis Societatem Romae ingressis, id statutum esse asserit *Polancus* in Chronico V, 32. 246.

[3] Vel: ad mercatores illos, qui alias eos numeraverant.

395.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 8. Decembris 1559.

Ex apographo, sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* scripto, quod postea cum autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I[a] 73—935 posito, collatum et ex eo completum est.

Partem epistulae italice vertit *Boero*, Can. p. 217—218.

P. Pisanus aliique Socii. Constitutiones Sociis explicantur. Universitas vindobonensis de Sociis conquesta; quos prudentia et modestia uti oportet. Socii quidam oboedire nolentes. Aliqui in Societatem „sine examine" admissi. Praestat Socios per litteras bonis se abdicare quam ipsos eius rei gratia in patriam proficisci. Capita quaedam Societati a Lainio commendata. Canisius ipse se accusat et officio praepositi provincialis liberari cupit.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende pater.

Addam reliqua, de quibus aut non attigi quicquam aut non satis explicaui, praesertim cum literae quas nunc Viennae et Pragae datas accepi de nonnullis scribendis monere videantur [1].

Petit Doc. Victoria mitti ad se Doc. Pisam, id quo minus fiat, haec dissuadere possunt. Eget ille salubri aere, quem Jngolstadii sentit propitium sibi. Viennae insalubris esse solet ut hinc credam magis illic laborare Doc. Rodriguez. 2º Ad tractandam theologiam locus Jngolstadii aptior, plures studiosi etiam e nostris. 3º Substituendus aliquis P. qui non solum morosus, sed etiam et sibi et aliis subinde permolestus est; ut mente captus non raro videatur, et subiectus nescio cui lunationi [2]. Alioquin non displicent ea quae in contrarium adducit P. Victoria, sed qui principaliter medicum postulat, quem utinam e nostris unum in tanta habeat turba [3]. Sit autem de re tota iudicium penes R. V. quae sciat Jngolstadii non parum usui esse nostris Doc. Pisa [*sic*]. Nam et Rector [4] in spiritualibus quidem studiis promovendis non adeo sicut oportebat, dexter et acris [*sic*] mihi videtur. Itaque Doc. Pisae dedi negotium praelegendi fratribus Constitutiones.

Benedictus dominus, qui foelicem dedit exitum fratri Gregorio, pro quo meam sollicitudinem aliquando literis declaravi [5]. Prae-

---

[1] Ex his verbis intellegitur Canisium eodem tempore etiam alteram ad Lainium misisse epistulam, quae fortasse non de domesticis rebus, sed de iis erat, quae etiam cum externis communicari poterant; at haec epistula perisse videtur.

[2] P. Ioannes Cuvillonius.

[3] P. Pisanus etiam medicinae „licentiatus" vel doctor erat; cf. supra p. 503[7]. 528.

[4] P. Nicolaus Lanoius.

[5] Hic quis fuerit nescio.

monueram P. Victoriam, ne ansam daret Professoribus[1] aduersus nostros insurgendi, et adhiberet nouis conatib. necessariam hoc tempore moderationem. spero autem neque illum neque nostros in causa esse cur merito queratur[a] [?] apud Cesarem quamquam necdum vidi longam illam de nostris accusationem quae mihi quidem satis intempestiva videtur, quasi Catholici nihil Viennae habeant ab haereticis negotii sed cum catholicis magistr. Caesar necessario suam interponeret[b] [?] authoritatem. Deus hanc[c] nostris addat sapientiam, ut suaviter simul et fortiter[2] negotium Christi et scholae promoveamus. Ex his tenebris forte maiorem lucem et potestatem collegium accipiet. Virescit vulnere virtus[3], et oppugnata fit admirabilior atque illustrior.

Hic annus relinquit R. T. filios rebelles in hac provincia, Doct. Schorichium, P. Dionisium, Jonam, Gierardum Lapidanum et Casparum Grieger[4]; de Lentulo est simile periculum metuendum. Quare illos qui segregarunt se ipsos[5] precibus et sacrificiis suis revocare dignetur ut priusquam devorentur[d] a lupis oues erraticae, ad suum ovile se recipiant Domino miserante.

Literas ad Archie. Strigoniensem nunc missi [*sic*] Viennam.

Si placet R. V. ut iuxta normam constitutionum[e] adhibeatur examen his, qui sine examine nostri aliquamdiu fuerunt (id quod utile fore videtur et securius) Rectores admonendos curabo[6]. Regulas praeterea desideramus.

Petit Doctor Henricus[7] onere patrimonii liberari, et liberatum esse vellem. Illud uero considerandum puto, expediatne nostros rerum agendarum imperitos in patriam cito amandari, ubi quam parum expediant et quam diu haereant, quorundam exemplis docemur. Apud inferiorem Germaniam sic nostri admonentur a nostris, ut negent se esse homines huius societatis, nec fatentur rogati se IESVitas esse, ut ubique dicimur[8]. Deinde res saepe sunt ita perplexae, ut neque

---

[a] *Sic; sed legendum esse puto:* querantur. [b] *Sic ap.;* interponet?
[c] hac *apogr.* [d] devorarentur *apogr.* [e] constititutionum *apogr.*

---

[1] Universitatis vindobonensis; v. supra p. 473. 474.

[2] Cf. Sap. 8, 1.

[3] Hanc sententiam ex carminibus *A. Furii Antiatis* excerpsit *Aulus Gellius*, Noctes Atticae l. 18, c. 11.

[4] De his cf. supra p. 500, ac de Casparo Grieger (Krieger), qui nescio an idem ac Casparus Conger (Kongus), de quo *Can.* Epp. I, 619[1], fuerit, etiam *Litteras quadrimestres* IV, 332. 334.

[5] Iudae 19.

[6] *S. Ignatius* constituerat, ut omnibus in Societatem admitti cupientibus illius institutum explicaretur, atque ut iidem de rebus quibusdam interrogarentur, quae, si adessent, eorum admissionem impedirent. Haec omnia comprehenduntur „primo ac generali examine", Constitutionibus praeposito.

[7] P. Henricus Blissemius, bonnensis.

[8] Eorum, qui Sancto Ignatio se iunxerant, diversi erant ordines. Qui vota sollemnia aut publica „coadiutorum formatorum" vota nondum nuncupaverant, bis

initium neque finem reperiant. Terrentur nostri etiam metu scandali, quod obtendi solet, humanae et divinae sapientiae consilia tarde coeunt, incidunt ea plerumque[a] [?] tempora, quibus nihil extorquere possint, uel ab amicis uel a creditoribus ob annonae caritatem. Quare consultum esset fortasse et P. Martino[1] et M. Henrico[2] et aliis fratrib. omnia literis tractare priusquam honestis saepe et necessariis studiis offitiisque suis intermissis ad illas lites et pugnas patrias abeant.

Magnos quidem concipiunt animos, dum absunt, presentes autem franguntur, et re parum expedita, cum longi temporis iactura reverti eos videmus praesertim cum ad manus non habeant, quorum niti consiliis posse videantur. Haec iudicabit[b] [?] R. T. melius. Ut redeam autem ad Doc. Henricum probo eius pium desiderium, sed videor videre rem male constitutam, ut dubitem, consultene faciat, Pragae tot modis necessarius [si] discedat ad illud peculiolum et incertum patrimonium, homo alioquin imbecillis et qui procul sit ad suos peregrinaturus. Eadem de Doc. Paulo[3] est ratio.

Accepi puncta quaedam generalia, de quibus actum in Congregatione particulari, et ad nostros quoque transmisi[4]. Utinam eadem sit in membris, quae in capite diligentia. Cogor sane fateri, me neque Professi, neque Provincialis muneri ulla ex parte, sicut Constitutiones requirunt, satisfacere: idque partim ob socordiam, quod hucusque mentem non serio applicem ad hanc divinam institutionem, partim ob ineptitudinem, imprudentiam, et caecitatem meam singularem. Quare supplex peto veniam a R. P. T. et aliquam iniungi poenitentiam velim, ut paterna disciplina correctus, cum hoc anno novo novam praestem sedulitatem et obedientiam integram, Domino cooperante[5]. Quem ex animo precor, ut hoc officio gravi aliquando me liberet per R. T., utque meliorem occasionem suggerat in omni humilitate et obedientia exercitandae mentis et promovendae vocationis, cui scio me non satis respondere. Oret pro me interim, quaeso, tua pietas, et certum habeat, nullum ex Praepositis Provincialibus maiore subsidio et meliore directione indigere. Dominus augeat in nobis suam

---

[a] *Vocabulum obscure scriptum.* [b] *Vel:* iudicarit; iudicavit *apogr.*

---

singulis annis, cum vota illa simplicia, quae „scholasticorum" dici solebant, emitterent vel renovarent, promittere debebant se „Societatem" Iesu „*ingressuros esse*" (*Constitutiones* P. 5, c. 4, n. 4; cf. *Can.* Epp. I, 654[6]). Quibus votis etiamsi veri religiosi constituebantur (id quod postea a Gregorio XIII. perspicue definitum est), merito tamen se e Societate esse negare poterant; in ipsis enim Societatis Constitutionibus statutum erat ipsos in via ad Societatem esse (Ex. c. 1, n. 10. Cf. etiam *Franc. Suarez* S. J., Tractatus de Religione Societatis Iesu l. 4, c. 16, n. 2—7 [ed. *G. de Rererseaux* S. J., Bruxellis et Parisiis 1857, p. 258—260]). De hisce autem (ac fortasse etiam de noviciis) Canisium loqui ex hoc ipso patet, quod de iis, qui bona sua nondum a se abdicaverunt, agitur.

[1] Stevordiano. [2] Blissemio. [3] Hoffaeo.

[4] Haec vide supra p. 549—550. [5] Marc. 16, 20.

gratiam, quae in hoc necessaria est instituto. Augustae 8 Decemb. 1559.

Seruus in Christo Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo padre mio .M. Giacomo Lainez. preposito generale della Compagnia di IESV

Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 23. Decembris 1559.

396.

CANISIUS

GREGORIO ROSEFFIO, GEORGIO SCHERER, GEORGIO PESSERER,

candidatis Societatis Iesu Vindobonae degentibus.

Augusta Vindelicorum 14. Decembris 1559.

Ex apographo (2°; p. 1; in p. 4. inscr.), saeculo XVI., ut videtur, scripto, quod est Monachii in archivo regni bavarici, Jesuitica in genere, Fasc. 13, No. 214. Alterum apographum idque saeculo XVII. scriptum exstat ibidem, in libello non ligato [4°] p. 19—20.

In Societatis Iesu noviciatum eos admittit. Quam praeclara sit vita religiosa. Quibus virtutibus maxime studere debeant.

Pax Christi JESV nobiscum.

Pergratae mihi fuerunt literae uestrae, dilectiss. in Domino fratres, quibus testatum abunde fecistis, qua uos Christus donarit gratia, et quo studio ad gratiae cooperandum uos excitetis, atque commoueatis. Magna profecto gratia, suas et mundi tenebras agnoscere, agnitas detestari: maior, ad sanctam et praeclaram uerae pietatis lucem, quae in tabernaculis iustorum[1] effulget, se totum transferre: maxima uero abiectis mundi blandimentis, relictisque humanae uitae retibus[2], solum Christum lucrifacere[3], et eius gratia colere paupertatem, amare crucem, seipsum contemnere, et ex sola Obedientiae lege pendere. Vos uti duce Christo coepistis, ita in hac summa eius gratia perseuerare uelitis, nihilque unquam dubitetis, quin iugum domini indies magis ac magis sit uobis suaue, et onus eius leue[4] futurum. Habetis interim quos et intueri duces et imitari praeceptores in Christo possitis, ut meae quidem apud uos admonitioni relictus esse locus non uideatur. Probo autem uehementer hoc studium uestrae pietatis, uosque lubenter adscribo albo nostrorum, qui in hac domini IESV ueluti noua militia se praebent exercitandos.

---

[1] Ps. 117, 15. Prov. 14, 11.
[2] Cf. Matth. 4, 18—22. Marc. 1, 16—18.
[3] Phil. 3, 8. [4] Matth. 11, 30.

Illud curate inprimis, ut bellum ipsi uobis indicatis, et de ueteris Adae cupiditatibus quotidie uobis aliquid detrahatis. Tum ut humilitatem perinde, ac Reginam et seruorum dei Magistram uobis familiarem ut reddatis rogo, nihilque Superiorum arbitrio, si uultis unquam sapere, anteponatis. Dominus IESVS in gloriam suam nos tueatur, donetque charitatem ardentem, quae nostros expurget, et illustret, et perficiat animos. Orate pro me dominum charissimi fratres. Augustae 14 Decemb. 1559.

Seruus in Christo
Pet. Canisius.

Studiosis et pijs adolescentibus, Georgij nomine insignitis, ijsque tribus Germanis Societatis IESV tyronibus Viennae.

Tribus quidem „Georgiis" Canisius hanc epistulam inscripsit. Sed alteri illi apographo a librario in margine adnotatum est: „Sunt datae hae literae ad P. Gregorium Roseffium, P. Georgium Schererum, et P. Georgium Besserer Viennam dum studiosos ibi agerent; et errauit [P. Canisius] in nomine P. Gregorij, quem putarat Georgium quoque uocari, ait P. Forer, apud quem autographum huius epistolae retinetur." Laurentio autem Forer S. J. (1580—1659) facile credi potest; nam et vir gravissimus erat — Ingolstadii et Dilingae professor fuit, lucernense collegium rexit, multos libros cum laude vulgavit —, et ex ipso Roseffio, id quod statim intellegemus, haec audire poterat. Accedit quod in * „*Annalibus*" collegii vindobonensis notatum est Roseffium ibi a. 1559 in Societatem admissum esse (Cod. „Annal. Vienn." f. 9[a]). Ipse etiam Gregorius Roseffius (Rosseffius), landishutanus, in * *catalogo* residentiae S. J. augustanae, quem ipse exeunte a. 1566 Romam misit, asserit se Vindobonae 15. Septembris 1559 Societatem [candidatum] ingressum esse et ibidem 2. Februarii 1560 vota fecisse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 398[a]). *Socher* (l. c. p. 80) asserit eum ac Georgium Scherer 16. Septembris 1559 religiosam vitam auspicatos esse. Hoc certum est eos viros evasisse praeclaros. Ac Gregorius quidem Roseffius (1538—1623) post Canisium per 36 fere annos contionatoris munus in summo templo augustano administravit; collegii quoque augustani primus rector et provinciae Germaniae superioris per 10 fere annos praepositus fuit (*Plac. Braun*, Geschichte des Kollegiums der Jesuiten in Augsburg [München 1822] p. 177—178. *Franc. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana V [Augustae Vindelicae 1789], 182—198; VI [ibidem 1790], 211). Georgius autem Scherer († 1605), Svacio (Schwaz), tirolensi oppido, ortus, per 40 fere annos Austriam contionibus aliisque apostolicis laboribus excoluit, collegium vindobonense aliquamdiu rexit, polemicos libellos plurimos et egregios, ac multos edidit sermones sacros, germanico sermone eoque valde emendato conscriptos (*Socher* l. c. p. 80. 119. 142. 180—181. 285 etc. *Janssen* l. c. VII, 503—504. 578—580. *Hurter*, Nomenclator I, 164—165. *Sommervogel*, Bibl. VII, 746—765. *Katholische Blätter aus Tirol*, 23. Jahrg. [Innsbruck 1865], p. 513—518). „Georgium Pesserer Bauarum", anno 1561 in collegio vindobonensi „professorem Grammaticae" fuisse ex catalogo eiusdem collegii, eodem anno ibidem excuso, constat (*Sommervogel*, Les Jésuites de Rome etc. p. 2 catalogi). P. *Paulus Hoffaeus*, Germaniae superioris praepositus provincialis, in suo * „Libro Professionum" notavit „Georgium Pesserer An° [15]70. in Decemb." „Dilingae defunctum" esse, postquam „Vienna infirmus venit." (Cod. „XIII. Y.").

397.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 23. Decembris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Prouincial." Cod. „Germ. 1559" f. 77—78.

De PP. Theodorico Canisio, Pisano, Cuvillonio, Victoria, Rodericio, Sociis aliis ac de collegiis pragensi, ingolstadiensi, vindobonensi, monacensi. De decumis clero Bavariae impositis, Societatis Iesu regulis, pecunia Sociis romanis subministranda, collegiis novis.

Pax christi etc.

Jesus

Receuemmo quelle di V. R. di 8 del presente et ci pareua che gia troppo tardassino. ci ralegramo in Domino che hauia trouatto mezzo di mandar et riceuere letere a colonia. Del Padre D. Teodorico habbiamo letere de Otobre et altre piu fresche del Padre Verardo et del Padre Leonardo [1]. che si li era scritto et si le scriuerebbe di acelerare la sua tornata nella Germania superiore. È bene che il padre Pissa si facia conoscere et uadi guadanando autorita in Jngolstadio accio che un di possa pigliar la lectione in luogo dil D. Couillon. qual pero non dubito si procurara de V. R. de adiutare per se et per altri accio facia meglio il debito suo.

Pax Christi etc. Iesus.

Accepimus litteras R. V. die 8. huius mensis datas; quae quidem sero nobis videbantur afferri. Gaudemus in domino R. V. viam invenisse, qua epistulae Coloniam a nobis mitti et inde nobis afferri possent. Accepimus litteras patris D. Theodorici mense Octobri datas et alias easque recentiores a patre Everardo et patre Leonardo missas [1]; qui ad nos rettulerunt per litteras illi mandatum esse et iterum mandatum iri, ut in Germaniam superiorem redire festinaret. Expedit patrem Pisam Ingolstadii notitiam hominum consequi et auctoritatem magis magisque sibi comparare, ut aliquando scholam suscipere possit, quam D. Cuvillonius habet; nec tamen dubito, quin hunc R. V. et ipsa et per alios diligenter adiutura sit, quo melius quae oportet praestet.

---

[1] PP. Theodoricum Canisium, Everardum Mercurianum, Leonardum Kesselium significat. In * codice, in quo Canisius contiones ab ineunte mense Novembri a. 1559 usque ad exeuntem mensem Februarium a. 1560 Augustae a se habitas vel potius harum adumbrationes sive commentaria quaedam partim ipse scripsit, partim ab aliis scribenda curavit, contionum a die 17. Decembris 1559 usque ad 1. Ianuarii 1560 et die 14. Ianuarii 1560 habitarum maior pars Theodorici Canisii manu scripta est (Cod. „Scripta B. P. Can. X.O." f. 33^{b}—66^{b}). Quae ostendunt Theodoricum tunc Augustae cum Petro fratre fuisse.

Come habbiamo commodita de mandar quelle constitutione che V. R. ricerca si mandarano perche pare seria troppo pesso per andar con le lettere.

Del mandar un prete a Praga se non fossi fatto maestro Baldassar[1] sacerdote pareria piu necessario[a]. di qua pensando che pigliarebbe li ordini sacri detto Baldassar si era scripto al Padre Vitoria de proueder li d' un[b] maestro. pur V. R. che è piu vezino et deue saper meglio li bisogni di sua Prouincia dia l' ordine che li parera. Del Padre cornelio[2] dispona etiam come li parera in Domino et etiam de[c] maestro Giodocho[3]. Al padre Victoria si era scritto etiam che facessi l' officio suo non obstante la professione del D. Rodriges[4]. del qual entendemo stia con febre, l' haueua anche hauuta nella uia. Di rimouerlo[d] di la non accadera per adesso trattare, ma di adoperarlo nel seruicio diuino, in quel che parera conueniente. Al fratello Giorgio dia pace eterna Christo N. S.[5] et hauia recomendato Pietro Juliacense et Tadeo[6].

Constitutiones illas, quas R. V. petiit, mittemus, ubi opportunitatem nacti erimus; nimii enim ponderis esse videntur, quam ut epistulis adiungi possint.

Si magister Balthasar[1] sacerdotio non initiabitur, magis necessarium esse videtur, ut sacerdos aliquis Pragam mittatur. Nos existimantes Balthasarem illum sacros ordines suscepturum esse patri Victoriae per litteras mandaveramus, ut Pragensibus magistrum aliquem provideret. Verum R. V., cum vicinior sit et provinciae suae necessitates melius noverit, id constituat, quod conveniens esse iudicaverit. De patre quoque Cornelio[2] statuat, quae in domino visa erunt, itemque de magistro Iodoco[3]. Iusseramus etiam patrem Victoriam officio fungi, etsi D. Rodericius vota sollemnia nuncupasset[4]; quem intelleximus febri laborare, qua etiam in itinere afflictus erat. In praesens non de eo istinc amovendo est agendum, sed de adhibendo ad divinum cultum iis in rebus, quae convenire videbuntur. Fatri Georgio pacem aeternam det Christus dominus noster[5], et commendatos sibi habeat Petrum Iuliacensem et Thaddaeum[6].

---

[a] necessaria *ap.* [b] li dum *ap.* [c] et etiande *ap.* [d] rinouerlo *ap.*

---

[1] In *catalogo* augustanae domus Societatis Iesu exeunte a. 1566 conscripto asseritur „P. Balthasarem Sammarayr“ [alias „Samereyer“, „Sarum“] pfarrkirchensem Romae a. 1556 in Societatem admissum esse eiusque vota nuncupasse, Pragae [quo eodem anno cum primis Sociis missus erat; v. Cartas de *San Ignacio* VI, 453. 464, et *Schmidl* l. c. I, 93] per 5 annos magistrum fuisse et philosophiae cursum absolvisse etc. (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599“ f. 398[a]).

[2] Brogelmanno. [3] Carcaeneo (Carcereo); cf. supra p. 524[3].

[4] Victoriae animum scrupulus invasisse videtur: sibi, vota sollemnia nondum professo, non licere collegium vindobonense, dum professus aliquis in eo moraretur, regere atque ipsi illi professo praeesse.

[5] „Georgius Meissingensis“ a. 1556 in collegium ingolstadiense venerat (Cartas de *San Ignacio* VI, 497). „Georgius Kraus“ bavarus ante medium a. 1559, 22 fere annos natus et ante $4\frac{1}{2}$ annos Societatem ingressus, ex collegio vindobonensi, ubi rhetoricae studebat, in aliud collegium proficisci iussus est. Eodem tempore in collegio vindobonensi degebat „Georgius Klainshmit Turingus“, 24 annos natus et anno 1555 Societatem ingressus (*Cod. „Austr. Fund. III.“ f. 160[b]—162[a]).

[6] Aegrotabat corpore Petrus (vide supra p. 456[3]. 523) et fortasse animo Thaddaeus (Maro? v. infra p. 583[2]. 588).

Si è uisto quel che V. R. scriue sopra le decime et pare bene che fece quella informacione qualche persona. che era poco sadisfatta di quelle [1]. Come haueremmo Papa facilmente haueremo aprobatione. per quello che se apertiene a la compagnia nostra tanto in Jngolstadio, quanto in Monachio. Quanto al numero per adesso si potra tolerar questo come un principio [2], ma bisognara spingere sua excellenza o li suoi a passar in anzi.

L' andar del padre Pissa in Viena non pare conueniente massime per conto de la Medicina [3] perche lui deue esser smenticato di quella et non trouar medico per li ultimi amalati, pare procedessi de la suspecione de peste et per una cosa casuale [a] non pare a nostro Padre si debia far resolutione de adoperar medico proprio de la compagnia in Viena.

A maestro Teodoro [4] uisognara dar lo adiuto spirituale, che ci potra, accio che il bene che ha serua al comune etc. Come si deuiano portar in Viena con quelli che ci lamentano di loro V. R. li potra auisare poi che deue cognocere li umori dela gente [5]. Quelli che non sono statti essaminati entrando fra li nostri sara ben che siano essaminati conforme ale constitutione nostre [6]. Le Regule se uedera de far le copiare et mandare [7]. Pare bene a nostro Padre quel che

---

Vidimus, quae R. V. de decumis illis scripsit; omnino videntur ista ad vos relata esse ab aliquo, cui decumae illae satis displicebant [1]. Ubi pontificem habebimus, facile efficiemus, ut ista in re ab eo probentur, quae ad Socios nostros tum ingolstadienses tum monacenses spectant. Numerus ille Sociorum nunc quidem tamquam initium quoddam ferri potest [2]; sed excellentiam suam vel eius officiales urgeatis oportet ad eum augendum.

Ut pater Pisa Vindobonam eat, convenire non videtur, maxime propter medicinam [3], cum ab huius memoria eius animus iam alienus esse videatur; quod autem illic iis, qui nuper aegrotabant, medicum non invenerunt, ex suspicione pestis factum esse videtur, nec censet pater noster ob fortuitam rem statuendum esse, ut Vindobonae proprio medico, qui de Societate sit, utantur.

Magistri Theodori [4] animus, quantum fieri potest, adiuvandus est, ut bona, quae in ipso sunt, in commune bonum convertantur etc. Vindobonenses Socii, quomodo erga eos, qui de ipsis conqueruntur, se gerere debeant, a R. V. edoceri poterunt, quippe quae hominum istorum indolem norit [5]. Eos, qui Societatem nostram ingredientes examinati non sunt, expedit examinare secundum constitutiones nostras [6]. Regulas transcribendas et ad vos mittendas curabimus [7]. Quod R. V. scribit, etiam patri

---

[a] causuale *apogr.*

---

[1] Vide supra p. 433.

[2] In collegio monacensi tunc octo tantum erant Socii; cf. infra, monum. 192.

[3] Cf. supra p. 555.

[4] De Theodoro Peltano loqui videtur.

[5] Cf. supra p. 556. [6] V. supra p. 556.

[7] Ex his verbis concludere licet regulas Societatis (primo loco „regulas Provincialis“ hic significari puto; vide supra p. 524) hoc tempore typis exscriptas nondum fuisse.

V. R. scriue che procureno prima per lettere il D. Anrichi et maestro paulo[1] far li suoi negocij familiari del patrimonio. et quando quello non riuscisse, se potra trattar dela presentia si sera espediente o non. Si scriuira a loro la settimana che uiene per che adesso non si po.

V. R. credo sapia che la magestad cesarea haueua ordinato che ogni principio di anno se pagassino in Roma 400 scudi d' oro. et certi mercanti da Augusta haueuano questo assunpto. hora uenendo il tempo non trobamo qua che nessuno hauia comissione de pagar questi denari. ci faria la R. V. molto buon opera de procurar d' entendere qui sianno quelli mercanti et far qualche officio buono con loro. accio quanto prima facessino pagar detti denari. Del medessimo si scriue al padre Victoria et come non hauemmo riceuuto anche quel subsidio che la R. V. sa. perche a presso certa uia che non è reuscita. in caso che non arriuassino le nostre lettere che per altra uia si mandano V. R. di gracia li faccia scriuere la sustancia di questo capitulo[2].

Molto buona speranza si mostra de moltiplicar collegij nelli principali luogi dela Germania superiore et inferiore secondo che entendiamo per letere de louanio et Colonia. Dio Nostro .S. multiplichi li operarij. et dia ala R. V. buon principio di anno insieme con la sua Prouincia tutta per suo magior seruicio. Di Roma li 23 di Decembre 1559.

---

nostro placet: ut D. Henricus et magister Paulus[1] negotia, quae ad patrimonia eorum pertinent, primum per litteras cum suis conficere conentur; qui conatus si irriti fuerint, quaeretur, utrum expediat necne ipsos de rebus illis coram agere. Scribetur ad eos hebdomade proxima, quia nunc scribi non potest.

R. V. scit (ni fallor) maiestatem caesaream constituisse, ut singulorum annorum initio 400 scutati aurei Romae [nobis] solverentur; quod ut fieret, mercatorum quorundam augustanorum curae commissum erat. Verum appropinquante huius solutionis tempore hic non invenimus quemquam, qui eos nummos solvere iussus sit. R. V. valde nobis gratificabitur inquirendo, quinam mercatores illi sint, et bono aliquo modo intercedendo, ut quam primum pecuniam istam solvendam curent. De eadem re ad patrem Victoriam scribimus. Ac quia ne subsidium quidem illud, quod R. V. novit, ab eo accepimus, quia per viam quandam illud mittere voluit, per quam ad nos non pervenit, et quia litterae nostrae, quas alia via ad eum mittimus, fortasse ad eum non perferuntur, R. V. summam, quaeso, huius capitis cum eo per litteras communicandam curet[2].

Ex litteris Lovanio et Colonia missis intelleximus optimam comparere spem collegiorum praecipuis Germaniae superioris et Germaniae inferioris locis multiplicandorum. Deus et dominus noster operarios multiplicet et R. V. atque omni eius provinciae faustum anni principium tribuat, ut in eius cultu proficiatis. Roma 23. Decembris 1559.

---

[1] Henricus Blissemius et Paulus Hoffaeus. [2] Vide supra p. 554.

398.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 30. Decembris 1559.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. ex autographo, in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I.“ 75—937 posito, transcriptum et postea cum eodem collatum est.

Monacense collegium, cui et dux et populus favent, melioribus eget magistris. Collegium Landishuti condendum. Num caesaris filio, Elisabetham Angliae reginam uxorem ducturo, aliquis de Societate comes addendus?

† Pax Christi[a] nobiscum Reuerende Pater Praeposite

Etsi non habeam quod respondeam literis, quas quidem expecto, tamen mittam aliquid, ac praesertim de Monachiensi collegio. Id magnum quotidie capit incrementum, non sine singulari principis et populi applausu, quem conciones P. Martini [1] facile confirmant. Credo nihil esse gestum a nostris Ingolstadii, et nihil etiam geri posse, quod cum profectu huius collegii in tam praeclara et parata messe conferatur. Cervum et aprum his diebus princeps misit in culinam; auditores quotidie multi videntur accedere, nondum etiam constituta schola, evocabuntur e monasteriis religiosi nostros audituri: adest cum aula princeps harum rerum, quas hactenus Ingolstadii nostri obscure tentarunt, studiosus. Itaque dubium apud me nullum est, quin Bavariae sint nostri ex hac velut arce plurimum profuturi, praesertim si accedant paulo aptiores scholae magistri, de quibus alias frater scripsit. Nam quos Vienna dedit ac praeterea Ingolstadium, sunt revera imbecilliores, quam ut pro dignitate respondeant expectationi. Qua in re consolationem speramus aliquam nobis dari, praesertim si qui in humanioribus instituti, etsi pauci, mittantur ex Urbe. Scripsi collegium hoc non plene constitutum videri, quamdiu decem dumtaxat alentur: sed iudicabit R. T. possit ne ad tempus hoc concedi Principi, qui nunc ad tertium[b] Lanshutae collegium animum applicat.

De Caesaris filio in Angliam mittendo sponso intelligimus: ubi R. T. forte nos admonere posset, quid Caesari concedere liceat,

---

[a] Chri *apogr.* [b] ternum *apogr.*

---

[1] Stevordiani; cf. infra, monum. 193. P. *Nicolaus Lanoius* Lainio Monachio 1. Ianuarii 1560 *scribit: „Mirum est sane gentem tot modis sacerdotum et monachorum improba vita scandalizatam ita catholicae ecclesiae pietatem in ceremonijs et cultu diuino retinere. . . [Principes catholici Germaniae] pluris faciunt vnicum germanicum concionatorem doctum et eloquentem quam maximam turbam Ciceronum et Platonum quorum lingua et eruditio pueris in schola dumtaxat prodesse ualeat“ (Cod. „G. Ep. I“ f. 114).

nostram forte operam postulanti, ut aliquem addamus Theologum proficiscenti novo Regi. quamquam hac de re nihil certi habeo [1].

Doctor Lanoius habet abunde quod agat Monachii, ut principia collegii confirmentur. Abit interea meus frater Ingolstadium, ut statuat de tribus quos tyrones adduxit e patria: postea Monachium si placet, recta petet: nam scripsi dubium mihi videri, rectiusne Ingolstadii quam Monachii Rectorem acturus sit.

Dominus conatus nostros in suam dirigat gloriam et novum hunc annum precibus et sacrificiis R. T. nobis prosperet.

Augustae 30 Decemb. 1559. Servus in Christo
Canisius.

Cogitamus P. [Covillonium][a] in Jtaliam remittere ut sibi magis prosit, dum fractus viribus et se et alios defatigat, ac sine fructu laborat. Jnterea operam dabimus, ut Doc. Pisanum in docendo paulatim illi substituamus: Dominus IESVS nobiscum.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre mio .M. Giacomo Laynez Preposito Generale della Compagnia di IESV Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 20. Ianuarii 1560.

399.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 30. Decembris 1559.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 81—83.

In iis, quae ad decumas bavaricas pertinent, Sociorum conscientiae securae reddentur. Capitulo varmiensi Socios petenti satisfieri non potest. Collegia visenda. Societatis domus Augustae instituenda. Pecunia collegio romano mittenda. Collegia Germaniae. Haeresis propagatores Vindobona et Monachio eiecti. De Pio IV. bene sperandum. Societati is favet. Deus pro eo orandus.

Jesus.

Riceuemmo quelle di V. R. de 16 del presente [2] con la copia di quella boîla delle decime et si uedera al suo tempo de far qualche

---

Iesus.

Epistulam R. V. die 16. huius mensis datam [2] una cum exemplo litterarum illarum apostolicarum de decumis datarum accepimus; ac cum caput iam et pastorem

---

[a] *Librarius noster adnotavit, hoc nomen in autographo scriptum, sed postea „oblitteratum" esse. Nec tamen dubium est, quin de Cuvillonio Canisius scribat.*

[1] Cf. supra p. 381[5] et infra, monum. 167. [2] Haec epistula perisse videtur.

buon ufficio per asecurar le conscientie[a] gia che Jddio .N. S. a datto capo et pastore ala sua chiesia[1]. Riceuemo anche insieme con dette lettere quella del capitulo uuarmiense per il suo prelato[2] et si uede che non intendeno li collegij della compagnia ma uorreueno hauer operarij de poca spessa et noi haueriamo charo de hauer tanti che si potessi sodisfar a tutti etiam a miglior mercato. Poi che gratis desideramo seruire al ben comune, ma non si potendo abraciar ogni cosa per adesso conuiene attendere prima à quelle che piu importano. Del far uenir li Rettori in Augusta non sarebbe de tanta utilita, quanta il uisitar li loro collegij, si lo permetessino le occupationi d'Augusta in qualche parte del anno. et qui mi occorre ricordare che trouandosi qualche modo per stabilire un collegio in Augusta ò al meno una casa propria seria ben hauer memoria de non lasciar passar le occassione che Dio mandassi et seria forsa ben conuersar con alcuni potenti che sono asai in Augusta quali si gustassino in poco di tal opera, hanno tanta facilita de far la come sa V. R.

Ducati 600, a P. Theodorico Canisio Coloniae relicti, collegio romano mittendi sunt, quod aere alieno obruitur. P. Victoria de rebus pragensis collegii, si quae graviores constituendae sunt, v. g. de graecae linguae magistro eo mittendo, Canisium consulere debet. Lainio magis placere videtur, ut post aliquod tempus P. Theodoricus Canisius collegii monacensis, Lanoius ingolstadiensis gubernationem suscipiat[4].

Molto ci siamo consolati in Domino de intendere che la cesarea

---

Deus et dominus noster ecclesiae suae dederit[1], opportuno tempore, ut conscientiae securae reddantur, intercedere conabimur. Simul cum litteris illis etiam litteras capituli varmiensis per eius praelatum ad nos missas[2] accepimus; ex quibus cognovimus eos non de Societatis collegiis instituendis cogitare[3], sed id agere, ut parvo aere operarios nanciscerentur; atque utinam tot nobis suppeterent operarii, ut omnibus minore etiam pretio satisfacere possemus; gratis enim utilitati publicae servire cupimus. Cum autem cuncta suscipere in praesens non possimus, ad ea prius nos converti convenit, quae maioris sunt momenti. Rectores Augustam evocari tantum non proderit, quantum eorum collegia invisi, si qua anni parte R. V. per augustanas occupationes id licebit. Atque hic quidem mihi occurrit R. V. monere, ne, ratione aliqua collegii vel saltem propriae domus Augustae constituendae oblata, obliviscamini occasionibus uti a Deo missis; qua de re fortasse convenit consilia inire cum aliquibus proceribus (Augustae horum haud exiguus est numerus); quibus si ea res aliquantum arriserit, eam efficere facile fore R. V. novit.

Ducati 600 etc. [ut supra].

Magno solacio affecti sumus in domino, cum cognovissemus a caesarea maie-

---

[a] constientie *apogr.*

---

[1] Cf. supra p. 433—434. Die 26. Decembris 1559 Pius IV. electus erat.
[2] Aut: litteras capituli varmiensis, praelato eiusdem [Stanislao Hosio] destinatas.
[3] Vel: quid Societatis collegia sibi vellent, non intellegere.
[4] Cf. supra p. 510.

Maiesta habia caciato quelle peste[a] [1] di Viena et anche la Eccellentia del duche de babiera quel altra di Monicho[2]. Dio .N. Segnor li dia spiritu forte et eficace zelo del honor suo et adiuto della Religione Catholica.

Gia la R. V. hauera intesso la electione del summo Pontifice, prima che questa ariui. la note prima del natale a 25 di questo mese, fu adorato[3] et dopoi per uia di scruttinio nemine discrepante electo, quel che si chiamaua il Cardinal de Medicis[4]. non [lo] habbiamo insino adesso troppo familiarmente praticato, ma entendiamo de molti luogi che ha buonissima mente, et che sara molto fautore non solamente dela giusticia in questo suo statto temporale con abundancia et pace, ma anche delle cose de la Religione catholica in tutte le bande, et che da senno uol atendere a quelle et far special fauor ala

---

state pestes illas [pestem illam][a] [1] Vindobona atque etiam ab excellentissimo Bavariae duce alteram illam Monachio expulsas esse[2]. Faxit Deus et dominus noster, ut principes isti fortibus sint animis ac re ipsa omnique studio Dei honorem augeant et catholicam adiuvent religionem.

R. V., antequam has litteras accipiat, cognituram puto summum pontificem electum esse: Nocte prima, quae festum Christi natalicium subsecuta est, die 25. huius mensis, adoratus[3] et postea per suffragia, nemine discrepante, electus est, qui cardinalis de Medicis dicebatur[4]. Quo licet usque huc valde familiariter usi non simus, eum optimae esse voluntatis neque solum, ut terrenum hoc regnum suum iustitia, rerum copiis, pace floreat, sedulo facturum, sed etiam catholicae religionis res ubique diligenter curaturum atque easdem serio administrare et sacrae inqui-

---

[a] *Sic; sed fortasse legendum:* quella peste.

---

[1] Ex litteris Vindobona 30. Octobris et 13. Novembris 1559 a Iacobo Soranzo, Venetorum apud Ferdinandum I. oratore, Venetias ad reipublicae „ducem" missis intellegitur Ioannem Sebastianum Phauserum, Maximiliani II. contionatorem lutheranum, et canonicum quendam, qui Phauseri „nuptias" (alteras) conciliaverat, paulo ante a Ferdinando I. beneficiis ecclesiasticis privatos et ecclesiam ingredi vetitos, ac Phauserum a Maximiliano patri gratificari volente et munere et urbe submotum esse (*Turba* l. c. III, 111. 119—120). P. Christophori Rodericii S. J. operam ea in re intercessisse narrat *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 116. Canonicus autem ille Maximiliano ab eleemosynis (*Sacchinus* l. c.) et a confessionibus (vide *Can.* Epp. I, 526) fuisse videtur.

[2] Ex his verbis collegeris Canisium Lainio rettulisse Martinum Balticum, scholae latinae („poëticae") monacensis rectorem lutheranum, ab ipso Alberto V. duce Monachio expulsum esse, ideoque labi videtur *K. v. Reinhardstoettner,* cum Balticum sub id tempus Monachio Ulmam ex voluntate transmigrasse censet (Martinus Balticus [Bamberg 1890] p. 42—43).

[3] Unus ex modis summi pontificis eligendi est „quasi-inspiratio" sive unanimis (antequam suffragia lata sint) acclamatio et reverentiae oboedientiaeque testificatio („adoratio").

[4] Ioannes Angelus Medices, presbyter cardinalis tituli S. Priscae, pontifex maximus creatus est „hora", inquit *Onuphrius Panvinius,* „inter septimam et octauam [calculi, ni fallor, illius, quo Itali horarum numerationem ad vesperum, cum sol occideret, incipiebant] eius noctis quae Christi natalitia subsequuta est": *Bap. Platinae* opus de vitis ac gestis summorum pontificum . . . locupletius redditum per *Onuphrium Panuinium* (Coloniae 1562) p. 341.

inquisitione. Hauemmo etiam intesso per uno degli piu intimi cardinali che porta molta affectione a nostro Padre Preposito et a tutta la compagnia et che ha grand' espectacione di quella. Vn di questi giorni li parlera detto Padre nostro et si potra ala giornata scriuere in particulare quel che si trouara. che essendo Vicario de christo .N. S. nella Terra, et electo in tempo de tanto bisogno nella chesia meritamente se deue sperare che li comunicara il suo spiritu et gracia abundante, per il buon gouerno di quella se li nostri peccati et tepideza non lo impediranno. non si scriue de far recomendar nelle messe et oratione a Dio .N. S. le cose di sua sanctita perche crediamo che la stessa charita muouera li superiori a far instancia in quelle ala diuina magestad nelli collegij et case de la compagnia. Tutti ci reccomendiamo molto a la R. V. et a ligl altri charissimi fratelli di Augusta. Di Roma li 30 di decembre 1559.

---

sitioni singularem favorem praebere in animum induxisse multis ex locis ad nos refertur. Accepimus etiam ab uno ex cardinalibus ei amicissimis eum in patrem nostrum praepositum et totam Societatem valde propensa esse voluntate et optime de ipsa sperare. Cum pater ille noster aliquo ex proximis diebus eum adierit, mox de rebus, quae occurrerint, singulis ad vos scribere poterimus. Quia Christi domini nostri in terris hic est vicarius et eo tempore, quo ecclesia tantis angustiis premitur, electus, Christum, nisi peccata nostra neglegentiaque obstiterint, spiritum suum et gratiam copiosam ad ecclesiam bene regendam eidem esse tributurum merito sperandum est. Ut sanctitatis suae res in missarum sacrificiis et orationibus Deo et domino nostro commendandas curetis, per litteras non praecipimus, quia fore existimamus, ut ipsa caritate moti superiores in Societatis collegiis et domibus eas divinae maiestati vehementer commendandas suscipiant. Omnes R. V. ceterisque carissimis fratribus augustanis nos magnopere commendamus. Roma 30. Decembris 1559.

400.

GEORGIUS GRÄROCKH,

litterarum studiosus [?] aprivillanus,

CANISIO.

Augusta Vindelicorum [?] inter annos 1559 et 1566.

Ex autographo (2°; 1 p.), in cuius pagina altera Canisius partem sermonis sacri a se habendi scribendam curavit et complura ipse emendavit et addidit; annus his litteris non est ascriptus. Cod. „Scripta B. P. Can. X. M." f. 1. 89.

Nummis destitutus, a Canisio, musis amico, opem efflagitat.

Omni honore dignissimo, et doctissimo viro, Domino Petro Canisio, concionatori Cathedralis eclesiae [*sic*] Augustae, Carmina,

Te saluere iubet, dignissimo[a] honore patrone,
Mente simul valida Musa valere diu.

---

[a] *Sic; scribendum erat:* dignissime.

Te patrone peto, quoniam res cogit egenum,
    Implorem domini, nec pudor obstat opem.
Duriter heu nostris iam ludit inopia rebus,
    Me tenet insolito pauperiesque iugo.
Ante ego qui fueram, nummis instructus et auro,
    Iam titubat portu dura πενία[a] meo[b].
Ad[c] te confugio, tanquam miser exul, Asylum
    Da precibus nostris magne patrone locum.
Nam mea spes in te solo inclinata[d] recumbit,
    Exhaustum nummis quaeso iuuare velis.
Munere pro tali, tibi gratia multa feretur.
    Me fateor nunquam posse referre parem.
Sed quod adest nobis, et quo gaudemus abunde,
    Affatim verbo non simulante dabo.
Numina Diua precor, coeli quae sydera torquent,
    Longaeuum nobis te Deus esse velit.
Viue diu Musis omnis studiosa precatur,
    Plebs, ne te nobis liuida fata ferant.
Atque iterum dico longos foeliciter annos,
    Viue memor nostri, Viue valeque diu.

Reu: tuae Dig:

Deditissimus

Georg: Grärockh
ex Apriuilla.

Litterarum harum auctorem, mihi quidem ignotum, non ex Eberstadt, quo nomine complures loci in Bada, Hassia, Wurtemberga siti significantur, sed ex Ebersweiler, qui Lotharingiae vicus est, ortum fuisse opinor.

401.

CANISIUS
SOCIIS COLONIENSIBUS.

Augusta Vindelicorum exeunte anno 1559.

Ex *Hansen* l. c. p. 341.

Litterarum collegii coloniensis quadrimestrium ineunte anno 1560 datarum auctor (P. Ioannes Rethius, ut videtur) haec in iisdem scribit: „Leodium, ut audio, brevi p. provincialis [Everardus Mercurianus] vocabitur, ut locum collegio aptum sibi eligat, ut ex doctoris Canisii literis et Moguntinensis archiepiscopi secretario [Simone Bagen] cognovimus.“

---

[a] *Ab ipso Grär. correctum ex:* πενεία.
[b] *Sic; sed fortasse Gr. scribere voluit:* porta dura πενία mea.
[c] At *Gr.* [d] niclinata *Gr.*

402.

CANISIUS
CHRISTOPHORO PEUTINGER,

patricio et reipublicae augustanae praetori[1].

Augusta Vindelicorum inter annos 1559 et 1576.

Ex apographo, sub a. 1884 in Neerlandia descripto ex autographo, quod sub a. 1865 in Societatis Iesu domo probationis gorhemiensi (Gorheim, in provincia hohenzolleriana) asservatum esse ex altero apographo hoc tempore scripto intellegitur.

Iuvenem commendat munus ambientem.

†

Pax Christi nobiscum. Magnifice Domine Patrone

Praestantiam tuam reverenter oro, ut huic bono adolescenti, quem Catholicum esse multa probant, favere et adesse dignetur. Ministerium ambit, quemadmodum alii multi: si quid autem mea potest intercessio, gratiam impetret quaeso apud tuam benignitatem. Cui Christus clementer assistat ad aedificationem Ecclesiae[2] suae. Ex aedibus.

Servus in Christo Pet. Canisius.

L. S.

†

Meinem gnedigen Herrn Peutinger Stadtpfleger zu Auspurg [*sic*].

Hoc primum, ni fallor, vestigium est familiaritatis, qua Societas Iesu cum praeclara illa familia peutingeriana iungebatur. Carolus Peutinger († 1624) anno 1573 Societatem ingressus est (eius vitam enarravit *Fr. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana I [Augustae Vindelicae 1785], 130—132; de eius virtutibus scripsit etiam *Fr. X. Kropf* S. J., Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris, Pars quarta [Monachii 1746], Dec. 9, n. 314). Notissima quoque illa „bibliotheca peutingeriana“, a Conrado Peutinger collecta et a Christophoro eius filio aucta, postea Societatis collegio augustano tradita est; cuius catalogus exstat apud *Chr. G. v. Murr*, Journal zur Kunstgeschichte und zur allgemeinen Litteratur XIII (Nürnberg 1784), 311—318.

---

[1] Christophorus Peutinger (1511—1576), patricius augustanus et doctissimi viri Conradi Peutinger, scribae senatus („Stadtschreiber“) augustani, filius, annis 1553—1575 una cum Henrico Rehlinger et postea per annum cum Antonio Christophoro Rehlinger reipublicae augustanae praetor sive procurator („Stadtpfleger“) erat. Eo autem tempore Augustae penes duos praetores suprema erat potestas (*Paul von Stetten* iun., Geschichte der adelichen Geschlechter in der freyen Reichs-Stadt Augsburg [Augsburg 1762] p. 188—189. *Dav. Langenmantel* et *Jac. Brucker*, Historie des Regiments in des Heil. Röm. Reichs Stadt Augspurg [Augspurg 1734] ad p. 280 et Anh. 1. 2).

[2] 1 Cor. 14, 12.

403.

P. IOANNES DE VICTORIA S. J.,

collegii vindobonensis rector,

CANISIO [1].

Vindobona 2. Ianuarii 1560.

Ex autographo (2°; pp. 4). Cod. „G. Ep. I" f. 11a—13b.

Romanis Sociis, quae caesar iis quotannis dari iussit, solventur. Victoria stipem iis mittit. Leonardus Püchler. P. Christophorus Rodericius. P. Pisanus germanicam linguam addiscit. Quaeretur, cui collegii vindobonensis typographia tradi possit. Guilielmus Sulenius corrector. Controversiae cum universitate, quae nec Socios philosophiae professores admittere nec collegium „caesareum" vocari vult. Villinus. Georgius Eder. Sociorum catecheses et contiones. Incusat se, quod inconsultius scribat. Nonnihil eum pupugerunt Canisii litterae, cui animum suum exploratum non esse dolet. Maiorum voluntati se prorsus permittit. Canisii catechismus germanicus. „Pestes" motae, non amotae. Typographiae privilegium, labores etc.

Pax Christi.

Paucis respondebo pater Reuerende literis tuis 15. et 16 decembris Augustae ad me datis [2], et primo [a] quidem gaudeo plurimum de foelici ex patria reditu D. Theodorici [3] cui libentissime rescribo tametsi [b] ore ad os vt dicitur loqui recreationis animi causa maluissem. Doleo me nescire qua ratione optime possim patres ac fratres nostros in Christo Romanos nunc temporis in tanta inopia iuuare. Nam quod attinet ad illam summam 400 ducatorum quam Mercatores Augustani tenentur soluere [4] egi cum Domino pigler [5] optimo viro ac patrono nostro singulari vt de solutione eos per literas admoneret tum ne infideliter in soluendo se gererent quemadmodum praeterito anno fecerunt. Legatus praeterea Florentinus [6] serio scripsit vt quamprimum summa illa 260 ducatorum quos hinc misi Rectori Collegij nostri Florentino solueretur. Vnde autem corradere aliquorum eleemosinam iam viennae possim plane non video, interim tamen mittam paruam aliquam pecuniolam 15 aut 20 florenorum summam, sed quid

[a] prino *autogr.* [b] tamet *aut.*

[1] Quamquam in his litteris complura, quae parvi momenti sunt, continentur, eas tamen integras pono: 1. quia paucissimae supersunt ex epistulis, quas ad Canisium gravissimus hic vir dedit, qui de vindobonensi civitate, typographia et nobilium adulescentium contubernio institutis, optime meritus est et postea multas Italiae regiones apostolicis laboribus excoluit (*Socher* l. c. p. 100); 2. quia haec epistula ad gravem controversiam, quam haud multo post inter Canisium et Victoriam ortam esse in tertio huius operis volumine videbimus, intellegendam et diiudicandam multum valet.

[2] Hae perisse videntur. [3] Canisii. [4] Vide supra p. 554. 563.

[5] „D. Leonardus Püchlerus Caesaris consiliarius, qui collegij Patronus erat . . ." : *Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn." f. 7b (in a. 1560). Cuius mentionem faciunt etiam *Socher* l. c. p. 76 et *Turba* l. c. III, 281.

[6] Laurentius Mediceus; vide supra p. 554[1].

inter tantos[1]. Scribo D. Theodorico, vt summa illa, quam huic debet Collegio, nostro nomine ex patria in vrbem mittatur, nam D. Paulo[2] nos ex integro soluimus quidquid in equis emendis ac reliquis rebus pro .d. Theodorico exposuerat. Nos interim non pauca hic debemus, sed si vicedominus solueret expensas, praeterito tempore cum cantoribus factas[3], quod pollicetur se breui facturum salua res esset. P. Rodriguez febris quartana non dum reliquit quin pollicetur se tota hyeme vexaturam hominem, interim nonnullas audit confessiones hispanorum et vix e cubiculo egreditur ac ibidem sacra peragit cibumque sumit etc.[a] [?], vtinam tam foeliciter in linguae latinae studio atque D. Pisa in germanico [*sic*] posset .d. Rodriguez proficere. Expediam, vt potero, Joannis Alberti negotium. Difficilius est meo iuditio illud Geselij, tentabo tamen ea suauitate qua potero hominem ne tentetur [*sic*][4]. Assequutus sum quantum arbitror mentem R. Patris Praepositi generalis et T. R. de typographia[5], quam ob rem cum videar mihi iam a principio et multo antea hoc idem et vidisse et sensisse facile adducar vt totis viribus in hanc vnam rem incumbam ne quicquam molestiarum Societati hanc ob causam relinquatur, quod si hodie vir aliquis fide dignus inueniretur cui rem totam contraderem [*sic*][b] nulla sane ratione id facere dubitarem, et cum hominem huiuscemodi solicite ac studiose hactenus iam a principio quaesiuerim studiosius hoc idem perficere contendam. De impuritate autem caracterum parum sum solicitus quia res est parui momenti cum domi sint matrices satis pulchrae et materiae copia non parua vt nullo negotio et paruissimis[c] [?] expensis possit id vitij tolli in caracteribus ipsis, quodsi aliquando matrices essent emendae vel renouandae literae vt commodius inueniatur qui ex animi nostri sententia rem in se totam recipere velit, nihil me facturum contra mentem maiorum suspicabor si id praestitero per M. Gulielmum atque sine nostro incommodo perfecero[6].

[a] *Signum obscurius.* [b] *Fortasse scribere volebat:* concrederem.
[c] *Sic;* parcissimis? paucissimis?

[1] Io. 6, 9. [2] Hoffaeo.

[3] Victoria pueros canentium choro ascriptos dicere videtur, qui caesaris impensis in contubernio illo alebantur, de quo supra p. 304[9].

[4] De hoc negotio vide supra p. 387. [5] Vide supra p. 523. 528. 542.

[6] „*Thomas Illyricus*" S. J. in collegii vindobonensis *litteris quadrimestribus, Vindobona 1. Ianuarii 1560 datis, scribit: Sub mensem Novembrem a. 1559 „quidam artium liberalium Magister, natione flander doctrina et pietate non uulgaris, et inter nostros olim Romae in Germanico collegio educatus, Typographiae corrector et praefectus fuit, approbante Caesare a nostris institutus. Js probe sane suum munus etiam nunc exercet, et nostris omnem propemodum Typographiae solicitudinem ac labores adimit" (Ex archetypo. Cod. „G. Ep. I" f. 2[b]). Iam aliquanto ante (3. Decembris 1559) P. *Carolus Grim* Vindobona ad Lainium scripserat: „Typographiae nostrae praefecimus .M. Guilhelmum Columna, qui aliquando in Collegio Germanico studuit" (Ex *autographo. Cod. „Germ. 1569. II" f. 152). „Guilelmus Sulenius [Saüle = columna] Doesborgensis dioecesis Trajectensis" mense Decembri a. 1552 in colle-

Quod scribunt Romani de Marsilij[1] studijs nescio vnde proueniat, ad nullam rem multorum iuditio minus videtur aptus quam ad studia, imo sane et Jngolstadij et hic contendi vt in ea re aliquid proficeret sed eius animus alio ferri videtur neque eius dispositio est certe ad studia accommodata, adeo est complexione melancholicus ac sibimet et alijs non ex animi iniquitate, quantum censeo, graujs. ego libenter mittam eum quocunque Romani patres iuserint [*sic*] vel R. T. ordinauerit. attamen hoc vnum de eo sentio hominem esse qui in eodem offitio non possit paccato [*sic*] satis animo cum alijs versari, quare nullibi, si laborandum est vel studendum, inueniet facile optatam pacem nisi gratia perficiat naturam quasi miraculose, condoleo igitur potius homini quam irascor, quando aliquid facit praeter communem naturae consuetudinem, solet si solus sit quieto animo aliquid facere affabre vel in rebus typographicis vel in alijs huiusmodi siue in charta siue ligno siue ferro modo habeat instrumenta quae optauerit, alioquin vix vnquam habet pacem animi. Disponat ergo R. T. quemadmodum voluerit et nouerit magis esse de mente R. P. nostri Generalis. alioquin eius vita esse videretur si solus haberet vnum prelum, si tamen, vt patres Romani significant, illud apud nos tandem vel vnicum esset asseruandum . ne propter conclusiones[2] et alia eius generis non admodum grauia esset nobis sicut fere fit plurimum laborandum. Expectabimus quid responsi simus accepturi de doctore pisa huc mittendo vt hinc alium accipiant Jngolstadienses Doctores eius loco[3]. Nihil timendum nobis ab vniuersitate viennensi hoc tempore judico, tum quia Rector[4] non videtur vlla ratione velle nobiscum litigare, tum maxime quia cum causa eorum non sit admodum grata Caesari non inuenient eum facile hac in re Patronum . qui cum de instituenda lectione philosophiae secum agerem mirabatur quae causa esset cur non retroactis temporibus id iam fecissemus. Et de doctoribus nostris[a] antiqua est foeliniana quaestio[b] [?] in vniuersitate praememorata[5]. cuperent loco nostro aliquem monachorum (ita norunt contegere iniquum aliquando erga nos animum) substituere, et dolent

[a] *In aut. sequitur punctum, deinde iterum:* et de doctoribus nostris.
[b] *Vel:* questio (= *questus?*)

gium germanicum venerat (*Schroeder* l. c. p. 110². 113¹). De eius vita et scriptis vide *M. Denis*, Wiens Buchdruckergeschicht (Wien 1782) p. 579. 617—618. 673. Cf. etiam Card. *Steinhuber* l. c. I, 40, et infra p. 576⁴ et monum. 202.

[1] Marsilius de Ulloa (cf. supra p. 468³) sub medium a. 1559 in collegio vindobonensi „credentiarium" agebat (* *Catalogus* supra p. 438¹ memoratus).

[2] Theses, de quibus disputetur.

[3] V. supra p. 555. 562.

[4] Georgius Eder (*Aschbach* l. c. III, 170. 388); de quo cf. *Can.* Epp. I, 667⁷.

[5] De Socio aliquo in locum Leonardi Villini (quem *Polancus*, Chronicon III, 253 „Felinum" vocat), sacrae Scripturae veteris Testamenti in universitate professoris, substituendo actum erat. Is a. 1557 valetudinis causa ad aquas profectus Paulo Skalichio usus erat vicario (*Aschbach* l. c. III, 270—271. 290).

plurimum nostrum collegium vocari Caesareum, quasi hoc magno atque vnico lumine[a] sit offuscandum illud Archiducalis[1], quare petiuerunt per ambages ne caesareum collegium nominaretur nostrum, atque hinc alijsque ex coniecturis infirmis satis inferebant nos velle eos de sede sua detrudere. taceo alia quae quasi fumus flammae splendore dissoluentur deo duce. hoc vnum satis sit nos intellexisse plane Ederum longe alium animum erga nostram Societatem vel Collegium Viennense habuisse quam significabat exterioribus quibusdam signis[2]. Decreuit caesar vt omnino ematur domus et magnificus pigler negotium totum breui expediet vt proxima estate aedificium ex animi nostri sententia christo bene propitio illius domus absoluatur, interim si fieri poterit laborabimus pro virili parte vt aliqua pars illorum qui partem collegij nostri occupant eo transferatur[3]. Loco patris Caroli legit christianam doctrinam in templo nostro diebus tantum dominicis M. Ekius, qui nonnunquam in alijs etiam templis mane contionatur, raro M. carolus aliquando Joannes magnus, qui fortasse in caesareo Xenodochio posthac se non frustra saepius exercebit[4]. praeter hos vix est vllus cui vacet aut qui eius sit aetatis, vt publice possit contionari ex nostris germanis piringero excepto[5], qui non admodum placet auditoribus praesertim propter vocis fractionem cui remedium adhibere vix possumus propter obscuritatem aut modum exprimendi conceptus et alia, Sed vt spero suo tempore hac' in re erit nobis vtilis. M. gregorius[6] non erit ineptus postquam in religione nostra nonnihil adoleuerit. exercetur aliquando in refectorio, Expecto responsum quomodo intelligendum illud in constitutionibus vbi agitur Rectorem debere 40 diebus legere doctrinam christianam (credo nostris et domi)[7]. Si aliquando concitato animo videor R. T. scribere ea causa est haud

[a] luminae *autogr.*

[1] Collegii archiducalis, anno 1384 ab Alberto III. Austriae duce Vindobonae conditi; de quo vide *Can.* Epp. I, 466[3].

[2] Attamen optimus hic vir Societatem sincere semper amasse videtur.

[3] De hoc nobilium adulescentium contubernio postea plura scribentur; cf. interim *Socher* l. c. p. 78.

[4] Ex **catalogo* collegii vindobonensis a. 1559 Romam misso (cf. supra p. 438[1]) patet Victoriam de his tribus Societatis sacerdotibus loqui: Carolo Grim, qui tunc collegii „minister" erat, Davide Eckio (cf. *Can.* Epp. I, 517[1]), „Ioanne Gros Bauaro".

[5] Wolfgangum Piringer (Pyrrhinger) Ovilabi (Lambach), Austriae inferioris pago, ortum et Vindobonae 5. Februarii 1556 Societatem ingressum esse ibique 29. Septembris 1557 „vouisse primo" asseritur in „**Informatione*" sub a. 1570 ex Germania Romam missa (Cod. „Germ. 1569" f. 52, n. 2). In **catalogo* vindobonensi a. 1559 scripto (vide supra p. 438[1]) dicitur eum 23 annos natum, diaconum, „graecarum litterarum" magistrum in prima classe esse, nonnumquam extra domum contionari. [6] Roseffius; de quo supra p. 559.

[7] *S. Ignatius* constituit, ut, qui collegiorum rectores creati essent, per 40 dies doctrinam christianam exponerent, ita tamen, ut iusta de causa et praeposito provinciali probante per alium id praestare possent (Constitutiones P. 4, c. 10, n. 10 et K).

dubie quod adhuc antiquus Adam non dum est plene in nouum transformatus, caeterum inter alias causas suspicor hanc non esse minimam, quod non satis videam quomodo possim omnibus satisfacere ne de me conquerantur merito qui magnas ob causas in iustificationibus Dei nostri deberem si vllus alius ambulare ac in mandatis eius sine querel.[1] doleo nonnunquam quosdam esse qui non satis videntur animum meum exploratum habere, caeterum quam difficulter quantaque cum animi molestia humilietur superbus non videtur R. T. ignorare, cum dicit: Nomina possunt esse diversa, vt ego dicar Prouincialis, victoria Rector, sed vna sit et maneat quaeso animorum coniunctio, ego tamen ausim affirmare, quae dei bonitas est, me nulla ratione vel nomen hoc vel rem expetere, neque rem vllam antiquiorem mihi vnquam fuisse hac vna sola: vt scirem voluntatem maiorum meorum, ac eis plene essem et cogitatione et voluntate et re coniunctus, quod si id a deo hactenus non obtinui, mea haud dubie peccata causam esse non ignoro, non igitur timeo, sed doleo, me non plene scire aliquando quid plane sim facturus, ne vel latum, quod aiunt, vnguem a maiorum meorum ac Patris nostri Prouincialis consilijs et voluntate discedam.

non omnia prosequar quae me in vltima pagina literarum tuarum pater obseruande pupugerunt. illud tamen non satis intelligo Quod si loco R. T. essem, minus quidem obstreperem toties rogatus pro Pragensibus, et non recusarem mittere formulam illam ante promissam[2], nescio sane quid eis negauerim quidue promiserim. iusit [*sic*] R. T. vt ad se literas pragenses mitterem, sententiamque meam subscriberem, missi [*sic*], ac postea neque verbum audiui, neque mentionem vllam factam in literis vnquam fuisse de ea re memini. Deinde illud addam, verba sunt R. T., : Nam fateor me liberius cum alijs agere Patribus quam cum R. T. quae me nimium timere videtur, et forte grauius ferre, si quandoque scribo liberius et inconsideratius, taceo reliqua quae hic possent dici, hoc vnum dicam, me olim ita cum R. T. egisse non semel. Fac quaeso te Pater R. vt examines omnia diligenter pro tua prudentia, et si quid me vel leuiter commisisse vel etiam ommisisse [*sic*] eorum quae ad me spectant[a] [?] certo noueris non leui, sed grauissima me admone poena seu poenitencia, vt more nostro loquar: paratus enim, christo laus, semper fui, et nunc etiam maxime sum (secundum interiorem hominem[3] loquor nam caro disrumpatur si vult, modo spiritus vim non amittat suam) non ad paruam mensam[4] tantum, sed ad flagella et omne genus crucum currere; si vel minimo nutu intellexero tuo, me id esse commeritum, ne igitur R. T. aliud

[a] *Vel:* a me expectas; ad me expectat *autogr.*

[1] Luc. 1, 6. [2] De hoc vide infra p. 582. [3] Rom. 7, 22. Eph. 3, 16.
[4] Ad parvam mensam genibus flexis cibos ab aliis assidentibus emendicatos comedere genus quoddam paenitentiae est.

me sentire vel habere in corde credat: hoc vnum oro et obtestor per viscera misericordiae Dei nostri[1], ne facile vel literis meis, quas non raro experior me parum praemeditate scribere, vel aliorum nutibus aut dictis adhibere fidem velit, si ita in domino expedire iudicauerit. alioquin nisi timor patris mei non seruilis credo, et reuerentia quam ei debeo et Deo inprimis nostro et christo Jesu esset in corde meo, multo essem peior quam pater mi putas, nihil igitur puto me timere praeter id quod merito est timendum, non tam de quoquam alio quam de me ipso ne nimirum parum faciam Deo et vocationi meae satis, cupiam quamuis cum dei gratia plene utrique satisfacere. Alioquin ita animum meum comparaui iam, pluribus perculsum ictibus, diuina fauente gratia, quod velim etiam obmutescere, ne vel inique vel frustra loquar et omnia equo animo pati siue iure siue iniuria, ac eo modo posthac mercatorias, vt est in prouerbio, aures omnibus porrigere[2], ne[a] [?] quicquam tamen eorum intermittam, quae nouero ea esse, quibus plane me vocationi meae et sententiae maiorum accommodare potero. Facies igitur tu Pater Reuerende quod placuerit de me, ego vero ita Christo Jesu bene propitio me componam, vt non secus atque materia prima omnium formarum sim capax modo eae illae sint, quas absque vlla Dei offensa me posse recipere maioribus meis diuinj beneplaciti apud me interpretibus cognouero.

Petunt aulici catechismum quem expectant germanicum[3], de eo pro sua prudentia et singulari iuditio R. T. quid sit faciendum constituet, si ille iam sit emendatus.

Agam cum praefecto typographiae vt mittat V. R. exemplar priuilegij quod a caes. m. pro typographia obtinuit[4], non enim est cautum absolute ne vllibi imprimantur libri illi quos ex caesarea typographia prodire contigerit, sed ne id fiat absque consensu patrum de Societate aut vt puto rectoris collegij huius quod tamen meo

---

[a] *Sic; sed legendum esse videtur:* nec.

---

[1] Luc. 1, 78.

[2] Id est aequo animo eos audire, eorum sermones haud multum curare („oido de mercader", modus loquendi hispanicus).

[3] Medium illum (inter „Summam" et minimum catechismum), qui germanica lingua primum editus est a. 1560? Cf. infra, monum. 207.

[4] P. *Carolus Grim* in *litteris supra p. 572[6] memoratis: „Caes. Maiestas concessit priuilegium, ut per decennium nemini fas sit in suis regnis aliquid imprimere quod ex typographia nostra prouenisset, concessit praeterea, ut omnia quaecunque ad Typographiam spectarent, sine uectigalibus ex alijs locis huc uehi possent." Ferdinandus privilegium hoc, quod ad totum imperium romanum omnesque terras suas hereditarias pertinere volebat, collegii vindobonensis rogatu Magistro „Gulielmo Sulenio Columnae" *litteris concessit Vindobona 8. Novembris 1559 datis, quibus Sociorum diligentiam magnis laudibus extollebat; earum apographum eodem tempore scriptum exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae (Cod. „Ferdinandus I. 1557—1564 n. 12" f. 132[b]—133[b]).

iuditio non fuit petitum (de rectore dico) tametsi sciam non esse hoc proprium[a] [?] meum qui breui vt spero amouendus hinc veniam, sed fiat dei in omnibus plena voluntas.

De pestibus[1] nihil nuntiaui amotis, quod Cromerum fecisse T. R. refert. motus enim erat non amotus, quis fumo delectetur sub caloris spetie? ego flamma purgatissima delector, quam sane non adhuc vidi. Puerum solere a fletu nonnunquam desistere ferunt quasi in prouerbio, vt nimirum crudius post paululum fleat, ita actum video propter mea peccata. Sed viuere deum qui in eo uiuunt optime norunt.

Placebunt germanici isti typi quos mitto, et materia, vt audio, non displicebit, primum hoc est folium: sequetur vnum aut ad summum eiusdem materiei duo. De industria compositoris typographi et correctoris nihil ago. difficilia ac minus quam par esset culta quia prima, sed erunt vt spero breui, non vltima nostra, sed vltima domi nostrae, eaque aliquanto politiora, erunt vltimi quoque labores nostri typographici, hoc enim a principio solicite curaui et nunc ago solicitius, an a me aliud requiratur apud T. R. esto iuditium, quod enim aperte nouero, aperte contendam perficere. deus nouo suo spiritu nouo hoc anno recreet animas nostras, amen. Et T. R. nobis incolumem seruet ad suam gloriam. omnes filioli tui pater R. se tibi commendant plurimum ac reuerenter salutant. Reliqua ex literis quas Romam mitto cognosci poterunt. Viennae .2. Januarij 1560.

Reuerentiae T.

Seruus in Christo Jesu
Victoria.

Canisius hanc epistulam Romam ad Lainium misit, et ad eam mense Ianuario per Theodoricum fratrem rescripsit.

404.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 6. Ianuarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis: in margine epistulae: „Alemagna, Padre Canissio"; in margine „postscripti": „Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 86. 89.

Socii decumas bavaricas accipere poterunt. Praestat collegia iam instituta confirmare quam nova instituere. Collegium hungaricum. Vindobonenses et pragenses

[a] *Vocabulum obscure scriptum.*

[1] Phausero et canonico illo, de quo supra p. 567. Maximilianus Phauserum in Styriam miserat, inde suo tempore eum ad se revocaturus (*Hopfen* l. c. p. 35).

Socii. Victoria cum caesare in Bohemiam profecturus. Frusii „Copia verborum". Socii nimiis laboribus non gravandi.

Respondet ad partem litterarum Canisii 16. Decembris 1559 datarum et ad litteras ab eodem 23. Decembris datas[1].

Circa le decime di babiera si e receuuta aquella bolla della concessione et nostro Padre fara un memorial di questa et altre cose accio si parli a sua Santita et si asecurino le conscientie etc.[2]

De Sociis Romam mittendis, et de epistulis mox Roma mittendis.

Ben pare ragioneuole quel che V. R. scriue, de fundar bene li collegij che ui sono, piu presto che abrachiar altre di nouo lasciando mal forniti quelli che gia teniamo, con questo se si potra far l' uno et l' altro[a] sera meglio. et quello che e stato promeso al arzouescouo[3] per le lettere gia mandate nostro Padre ha animo de mantenerlo. in questo mezzo il Padre Vittoria et li supositi di Viena stano a ubidiencia dela R. V. et li puo, ordinar quel che li pare. ne altra autorita superiore sera necessaria accio che l' padre Vittoria faccia quanto li comandara.

Del andata di esso in Boemia con la magestad Cesarea V. R. li ordine anche quel che li pare et in ausentia sua il Padre Carlo[4] pare potra restare, per uice Rettore aiutandose del conseglo del D. Rodriges[5]. o como parera meglio ala R. V.

Respondet [etc., ut supra].

Cum bulla, qua decumae illae bavaricae concessae sunt, ad nos sit perlata, pater noster de iis atque de aliis rebus commentarium quendam conscribet, cum quo sanctitatem suam adeamus et conscientias securas reddamus etc.[2]

De Sociis [etc., ut supra].

Rationi valde consentaneum esse videtur, quod R. V. scribit: praestare, ut collegia, quae iam exstant, bene confirmemus, quam ut nova accipiamus, ea, quae iam habemus, male instructa relinquentes. Attamen si et unum et alterum fieri poterit, id quidem melius erit. Et ea, quae archiepiscopo illi[3] litteris iam missis sunt promissa, efficere patri nostro in animo est. Interim pater Victoria et vindobonenses Socii in R. V. dicione sunt; quibus R. V., quae ipsi visa erunt, praecipiet. Neque superiorem auctoritatem interponi oportebit, ut pater Victoria, quaecumque R. V. ei iniunxerit, faciat.

Quod autem ad iter attinet in Bohemiam ab eo cum caesarea maiestate faciendum, hac quoque in re R. V., quae ipsi visa erunt, eidem praecipiat; quo absente pater Carolus[4] vicerectorem, D. Rodericio[5] in consilium adhibito, agere posse videtur, vel si quid aliud R. V. melius fore videbitur.

---

[a] artro *apogr.*

---

[1] Hae perisse videntur. [2] Cf. supra p. 562.

[3] Ex litteris Polanci Roma 27. Ianuarii 1560 ad Canisium datis concludendum videtur Nicolaum Olahum, archiepiscopum strigoniensem, hic significari.

[4] Grim. [5] P. Christophorum Rodriguez dicit.

La Copia uerborum non sapiamo ancoro che sia posta in ordine per il Padre Fuluio, si uedera etc. [1]

De stipe collegio romano, aere alieno oppresso, subministranda.

nelle oratione et sacrificij de la R. V. tutti molto ci raccomandiamo. De Roma li 6. di Gennaio 1560.

Jl Rettor di Praga [2] entendiamo che legge la dialetica a 4 persone et anche il greco, et non so che altre cose. Pare a nostro Padre che V. R. si facia informare del pesso che pigliano li suoi, non li lasciando caricar sopra li sue force. ne anche pigliar assunti di nuoue lectioni in faculta nuoua senza sua aprobatione.

Canisii esse, statuere, utrum Pragae magister Ludovicus [3] sacerdotio initiandus sit, necne.

Copiam illam verborum a patre Fulvio digestam esse nondum cognovimus; videbimus tamen etc. [1]

De stipe [etc., ut supra].

R. V. orationibus et sacrificiis omnes magnopere nos commendamus. Roma 6. Ianuarii 1560.

Intelleximus rectorem pragensem [2] artem dialecticam 4 hominibus tradere atque etiam linguam graecam ac nescio quae alia. Patri nostro videtur reverentiae vestrae curandum esse, ut, quae onera subditi suscipiant, cognoscat neve eos magis, quam vires ferant, gravari neve etiam novas scholas in altera aliqua facultate, nisi R. V. probante, in se suscipere permittat.

Canisii esse [etc., ut supra].

---

[1] Cum in catalogo librorum P. Fulvii Carduli, in collegio romano S. J. poëtices et rhetorices professoris († 1591), qui aut prelum subierunt aut manu scripti supersunt, „Copiae verborum" mentio non fiat, Cardulum P. Andreae Frusii († 1556) librum „De copia verborum et rerum", a 1556 Romae et a. 1558 Coloniae editum, recognovisse vel recognoscere voluisse opinor; qui liber a. 1561 ex vindobonensi Societatis typographia in lucem prodiit (*Sommervogel*, Bibl. II, 744—746; III, 1046. *Denis* l. c. p. XVI).

[2] P. Paulus Hoffaeus id munus tenebat.

[3] „Ludovicum Gerardum Flandrum" (Flandrini) in collegio pragensi a. 1559 theses propugnasse, 21. Aprilis 1560 Pragae ad Italos (mercatores et artifices), qui a Canisio italum contionatorem petissent, sermones sacros habere coepisse, a. 1561 sacerdotio initiatum esse referunt *Schmidl* (l. c. I, 135. 141. 150) et *P. Rigetti* ac *P. Io. Christ. Pannich* (Historische Nachricht sowohl von der Errichtung der Welischen Congregation . . . als auch des dazu gehörigen Hospitals [Prag 1773] p. 34 ad 35). Quae contiones primum fuerunt semen, ex quo deinceps templum italicum („Wälsche Kapelle"), congregatio B. M. V. assumptae italica, Italorum valetudinarium Pragae orta sunt.

405.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 13. Ianuarii 1560.

Ex apographo, a. 1884 a P. *Iosepho Eugenio de Uriarte* S. J. descripto ex apographo, quod, ipso a. 1560 (ut videtur) Romae ex archetypo transcriptum et ad Socios hispanos missum, nunc exstat in cod. „Varia Historia" tom. II, f. 44 b. In antiquo illo apographo notatum est, ex litteris D. Petri Canisii, Augusta datis 13. Ianuarii 1560, haec deprompta esse.

Alterum quoque superest huius epistulae vel potius partis epistulae apographum antiquum, prioris illius exempli simillimum.

Quae ostendunt hanc litterarum particulam, Romae ex archetypo descriptam, inde pietatis excitandae gratia in varias Societatis domus per orbem terrarum dispersas transmissam esse.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 170.

Collegium Treveris condendum. Canisii auditorium frequens. Protestantes ad fidem catholicam conversi.

— — Archiepiscopus Treverensis[1] postquam haereticorum apud Treviros seditionem vicit[2], ad collegium nobis fundandum sese convertit; itaque ut ad se mox venirem postulavit quia locum collegio designari vellet. Respondi vocandum esse P. Leonardum[3] aut alium ex nostris Colonia, simulque litteras ad Colonienses fratres addidi: me quidem hoc praesertim tempore venire non posse; nam et canonici Augustani prohiberent ac dissuaderent prorsus hoc deseri auditorium quod gaudent adeo frequens esse. Audivi ex quodam Paenitentiario iis diebus aliquem hominum numerum ad catholicam communionem rediisse, pluresque redituros Deo duce, etc. — —

Haec Canisii verba confirmantur et illustrantur collegii coloniensis „* *Historia*" manu scripta (cod. colon. „Hist. coll. Col."), quae in anno 1560 haec habet: „Treuirensium Antistes Ioannes a Petra cum praeterito anno a Coloniensibus Socijs, quos ad constituendam Treuiri sedem interpellauerat, ad Canisium remissus esset, hoc anno sine mora, vrgente haeresum, capitalis mali, nimio progressu, ad Canisium eadem super re literas dedit, rogauitque maiorem in modum, vt de hoc negotio secum collaturus primo quoque tempore Treuiros descenderet. Is tum temporis Augustae Vindelicorum grauium occupationum mole pressus versabatur. Renunciat ergo Principi, se neque per Caesarem et Cardinalem Augustanum, cuius tum Dioecesim obibat[4], neque per alia negotia venire posse, rogatque, vt cum Patribus Colo-

[1] Ioannes a Petra (von der Leyen). *Sacchino* (Can. p. 170) si credimus, Ioannes ad Canisium et „sua manu" [?] scripsit et nuntium ad hoc misit. „Petrus Fabe . . . effecit, ut literae mitterentur ad d. Canisium, ut Treverim veniret et locum collegio aptum eligeret": P. *Ioannes Rethius* in litteris menstruis collegii coloniensis, Colonia 5. Februarii 1560 datis (*Hansen* l. c. p. 342).

[2] Cf. supra p. 533[1]. [3] Kesselium.

[4] Canisium dioecesim augustanam tunc perlustrasse in illorum temporum monumentis equidem non conspexi.

niensibus, id propositum suum conferre ne grauetur" [1]. Ac P. *Ioannes Rethius* S. J., qui eo tempore Coloniae gymnasium „trium coronarum" regebat, in * „Ephemeridibus" suis notavit: De collegio Treveris condendo „cum eodem Archiepiscopo etiam Doctor Petrus Canisius in comitijs Augustae Anno 1559 egit, tandem autem effectum fuit, ut sub finem huius anni Literas ad D. Petrum Canisium mitteret, quibus eum ad se vocabat, ut de recto loco et reliquis necessarijs pro Collegio statuerent. non potuit venire Canisius propter occupationes. Coloniensi igitur praeposito Societatis" etc. (Ex apographo huius partis Ephemeridum, saeculo XVII. scripto, quod est in cod. colon. „Reth.", Ephem. f. 30[a].) Atque ipse Ioannes a Petra elector treverensis Confluentibus (Koblenz) 18. Februarii 1560 („Anno etc LIX. more Treuerensi") Lainio scripsit se in animum induxisse, Treueris collegium constituere Societatis Iesu, „quae cum multis nominibus apud multos commendata sit, potissimum autem quod nulli rei magis quam studijs, docendoque populo Christiano, ac iuuentuti erudiendae vacet, id quod maxime necessarium hoc perdito pene seculo ac longe saluberrimum fore existimaui . . . Egi igitur per literas cum Petro Canisio claro eiusdem Societatis spectatoque viro . qui cum et loci interuallo, et hiberni temporis incommoditate ad me venire non potuerit, mandauit negotium alijs notis sibi probatisque viris, de collegio eiusdem Societatis in Coloniensi Gymnasio. Cum his igitur actum est sedulo et conuentum" etc. (Ex * archetypo, ab ipso Ioanne archiepiscopo subscripto.)

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 27. Ianuarii 1560.

406.

P. THEODORICUS CANISIUS S. J.,

collegii ingolstadiensis rector,

nomine Petri Canisii, praepositi provincialis,

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Augusta Vindelicorum mense Ianuario (ante medium?) 1560 [2].

Ex epistulae commentario sive ex iis, quae Theodoricus Canisius sua manu Victoriae litteris Vindobona 2. Ianuarii 1560 ad Petrum Canisium datis adnotavit. Cod. „G. Ep. I" f. 11[a]—13[b].

Ad Victoriae litteras rescribit. De variis rebus ad collegium vindobonense spectantibus, et maxime de convictoribus nobilibus, ac de contionatoribus instituendis, et germanica lingua colenda. De doctrina christiana explicanda. Victoriae animum erigit. De registro epistularum conficiendo, catechismo, archiepiscopo gnesnensi collegium petente, renovatione votorum.

Rescribit ad litteras 2. Januarii 1560 a Victoria ad P. Petrum Canisium datas [3]: Laudamus diligentiam *[, qua rem pecuniariam curas et stipem pro Sociis romanis corrogas].*

---

[1] Huius narrationis summam ex „Historia" illa deprompsit *Reiffenberg* l. c. p. 80.

[2] Theodoricum a. 1560 priore mensis Ianuarii parte Augustae cum Petro fratre degisse notatum est supra p. 560[1].

[3] V. supra p. 571—577. Aliquae res, de quibus hic scribitur, aut ab aliis Sociis vindobonensibus aut a Victoria alteris litteris ad Canisium relatae esse videntur.

De Typographia literae Romanae *[, quid agendum sit, aperient]* [1].

Conferam cum Romanis *[, utrum Marsilius noster ad litterarum studia admitti debeat necne]*.

Responsum est ex vrbe *[ad quaestionem, num doctor Pisanus Vindobonam et vindobonensis aliquis Socius Ingolstadium in eius locum mittendus esset]* [2].

Expectamus querelam vniuersitatis *[vindobonensis]* [3].

Domus per quam Collegium nostrum exteris liberetur *[Vindobonae comparanda est,]* quam maxime fieri potest.

Magnopere contendendum vt concionatores aliquos praeparemus qui magis quam praeceptores in germania nunc necessarij et summo[a] [?] studio curandum sonare[b] [?] omnes germanicum.

Scriptum est *[iam, quomodo vos praeceptum illud Constitutionum Societatis interpretari oporteret: Rectorem per quadraginta dies doctrinam christianam explicare debere]*.

—[c]

[P. Victoriam 1°.][d] *„consolari. 2°. adhortari ad bonam confidentiam 3°. [edocere,] scriptum fuisse de promissa formula qua Rectores vterentur ad recte scribendum prouinciali*[4]. *4°. [monere,] consultum videri vt posthac scribant Rectores in libro ad hoc deputato quicquid scribent superioribus. eaque per fratrem aliquem transscribi curent exceptis quibusdam secretioribus, quae Rectores sua manu scripta mittant."* Sic Romae faciunt et pater[5] facere coepit.

[Catechismus germanicus[6]*]* mittetur cum scriptus erit, non[e] [?] enim confectus est.

Si veniat Archiepiscopus Polonicus[7] aperte illi proponendum videtur quibus conditionibus nostros impetrare possit, quibus etiam

[a] *Vel:* suo. [b] *Obscure scriptum.* [c] *Vocabulum obscurum.*

[d] *Omnia, quae sequuntur (exceptis iis, quae uncis inclusa sunt), ab ipso Theodorico Canisio scripta sunt.* [e] *Sic vel:* nondum.

[1] Cf. infra p. 587. [2] Cf. supra p. 562. [3] Vide supra p. 556.

[4] *S. Ignatius* constituerat, ut praeter litteras ad „aedificationem" sive ad pietatem excitandam pertinentes, quae quarti cuiusque mensis initiis ex singulis domibus ad generalem et provinciales praepositos mittendae essent, rectores singuli praeposito suo provinciali singulis hebdomadibus, si fieri posset, scriberent (Constitutiones P. 8, c. 1, L. M). Quae lex anno 1565 a secunda congregatione generali nonnihil restricta est. Ceterum in codice „Antiqu. Ingolst." f. 67—70 copiosus exstat *commentarius, qui inscriptus est: „Qua ratione scribendi vti debeant, qui extra urbem in societate nostra uersantur". Brevior autem „scribendi formula" quaedam, Roma 24. Februarii 1560 ad Canisium missa, infra suo loco proponetur.

[5] Petrus Canisius, praepositus provincialis. Dolendum est quam maxime hos Canisii libros perisse.

[6] Petri Canisii; cf. supra p. 576.

[7] Ioannes Przerembski, archiepiscopus gnesnensis, anno 1560 Sigismundi Augusti, Poloniae regis, legatione apud Ferdinandum caesarem functus est (*Turba* l. c. III, 134. 151[1]).

si consentiat, (quod non facile futurum credo) honeste posset illi persuaderi, vt literis Romam missis declararet omnem animi promptitudinem, et inchoandi Collegij certam sententiam. Alioquin non puto R. T. recte facturam si hoc relicto Collegio cui nunc est necessaria Poloniam adeat, praesertim cum inchoari Collegium his mensibus nullum possit etiamsi ad manum essent qui mitterentur tum in Hungariam tum in Poloniam.

Cathalogum fratrum qui vota renouarunt[1] non accepimus.

Non venit Thadeus neque Bernardus[2].

Consolati sumus de V. Magnificentia in alendis tot Episcopis.

407.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 13. Ianuarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 94.

Canisio varias mittit litteras: ad PP. Victoriam, Lanoium, Martinum Stevordianum, Peltanum, Hurtadum datas, et aliquot „quadrimestres", et qualche cosa di quel che entendiamo di sua santita[3].

408.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 20. Ianuarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine adnotatum: „Alemagna Prouinciale". Cod. „Germ. 1559" p. 100—101.

De collegii monacensis et contionum augustanarum prospero successu. Ferdinando (Carolo) archiduci comitem, si quem, in Angliam profecturus, petat, adiungendum, atque suggerendum esse, ut Societatem in Angliam inducat. De collegio monacensi melius instruendo, stipe Romam mittenda, pauperum convictu vindobonensi.

---

[1] De votorum renovatione vide *Can.* Epp. I, 232[3].

[2] Sub medium a. 1559 in collegio vindobonensi „Dominus Tadeus Maro Senensis" (de quo vide *Litteras quadrimestres* II, 186. 522), 25 annos natus, „subministrum" agebat et theologiae operam dabat, et „Bernardus Brandt Spirensis", 22 annos natus et quintum in Societate annum agens, „iuuabat pueros in ultima classe instituere". Ita **catalogus* collegii supra p. 438[1] memoratus.

[3] I. e.: et aliqua ex iis, quae de sanctitate sua [Pio IV.] cognovimus.

Jesus.

Riceuemmo hieri quelle di V. R. di 30. dil pasatto, doue non mostra hauer receuuto nostre lettere qualle pur scriuiamo casi ogni settimana . ci semo consolati in Christo .N. S. conlla praedetta di V. R. et altra del padre D. Theodorico [1], intendendo il buon principio et progressu del collegio di Monachio, et anche il frutto spirituale che si comincia in Augusta. Degnisi Dio .N. S. di far lo piu maturo et copioso ogni di . Serebbe anche molto buona nuoua se fossi uera, quella del andatta in Jngliterra del Principe Ferdinando, per che come lui è, tanto zeloso della catholica religione, cosi si potria sperare aiutassi la Regina et tutto il Regno [2].

Jn caso che partessi detto principe et ricercasi lo imperator [a] o lui qualcuno della compagnia pare a nostro Padre se le deuia dare et rimete alla R. V. il giudicio della persona che douera essere . et se si potra doppoi si dara aiuto di qua, anchora che non ricercassi per questi principij nesuno, seria pur bene dargli ricordo che come ueda dispusitione, procuri introdure la compagnia nostra in quel Regno, il tutto guidi la diuina sapientia, come piu conuiene per suo maggior seruicio.

Iesus.

Heri litteras reverentiae vestrae die 30. superioris mensis datas accepimus, quibus R. V. non significavit se litteras accepisse a nobis, qui singulis fere hebdomadibus ad vos scribimus. Epistula illa R. V. et altera a patre D. Theodorico missa [1] in Christo domino nostro solacio affecti sumus, collegii monacensis bono principio progressuque atque etiam pietatis fructibus cognitis, quos Augustae colligere coepistis. Quos Deus et dominus noster in dies maturiores et uberiores reddere dignetur. Gratissimum etiam nobis erit intellegere verum esse, quod narratur: Ferdinandum principem in Angliam profecturum esse; qui cum catholicae religionis studiosissimus sit, sperari poterit ipsum et reginam et totum illud regnum adiuturum esse [2].

Quodsi forte princeps ille proficisci statuerit, et aut caesar aut ipse aliquem de Societate comitem petierint, eum concedendum esse pater noster censet ita, ut R. V., quis principem illum sequi debeat, constituat. Postea autem, cum poterimus, hinc suppetias feremus. Atque etiamsi his initiis neminem petierit, convenit tamen ei suggeri, ut, ubi commode rem fieri posse cognoverit, Societatem nostram in regnum illud inducere studeat. Sapientia divina omnia eo modo disponat, qui in maiorem Deo gloriam cedat.

---

[a] ricercasi lonperator *apogr.*

---

[1] Huius epistulae pars ponetur infra, monum. 192.

[2] Cum annis 1555—1557 de Ferdinando archiduce et Elisabetha matrimonio iungendis frustra actum esset, et Ferdinandus ineunte anno 1557 Philippinam Welseram clam uxorem duxisset, hoc tempore id agebatur, ut Elisabetha Carolo, Ferdinandi fratri, nuberet; quem tamen cum Elisabetha in Angliam, ut ipsum de facie cognosceret, venire vellet, Ferdinandus caesar, eius pater, non permisit (*Turba* l. c. III, 81. 81[3]. 113—114. 123. 137. 142[3]. *J. Lingard,* A history of England. A new edit. VII [London 1844], 301—302. *J. A. Froude,* History of England VI [London 1870], 244. 328. 329. 332).

Quanto alli Mastri che V. R. desidera megliori per Monachio ueda de aiutarsi il meglio che potra, de quelli di sua Prouincia, o di colonia se li ci sera commodita, perche non si uede al presente qui possa mandar si di qua. Pareua bene che 'l maestro Theodoro [1] potria far buon aiuto al collegio nuouo per il buon talento che gli a datto Dio .N. S. nella doctrina delle lingue et gracia de insegnarle, pur V. R. proueda come meglio li parera.

Gia fu scritto che ad tempus si puo tolerare il numero di .20. in Monachio ma come cosa, cominciata et inperfetta aspettandosi il compimento.

Del mandar il padre Cubillon in Jtalia o altroue nostro Padre si è rimeso alla R. V.

Instat, ut collegio romano, quod ex satis longo tempore pecunia mutua eaque partim faenore sumpta vivat, stips tandem suppeditetur, via prius inventa, qua et pecunia illa, et ea Romam mitti possit, quam P. Victoria ibidem collocari velit, ut inde reditus aliquis puerorum pauperum contubernio vindobonensi obveniat.

De Roma li 20 di Gennaio 1560.

Quod R. V. Monachii meliores magistros esse cupit, videat ipsa, ut quam optime fieri poterit, eos, quos in provincia habet, adhibeat, vel si quos Colonienses commode vobis submittere poterunt; quis enim hinc ad vos mitti possit, in praesens non videmus. Censebamus quidem magistrum Theodorum [1] linguarum scientia easque docendi gratia, quas Deus ei dedit, collegio illi novo perutilem se praebere posse; attamen R. V., prout ipsi visum erit, res constituat.

Scripsimus iam ad tempus permitti posse viginti tantum Socios Monachii esse, ita tamen, ut ea res incohata et imperfecta haberetur eiusque completio exspectaretur.

Quod ad patrem Cuvillonium in Italiam aut alio mittendum attinet, pater noster R. V. arbitrio id permisit.

Instat, ut [etc., ut supra].

Roma 20. Januarii 1560.

409.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 20. Ianuarii 1560.

Ex apographo huius epistulae (partis epistulae), ipso anno 1560 Romae, ut extra urbem in aliquam Societatis domum mitteretur, ex archetypo (quod iam perisse videtur) descripto; inscriptum est: „Ex litteris Patris Doctoris Petri Canisij Prouincialis in Germania, Augustae datis 20 Januarij 1560."

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. p. 170.

---

[1] Theodorum Peltanum dicit.

Se ab archiepiscopo moguntino expetitum, Augusta discedere a capitulo vetitum esse. Ab archiepiscopis moguntino, treverensi, coloniensi, salisburgensi Socios evocari.

— — Adest hic Doctor ab Archiepiscopo Moguntino ad me missus, ut de statu illius ecclesiae instaurando consilia cum ipso Archiepiscopo conferam [1]. Petit igitur me statim ad se uenire: et cum Canonicis Augustanis agitur Archiepiscopi nomine, ut hanc mihi profectionem permittant. Illi recusant preces, meque putant ad has conciones necessario retinendum. Habemus igitur tres Germaniae Archiepiscopos, qui societatem nostram student amplecti, eamque desiderant uehementer: Vt Treuirensis [2], Saltzburgensis [3], et Moguntinus: Nec deest Coloniensis [4], qui eodem aspirat. Nunquam sane plus fructus nobis promisit Germania, quam uideo ex his Archiepiscopis praecipue pendere; qui per nostros iam cupiunt suis ecclesijs opem ferre. Vnde si pijs illorum uotis in erigendis collegijs satisfaciemus non erit sane difficile paulatim ex Sathanae regno, quod haereses inuexerunt, Christi regnum facere. Dominus Jesus nos numero et uirtute augere dignetur, ut vires suppetant ad plura aggredienda his in regionibus collegia societatis Jesu. — —

Ad Lainium has litteras datas esse et res ipsa et Polanci litterae 3. Februarii 1560 ad Canisium datae ostendunt.

Haec confirmantur atque explicantur cathedralis *capituli augustani* *actis, quibus hoc quoque edocemur: Etiam Ioannem Udalricum Zasium, Ferdinandi caesaris consiliarium, et Georgium Ilsung de Tratzberg, patricium augustanum, quem Ferdinandus anno 1550 Suebiae praefectum („Landvogt") creaverat, apud capitulum illud, ut Canisius ad tempus Moguntiam abire sineretur, intercessisse; quorum actorum haec sunt verba:

„Mitwochs denn 24ten Januarij
Anno 1560.

Dem Herren Canisio genn Maintz zuerlauben etc. wurdt fur vnrattssam vnnd abgeschlagen, auss vilen hochwichtigen vrsachen angesehen vnnd soll Doctor Cunrat Braun [5] dem Herren Zasio vnnd Landtuogt Ilsing die antworth geben vnnd die vrsachen bey denselbigen als den bittenden desgleichen in schrifften gen dem Ertzbischoff vnd Churfursten zu Meintz ausfurenn."

Post hoc decretum in codice *actorum capituli positum est apographum (saeculo XVI. scriptum) epistulae Augusta 3. Februarii 1560 eiusdem capituli nomine a Christophoro de Freyberg, eius decano, ad Danielem archiepiscopum datae, qua exponitur: Canonicis, cum Canisium contionatorem constituerent, id propositum fuisse, ut is „sine interruptione", quamdiu per valetudinem et Dei gratiam liceret, eo munere fungeretur; atque iam eiusdem contionibus et catholicos egregie confirmari et multos protestantes ad ecclesiam reduci. Timendum autem esse, ne, contionibus illis intermissis, tam bene coepta dilabantur (Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 6—12). Plura v. infra, monum. 173.

---

[1] Ex *actis cathedralis *capituli augustani* intellegitur Danielem Brendel archiepiscopum doctorem [Iulium?] Palmarium, „physicum" suum, ad Canisium misisse (Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 6—12). Danielem etiam „sua manu" ad Canisium scripsisse asserit *Sacchinus* l. c. p. 170.

[2] Ioannes a Petra (von der Leyen). [3] Michaël a Küenburg.

[4] Ioannes Gebhardus de Mansfeld.

[5] Is tunc cathedralis illius ecclesiae canonicatum tenebat (Dr. *N. Paulus* in „Historisches Jahrbuch" XIV [München 1893], 543).

410.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 27. Ianuarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 104—105.

Epistularum vectura veneta magno constat. Vindobonense collegium typographia sua, a caesare instituta, se liberare debet. Collegia Tyrnaviae, Salisburgi, in Bavaria condenda. Socii quidam. Modeste disputandum est. Nimii labores non suscipiendi. Simon Eckius, cancellarius bavarus, bonorum Societatis spiritualium particeps efficitur. Societatis regulae etc. mittuntur. Contionatores parandi. Socii romani, litteris caesaris acceptis, de Germaniae rebus cum Pio IV. agent. Facultas eos, qui „Indicem" neglexerunt, absolvendi.

Jesus.

Riceuemo quelle de V. R. di 5. et 13. del presente[1] et non conuenirebbe che ci le mandassi per uia di Venecia (se non fose in cosa inportante) perche il porte è carissimo, ma per uia del agente del Cardinale[2] che ci le danno gratis, ouero con gli corieri che passano per Roma. *Canisio rerum augustanarum et monacensium prosperum successum gratulatur.*

De la stampa di Viena si è scritto di nuouo al padre Vittoria che ueda de sgrauarsine, benche d'un tratto non si possa ma pian piano hauendo posto la magestat cesarea questa cosa.

Se li scriue etiam circa il collegio di Tirnauia che auissi come acetta l' Arciuescouo li capitoli di qua mandatti et al hora, si rispon-

---

Iesus.

R. V. litteras diebus 5. et 13. huius mensis datas accepimus[1]. Nec tamen convenire videtur epistulas (nisi magni momenti res agatur) per Venetias ad nos mitti, cum ea vectura maxima pecunia stet; potius per cardinalis[2] procuratorem, per quem gratis nobis redduntur, vel per veredarios Romam euntes ad nos mittantur. *Canisio [etc., ut supra].*

Rursus patri Victoriae scriptum est curandum ei esse, ut typographia vindobonensi se liberaret, etiamsi non subito, sed pedetentim tantum id fieri posset, cum caesarea maiestas eam rem instituisset.

De collegio quoque tyrnaviensi ad eundem scribitur referendum ei ad nos esse, quomodo archiepiscopus ille capita hinc missa accipiat; qua re cognita certius aliquid

---

[1] Litterae 5. Ianuarii datae prorsus perisse videntur.

[2] Antonium Lorenzino, Ottonis cardinalis augustani procuratorem, dicere videtur; cf. supra p. 18[2]. Otto Roma 16. Martii 1560 Alberto V. duci scripsit se Lactantium Fusto „auditorem", Dionysium Miller belgam „sollicitatorem" suum nominasse (*A. Steichele*, Archiv für Geschichte des Bisthums Augsburg II [Augsburg 1859], 152).

dera di qua piu resolutamente[1]. Benche non ci mancara di quello che fu offerto, non per la primauera ma per il settembre quantunque si giudica spediente quel che V. R. scriue che conuiene atendere a confirmar li collegij fatti in[a] primo luogo, et perho forsa si douera aspettar un pezzo prima d' acettar altro collegio dal Reuerendissimo Salisbrugense et anche dal principe da Bauaria, massime non essendo anchora compito quello di Monachio.

Di Tadeo[2] fu scritto si mandassi uerso qua in peligrinagio.

non intendiamo qual risposta aspetti di Roma Dionissio[3].

De coquo aliquo Ingolstadium mittendo.

Del modo di disputare in Viena di qua si è scritto qualche cosa al padre Vittoria et V. R. anche gli [dia li] ricordi che li pareranno conuenienti[4]. Delle occupatione dell' istesso padre Vittoria V. R. intenda qualli siano, et parendo li che alcune si debbiano lasciare li dia auisso, che non dubitiamo sera ubidiente in ogni cosa . et la charita et zelo è quello che lo muoue a pigliar molti assunpti.

Sperat Polancus, doctorem Rodericium[5], *cum sanitatem recuperarit,*

---

hinc rescribetur[1]. Neque tamen praestare omittemus, quae obtulimus praestanda, non vere, sed mense Septembri, licet, quae R. V. scribit, probemus: nos primo loco conditis iam collegiis confirmandis consulere debere. Quare fortasse per aliquantum temporis nos exspectare oportebit, antequam aliud collegium a reverendissimo Salisburgensi et aliud a Bavariae principe oblatum admittamus, praesertim cum monacense illud nondum absolutum sit.

Thaddaeo[2] mandandum esse, ut huc peregrinaretur, iam scriptum est.

Quodnam responsum romanum Dionysius[3] exspectet, non intellegimus.

De coquo [etc., ut supra].

De disputandi ratione Vindobonae observanda hinc aliqua ad patrem Victoriam scripta sunt; cui etiam R. V. eadem de re suggerat, quae convenire videbuntur[4]. Videat quoque R. V., quosnam idem pater Victoria labores sustineat; e quibus si quos relinquendos censuerit, eum moneat; neque enim dubitamus, quin omnibus in rebus R. V. oboediturus sit; qui caritate et divinae gloriae studio ad multa onera in se suscipienda movetur.

Sperat Polancus [etc., ut supra].

---

[a] im *apogr.*

---

[1] Nicolaus Olahus, archiepiscopus strigoniensis, paulo post Tyrnaviae (Nagy-Szombat, Tyrnau) in Hungaria Societatis collegium instituit.

[2] De Thaddaeo „Maro", senensi, vide supra p. 583[2].

[3] P. Dionysius Feyrabend; cf. supra p. 479.

[4] *Polancus* Victoriae nomine Lainii praepositi generalis Roma 27. Ianuarii 1560 scripsit: „Quelle contencione de li nostri con il fratre nelle dispute non estano bene, et conuiene mantener la amicicia loro massime essendo catholici et usare oggni modestia nel modo et discritione etiam nelle cose che si trattano. V. R. auissi li lettori di questo et anche che non usino nelle conclusioni quelli nomi noui de theologia mistica". (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 102.)

[5] De hoc vide supra p. 505. 572.

et Hispanis, et per doctrinam suam scholasticam domesticis quoque utilem fore.

Pragensibus Sociis magistrum aliquem mittendum esse.

La comunicatione delle gracie per il magnifico D. Simone Eckio [1] credo si mandara con questa [2].

Si mandano etiam le Regule comuni [3] et un sumario delli constitutioni secondo che ultimamente si è emendatto qua, se pur trouara la R. V. qualche eror della penna lo potra emendare et comunicar le poi a gli collegij di sua prouincia et come le habbiano copiato in quelli si mandino al prouincial di Fiandra [4], il medessimo si fara delle altre che alla giornata si mandaranno [5], et anche gl' acti della congregatione generale.

A Lainio Canisio permitti statuere utrum P. Theodoricus Canisius Ingolstadii et P. Nicolaus Lanoius Monachii relinquendi, an hic illuc et Theodoricus Monachium mittendi sint.

Del preparare predicatori p[er la] germania qua molto si desidera et V. R. anche procurara il medessimo.

Jacobo pistolesse [6] et Sebastiano [7] potrano probarsi in hospitali o peregrinacione o come parera spediente et se non si aiutano bene si potrano mandar peregrinando uerso Roma ogni uno da per se.

Pragensibus [etc., ut supra].

Litteras, quibus magnificus D. Simon Eckius [1] bonorum spiritualium Societatis particeps efficiatur, cum hac epistula ad vos missum iri puto [2].

Mittimus vobis etiam regulas communes [3] et exemplum summarii Constitutionum, novissime hic emendati. Si quem tamen calami lapsum R. V. in iis repperit, eum emendet, et postea cum provinciae suae collegiis illa communicet; in quibus ubi transcripta erunt, Flandriae praeposito provinciali [4] mittantur. Idem de reliquis regulis proxime mittendis [5] atque etiam de congregationis generalis actis fiat.

A Lainio [etc., ut supra].

Ut Germaniae contionatores parentur, et nobis vehementer in votis est et R. V. curae erit.

Iacobi Pistoriensis [6] et Sebastiani [7] virtutem in valetudinario aliquo vel peregrinatione, vel si quo alio modo visum erit, periclitabimini; qui si non profecerint bene, uterque seorsum Romam peregrinatum mittetur.

---

[1] Simon Thaddaeus Mair de Eck († 1574), Ioannis Eccii, praeclari illius theologi ingolstadiensis, frater ex patre et supremus Bavariae cancellarius, catholicam religionem summo studio iuvit et auxit.

[2] De hac „communicatione“ vide *Can.* Epp. I, 485[2]. 503[6].

[3] Vide, quae post hanc epistulam dicuntur. [4] Everardo Mercuriano.

[5] Regulas dicit provincialium, rectorum, aliorum munerum, quas Lainius cum assistentibus a. 1559 ex Constitutionibus et S. Ignatii monitis concinnaverat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 3, n. 6. *Congreg. gener. I.* decr. 128 et *II.* decr. 57. 66).

[6] Iacobum de Magnani (Magni) dicere videtur; cf. supra p. 479[3].

[7] In Canisii litteris (prioribus) Vindobona 20. Maii 1560 ad Lainium datis is „Sebastianus Italus“ vocatur.

aspetamo lettere comendaticie de la magestat cesarea per trattar molte cose col sommo Pontefece apartenente alla germania . et si è scritto al padre Vitoria di questo.

et cosi non diro altro se non che di nuouo l' inquisitore[a] [1] ci ha concesso facolta acio li nostri confessori in ogni parte possano absoluere quelli che hauessino fatto contra il suo cathalogo [2] . et si procurara de hauer anche piu che questo per germania . nelle oratione di V. R. et de gl' altri nostri fratelli tutti molto ci reccomandiamo. Di Roma li 27 di gennaio 1560.

Nota: Canisio una cum his litteris (id quod ex ipsis intellegitur) missum est „Summarium Constitutionum", quod, cum iam tempore primae congregationis generalis, a. 1558 habitae, exstaret (Congreg. I. decr. 133), usque ad praesens tempus (si res, non verba sive versio latina, spectentur) et conservatum est et observatur; missae sunt etiam „Regulae communes", quae non tam internam quam externam et communem Sociorum omnium vitam spectant. Nunc quoque in libello quodam manu scripto, quo Beatus Petrus Canisius utebatur, „Regulae communes" exstant manu antiquissima scriptae; quae, sive ordinem sive verba spectes, cum „Regulis communibus", quae nunc in *Instituto* Societatis Iesu (III, 10—13) leguntur, nonnihil discrepant; Canisius eas postea in eo codice sua manu in posteriorem illam formam, corrigendo complura et addendo, redegit (Cod. „Scripta B. P. Can. X. K" p. 69—76).

Caesareae maiestatis litteras commendaticias exspectamus, quibus muniti de multis rebus ad Germaniam pertinentibus cum summo pontifice agamus; qua de re ad patrem Victoriam scriptum est.

Neque aliud scribam nisi hoc: inquisitorem [1] denuo facultatem nobis concessisse, qua confessarii nostri ubique eos, qui contra catalogum suum [2] peccassent, absolvere possent; ac pro Germania maiores etiam facultates impetrare studebimus. R. V. et ceterorum fratrum nostrorum precibus omnes magnopere nos commendamus. Roma 27. Ianuarii 1560.

411.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 3. Februarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Canissio Prouinciale". Cod. „Germ. 1559" p. 108—109.

De spe religionis in Germania instaurandae. Quae aliis monstrari possint, seorsim scribi oportere. De Sociis quibusdam, stipe Romam mittenda, Societate in Poloniam inducenda. Ecclesiam moguntinam, si fieri possit, per Socios adiuvandam esse.

---

[a] l' inquisitori *apogr.*

---

[1] Michaëlem Gislerium (Sanctum Pium V.) dicit.

[2] Contra indicem librorum prohibitorum iussu Pauli IV. editum.

Receuete nostro Padre quella di V. R. di 20 del pasato che ci ha datto consolacione in Domino intendendo quel che scriue V. R. del Archiuescouo di Maguncia[1] et uedendo la speranza che mostra che la religione debbia essere aiutata et altre cose che uolontieri haueria mostratte a persone de inportancia nella stessa originale se non hauessi contenuto altre cose particulare che non erano per mostrar alli altri. hauia aduertenza la R. V. de scriuere da per se le cose da mostrar ad altre in modo che non siano mescolate con quelle altre che non possano mostrarse.

Probat, P. Theodoricum Canisium Monachium venire, Lanoio Ingolstadium redeunte.

Canisium laudat, quod 600 ducatos ex Theodorici fratris patrimonio provenientes collegio romano mittendos curet, eundemque rogat, ut eidem collegio 400 illos ducatos caesareos[2] *solvendos curet.*

Si scriue al padre Victoria che prima dia auisso a nostro Padre de quello che trattara col Arciuescouo Visniense[3] [*sic*], et aspetti risposta che si moua per andar a Pologna[a]. *Victoriae permittitur, de Marsilio statuere*[4].

Doppo la pascha se potessi la R. V. conpiacere al Riuerendissimo Maguntino senza pregiudicio d' altre cose della sua prouincia pare seria buona opera, perche si ben adesso ci è carestia di sugeti intanto che si dispongono le cose di la forsa maturaranno alcuni[b], et si ben non si facessi collegio potria far si seruicio non poco a Dio

---

Pater noster litteras R. V. die 20. mensis superioris datas accepit, quibus solacio affecti sumus in domino, rebus, quas R. V. de archiepiscopo moguntino[1] ad nos rettulit, cognitis, ac religionis iuvandae spe, quam R. V. nobis aperuit, aliisque rebus conspectis, quas quidem libenter aliquibus magnae auctoritatis hominibus in ipsis litteris cernendas obtulissem, nisi alia quaedam domestica, quae ceteris ostendi non poterant, in iisdem fuissent. Cordi sit R. V. ea, quae aliis ostendi possunt, seorsim scribere ita, ut reliquis rebus, quae ostendi nequeunt, commixta non sint.

Probat [etc., ut supra].

Canisium laudat [etc., ut supra].

Patri Victoriae scribimus referendum ei ad patrem nostrum, quid cum archiepiscopo gnesnensi[3] tractaturus sit, et responsum nostrum exspectandum esse, antequam polonicum iter ingrediatur. *Victoriae [etc., ut supra].*

R. V., si forte post Pascha sine aliarum rerum ad provinciam suam spectantium praeiudicio reverendissimo Moguntino obsequi poterit, obsequendo bene actura esse videtur; licet enim nunc hominum idoneorum inopia laboremus, fortasse, dum illic res praeparantur, aliqui maturescent; atque etiamsi forte collegium illic non condetur, pergratum tamen et ipsi Deo et domino nostro praestari poterit. Puto etiam

---

[a] Bologna *apogr.* [b] alcune *apogr.*

---

[1] Daniele Brendel. [2] Cf. supra p. 535. 554. 566.
[3] Vide supra p. 582. [4] Vide supra p. 573.

N. S. Credo etiam che de Colonia, si potria mandar un M. Anrico[1] si ben mi ricordo dil nome Theologo che è predicator in Tudesco,

è anche ariuato a Roma Joanna [*sic*] adlero[2] questa settimana et spero con l' aiuto di Dio si disponera a far il suo debito. Tutti ci reccomandiamo molto nelle oracione di V. R. etc. Di Roma li 3. di Febbraio 1560.

etiam Colonia magistrum quendam Henricum[1] (si illius nominis bene memini) eumque theologum, qui germanice contionari queat, illuc mitti posse.

Advenit etiam Romam hac hebdomade Ionas Adlerus[2]; quem Deo iuvante ad officium suum faciendum se comparaturum esse spero. Omnes vehementer nos commendamus sacris precibus R. V. etc. Roma 3. Februarii 1560.

412.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 10. Februarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canissio Agusta". Cod. „Germ. 1559" p. 110—111.

Epistularum registrum romanum. Cum P. Rodericio suaviter agendum. Collegium tyrnaviense. Collegia, in quibus 28 Socii degunt. Salaria quaedam in stipem vel similia convertenda. Societas pontifici et caesaris oratori romano ab eodem caesare commendanda. Exercitia spiritualia. Suffragia pro defunctis. Canisius alio nonnumquam discedendi libertatem a canonicis sibi vindicare debet.

Riceuemmo le lettere di V. R. di 27 del passato[3]. con altre diuerse de Viena, Praga, Oibin, et Colonia per uia di Venetia la quale per una lettera sola, ouero per cose doue importe la fretta è piu conueniente che per plichi grossi[4], noi scriuiamo ordinariamente per uia dil Cardinale[5] et perho uoriamo che la R. V. ce auisassi ordinariamente della datta delle nostre, perche uediamo se hanno buon ricapito, et il medessimo dobrian far li altri di sua Prouincia perche

R. V. epistula die 27. mensis superioris data[3] una cum aliis compluribus Vindobona, Praga, Oibino, Colonia datis per tabellarios venetos nobis allata est; quae via singulari alicui epistulae vel rebus, quae moram non patiuntur, magis quam fasciculis grandibus convenit[4]. Nos per cardinalem[5] litteras ad vos mittere solemus; cupimus igitur R. V. semper, quo die epistulae nostrae, quas acceperit, datae sint, ad nos perscribere; sic enim, utrum recte ad vos perferantur necne, cognoscemus; quod idem ceteros provinciae istius Socios facere convenit; nam aliquas litteras

[1] P. Henricum Dionysium. [2] Cf. supra p. 61[3] etc.

[3] Haec epistula perisse videtur. [4] Cf. supra p. 587.

[5] Ottonem cardinalem augustanum dicit.

ci acorgemo che alcune lettere son perse, del registro che qua resta si possono cauar et mandar le copie.

Quanto al D. Rodrigez si scriue al padre Vittoria. La summa è che alla 4.na si a di donar qualche cosa, et gli huomini di buona uolonta si debino drizare se in qualche parte declinassino di quel che conuiene. Se uedera pur quel che fa li accio nostro Padre possa giodicare, se conuiene mutarlo ò lasciarlo.

Ad aliquas Victoriae quaestiones alias responsum iri.

Quanto al collegio di Tirnauia si aspettara quel che si scriue, doppo che 'l Arciuescouo hauera parlato col Jnperatore.

Catalogos Sociorum, qui alio mitti possint, et in Germania superiore et Coloniae conficiendos esse, ut, quae nova collegia admitti possint, cognoscatur; primum vero tyrnaviense illud incohandum esse, tum quia promissum sit, tum quia desolatissimam illam terram adiuvari conveniat.

Jl collegio doue si prouede del necessario per 28. persone (hor sia nominato hor non detto numero) non è da reputar picolo massime in Alemagna, pur secondo le cose che ricercassino dalla compagnia ouero li pessi che lei douessi portare, sarebbe de acettare o non acettare.

Jl modo che la R. V. toca de parlare al Jmperatore sopra quelli salarij annui pare buono accio la Maesta sua li facia conuertir in Elemosine ò uero opere pie come li piacera[1].

Si la R. V. giudica che 'l padre Vittoria debbia andare in Praga gli lo po ordinare et cosi facia liberamente nelle altre cose tutte che li pareranno, che non dubito lo trouara sempre promptissimo al obidienza.

---

nostras amissas esse intelleximus; quarum exempla ex registro, quod hic exstat, transcribi vobisque mitti possunt.

De doctore Roderico ad patrem Victoriam scribimus; cuius epistulae summa haec est: Quartanae febri, qua ille affligitur, aliquid condonandum, et bonae voluntatis homines, si qua in re itinere deerrent, derigendos esse. Ceterum quid istic gerat, videbitis, ut pater noster, utrum istinc avocandus an ibidem relinquendus sit, statuere possit.

Ad aliquas [etc., ut supra].

Quod ad collegium tyrnaviense attinet, exspectabuntur, quae, postquam archiepiscopus caesari locutus erit, ad nos perscribentur.

Catalogos Sociorum [etc., ut supra].

Collegium, in quo 28 hominibus necessaria provideantur (sive numeri illius perspicua fiat mentio, sive non fiat), parvum non est censendum, maxime in Germania; quod tamen pro rerum, quae a Societate exigentur, vel onerum ab ea sustinendorum ratione admitti aut non admitti oportebit.

Placet modus, quem R. V. proponit, caesari de salariis illis annuis loquendi, ut maiestas sua in stipem vel opera pia, prout ei videbitur, ea converti iubeat[1].

R. V., si patri Victoriae Pragam eundum esse censuerit, id ei praecipere potest, atque in ceteris rebus omnibus, quae videbuntur convenire, idem libere faciat; neque enim dubito, quin eum ad oboediendum promptissimum semper expertura sit.

---

[1] De his salariis ex universitate vindobonensi provenientibus v. supra p. 318.

Le[a] dispense per Praga et altre bande de Alemagna spero se haueranno facilmente[1], ma per ben negociar queste cose si è scritto douerianno, mandar si littere della Cessarea maessta pel il Papa et pel il suo Jnbasciador[2] recomendandoli in genere le cose di nostra compagnia et specialmente nelli suoi statti et qui in Roma il che etiam doueria incomendare al suo Jnbasciatore;

Circa maestro Theodoro[3] uedassi di aiutarlo[b] con li essercicij spirituali et se non bastassi si puo dar auisso a nostro Padre se par a V. R. se ciame a Roma.

Quel sufragio per li defunti potra V. R. ordinar nella sua Prouincia come meglio li parera in Domino[5].

Non pare conueniente[c] che li Canonici tengano tanto ligata la R. V. che non possa alli suoi tempi far qualche ausentia, o per uisitar li collegij et terre doue quelli sonno, ouero altre se si reputassi maggior seruicio diuino quantunque ceteris paribus si debbiano preferire le terre doue sonno li collegij, et doueria la R. V. pigliarsi liberta per tal efetto, lasciando qualche sustitutto in luogo suo in augusta, et cosi mi pare che al principio si parlo quando il Cardinale

---

Dispensationes illas pro Pragensibus atque pro aliis Germaniae regionibus facile quidem nos impetraturos esse spero[1]; sed iam scripsimus mittendas esse, ut bene ea negotia transigeremus, a caesarea maiestate ad summum pontificem et ad caesaris oratorem[2] litteras, quibus Societatis nostrae res generatim, ac nominatim eae, quae ad caesaris regna et ad romanam hanc urbem pertinerent, iisdem commendarentur; id quod caesarem etiam oratori suo commendare convenit.

Magistrum Theodorum[3] exercitiis spiritualibus adiuvare studete; quibus si satis adiutus non erit, ad patrem nostrum scribi poterit, utrum R. V. eum Romam arcessendum esse existimet necne[4].

De suffragio illo pro mortuis persolvendo R. V. in provincia sua constituet, quae magis expedire in domino iudicaverit[5].

Conveniens esse non videtur canonicos R. V. adeo ligatam tenere, ut non possit suis temporibus aliquantisper abesse, vel ad collegia et terras, in quibus ea exstant, invisenda, vel ad alias terras, si forte ad maiorem Dei gloriam id valiturum esse existimetur, adeundas, quamquam, ceteris rebus paribus, terrae, in quibus collegia sunt, praeferendae sunt. R. V. igitur haec agendi libertatem sibi vindicare debet, ita ut aliquem, qui ipsius vices gerat, Augustae relinquat; atque ita initio, cum cardinalis de R. V. commoratione augustana nobiscum ageret,

---

[a] Li *apogr.* [b] aiutorlo *apogr.* [c] convenienti *apogr.*

---

[1] Has bona quaedam ecclesiastica accipienda spectasse puto; cf. supra p. 590.

[2] Franciscus liber baro a Turri (della Torre, von Thurm) a mense Augusto a. 1559 usque ad Iulium a. 1560 Ferdinandi oratorem Romae agebat; praeter hunc Scipio comes Arci (Graf von Arco), Ferdinandi legatus „extraordinarius", die 12. Februarii 1560 Romam ingressurus erat (*Turba* l. c. III, 131. 142. 144. *Th. Sickel,* Zur Geschichte des Concils von Trient [Wien 1870] p. 10. 38—42. 78). Ferdinandum caesarem a. 1560 et pontifici et oratori suo romano Societatem per „praeclaras litteras" commendasse asserit *Sacchinus* (Hist. S. J. II, l. 4, n. 113).

[3] P. Theodorum Peltanum?

[4] Vel: poterit, si R. V. videbitur, ut Romam arcessatur. [5] Cf. supra p. 550.

trattaua del star della R. V. in Augusta, et pur intenderemo de lui se ha parlato altrimente alli Canonici [1].

Non mi stendero piu in questa reccomendandoci tutti molto nelle oracione et sacrificij de la R. V. etc. Di Roma li .10. di Febbraro 1560.

De stipe Romam mittenda.

---

dictum esse mihi videtur; ex ipso tamen comperiemus, num canonicis istis alia dixerit [1].

Plura nunc non scribam, nisi ut nos omnes vehementer commendem precibus et sacrificiis R. V. etc. Roma 10. Februarii 1560.

De stipe Romam mittenda.

413.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 17. Februarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canissio Augusta". Cod. „Germ. 1559" p. 113.

Stips Sociis romanis a caesare missa. Domus noviomagensis Sociis donata. Facultates ad „Indicem" spectantes. Socii Roma alio missi. Libri Constitutionum et decreta congregationis generalis in Germaniam missa. Controversiae inter universitatem vindobonensem et Socios ortae. Cardinalis Augustanus, ut Augustam veniat, non rogandus.

Canisii litteras 3. Februarii 1560 datas [2] *et stipem annuam collegio romano a Ferdinando I. constitutam Romam perlatas esse.*

Circa la casa de Nouiomago Nostro Padre si rimette alla R. V. doppoi che hauera intesso le ragione del D. Theodorico suo fratello [3].

P. Theodori Peltani pecunia Canisii arbitrio permittitur.

Canisii litteras [etc., ut supra].

Pater noster vult reverentiam vestram, quid de noviomagensi illa domo agendum sit, audito prius Theodorico fratre, decernere [3].

P. Theodori [etc., ut supra].

---

[1] Ottonem cardinalem augustanum Romae tunc degisse eius epistulae patefaciunt, quae exstant in libro „*Julii Pogiani* Sunensis Epistolae et Orationes . . ab Hieronymo Lagomarsinio e Societate Jesu . . editae" II (Romae 1756), 8—18. Qui novi pontificis eligendi causa (Paulus IV. 18. Augusti 1559 obierat) Romam petierat: *Plac. Braun* (Bischöfe von Augsburg III, 463).

[2] Hae superesse non videntur.

[3] Haec domus a. 1554/55 a Canisii matertera Societati donata vel legata erat. Cf. *Can.* Epp. I, 475. 485. 541[2]. 761, et *Polanci* Chronicon IV, 275—276.

Petrum Silvium et Gerardum [Werdenum?] Lovanii morari.

Quel che si e hauuto insin adesso circa li libri, spero si mandara de aparte con questa [1].

Le constitutioni si mandorono con nostro fratello Adamno Vienensi [2] il quale parti hieri di Roma comprandoli di qua un caualo et dandole uiatico per lui et per un compagno [3], insino a uiena, et si manda per conseglio di medici, temendo non li interuenga quello che a Cirilo di buona memoria.

Si è mandato etiam Christoforo Lindauer [4] Tudesco a Padua perche el aera Romano non lo tractaua bene, et se non lo tractara meglio quel di Padoua si mandara oltra, questo è scholar di Rhetorica, Adamo di Logica et molto buon figliolo et credo sara utile in Vienna dandoli dio sanita. porta .6. uolummi intieri di constitucioni con le bolle et ogni cosa, uno pigliara il padre Victoria, altro mandara a Praga et 4 alla R. V. delli qualli potra mandarne uno a Colonia [5],

---

Petrum [etc., ut supra].

Spero fore, ut facultates ad libros spectantes, quas usque huc impetravimus, cum his litteris, seorsum scriptae, ad vos mittantur [1].

Constitutiones per Adamum Viennensem fratrem nostrum [2] ad vos misimus, qui heri Roma discessit, cum hic equum ei emissemus et viaticum dedissemus, quo ipse et socius quidam [3] Vindobonam usque pervenire possent; quem e medicorum consilio ad vos mittimus, timentes, ne idem ei accidat, quod Cyrillo, cuius gratam retinemus memoriam.

Christophorum quoque Lindauer germanum [4], quia aër romanus ex eius valetudine non erat, Patavium misimus; cui si patavinus aër magis salutaris non erit, etiam ultra mittetur. Rhetorices hic, Adamus autem logices auditor et adulescens valde bonus est, quem, sanitate per Deum recuperata, Vindobonensibus utilem fore puto. Sex Constitutionum volumina integra inclusis litteris apostolicis ceterisque rebus omnibus hic secum affert; e quibus pater Victoria unum sibi assumat, alterum Pragam, quattuor ad R. V. mittat, quorum unum eadem Coloniam, quaeso, mittat [5].

---

[1] Cf. supra p. 590.

[2] Adamum Höler (Hollerum, Hallerum), civis vindobonensis filium, una cum Alexandro et Michaële fratribus primum collegii vindobonensis discipulum fuisse, aliquanto post Societati nomen dedisse, annis vero 1569 et 1570 a Societate et a fide catholica defecisse et paulo post misere exstinctum esse refert *Socher* (l. c. p. 38. 156—160). *Polancus* Roma 16. Februarii 1560 P. Victoriae de Adamo scripserat: „E bono come un Angelo et a la sua discritione, qua ha facto molto ben l' officio di Sindico et nelle lettere fara anche come se spera buon fructo di la". (Ex *apographo, eodem fere tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 112.)

[3] Fratrem „Thomam Toscanum" cum Adamo in Germaniam mitti Victoriae scribit *Polancus* *litteris modo (supra, adnot. 2) memoratis. „Thomas Gesep cocus Tyronum et infirmarius Italus": Catalogus collegii vindobonensis, a. 1561 excusus (*Sommervogel,* Les Jésuites de Rome etc. f. C 3[b]). Anno 1562 in eodem collegio obiit „Thomas Italus": *Cod. „Annal. Vienn." f. 13[a].

[4] In catalogo collegii vindobonensis anno 1561 excuso „Christophorus sartor Germanus" inter „Coadiutores Temporales" comparet (*Sommervogel,* Les Jésuites etc. f. C 3[b]).

[5] Anno 1559 Romae „in aedibus Societatis" Constitutiones, declarationes et

Porta anche li decreti de la congregacione Generale auanti et doppo la electione del Preposito [1].

De pecuniis quibusdam Romam mittendis.

Circa li tre diferencia fra l' uniuersita et il collegio nostro, si scriuira un altra uolta piu in particulare, pur in questo mezzo pare non debbiano li nostri desistere de procedere come insin adesso hanno proceduto [2].

Pare a nostro Padre che la R. V. debbia scriuere qualche uolta al Cardinale sanza [*sic*] tocarli del tornar in Augusta perche per adesso forsa aiuta piu le cose sue di qua che farebbe di la, Nostro Padre et tutti ci raccomandiamo molto nelle oratione et sacrificij della R. V. et del padre Lanoi si di la si troua et del maestro Guillermo [3] etc. De Roma li 17. di Febbraro 1560.

Se ad quaestiones quasdam P. Victoriae mox rescripturum esse.

Atque etiam congregationis generalis decreta, ante et post praepositi electionem facta, idem vobis affert [1].

De pecuniis [etc., ut supra].

De tribus controversiis, quae universitati cum collegio nostro sunt, alias scribemus, singula magis persecuturi; interim tamen nostris ab agendi modo, quem adhuc tenuerunt, non esse desistendum existimamus [2].

Videtur patri nostro, reverentiae vestrae nonnumquam ad cardinalem scribendum esse, quin Augustam redeundum esse eidem significet; in praesens enim maius is fortasse rebus suis hic affert adiumentum, quam istic afferret. Pater noster et nos omnes R. V. et patris Lanoii, si istic est, et magistri Guilielmi [3] etc. sacris precibus et sacrificiis valde nos commendamus. Roma 17. Februarii 1560.

Se [etc., ut supra].

414.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 24. Februarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio.“ Cod. „Germ. 1559“ p. 117—118.

---

adnotationes in eas factae, Societatis litterae apostolicae etc. typis exscriptae erant; quam editionem describit *Sommervogel*, Bibl. V, col. 75; sed cf. etiam ibidem col. 92.

[1] Haec non excusa, sed manu scripta fuisse concludi potest ex iis, quae scripta sunt supra p. 589. 590. Neque Sommervogel huiusmodi librum novit.

[2] Universitatis vindobonensis senatus 18. Ianuarii 1560 constituerat: Se non posse, quae semel cunctis placuissent, irrita esse iubere, ac spem sibi esse fore, ut Socii „gravamina“ universitati illata quamprimum auferenda curarent. Huius decreti *apographum olim Romam ad praepositum generalem missum exstat in cod. „G. Ep. I“ f. 7ᵃ.

[3] P. Guilielmi Elderen (ut videtur).

Collegium augustanum Societati promissum aliaque collegia nova. Lites cum universitate vindobonensi. Litterae communicationis bonorum spiritualium Societatis. Pius IV. collegio romano perbenevolus.

Reciuemmo le lettere di V. R. di .9. di Febbraio [1], et quanto alla promessa del collegio in Augusta, qualche cosa etiam hauiamo intesso qua [2], et pare sia per crescere il detto collegio, con elemosine et aiuti de molti richi Catholici che ui sonno. Dio nostro S. in questo et nelli nuoui collegij di Austria et Alemagna che si uanno preparando ci sia uero guida, accio seguiti molto et perpetuo seruitio alla Maesta sua in aiuto delle anime.

Quanto alle controuersie della Vniuersita [3] si uedera quel scritto di V. R. [4] pur in questo mezzo pare che la ciaue del tutto stia nel Jmperatore. Per l' altra settimana si potra scriuere del resto.

Litteras adiungi P. Victoriae destinatas.

La comunicatione delle gratiae per il magnifico Simone Echio si mando, adesso si manda l' altra che V. R. ricerca.

De Societatis Constitutionibus in Germaniam missis ac de pecuniis quibusdam et romani collegii paupertate.

Jl summo Pontifice ci si mostra molto beneuolo et spero presto hauera il collegio nostro di Roma casa propria, et molto commoda per l' opera sua et autorita con che ci l' a uolutto aplicare, et etiam

---

Allatae sunt nobis litterae R. V. die 9. Februarii datae [1], ac de collegio augustano nobis promisso aliquid etiam hic audiveramus [2]; quod collegium multorum ac divitum hominum catholicorum istic degentium largitionibus atque auxiliis auctum iri videtur. Deus et dominus noster et in hoc et in Austriae Germaniaeque novis collegiis praeparandis verum se nobis ducem praestet, ut maiestatis eius fructuosus perpetuusque famulatus in animarum auxilium inde exsistat.

Perlegemus, quae R. V. de controversiis cum universitate ista [3] ortis scripsit [4]; attamen interim ex caesare omnia pendere videntur. Proxima hebdomade de reliquis rebus scribemus.

Litteras adiungi P. Victoriae destinatas.

Diplomate, quo magnificus Simon Eckius Societatis bonorum spiritualium particeps efficeretur, iam ad vos misso, nunc alterum huiusmodi diploma, quod R. V. petierat, mittitur.

De Societatis Constitutionibus [etc., ut supra].

Cum summus pontifex perbenevolus nobis sit, spero collegium nostrum romanum mox domum propriam valdeque commodam ipsius opera et auctoritate nobis attributam habiturum esse; qui etiam rationem aliquam, qua firmus reditus eidem collegio

---

[1] Has non repperi.

[2] Antonius Fugger id promiserat; plura vide infra, monum. 188.

[3] Vindobonensem universitatem dicit; cf. supra p. 478. 573. 574. 582. 588.

[4] Scripta haec perisse videntur.

ha comesso si cerchi qualche modo de darli la intrata[1], et siben questo secondo sera como pare piu longueto, qualche giorno piacendo a Jddio si uedera qualche effeto.

L' inclussa[2] fara V. R. mandar alli Rettori ritenendosi una copia et ci raccomandi a tutti a Christo N. S. Di Roma li 24. di Febbraio 1560.

Nota: *Polancus* cum his litteris Canisio alteras misit, eodem die ad P. Victoriam, collegii vindobonensis rectorem, Lainii nomine a se datas, in quibus scribit: „Del legger la Doctrina Christiana alli scholari una, o 2. uolte alla settimana si rimete etiam al detto Padre Prouinciale." (Ex *apographo totius epistulae eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 119—120.) *S. Ignatius* in Constitutionibus (P. 4, c. 16, n. 2): „Leerse ha tambien en el Colegio algun día de la semana [in versione latina: „aliquo die cujuscumque hebdomadae"] la doctrina cristiana" (Constitutiones latinae et hispanicae p. 160—161). Cf. *Bernh. Duhr* S. J., Die Studienordnung der Gesellschaft Jesu (Freiburg i. Br. 1896) p. 103—104.

---

assignari posset, indagari iussit[1]; quae altera res licet longior futura esse videatur, aliquando, si Deo placuerit, commodi aliquid ex ea experiemur.

R. V. litteras in hac epistula inclusas[2], earum exemplo sibi retento, ad rectores mittendas curet, et nos omnes Christo domino nostro commendet. Roma 24. Februarii 1560.

415.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO

ceterisque Germaniae, Flandriae, Galliae praepositis provincialibus et rectoribus.

Roma 24. Februarii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Per li Superiori d' Alemagna. Francia." Cod. „Germ. 1559" p. 118.

Earundem litterarum apographum vel potius summa brevis saeculo XVII. scripta exstat in cod. monac. „Resp." f. 73.

Ex codice illo monacensi summa illa typis exscripta est ab *Hansen* l. c. p. 348[3]. Epistulam edidit *Reusch*, Zeitschrift für Kirchengeschichte (vide supra p. 32) XV, 104.

Iubet eos, quae protestantes moliantur et quae catholici contra eos agant, singulis mensibus praeposito generali scribere, ad pontificem ea relaturo.

Prouinciales et Rectores[a] Germaniae, Flandriae, et Galiae, scribant in litteris illis quae comunicari alijs possunt[3], de hereticorum

[a] Rettores *apogr.*

---

[1] Quomodo hoc ipso anno Pius IV. collegio romano certam sedem attribuerit eiusque inopiam ex parte sublevaverit, narrat *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 2—7.
[2] Vide litteras proximas. [3] Vide supra p. 591.

statu, et actis, quid agant, quid moliantur, que consilia agitent, quid scribant, et aedant, quid noui audiatur, de eorum controuersijs ac pugnis, num augeatur heresis, ac hereticorum numerus, an potius inminuatur. Demum quicquid scitu dignum de haereticis uidebitur, id ad Patrem Prepositum [1] singulis mensibus scribant, siue iuuare uideatur causam religionis siue ledere. Rursus quid Catholici scribant aut agant aduersus haereticos non omittant. Huiusmodi enim informationes conferent cum Dei auxilio ut rebus religionis Catholice melius consuli possit; opera et autoritate Summi Pontificis. Si cui Rectori [a] nihil occurrerit in huiusmodi rebus notatu dignum aut nihil, aut hoc ipsum scribere poterit.

Quando hae litterae ad Canisium missae sint, ex extrema parte epistulae antecedentis intellegitur; cuius epistulae apographo harum litterarum apographum in codice nostro subiunctum est.

416.

CANISIUS

PP. IOANNI DE VICTORIA, PAULO HOFFAEO, NICOLAO LANOIO, THEODORICO CANISIO, S. J.,

collegiorum vindobonensis, pragensis, ingolstadiensis, monacensis rectoribus.

Augusta Vindelicorum 1. Martii 1560.

Ex apographo, eodem fere tempore a fratre aliquo laico S. J. (ut videtur) scripto, quod est in cod. „Antiqu. Ingolst" f. 52[a]—53[a].

Quomodo ad praepositum generalem scribendum. Sociorum epistulae recognoscendae. Pro patronis et pro Germania preces fundendae. Certae paenitentiae et precationes pro praeposito generali suscipiendae. Quadrimestres litterae diligentius scribendae. Catalogi mittendi. Socii sibi ipsis mori et Germaniae totos se impendere debent. Observanda, quae praepositus generalis paulo ante praecepit. Grati animi officia erga Albertum V. ducem praestanda.

†

Pro Rectoribus Germanicorum Collegiorum de Societate Jesu.

Visum est in Domino operepretium fore, vt haec pauca quae sequuntur posthac obseruentur iuuante Christj gratia, cui cooperarj debemus.

Primum vt singulis Mensibus quilibet Rector ad R. P. N. praepositum Generalem scribat [2] eique rationem reddat sui Collegij et officij diligenter. Jn scribendo autem nulli Romae moranti inscribantur literae nisi soli praeposito cum de rebus communibus uel ad Socie-

[a] Rettori *apogr.*

[1] Generalem.

[2] Id iam a S. Ignatio constitutum erat. Vide *Can.* Epp. I, 336—337, et cf. supra p. 582[1].

tatem ipsam proprie spectantibus agitur[1]. Deinde principio repetatur, quo tempore postremas ex vrbe acceperint. Neque committant[a], vt Romae nostri grauentur sumptibus, quos Veneti praesertim Tabellarij exigunt, iuxta pondus literarum. Postremo Rectores aduigilent, vt nihil literarum a nostris mittatur, nisi relectum et animaduersum sit prius, vel ab ipso Rectore, vel ab alio, cuj ipse munus hoc iudicandi et scripta corrigendi dederit[2].

Secundum est, ut singulari cura, tum Patres, tum Fratres ad precandum Deum vrgeantur non solum pro patronis et benefactoribus adeoque[b] pro tota in qua versantur prouintia et natione Germanica, tantopere laborante[3]: nec minus pro Reuerendo Patre praeposito nostro, qui res graues et ad communem Societatis profectum spectantes tractaturus, requirit nostra suffragia atque sacrificia pro se Domino diligenter offerri. Quod vt rectius fiat, nosque ad piam optimi Patris voluntatem accommodemus. Hanc inire rationem visum est ad Dei gloriam: Principio ut Sacerdotes hac Quadragesima[4] singuli[c] per hebdomadam Disciplina[5] semel vtantur et duas recitent Missas, ad sanctos Praepositi nostri conatus Christo commendandos. Deinde vt alij non Sacerdotes quotidie cum Sacerdotibus recitent Letaniam[6], cuj vnus in flagella paratus[7] adsit vt minimum quemadmodum Rectores constituent. Demum vt saepius omnes in Collegio habitantes admoneantur, singularem in precando rationem habere maiorum nostrorum, ac praecipue capitis, vnde hoc Societatis nostrae Corpus secundum Christum eiusque vicarium dependet maximum[d] [?].

Sed quia fortasse scriptum hoc ad Rectores quosdam tardius perueniet, ex re fore videbitur, si sex ad minimum septimanas ea quae diximus praestanda curauerint, cuius rei debent etiam Confessarij meminisse, vt cum Nostros confitentes absoluunt, de patre nostro iuuando pie moneant fratres.

Tertium, vt quadrimestres literae maiori posthac cura conscribantur et magna in his habeatur cautio ne quid sine causa dicatur. Luculenta breuitas cum aliquo rerum pondere coniuncta praecipuam habet gratiam. Et est magni sane momenti habenda scriptura, quae

---

[a] commitant *ap.* [b] ad eoque *ap.* [c] singulis *ap.* [d] *Sic ap.;* maxime?

---

[1] Simile praeceptum postea in „Formula scribendi" (n. 14.) et in „Ordinationibus Generalium" (IV, 6) positum est (*Institutum* Societatis Iesu III, 42. 268).

[2] Examen c. 4, n. 6. Constitutiones P. 3, c. 1. B. Summarium Constitutionum reg. 39. Regulae rectoris n. 35.

[3] Constitutiones P. 7, c. 4, n. 3 et A. Cf. *Can.* Epp. I, 427. 429.

[4] Quadragesima eo anno a die 28. Februarii ad 14. Aprilis agebatur.

[5] „Disciplina, apud Monachos, est flagellatio": *C. du Cange,* Glossarium mediae et infimae latinitatis III (ed. L. Favre, Niort 1884), 130.

[6] Postea litaniarum omnium sanctorum recitatio cotidiana in totius Societatis consuetudinem venit (Congreg. gen. 9. decr. 7. *Institutum* Societatis Iesu II, 362).

[7] Ps. 37, 18.

ad tot exteras[a] nationes perfertur [1], a multis expectatur et admirabili saepe cum fructu legitur si res faeliciter gestae narrentur commode[b] et eleganter.

Quartum illud est: Catalogus Fratrum Augustam mittatur singulis mensibus et ascribatur[c] [?] si quid peculiaris mutationis circa illos accesserit, vel in profectu vel in defectu [2]. Jtem quae praecipue sint Collegij difficultates vel grauamina explicetur. Ad haec[d] qui primi Sacerdotes et quando creandi[e] videantur. Postremo quibus carere[f] personis possint proponatur.

Quintum et postremum [3] est, quoniam aeterna bonitas, nos summis illis opibus quas in se constitutiones et regulae nostrae[g] habent reconditas locupletauit. Nosque nunc demum plenius quam ante hac vnquam de sancta perfectaque[h] instituti nostri forma ad plenum instruxit[i] [4], vt ignauiae[k] et ignorantiae nostrae nullus excusandi Locus relictus videatur. Jd circo de officio sancte[l] [?] praestando sollicitj[m] magis quam hactenus, omnes esse debemus, nihilque prius habere, quam ad vocationis nostrae propositum brauium [5] contendere, et in hoc nos totos impendere, vt primum nobis mortuj veram in Christo vitam confirmemus et ad alios a mortuis spiritualiter excitandos, et in virtutum via promouendos magis ac magis simus idonej. Si enim granum frumenti cadens in terra [*sic*] mortuum fuerit, multum fructum adferet [6]. Qualem sane fructum expectat et requirit a nobis ter misera Germania, cui Deus nos veluti operarios [7] destinasse videtur vt luceret lux nostra [8] in medio nationis prauae [9], nec solum vitijs, sed etiam haeresibus ita deprauatae, vt nos illius commiseratione tangi maxima deceat, et pro ea nihil relinquere[n] intentatum, quod ad oues errantes [10] Pastori et ouili suo restituendas spectare videbitur.

---

[a] extras *apogr.* [b] commodae *apogr.* [c] à scribantur *apogr.*
[d] Ad hac *apogr.* [e] circandi *apogr.* [f] carcere *apogr.* [g] nostra *apogr.*
[h] profectaque *apogr.* [i] instuxit *apogr.* [k] ignouiae *apogr.*
[l] *Vel:* recte? acie *apogr.* [m] folicicitj *apogr.* [n] reliquere *apogr.*

---

[1] „Para que lo de una Provincia se sepa en otra, dará órden el General que de las letras [cuadrimestres] que se imbian de las Provincias, se hagan tantas copias que basten para proveer á todos los otros Provinciales; y ellos así mesmo las harán copiar para los de su Provincia": *S. Ignatius*, Constitutiones P. 8, c. 1, M (Constitutiones latinae et hispanicae p. 235).

[2] Catalogos similes cum *S. Ignatius* quarto quoque mense a rectoribus ad praepositos provinciales et ab his ad generalem mitti voluisset, semel singulis annis mitti anno 1565 Societatis generalis congregatio secunda iussit (Constitutiones P. 8, c. 1, N. Congreg. gen. 2. decr. 48. 54. Formula scribendi n. 32—35).

[3] Sic; sequitur tamen alterum caput.

[4] Constitutionum et regularum exempla paulo ante Roma in Germaniam missa erant; vide supra p. 538. 555. 589. 596.

[5] Phil. 3, 14. [6] Io. 12, 24. 25. [7] Cf. Matth. 9, 37—38; 20, 1—16 etc.
[8] Matth. 5, 16. [9] Phil. 2, 15. [10] 1 Pet. 2, 25.

Postremum est, vt in memoriam reuocentur, quae non ita dudum pater praepositus obseruanda praecepit de agendis Deo gratijs, et offerendis sacrificijs, pro hoc corpore Societatis, de silentio negotijs secularibus imponendo, de explicando catechismo, de visitandis et adiuuandis, tum incarceratis tum morituris, de commendandis[a] Christo fundatoribus, de prouentibus ad plurium sustentationem curandis[b] [1]. Hoc solum addetur ut Jngolstadiensis et Monachiensis Rector [*sic*] re bene deliberata scribat ad me quo gratitudinis officio vel spirituali potius beneficio prosequj velint suum fundatorem principem Bauaricum[2], siue[c] [?] ordinarie siue extra ordinarie[d], ad tempus vel ad annum illius causa velint[e] aliquid pie instituere vel subire. Qua de re quicquid ipsis in Domino videbitur ad me perscribendum curabunt. Sit nomen Domini Benedictum[3]. Amen.

Augustae calendis Martij.

Petrus Canisius[f].

In apographo nostro, quo anno hae litterae datae essent, adnotatum non est, ac Petri Canisii nomen subscriptum, lineis inductis deletum eique (sive eadem, sive altera manu antiqua) nomen „Ioannes de Polanco" substitutum est. At a Polanco has litteras datas non esse vel ex eo patet, quod „Augusta", non Roma datae sunt; atque ex ipsis litteris facile intellegitur eas a Canisio praeposito provinciali ad rectores sibi subditos datas esse, paulo postquam Constitutionum et regularum exempla in Germaniam perlata erant (v. supra p. 602[4]), et postquam Polancus Roma ad Canisium scripserat: Rectoribus, quo die singulae litterae, quas ex urbe accepissent, datae essent, Romam perscribendum esse; venetos tabellarios maiorem pecuniam exigere; catalogum conficiendum esse Sociorum, quibus collegia carere possent (v. supra p. 587. 592. 593). Kalendis igitur Martiis 1560 Canisius ea scripsit.

417.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 2. Martii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Prouincial." Cod. „Germ. 1559" p. 127—128.

---

[a] commendando *apogr.*

[b] *Sic corrigendum omnino videtur apogr., quod habet:* agendis*; in Lainii enim litteris, quas Canisius in rectorum memoriam hic revocat, haec sunt: „Curent diligenter temporalia, quae necessaria erunt, ad maiorem Scholasticorum numerum sustentandum."*

[c] *Sic ap.; legendumne* non*? V. supra p. 550, n. 4.*

[d] *Sic ap.;* sed extraordinarie*?* [e] volint *apogr.*

[f] *Vide supra, quae proxime post epistulam ipsam dicuntur.*

---

[1] Vide supra p. 549—550. [2] Albertum V. [3] Iob 1, 21. Ps. 112, 2.

De Sociis quibusdam Romam evocatis. Pium IV. ex lege „Indicis" multa, Lainii opera interposita, remittere statuisse. Inquisitorem concessisse, ut Socii, certis servatis condicionibus, Indicis violatores et haereticos absolvere ac libros prohibitos legere possent. De peregrinationibus et de infirmorum cura.

Riceuemmo quella di V. R. di .17. del passato [1]. *Roma singulis hebdomadis scribi. De minoribus quibusdam vindobonensium Sociorum rebus.*

Li scaricaremo etiam di luca polono, et absalone, et bastiano [2], oltra Tadeo [3], che cosi lo ha ordinato nostro Padre; accio li diano manco da fare, uenira anche il D. Rodrigez si hauera sanita.

Quanto à maestro Giliermo [4], qua mostraua la spirienza che se uol trattar con un poco di arte a cio facia meglio. *Nimia ab eo non esse exigenda.*

Quanto al cathalogo deli libri [5] il Papa fece ciamar a nostro Padre et li disse esser l' animo suo che fossi moderato il rigore del detto cathalogo, et che uoleua che 'l nostro Padre se trouassi nella consulta de tal moderatione. deciaro etiam esser l' animo suo che li libri heretici fossino prohiuiti, ma non li altri, et che tutti li confessori habino faculta de absoluere, quelli che hauessino mancato contra la prohibitione, ma che uole ci sia obedientia per l' auenire.

Auanti questo il Cardinale Alesandrino Jnquisitore era statto contento che li confessori deputatti per nostro Padre Preposito ab-

---

R. V. litteras die 17. superioris mensis datas [1] accepimus. *Roma [etc., ut supra].*

Eos etiam Luca Polono et Absalone et Sebastiano [2], praeter Thaddaeum [3], liberabimus; ita enim pater noster fieri iussit, quo minus negotii isti iis facesserent; atque etiam doctor Rodericius, si valetudinem recuperaverit, ad nos veniet.

Magistrum Guilielmum [4] cum aliqua dexteritate, quo melius se gereret, tractandum esse hic experti sumus. *Nimia [etc., ut supra].*

Quod ad librorum catalogum [5] attinet, summus pontifex patri nostro ad se arcessito dixit mentem suam hanc esse, ut ex catalogi illius rigore aliquid remitteretur, et optare se, ut pater noster consilio de mitigatione illa habendo interesset. Item pontifex mentem suam esse affirmavit, ut libri haeretici, non vero reliqui prohiberentur, et ut omnes confessarii eorum, qui eam legem violassent, absolvendorum facultatem haberent; velle se tamen in posterum oboedientiam praestari.

Priusquam haec facta erant, cardinalis Alexandrinus inquisitor concesserat, ut confessarii per patrem nostrum praepositum designati eos, qui lege catalogi li-

---

[1] Hae litterae perisse videntur.

[2] In **catalogo* collegii dilingani sub 1. Ianuarii 1565 conscripto asseritur „Lucam Cracovium", ex dioecesi cracoviensi ortum et 29 annos natum, hominem „Deo deuotum", mense Iunii a. 1559 Ingolstadii Societatem ingressum, mense Augusti eiusdem anni Vindobonae vota nuncupasse, Romae magistrum (artium) creatum esse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 375[a]). De Francisco Absalone vide supra p. 438[3]. De Sebastiano cf. supra p. 526[4]. 589. Hi tres Romam peregrinari iussi sunt: **Polancus* Victoriae, Roma 2. Martii 1560 (Cod. „Germ. 1559" p. 129).

[3] De Thaddaeo Marone v. supra p. 583[2].

[4] Guilielmum „Leodiensem" dicit; vide infra p. 607. Nescio autem, utrum illum significet, de quo supra p. 456—457 dictum est, an Guilielmum Elderen, ex Stevoort, dioecesis leodiensis vico (*Can.* Epp. I, 414. 527[2]), ortum.

[5] Indicem librorum prohibitorum iussu Pauli IV. vulgatum dicit.

soluessino quelli che erano incorsi in alcuna censura per inobedientia del decreto del cathalogo di libri prohibiti; pur che prima facessino l' ubidiencia portando a noi li libri, ouero li emendasino potendosi èmendare, et che noi tenessimo li libri serrati in sino a tanto che sia ordinato altro[a]. Secondo ha concesso che li confessori designati per nostro Padre possano absoluere ab heresi in foro conscientiae tantum, pur che se possa sapere morali scientia illos non esse delatos apud Jnquisitores. Terzo disse etiam che nostro Padre possa dar licenza de leger libri Heretici et prohibiti ad opugnandum, ma questo con consideratione et delecto consultando con quelli che la compagnia le ha deputatti per suo conseglio. Quanto alli 2 primi capi nostro Padre deputa quelli che sonno Superiori oltra la R. V. il padre Lanoi, et li Rettori di Viena Monico et Praga et anche al D. Pissa et di piu a quelli che V. R. deputara fra li confessori della sua Prouincia.

Quanto alla lectione di libri prohibiti potra V. R. scriuere quel che sente de chi deueria darsi che non si temessi periculo in loro. Quàndo si mandano li nostri in peregrinagio se li potria ordinar che non parlassino a li Principi ne à Signori. et con tutto questo se non pare espediente puo ordinar V. R. non si mandino, et questa sperientia se potria commutare in seruitio de Hospitali.

De pecuniis quibusdam solvendis. non diro altro in questa se non che nostro Padre et tutti ci reccomendiamo molto nelle oratione di V. R. De Roma li 2 di Marzo 1560.

---

brorum prohibitorum violata in censuram aliquam incurrissent, absolvere possent, ita tamen ut illi prius, libris illis nobis allatis, oboedientiam praestarent aut eos, si corrigi possent, corrigerent, ac nos libros illos inclusos servaremus, donec aliud praeciperetur. Secundo concessit, ut confessarii per patrem nostrum designati homines ab haeresi absolvere possent, in foro conscientiae tantum, dummodo homines illos ad inquisitores delatos non esse morali cum certitudine constaret. Tertio dixit etiam patrem nostrum facultatem dare posse libros haereticos et prohibitos, ut eas oppugnaremus, legendi, quae tamen facultas cum consideratione et delectu, atque re cum iis, quos Societatis ipsi in consilium dedisset, collata danda esset. Ad prima duo capita pater noster eos, qui superiores sunt, designat: praeter R. V. patrem Lanoium et rectores vindobonensem, monacensem, pragensem, atque etiam D. Pisanum, et praeterea eos, quos R. V. ex provinciae suae confessariis delegerit.

Quod ad lectionem librorum prohibitorum attinet, R. V. ad nos scribat, quibus eam, cum, ne detrimentum ex ea capiant, timendum non sit, permittendam esse censeat. Nostris, cum peregrinatum mittuntur, interdici convenit, opinor, ne principes dominosve adeant; attamen si huiusmodi peregrinatio utilis fore non videbitur, R. V., ne mittantur, constituere licet, tentamine hoc in infirmorum in valetudinario decumbentium curam, si placuerit, commutato.

De pecuniis quibusdam solvendis. Neque aliud modo scribam nisi patrem nostrum et nos omnes R. V. precibus vehementer nos commendare. Roma 2. Martii 1560.

---

[a] *Hic in margine adnotatum est:* Mandato in diuerse parti per assoluere ab heresi etc.

Jona adlero doppo che ha fatto li essercitij in casa [1] si è mandatto al collegio doue ua ben Dio laudato.

Ionas Adlerus exercitiis spiritualibus domi nostrae [1] peractis in collegium missus est; ubi — Deo sint laudes — bene agit.

418.

P. IOANNES DE POLANCO,

Societatis Iesu secretarius,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 9. Martii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canissio." Cod. „Germ. 1559" p. 131—132.

Canisii „Parvus catechismus" Romae recognoscitur. Eius „Summa" italice versa. Libellus de capitibus controversis scribendus. Collegii vindobonensis typographia. Aliquorum Societatis iuvenum cura singularis habenda. Canisius Coloniam profecturus. Monacensis collegii progressus. Hosius et cardinalis Augustanus.

Riceuemmo quelle di V. R. di 22 del passato [2] con altre di Colonia, et anche quel cathechismo picolo della R. V. qualle è parso molto buono [3] et cosi penso se li agiongeranno alcune cose et si restampera di nuouo. Jl cathechismo magiore tradotto in Jtaliano si è stampato de molto bella stampa, non so qui sia statto l' interprete [4].

Quanto a quella altra opereta delli articoli controuersi si uedera quello che se potra fare per il Padre Natale et per altri [5].

Allatae sunt nobis R. V. litterae die 22. superioris mensis datae [2] una cum litteris coloniensibus, atque etiam parvus ille catechismus a R. V. conscriptus; qui valde nobis probatus est [3]; quare eum, aliquibus rebus hic additis, denuo typis exscriptum iri puto. Catechismus maior italice versus et perpulchris typis descriptus est; interpres quis fuerit non novi [4].

Quod ad alterum illum libellum attinet, qui de capitibus controversis est, videbimus, quid per patrem Natalem aliosque praestari possit [5].

---

[1] Domum „professam" significat, quae ecclesiae B. M. V. „de Strata" coniuncta erat. [2] Hae perisse videntur.

[3] Haec erat editio illa „Parvi Catechismi Catholicorum", quam a. 1559 in collegio Societatis vindobonensi fecerant; vide infra, monum. 202. 207.

[4] Nescio num a Polanco significetur liber: „SOMMA DELLA | DOTTRINA CHRI= | STIANA PER VIA | d' interrogationi | COMPOSTA DAL R. M. | Pietro Canisio Theologo della | compagnia di Giesu, & da | lui nuouamente riuedu- | ta, & accresciuta. | TRADOTTA DALLA Latina nella lingua uolgare | da messer Angelo Diui | tio da Bibiena. | Col priuilegio del sommo Pontefice, | & dell' Illustrissimo Senato Veneto per | anni XX." In extrema libri parte: „IN VENETIA, Per Miche- | le Tramezino. 1560." (16°; ff. sign. 176, et praeterea in initio 8 non sign.) Libellus hic a Tramezino Victoriae „Farnese dalla Rovere", ducissae urbinati, dedicatus est. Exemplum eius vidi Romae in bibliotheca casanatensi (EE XV. 32).

[5] Ex Polanci litteris 13. Aprilis 1560 ad Canisium datis concludendum esse videtur Canisium a romanis Sociis, ut huiusmodi librum conscriberent, petisse.

L' aumento della stampa de Vienna, non ha de seruire per tenerla in casa, et cosi fu scritto al padre Vittoria l' altra settimana [1].

De Sociis in varia loca mittendis.

De guillermo Leodiense non occorre dir altro se non che sera bene aiutarlo, et quando non si mutassi, potra V. R. licenciarlo [2].

De pietro Louaniense non ci recordiamo qua se non fossi un giouaneto che haueua male in un[a] piede il quale serui de coco in Ferrara, ma perche dice V. R. che era prefetto della infima classe non sapiamo si sia quello, o altre qualsiuoglia, si à[b] [?] prouando ad aiutarlo, si non riece potra dar si auiso di nuouo [3];

Del pouero Ambrosio ci e piu occassione de compatire che de admirarsi della sua mutacione, Dio .N. S. li facia gracia di uoltarsi alla uia della salute sua eterna [4].

Augmentum illud typographiae vindobonensi additum ad eandem domi retinendam non esse usurpandum superiore hebdomade patri Victoriae scriptum est [1].

De Sociis in varia loca mittendis.

De Guilielmo Leodiensi aliud dicere non habemus quam eum adiuvandum videri; qui si mores non mutaverit, a R. V. dimitti poterit [2].

Petri Lovaniensis hic non meminimus, nisi hic idem sit atque adulescentulus quidam, qui ex altero pede laborabat et Ferrariae coquum agebat; sed cum R. V. eum infimae scholae praefectum fuisse dicat, nescimus, utrum hunc an alterum aliquem significet; videndum certe est, num eum adiuvare possitis; quod si bene non successerit, iterum nos moneatis [3].

Miseri illius Ambrosii commisereri potius convenit quam de eius mutatione mirari. Cui Deus et dominus noster in viam salutis aeternae revertendi gratiam concedat [4].

---

[a] um *apogr.* [b] *Sic apogr.;* andarà? vada?

---

[1] Ferdinandus I. huic typographiae certum reditum vel assignare in animum induxerat vel iam assignaverat (*Polancus* Victoriae, Roma 9. Martii 1560. Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 132).

[2] V. supra p. 604[4]. P. Guilielmus Elderen Augustae Canisio utilem adiutorem se praestitit, 5. Iulii 1587 „Dilingae in aula academica" ad sollemnem trium votorum professionem admissus est (*Cod. „Lib. Prof. Dil." f. non sign.), a. 1592 in collegio monacensi obiit (*Cod. lat. 1973 regiae bibliothecae monacensis f. 2[a]). Eius virtutes laudavit *Agricola* l. c. II, Dec. 6, n. 134. At hic non hunc puto significari Guilielmum, sed eum, de quo supra p. 456 scriptum est.

[3] De Petro Lovaniensi vide supra p. 95[4]. Eum mense Octobri a. 1562 in collegio ingolstadiensi secundae classi praefuisse ex **catalogo* illius collegii, a Lanoio rectore scripto, constat (Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 21[b]).

[4] Nescio, utrum „P. Ambrosius" significetur, de quo *Polancus,* Chron. V, 169, an „Ambrosius", qui, a. 1558 in Societatem admissus, a. 1559 experimenti gratia in „novo" collegio vindobonensi coquum agere iussus erat (* *Catalogus* collegii vindobonensis, a. 1559 confectus [cf. supra p. 438[1]]. f. 162[a]), an alius aliquis.

Giona[1] si porta bene et non sapiamo al contrario fin qui. uero è che per qual che tempo la stancia in Roma pare li conuenga.

Quel Padre de collonia predicatore del qual si escriueua non è il padre Anrico Dionissio nouiomagense, ma un altro, non so si lo ciamano maestro Jo: Berchelio[2]. Se la R. V. andara in la fatta pasqua potria forsa ueder alcuni supositi che potessino essere utili nelli collegij de la sua Prouincia et auisando di quelli nostro Padre Preposito uedera lui de scriuere a Colonia como meglio in Domino le parera.

Ci consolamo in Domino del buon progresso del collegio monachiense, et del buon aiuto che da il Padre Theodorico al maestro Martino[3] et della affectione del Duca, et che se li slargi l'animo a riceuer piu gente, ma non bisognaria che solamente si slargassi a uoler piu numero di mastri, che questi per tutto haueriano luogo ma etiam de scholari delli qualli si hanno a cauar li Mastri.

Mi ha ordinato nostro Padre scriuessi la R. V. che tenga conto nel scriuere col Reuerendissimo Vescouo Warmiense, et anche col Cardinale Augustano, altro non occorre se non reccomendarci tutti molto nelle oratione et sacrificij della R. V. Di Roma li 9. di Marzo 1560.

Ionas[1] bene se gerit, neque contrarium quicquam usque huc de eo cognovimus; cui quidem per aliquod tempus romana commoratio convenire videtur.

Coloniensis ille pater contionator, de quo scripsimus, non pater Henricus Dionysius noviomagus, sed alter quidam est, quem nescio an magistrum Io. Berkelium vocent[2]. R. V., cum post Pascha illuc profecta erit, fortasse homines aliquos, qui in provinciae suae collegiis utiles esse possint, videbit; de quibus cum patrem nostrum praepositum monuerit, hic, prout in domino melius fore iudicaverit, Coloniam perscribet.

In domino gaudemus, quod collegium monacense bene progreditur, et magister Martinus a patre Theodorico bene adiuvatur[3], atque dux bene erga nos affectus est eiusque animus ad plures Socios recipiendos dilatatur; nec tamen ad plures tantum magistros — his enim ubique est locus —, sed etiam ad plures scholasticos expetendos eum dilatari oportet, cum ex horum numero magistri depromantur.

Iussit me pater noster R. V. monere, ut in scribendo ad reverendissimum episcopum varmiensem atque etiam ad cardinalem Augustanum moderatione uteretur. Neque aliud, quod scribam, habeo, nisi ut R. V. sacris precibus et sacrificiis nos omnes vehementer commendem. Roma 3. Martii 1560.

[1] Ionas Adler.

[2] Ioannes Berkelius, buscoducensis, in collegio coloniensi mense Augusto anni 1560 „ultimae classi praeerat" (*Hansen* l. c. p. 360).

[3] P. Martinus Stevordianus, collegii monacensis contionator, a P. Theodorico Canisio rectore (in contionibus habendis?) adiuvabatur.

419.

CANISIUS

WIGULEO HUNDT,

Bavariae ducis consiliario et universitatis ingolstadiensis curatori.

Augusta Vindelicorum [Ingolstadio?] inter Martium et Iunium 1560.

Ex Agricolae epistula archetypa, quae est in cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 66.

Collegio ingolstadiensi debitum quoddam remitti vult.

Doctor Ioannes Agricola, universitatis ingolstadiensis „camerarius", P. Nicolao Lanoio S. J., collegii ingolstadiensis rectori, Ingolstadio mense Ianuario a. 1563 scribit: „S. Verum est Clarissime D. Doctor Nicolae Lanoie quod D. Regens Lichtenauer 100 fl pro dominis Iesuitis mutuo dedit[1]. . . . *Inueni quidem Domini Canisij literulas quib. videtur supplicasse*[a] *Magnifico Domino Hundio ut 100 illi aurei remittantur."*

P. Nicolaus Lanoius, collegii ingolstadiensis rector, et P. Hermannus Thyraeus, eiusdem collegii, mense Augusto a. 1559 per Agricolam ex facultatibus „Collegij noui" sive georgiani centum florenos „in vsus necessarios extruendorum" in aedibus collegio a duce comparatis „cubiculorum atque aestuariorum" mutuo sumpserant, scripto promittentes se curaturos, ut infra annum ea pecunia per ducem redderetur aut redimeretur; quod si non fieret, se „quinque pro centum" quotannis „exoluendos, esse procuraturos" (Ex *commentario litterarum *Lanoii* et *Thyraei,* ab Agricola 10. Augusti 1559 scripto. Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 56). *Albertus V.* die 16. Martii aut Iunii — obscure enim id scriptum est — universitati praecepit, ut Sociis ingolstadiensibus 100 illi floreni, qui ipsis faenori dati essent, prorsus relinquerentur, „weil sy die nit in Jren nutz gewendt, vnd daneben von dem Jrigen auch ain guete Summa verpawt heben" (Ex *commentario, quod est in cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I" f. 112). Anno 1560 ab Alberto duce in recens aedificium in collegio ingolstadiensi exstructum vel ei adstructum 267 florenos expensos esse *Conradus Zeller,* ducis quaestor, notavit in *codice dati et accepti a. 1560, f. 366[a] (Monachii in archivo provinciae Bavariae superioris).

---

[a] supplicassse *Agr.*

---

[1] Fridericus Lichtenauer a 1. Ianuarii 1558 ad 1. Ianuarii 1559 collegio georgiano praefuit (*Andr. Schmid,* Geschichte des Georgianums in München [Regensburg 1894] p. 94); post quem Paulus Zettelius tribus annis „regentem" egit. Cum ex iis, quae proxime proponentur, aestate a. 1559 florenos illos mutuo datos esse pateat, Agricolam hic memoria lapsum esse dicendum est.

420.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 18. Martii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Padre Canissio.“ Cod. „Germ. 1559“ p. 134.

Epistula usus esse videtur *Sacchinus,* Can. p. 169—170.

Canisius Stanislao Hosio a pontifice ad caesarem legato operam suam praestare et huius aliorumque negotiorum causa ab Augustanis commeatum ad tempus sumere iubetur.

Jesus.

La gracia et pace di Christo N. S. sia siempre nelle anime nostre.

Jl Reuerendissimo Vesc. Warmiense Legato di questa Santa sede apresso la Magestad Cessarea ha desiderio de conferir con la R. V. de alcune cose che importano al Diuino seruitio in quelle prouincie [1], et per che tutti siamo molto obligati de aiutar li buoni et Sancti dessiderij che lui tiene, et de correspondere anche alla charita, et bone opere che da lui hauemo receuute, et alla deuotione che lui tiene de promouere le cose nostre nel diuino seruitio [2], non debbiamo mancare de satisfarle in quel che potremo. Quando adunque da lui sera ricercata V. R. de andarlo a trouar a Viena o ad altro luogo non manchi di farlo pigliando buona licentia delli Augustani, poiche la Quaressima sera finita et le prediche ordinarie . et ad ogni modo

---

Iesus.

Gratia et pax Christi domini nostri semper sint in animis nostris.

Cum reverendissimus episcopus varmiensis, ab hac sancta sede ad maiestatem caesaream legatus, de aliquibus rebus, quae magni sunt momenti ad divinum cultum in provinciis istis augendum [1], cum R. V. communicare cupiat, cumque, ut bona et sancta eius desideria adiuvemus atque etiam caritati beneficiisque ab eo acceptis et piae voluntati, qua in rebus divini cultus nos provehere vult [2], respondeamus, nos omnes magnopere obligemur, eidem, quantum poterimus, satisfacere omnino debemus. Cum igitur ipse a R. V., ut ad se Vindobonam vel alio veniat, petierit, R. V. venire ne omittat, sumpto ab Augustanis bono commeatu, cum Quadragesimae tempus contionesque ordinariae finitae erunt; atque etiamsi hoc non contigisset,

---

[1] Stanislao Hosio haec maxime mandata erant: ut de concilio oecumenico et de matrimonio inter Carolum archiducem et Elisabetham Angliae reginam ineundo cum caesare ageret, atque ut Maximilianum regem ad catholicam fidem reduceret (*Eichhorn,* Hosius I, 324—328).

[2] Hosius Societatem in Poloniam inducere eique collegium in Varmia constituere volebat (*Can.* Epp. I, 459—460. 515. 538—539 etc.).

per uisitare li collegij [1] et altri effecti del aiuto de i prossimi per un tempo bisognaua uscire di Augusta doppo Pascha.

De altre cose si scriue spesso per uia delli Corrieri, questa porta il medessimo legato nella quale non occorre dir altro se non reccomandar tutta questa casa et collegij [2] nel oratione et sacrificij suoi. Di Roma li .18. di Marzo 1560.

Nota: Hosium magnopere institisse ac tandem obtinuisse, ut Canisius sibi adesse his litteris iuberetur, ex iis coniectari potest, quae *Polancus* Lainii mandatu Roma 13. Ianuarii 1560 Vindobonam ad P. Victoriam scripsit: „Sua santita manda per nuncio al Jnperadore il Reuerendisimo Vescouo Valmiense de cui doctrina et uirtu, V. R. deue essere ben informato, domandaua prima al Padre D. canissio per hauer lo seco, et aiutarsi nelle officij che uole fare per la Religione Catholica, et oponendosi il Reuerendisimo Cardinale di Augusta, si uolto a demandar il padre Natale, ma per le occupatione necessarie del detto Padre si procurara che si contenti d' aiutarsi de V. R. et del Padre D. Rodriges il tempo che stara in Viena" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 91—92).

R. V. post Pascha collegiorum visendorum [1] hominumque aliis etiam modis iuvandorum causa ad aliquod tempus Augusta discedere oportebat.

De aliis rebus per veredarios saepe scribimus; has vero litteras ipse legatus secum affert; in quibus aliud quod scribam, non habeo, nisi ut totam hanc domum ac collegia [2] R. V. sacris precibus et sacrificiis commendem. Roma 18. Martii 1560.

421.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 24. Martii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae: „Padre Canissio Augusta"; in margine „postscripti": „Adionta pel Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 135—137.

Societatis domus noviomagensis. Canisio Vindobonam, Moguntiam, Treveros, Coloniam eundum. Universitas vindobonensis. Num Societatis desertores ad eam reducendi? Domus probationis. Novicii quidam haud facile peregrinatum mittendi. Monachii victus pro Societatis fratribus scholasticis augendus. Contionatores parandi. Facultas „Copia" erasmiana aliisque libris prohibitis utendi. S. Franciscus Borgias in „Indice" hispanico positus.

Receuemo quella di V. R. di .9. del presente [3] et intendendo che

---

R. V. litteras die 9. huius mensis datas accepimus [3]; ac cum vos exoptare

---

[1] Societatis collegia domusque „visitare" e praecipuis est praepositorum provincialium muneribus (*Constitutiones* P. 8, c. 1, decl. I. *Congregat.* gen. I. decr. 111).

[2] Collegia romanum et germanicum.

[3] Hae litterae iam non exstare videntur.

maestro Pietro Siluio è desiderato nella sua Prouincia [1] si scriue la inclusa al Padre Maestro Euerardo [2] accio lo rimandi, et anche si scriue a Colonia, V. R. fara mandar le lettere.

De Adamo [3] per noue de Padua entendiamo che andaua sano, prima che arriui questa un pezo spero sera en Vienna.

Offerendosi dificulta in uender quella casa de Nouiomago, si potra sopraseder, et gia questo si ben mi ricordo si era rimesso alla R. V. [4]

Questi giorni parti di qua il Reuerendissimo Vescouo Warmiense. et se li dette una lettera per la R. V. accio fatta pasqua si transferissi 'n Vienna, per il che sera contento il Cardinal di Agusta per che ha de conferir de alcune cose de inportanza . et di la parendo alla R. V. [a] [?] andar a Maguntia, et Treuere, et Colonia si cosi li parera spediente, et oltra de uisitar li suoi potra in Viena conferire col Reuerendissimo Warmiense del negocio dela Vniuersita et anche col Padre Vitoria trattara de parola meglio che per lettere, di qua etiam in questo mezo, si scriuira etiam quel che megli [b] [?] parera espediente . et se potra pigliar qualche resulutione con la Magestad Cesarea [5].

Del far tornar alla Compagnia quelli che sono usciti si se reputano inutili pel instituto di quella non è spediente ma piu presto

---

intellexissemus, ut magister Petrus Silvius in provinciam suam rediret [1], per epistulam huic inclusam patri magistro Everardo [2], ut eum istuc remitteret, praecepimus; Coloniensibus quoque scripsimus; quas epistulas R. V. illuc mittendas curet.

Adamum [3] bene valere ex litteris patavinis cognovimus; quem aliquanto antequam hae litterae vobis afferantur, Vindobonae futurum esse spero.

Domo illa noviomagensi vendenda, si qua difficultas orta erit, supersedere poteritis; quae res, si bene memini, R. V. arbitrio iam erat permissa [4].

Reverendissimo episcopo varmiensi hinc hisce diebus profecto litteras dedimus, quibus R. V. post Pascha Vindobonam transire iubebatur; id quod cardinalis Augustanus, quia R. V. graves aliquae res illic conferendae erunt, boni consulet; atque inde R. V., si ita expedire existimaverit, Moguntiam et Treveros et Coloniam ire poterit; ac Vindobonae R. V., praeter suorum visitationem, cum reverendissimo Varmiensi universitatis causam conferre poterit, atque etiam cum patre Victoria coram melius quam per epistulas aget; hinc quoque interea, quae utiliora fore nobis visa erunt, ad eum scribemus; et cum caesarea maiestate certum aliquid constitui poterit [5].

Societatis desertores ad eam per nos reduci non expedit, si ad eiusdem institutum inepti existimantur; quos votis solutos ad bene agendum admoneri praestat;

---

[a] *Sic; sed addendum fuisse videtur:* potrà, *vel scribendum:* et di la potrà la R. V.
[b] *Sic;* meglio?

---

[1] De Silvio, qui e primis collegii pragensis Sociis erat, vide *Can.* Epp. I, 770[1]. Is, Coloniam profectus, in huius collegii **catalogis*, anno 1560 conscriptis, inter philosophiae professores colonienses comparet (Cod. „Hist. gymn. tr. cor." f. 71[b]. 72[b]).
[2] Mercuriano, provinciae S. J. Germaniae inferioris praeposito.
[3] Höler. [4] Cf. supra p. 595. [5] Cf. supra p. 573. 580. 586. 597.

absoluerli delli Voti suoi, et exortarli a far bene, se qualcuno fossi atto pel institutto nostro, haueria piu loco la charita in redurli [1].

Del far casa de probatione pare sera conueniente asai, et si scriue al Padre Vittoria recomendando glielo, ben che bastaria si V. R. gli lo recomendassi.

Quanto alla peregrinatione delli deboli che V. R. dubita si sia spediente pare a nostro Padre se facia rare uolte et che uada uno sicuro con altro piu debole, il qual stia a obedientia del piu sicuro. et quando tal commodita non ci fossi seria meglio che si prouassino in altre cose como en mendicare nelle Terre doue sono li Collegij, et seruir alli hospedali etc. [2] Bisognaria etiam dargli instrutione del modo che debono tenere.

Del mandar mastri a Monachio oltra del mastro Siluio non occorre qui possa mandarsi, se non che de Colonia si potria cauar qualcuno et poi che tengono tanta uolonta de hauer operarij, e necessario si risoluano questi Signori de aleuar scholari delli quali si faciano gl' operarij, poi che non nascono fatti, et bisognaria far ben capace di questo le persone a qui toca proueder delle cose temporali, che non basta che uogliano acrescere il uicto per altri operarij, ma etiam per

---

si quis autem forte ad institutum nostrum idoneus sit, maior erit locus caritati, quae eum ad Societatem reducere studeat [1].

Magnopere convenire videtur domum probationis a vobis institui; quam rem patri Victoriae per litteras commendamus, etsi eandem a R. V. ei commendari satis erat.

Quod R. V. scribit se dubitare, num peregrinationes infirmis utiles futurae sint, pater noster eos raro atque ita peregrinatum mittendos esse censet, ut firmus aliquis eat cum altero infirmiore atque hic firmiori subditus sit. Quod si commode fieri non poterit, eorum mores aliis modis tentari praestabit, velut stipe in terris, ubi collegia sunt, emendicanda vel aegrotorum cura in valetudinariis gerenda etc. [2] Quos etiam, quem modum iis in rebus servare debeant, institui oportebit.

Magistri, qui, praeter magistrum Silvium, Monachium mitti possint, praesto non sunt, nisi a Coloniensibus unum alterumve abducatis. Dominos autem istos, qui novos operarios tantopere desiderant, scholasticos educare in animum inducere oportet, e quibus operarii efformentur; neque enim hi nascuntur formati; atque eos, quibus victus providendi cura incumbit, bene edoceri opus est satis non esse novorum operariorum gratia victum augeri, nisi etiam pro scholasticis augeatur etc.

---

[1] Facultas eos, qui „simplicia vota" in Societate nuncuparant, gravibus de causis ex ea dimittendi (etiam forma, quam iudicialem dicunt, non servata) ita, ut eo ipso ab omni votorum illorum obligatione liberarentur, praeposito generali ceterisque competebat superioribus, quibuscum ipse eam communicaverat (*Constitutiones* P. 2, c. 1, n. 2; c. 2. 3; c. 4, n. 3; P. 5, c. 4, B; P. 9, c. 3, n. 1 etc.).

[2] *S. Ignatius* inter sex „experimenta" praecipua noviciis subeunda recenset „servire in uno vel pluribus xenodochiis per mensem" et „peregrinari mensem alium sine pecunia, immo suis temporibus ostiatim pro Christi amore mendicare . . . vel utrumque mensem ministerio hospitalium vel alicuius eorum, aut etiam utrumque peregrinationi, prout Superiori visum fuerit", impendere (Examen c. 4, n. 11. 12). Polancum hoc loco de iis, qui animis, non corporibus, infirmioribus sive minus constantibus sint, scribere, tota eius oratio ostendit.

li scholari etc. Et si al principio non si manda il numero pieno almeno col tempo bisogna multiplicar la gente, et quanto prima si possa accio la disciplina religiosa et ordine si possa obseruar [1].

La cura di preparar predicatori è molto conueniente di la et di qua, et se hauera in Roma ben che per adesso in fuora di certi pochi, li altri bisogna lasciarli stare, et maturare nella Doctrina et in tutto il resto.

Quanto alla Copia de Erasmo [2] et altri libri che V. R. scriue hauer mandato a Monachio cancelando li nomi di heretici non accade hauer scrupulo, che nostro Padre da licenza (come lui la tiene dal Cardinal Alesandrino) accio che li nostri della Prouincia d' alemannia se ne seruano delli libri che non sonno Heretici benche li Autori siano tali . cancelando se li nomi, et per legere li stessi libri Heretici ad impugnandum communica la sua autorita alla R. V. qualle pero non deue comunicarla con altri se prima non auisa a nostro Padre.

Nel Cathalogo de Spagna si messero certe opere del Duca de Gandia perche un certo libraro per il suo guadanno haueua messo insieme con quelle opere altre che non erano buone [3]. il che si e prouato et cosi penso si stamparano de a parte l' opere di detto Duca di Gandia.

Et si initio plenus hominum numerus non mittitur, saltem tempore procedente ac quam primum fieri potest numerus augeri debet, ut disciplina religiosa et ordo observari possint [1].

Contionatores diligenter instituere et vobis et nobis valde convenit; id quod Romae nobis curae erit, quamquam in praesens, praeter paucos quosdam, ceteros, donec in litteris reliquisque rebus omnibus maturiores facti sint, hic retinere debemus.

De Copia Erasmi [2] ac de aliis libris, quos R. V. scribit se, haereticorum nominibus expunctis, Monachium misisse, timendum non est, cum pater noster facultatem (quam ipse a cardinali Alexandrino accepit) concedat, qua germanicae provinciae Socii libris, qui ab haereticis quidem conscripti, sed haeretici non sunt, uti possint, auctorum tamen nominibus ex iisdem expunctis. Quod autem ad ipsos libros haereticos, ut impugnentur, legendos attinet, pater noster auctoritatem suam cum R. V. communicat, quae tamen eandem cum aliis, inconsulto patre nostro, communicare non debet.

In catalogo hispanico libri quidam ducis gandiensis positi sunt, quia bibliopola quidam proprii lucri faciendi gratia cum illis libris alios, qui boni non erant, in unum corpus redegerat [3]. Quod cum demonstratum iam sit, fore puto, ut ducis illius gandiensis libri separatim typis exscribantur.

---

[1] *Theodoricus Canisius*, collegii monacensis rector, Monachio 27. Martii 1560 Lainio scripsit: „Jl principe domanda instantemente per li consiglieri vna lettione et dispute Theologice, ma il Padre Prouinciale giudica esser meglio che si differisca questo negotio fin che perfetto sia questo Collegio, accioche li nostri, che pochissimi qui sono, non troppo si trauaglino" (Ex *epistula autographa. Cod. „G. Ep. I" f. 152b).

[2] Vide supra p. 441[1]. 485.

[3] S. Franciscus Borgias, qui tunc in Hispania morabatur, Societatis „commissarius generalis Hispaniarum et Indiarum" constitutus, libellum „Espejo de las obras del Christiano" ante initam Societatem in suum potius quam in alienum usum composuerat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 12; l. 3, n. 104. *Sommervogel*, Bibl. I,

Qui uanno alcune lettere per altri .V. R. li faccia hauer ricapito, ci reccomandiamo tutti molto nelle sue orationi et sacrificij. Di Roma li 24 di Marzo 1560.

Riceuemmo etiam quella del primo de Marzo[1] et spettaremo il Cathalogo promesso di nostri fratelli; di quelli di Viena gia lo hauemo.

Giona[2] sta nel collegio et attende alli studij et forsa pasato alcun poco di tempo si potra utilmente mandare per li collegij noui di Maguncia ò Treuere.

Alle prediche della R. V. dia nostro Signor il sucesso che desideramo.

Cum his litteris epistulas aliquot aliis destinatas mitto, quas R. V. iisdem afferendas curet. R. V. sacris precibus et sacrificiis omnes vehementer nos commendamus. Roma 24. Martii 1560.

Accepimus etiam epistulam R. V. Kalendis Martiis datam[1] et exspectamus fratrum nostrorum catalogum nobis promissum; vindobonensium fratrum catalogum iam habemus.

Ionas[2] in collegio nostro litteris dat operam et fortasse post breve tempus in alterum ex novis illis collegiis, moguntinum aut treverense, utiliter mitti poterit.

R. V. contionibus Deus prosperum, quem optamus, successum concedat.

422.

CANISIUS

CANONICO CUIDAM REGULARI,

ordinis S. Augustini, rebdorfiensi[3].

Augusta Vindelicorum 29. Martii 1560.

Ex libello periodico „Pastoral-Blatt des Bisthums Eichstätt", 12. Jahrg. (Eichstätt 1865), p. 116; in quo hanc epistulam ex apographo aliquo (archetypum perisse videtur) evulgavit *Ios. Georg. Suttner*.

1808). Quem cum bibliopola quidam (complutensis? Ita *Alv. Cienfuegos* S. J., La heroyca vida . . del grande S. Francisco de Borja [Madrid 1702] p. 371. An Martinus Nucio, typographus antverpiensis, a. 1556? Vide *Sommervogel*, Bibl. I, 1809) cum undecim opusculis aliorum auctorum, Borgia inscio et invito, in unum corpus redegisset, unius Borgiae nomine insignitum, in „Cathalogo Librorum, qui prohibentur" mandato Ferdinandi de Valdes, archiepiscopi hispalensis et inquisitoris generalis etc., a. 1559 Vallisoleti excuso, prohibitus est liber „Obras del Christiano compuestas por Don Francisco de Borja, duque de Gandia" (*Cienfuegos* l. c. *Sacchinus* l. c. l. 3, n. 104. *Fr. H. Reusch*, Der Index I [Bonn 1883], 589. *Alphonsus Deca* S. J. in litteris dedicatoriis opusculorum S. Francisci Borgiae latine a se versorum, ad Gasparum Quirogam, archiepiscopum toletanum et supremum inquisitorem, datis, in „Vita Francisci Borgiae" a P. Ribadeneira conscripta et ab Andrea Schotto latine versa [Moguntiae 1603] p. 539). De ceteris editionibus librorum S. Francisci Borgiae vide *Sommervogel* l. c. I, 1808—1817.

[1] Haec superesse non videtur. [2] Adler.

[3] „Domus S. Ioannis Baptistae" in Rebdorf canonia erat ordinis S. Augustini, congregationis windesemensis, prope Eystadium ad Altimylam sita, cui diu, usque

Adulescentem canoniam rebdorfiensem ingressurum commendat. Concilium oecumenicum. De Pio IV. magna speranda.

Pax Christi nobiscum, Religiose Pater.

Non potui omittere, quin[a] huic Studioso isthuc proficiscenti litteras adderem, primum, ut veteris inter nos amicitiae jucunda memoria refricaretur: deinde ut pios Adolescentis hujus conatus adjuvarem. Cupit enim is, quantum intelligo, vobiscum Deo, et rebus sacris operam dare, totumque se divino servitio mancipare in hoc vestro pio Instituto. Quare non potui non vobis illum commendare, ut spiritualis vitae tyrocinium apud vos[b] experiatur, discatque jugum Domini ab adolescentia sua portare[1], et, dum tempus est, bonum operari[2]. De rebus novis, quod scribam, non habeo, nisi Pontificem Maximum una cum Monarchis tribus Christianis[3] bis[c] [?] ad Concilium celebrandum penitus adspirare[4]. Magna certe de hoc Pontifice spes et bonorum omnium expectatio esse debet. Largiatur Dominus Ecclesiae suae pacem, et nos[d] conservet in suam gloriam. Tuis spero precibus apud Christum juvari, et communibus fratrum Sacrificiis ac orationibus[e] Societatem hanc nostram exiguam commendari plurimum peto. Augustae 29. Martii anno 1560. Servus in Christo P. Canisius S. I.

423.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 30. Martii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis, magnam partem ab ipso *Polanco* scripto; in margine: „Agusta al Padre D. Canisio." Cod. „Germ. 1559" p. 144—145.

---

[a] quie *Suttn.* [b] nos *Suttn.* [c] *Sic;* his? his diebus?
[d] *Sic; sed legendum esse videtur:* vos. [e] omnibus *Suttn.*

---

ad a. 1553, praeclarus ille Chilianus Leib, fidei propugnator et historicus, praefuerat. P. Claudius Iaius S. J. († 1552) litteris ad Ioannem Cochlaeum datis huius canoniae disciplinam religiosam magnis laudibus extulit. Canisium, cum ineunte mense Decembri a. 1549 una cum Iaio et Salmerone Ingolstadio Eystadium ad salutandum episcopum veniret (*Can.* Epp. I, 691), Rebdorfium divertisse puto (*Iac. Gretserus* S. J., Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi de eiusdem Ecclesiae Divis tutelaribus [Ingolstadii 1617] p. 243. *J. G. R. Acquoy*, Het klooster te Windesheim en zijn invloed III [Utrecht 1880], 145—147).

[1] Thren. 3, 27. [2] Gal. 6, 10.

[3] Caesarem atque Hispaniae et Galliae reges dicit (*Sickel* l. c. p. 48. *Steichele*, Archiv II, 128).

[4] Canisius in contione, quam 21. Ianuarii 1560 Augustae in ecclesia cathedrali

De pecunia collegio romano Marci Velseri et Canisii ope suppeditata. Proponitur Canisio, qua ratione Vindobonae controversias quasdam, quae collegio illi cum universitate erant, componere possit. Romae de „Indice" reformando agi. Collegium germanicum aere alieno exire; qui, quales, unde in illud mittendi sint. De dioecesana synodo augustana et de collegio Treveris condendo.

Pax christi.

Riceuemmo quelle di V. R. di 9 et altre di 16 del presente insieme con quella poliza del magnifico maestro Marco Velzer[1] cui correspondente s' è portato molto amoreuolmente pagandoci etiam auanti il tempo ordinario et in bona moneta, il che si potria significar al Signor Velzer. Et noi ringratiamo V. R. della charità che ha usata non solamente drizzando quelli di Colonia ma etiam aggiungendo altri. Vennero molto a tempo sì per l' ordinarie spese, sì etiam per potere far alcune straordinarie nel passar di nostro collegio alle case nouamente donate[2]. Dio N. Signore sia laudato.

Quanto alla Vniuersità di Vienna, quando la R. V. anderà in là insieme col Reuerendissimo Legato Warmiense si potrà dare qualche buono assetto sentendo quel che dirà il Padre Vittoria. Et finalmente facendo quel che parera alla R. V.

Del nome del collegio Cesareo[3] che pare da dispiacere à quelli della Vniuersità, se così paresse all' imperatore si potria lasciare et

---

Pax Christi.

Allatae sunt nobis R. V. litterae die 9. et alterae die 16. huius mensis datae una cum scida illa a magnifico magistro Marco Velsero[1] missa; cui significetis, quaeso, eius mandatarium se valde pium erga nos praebuisse, pecunia etiam ante tempus solitum et bonis nummis soluta. Ac nos R. V. gratias agimus, quod tantam caritatem nobis exhibuit non solum coloniensibus illis pecuniis ad nos missis, sed etiam aliis additis. Quae valde opportuno tempore nobis allatae sunt, tum ut ordinarias expensas, tum ut extraordinarias quasdam, ex nostro collegio in domos nuper nobis donatas transeuntes, facere possemus[2]. Deo et domino nostro sint laudes.

Res, quae cum universitate vindobonensi nobis sunt, R. V., cum illuc venerit, una cum reverendissimo legato varmiensi commoda aliqua ratione componere poterit, audita P. Victoriae sententia, ita tamen, ut, quod R.ae V. visum erit, hoc tandem fiat.

Collegium, relicto, si imperatori visum erit, collegii caesarei nomine[3], quod academicis displicere videtur, collegium Societatis Iesu vocari potest. Sin autem

---

habuit: Catholici, inquit, „etiam huc usque nihil magis cupiunt quam generale Concilium". (Ex * commentario huius contionis, a Canisio correcto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. O." f. 70a.)

[1] Marcum Velserum (Welser) „seniorem" dicit; cuius vitam enarravit *Fr. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana II (Augustae Vindeliciae 1786), 160—161. Familia Velserorum Augustae magnam tabernam argentariam habebat.

[2] Socii ex aedibus Salviati in domos a Victoria Tolfia, Vallis marchione et Pauli IV. nepte, Pio IV. hortante, sibi donatas mense Maio a. 1560 transmigrasse videntur (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 91; l. 4, n. 5. 6. 26). Domus illae eo erant loco, quo nunc „collegium romanum" S. J. (a gubernio pedemontano suppressum) cernitur. [3] Cf. supra p. 573—574.

chiamarlo collegium Societatis Jesù. Ma se altro paresse alla Maesta Sua quello si faccia. Del dar etiam fede alle lettere del Preposito Generale, sopra il magisterio ò dottorato delli nostri, saria ben fossi dichiarato. Et anche che due di nostri siano professori di Theologia, et che non siano impediti della obedientia che deuono alli suoi superiori et consequentemente non siano soggetti alla Vniuersità. Et che possano anche li nostri nel suo collegio publicamente insignare l' arti liberali et altre discipline tutte in fuora del ius ciuile, canonico et medecina[1].

Che nessuno di nostri sia Rettore, benche possa essere uno delli nostri Decano. Jtem che li nostri uadano alli consistorij[2] quando si tratta di cose appartenenti alla religion catholica, ouero quando si tratta di lettere. Quando si tratta d' altri negocij, che non siano obligati d' andare.

Vedasi etiam che li nostri lascino un' hora la mattina et un' hora dopò pranso uacua di lettionj, acciò che in dette hore possano li professori dell' Vniuersità leggere senza concorrente la philosophia. Questi punti si representano. Ma V. R. fara[a] trouando si presente como meglio in Domino li parera. Quando si potra mandar qualche gente piu matura si mandara.

Nella lista delli sugetti non mette la R. V. quelli di Agusta[3].

Si e recomendata al padre Vittoria la casa di probatione[4].

Gia se comincia a trattare da seno[b] [?] sopra il Catalogo delli libri

---

maiestati suae aliud visum erit, hoc fiat. Iuvabit etiam constitui: Ut litteris, quibus praepositus generalis nostros homines magistros vel doctores creatos esse testetur, fides habeatur. Atque etiam, ut duo ex nostris theologiae professores sint neve ab oboedientia, quam superioribus suis debent, praestanda impediantur neve proinde universitati subditi sint. Atque etiam ut nostri in collegio suo artes liberales ceterasque disciplinas omnes praeter ius civile et canonicum ac medicinam publice docere possint[1].

Ne quisquam ex nostris rector sit, licet aliquis ex nostris decanus esse possit. Item ut nostri ad consistoria[2], cum de rebus religionem catholicam spectantibus agatur vel cum de re litteraria agatur, adeant. Cum autem de aliis negotiis agatur, ne ad consistoria debeant adire.

Curetur etiam, ut nostri singulis diebus una hora matutina et una postmeridiana a scholis habendis abstineant, ut illis horis universitatis professores sine competitoribus philosophiam docere possint. Haec capita R. V. proponimus. Quae tamen, cum illic aderit, quae meliora fore in domino iudicaverit, faciat. Cum maturiores aliquot mittere poterimus, mittemus.

R. V. in Sociorum catalogo augustanos non posuit[3].

Patri Victoriae domus probationis commendata a nobis est[4].

Iam serio de librorum prohibitorum catalogo agere incipiunt, ac spero nos mox constitutionem aliquam sat universalem vobis mittere posse.

---

[a] *Hoc ultimum apographi nostri vocabulum est, quod Polancus sua manu scripsit.*
[b] *Sic; sed videtur esse legendum:* da senno.

---

[1] Cf. supra p. 316—318. 573—574. 597 etc. [2] Ad senatum academicum.
[3] Cf. supra p. 602. [4] Cf. supra p. 613.

prohibiti et presto spero si potra mandar qualche resolutione asai uniuersale.

Si uedera che Jonna[1] scriua alli suoi.

Jl Collegio Germanico pare si uada releuando delli debiti col fauor de molti che dio Nostro S. li da uolonta di aiutarlo per il che è bon mezzo il Cardinal di Agusta. V. R. adunque potra mandare per adesso insino a 8. o .10. per il detto collegio germanico, se li trouara nella sua Prouincia tali, che sia ben collocato in loro a questo beneficio, et bisognaria fossino prima aduertitti, de quello che hanno de obseruare in detto collegio, et quanto se potessi che fossino prouecti nelle lettere et atti per essere operarij Ecclesiastici utili al ben commune. et si la R. V. non tenessi alla mano gente che se potessi mandare per arriuar a Roma almeno nel messe tutto di Maggio potria scriuere a Colonia ò al Padre Maestro Euerardo[2] accio mandino alcuni insino al detto numero, forsa per il settembre si scriuira anchora che si mandino altri. io non scriuo ad altro nesuno nella prouincia della Superior germania ne inferiore perche lascio alla R. V. la cura di questo delectu, qualche Vngaro, Bohemo, et Polono, o di simili nationi potria etiam hauer luogo fra questi.

L' andatta di V. R. a Vienna bastara sia doppo la sinodo massime facendosi quella presto doppo Pasqua, il che sera ben procurare, se pur se douessi diferire asai detta sinodo potria forsa la R. V. andar prima a Vienna et tornar a tempo per trouarsi in quella[3].

Curabimus, ut Ionas[1] ad suos scribat.

Collegium germanicum aere alieno paulatim exire videtur favore multorum, quibus Deus et dominus noster eiusdem adiuvandi voluntatem tribuit; qua in re cardinalis Augustanus utilem interponit operam. Itaque R. V. in praesens adulescentes, quorum numerus ad 8 vel 10 ascendere poterit, in collegium illud germanicum mittere poterit, siquidem in provincia sua eos invenerit, in quibus beneficium istud bene collocetur; quos oportebit prius de rebus in collegio sibi observandis edoceri et, quantum fieri poterit, in litteris provectos et idoneos esse ad ecclesiasticum ministerium cum rei publicae emolumento praestandum; quodsi forte R. V. homines, qui ita mitti possint, ut saltem ante finitum mensem Maium huc adveniant, ad manum non habebit, Colonienses vel patrem magistrum Everardum[2] per litteras moneat, quaeso, ut ipsi aliquot — donec numerus ille compleatur — huc mittant; atque fortasse etiam Septembri mense scribemus alios mittendos esse. Ego nemini alii neque superioris neque inferioris Germaniae Socio hac de re scribo, quia huius delectus faciendi curam R. V. permitto; atque etiam Hungarus, Bohemus, Polonus similisve nationis aliquis in horum numerum ascisci potest.

Satis erit R. V. post synodum Vindobonam ire, maxime si haec paulo post Pascha habebitur; quod, ut fiat, curari convenit; si tamen synodus illa multum differenda sit, fortasse R. V. prius Vindobonam proficisci indeque eo tempore redire potest, quo synodo illi interesse queat[3].

---

[1] Adler. [2] Mercurianum dicit.

[3] Dioecesana haec synodus Dilingae, quae sedes episcoporum augustanorum erat, habenda fuisse videtur. At cum neque in corpore conciliorum Germaniae, a Ios. Hartzheim S. J. congesto, neque in vitis episcoporum augustanorum, a Placido

Le lettere sopra il collegio di Treuere[1] doueua aprire la R. V. et cosi faccia in cosa simile per l' auenire. L' Arciuescouo Treuerense ricerca in suma .12. de nostri per un collegio nella sua Metropolitana citta, fra li quali uorria ci fossino predicatori et lectori di Theologia et philosophia, et lettere humane, et assegna mille fiorini d' intrata con buona cassa et chiesa etc. et in questo mezzo ricerca .2. ò .3. predicatori, la risposta uedera V. R. per quella di nostro Padre[2], per il Settembre si fa conto di mandar di qua Jonna[3] si caminara bene come si spera con qualche altro, et il resto si fa conto che si proueda della Prouincia della Jnferior germania, como si scriue al padre maestro Euerardo[4], et al padre maestro Leonardo[5] cui lettere qui uanno et anche una forma di scriuere[6]. La settimana sequente si mandara una simile a V. R. per non far tanto grande plico adesso.

Ci reccomandiamo tutti molto nelle orationi et sacrificij[a] della R. V. et di tutti nostri charissimi fratelli nella sua prouincia. De Roma li .30. di Marzo 1560.

Nota: Canisius Lainio rescripsit Vindobona 20. Maii 1560.

Litteras de collegio treverensi missas[1] R. V. aperire debebat, atque idem in posterum, si quid simile contigerit, faciat. Earum summa haec est: Archiepiscopus treverensis 12 nostros, qui in metropolitana civitate sua collegium incohent, petit; in quorum numero contionatores ac theologiae et philosophiae et humaniorum litterarum magistros esse vult; atque his annuum reditum mille florenorum cum bona domo et ecclesia etc. assignat. Et interim 2 vel 3 contionatores petit. Nos quid ei respondeamus, R. V. ex patris nostri litteris huic epistulae adiunctis cognoscet[2]. Consilium est, ut Septembri mense Ionas[3], si (id quod speramus) bene se gesserit, cum aliquo altero hinc illuc mittatur; reliquos autem a provincia Germaniae inferioris provisum iri speramus; id quod patri magistro Everardo[4] et patri magistro Leonardo[5] scribimus; quas litteras atque etiam formulam scribendi[6] iis destinatam cum hac epistula mittimus. Proxima hebdomade, ne nunc fasciculi molem nimis augeamus, similem formulam reverentiae vestrae mittemus.

R. V. et omnium carissimorum fratrum nostrorum, qui in ista provincia sunt, sacris precibus et sacrificiis omnes vehementer nos commendamus. Roma 30. Martii 1560.

---

[a] sacrificio *apogr.*

Braun conscriptis, ulla eius fiat mentio, aut eius acta perisse aut — quod mihi quidem magis probatur — eam habitam non esse dixeris.

[1] Litteras Ioannis a Petra archiepiscopi, Confluentibus 18. Februarii 1560 ad Lainium datas; de quibus vide supra p. 581.

[2] Harum litterarum, Roma 30. Martii 1560 ad Ioannem archiepiscopum datarum, summa proposita est in *Christoph. Broweri* S. J. et *Jac. Masenii* „Antiquitatum et Annalium Trevirensium libris XXV" II (Leodii 1671), 395.

[3] Adler. [4] Mercuriano. [5] Kessel. [6] Cf. supra p. 582[4].

424.

CANISIUS

IOANNI MONHEMIO,

gymnasii dusseldorpiensis rectori.

Augusta Vindelicorum m. Martio vel Aprili 1560.

Ex historiae collegii coloniensis parte illa, quam P. *Henricus Simonis* (Simonius) S. J. Coloniae (ut videtur) anno 1625 conscripsit. Cod. colon. „Hist. coll. Col.", in a. 1560.

Errores Monhemii catechismo aspersos notat huncque monet, ne iuventutem pervertat.

Cum Ioannes Monhemius (Monheim), quem Guilielmus, Cliviae, Iuliae, Montium dux catholicus, anno 1545 gymnasio populari Dusseldorpii (Düsseldorf) a se constituto primum rectorem praefecerat, ibidem anno 1560 librum „Catechismus: In quo Christianae religionis elementa syncere simpliciterque explicantur" specie quidem catholicum, reapse vero Calvini doctrinis refertum edidisset isque liber non solum in dusseldorpiensi illa schola (cui tunc 1500—2000 adulescentes operati esse feruntur) sed etiam Coloniae circumferretur, Socii colonienses catechismum illum — quae sequuntur, ab Henrico Simonis scripta sunt — „Canisio mittunt, qui errores illius notatos, censuraque acri iugulatos autori remisit, benigne simul et grauiter admonens, ne suam porro sibique concreditae iuuentutis animas praecipitatum ire pergat, quae per imprudentiam et rerum sacrarum imperitiam excidissent, pertinaci ne conetur studio defendere, seseque extra Ecclesiae septa ne conijciat cum immortali nominis sui dedecore, sed sensis suis iudicijsque omnibus Ecclesiae authoritati submissis, melius famae, melius saluti suae consulat".

Simonis haec fortasse ex epistulae huius canisianae apographo deprompsit, quod aut Canisius ipse Sociis coloniensibus miserit, aut hi ex epistula archetypa descripserint, a Canisio sibi, ut ipsi eam Monhemio tradendam curarent, missa. Ac facile fieri poterat, ut Canisius ipsum nosset Monhemium; hic enim, quo tempore Canisius Coloniae artibus liberalibus studebat (inde ab a. 1536), ibidem in schola metropolitana praeceptorem egerat et eruditionis fama floruerat, in rebus theologicis Erasmi rationem tunc secutus [1]. Cum autem Socii colonienses in litteris Colonia 31. Martii 1560 datis, quibus res mense illo Martio a se gestas comprehendunt, Monhemii catechismum ad Canisium a se missum esse referant (*Hansen* l. c. p. 349), atque hic (id quod infra videbimus) exeunte mense Aprili duorum mensium iter in Bavariam, Bohemiam, Austriam etc. ingressus sit, dicendum esse videtur eum mense Martio vel Aprili a. 1560 hanc epistulam ad Monhemium misisse [2].

---

[1] *Janssen* l. c. V (13. et 14. ed.), 462. *C. Krafft*, Monheim Johannes, in „Real-Encyklopädie für protestantische Theologie und Kirche", 2. Aufl. X (Leipzig 1882), 221—224.

[2] „Nostri interea quasi eo stimulo exagitati, Sacram Canisij Catechesin erroneae Monhemij opponentes, ubi ubi poterant, illa ut institueretur juventus, adlaborarunt": P. *Iacobus Boyman* S. J. in * historia gymnasii trium coronarum coloniensis a. 1638/39 conscripta (Cod. „Hist. gymn. tr. cor." f. 70[a]).

425.

SOCII COLONIENSES

CANISIO.

Colonia m. Aprili 1560.

Ex *Hansen* l. c. p. 350.

Socii colonienses Colonia 30. Aprilis 1560 de rebus eo mense gestis ad Lainium hoc, praeter alia, scripserunt: „Moguntinensis archiepiscopus aliquos ad se venire vellet, cum quibus de erigendo collegio ageret. Illud ad p. Canisium scripsimus.“ Cf. supra p. 586.

426.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 13. Aprilis 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Prouincial“. Cod. „Germ. 1559“ p. 147.

Canisii catechismus. Liber quidam Lainii. Collegia monacense, vindobonense, treverense. Nimia onera non suscipienda. Simon Eckius et Marcus Velserus bonorum spiritualium Societatis participes effecti. Augustani. Iuvenes, atque inter hos polonus, in collegium germanicum mittendi.

Receuemmo quella di V. R. di 23. et 30. del pasato [1], et quantunque siamo in Vigilia di Pasqua respondero a quelle; Jl Catechismo si rimandara un altra uolta . et se uedera fra molte occupationi, si si potra far cosa alcuna sopra gl' articuli [di] controuersia, ben che quello di Nostro Padre Preposito non acadera spetar lo altrimenti, parte perche di la tengono qualche cosa, parte perche le sue occupatione molte non li danno luogo [2].

Si uede che di Monachio et Viena fanno asai instancia per hauer gente, et quantunque si tenga disiderio di far qualche prouission saria

---

R. V. litteras diebus 23. et 30. superioris mensis datas accepimus [1]; ad quas, licet in vigilia Paschatis simus, rescribam. Catechismum alias remittemus; ac videbimus, num inter multas occupationes aliquid conscribere possimus de articulis controversis; neve tamen librum illum patris nostri praepositi amplius exspectetis, partim quia aliquam eius partem istic habetis, partim quia per multas occupationes ei plura scribere non licet [2].

Monacenses et Vindobonenses, ut novi fratres ad se mittantur, valde instantes videmus; quibus licet aliqua ratione consulere cupiamus, monendi tamen videntur, ne

---

[1] Hae litterae perisse videntur. [2] Vide supra p. 213[5]. 381.

da aduertire che non pigliaseno tanti asumpti non necessarij che non se li possa sodisfare, o non senza graue ofensione della sanita.

Canisii arbitrio permittitur, de Petro Lovaniensi constituere; idem in similibus rebus observandum.

La risposta sopra il collegio di Treuere si mando aperta per mano di V. R. si mando etiam la comunication delle gratie pel magnifico maestro simone equio in carta pecora il Febbraro passato, si non fossi arriuata, si mandara di nouo; et anche un altra per il Magnifico mastro Marco Welzer[a]. Si raccomandarano a Jddio nostro .S. li Augustani, et molto ci consolamo che in loro si ueda qualche buon fruto.

Epistulas adiungi variis Sociis mittendas.

Canisio Vindobonae cum Hosio de rebus aliquibus salutem publicam spectantibus[1] *agendum fore;* et si non si potra lasciar altro che predichi in suo luogo, facia V. R. il meglio chi potra.

De Floriano si scriuira un altra uolta;

Del mandar qua fin a 10. pel collegio Germanico, auanti ch' intrino li gran caldi, gia fu scritto alla R. V., et fra loro si uerra qualche Polono sera ben uenuto, Per l' autuno spero si potranno mandar piu, et sera meglio anche se si trouara chi li faccia la spesse, ma etiam sensa quelle si mandino questi .10. ci reccomandiamo tutti

---

tot onera non necessaria in se suscipiant, ut iis satisfieri aut omnino non possit aut non sine valetudinis gravi detrimento.

Canisii arbitrio [etc., ut supra].

Litteras, quibus de collegio treverensi respondebamus, apertas ad R. V. misimus, ut ipsa eas illuc perferendas curaret. Misimus etiam superiore mense Februario bonorum nostrorum spiritualium communicationem magnifico magistro Simoni Eckio concessam et in membrana scriptam (quae, si forte vobis allata non sit, iterum mittetur), atque etiam alteram magnifico magistro Marco Velsero destinatam. Deo et domino nostro Augustanos commendabimus; in quibus bonum aliquem fructum comparere vehementer gaudemus.

Epistulas [etc., ut supra].

Canisio Vindobonae cum Hosio de rebus aliquibus salutem publicam spectantibus[1] *agendum fore.* Et si Augustae aliquis, qui R. V. loco contionetur, relinqui non poterit, R. V. eam rem quam optime fieri poterit constituat.

De Floriano alias scribemus.

Iuvenes, quorum numerus ad 10 ascendere posset, huc in collegium germanicum, antequam magni calores inciperent, mittendos esse R. V. iam scripsimus; inter quos si Polonus aliquis venerit, gratus nobis erit. Autumno plures mitti posse spero; atque etiam melius erit, si invenientur, qui eosdem suis sumptibus alendos curent; attamen etiam sine his 10 illi mittantur. R. V. sacris precibus omnes nos commen-

---

[a] Werzer *apogr.*

---

[1] Polancus has res non enumerat singulatim.

nelle oratione di V. R. et pregamo Dio .N. S. li dia buona pasqua et anche a tutti li suoi Augustani in suo Santo seruicio. De Roma .13. di Aprile 1560.

---

damus, Deum et dominum nostrum orantes, ut eidem atque etiam omnibus Augustanis suis faustum pascha in sancto famulatu suo tribuat. Roma 13. Aprilis 1560.

427.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 20. Aprilis 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Agusta Padre Canissio.“ Cod. „Germ. 1559“ p. 149.

Doctrinae christianae explicatio. De Socio quodam. Poloni in collegium germanicum mittendi. Collegia monacense et vindobonense. Messis augustana.

Riceuemmo quella di V. R. di 30. del pasato et .6. del presente [1]. *De bonorum spiritualium Societatis communicatione Eckio et Velsero concessa.*

Si non ci sera predicatore per sustituire in ausencia della R. V., bisognara hauer patientia, et forsa qualcuno potria diciarar la Doctrina Christiana in questo mezo [2].

Circa Floriano se non pare alla R. V. atto per la compagnia lo potra licenciare, quando le paressi atto, et sperasse che in Roma potessi aiutarsi, lo potra mandar qua.

De pecuniis ex Germania Romam missis.

De iuvenibus vere et autumno in collegium germanicum mittendis; fra li qualli etiam li Poloni seranno ben uenuti, et se li uorranno prouedere li Vescoui sera molto bene; *attamen etiam sine eo victu 10 illos mitti posse* [3].

R. V. litteras die 30. mensis superioris et die 6. huius mensis datas accepimus [1]. *De bonorum [etc., ut supra].*

Si istic contionator, quo R. V., dum aberit, vicario utatur, non suppetet, patienter id ferendum erit; fortasse interim doctrinam christianam aliquis explicare poterit [2].

R. V. Florianum, si ad Societatis institutum ipsi idoneus esse visus non erit, dimittere poterit; sin autem eum idoneum existimabit et Romae adiuvari posse sperabit, huc eum mittere poterit. *De pecuniis [etc., ut supra].*

De iuvenibus vere et autumno in collegium germanicum mittendis; inter quos etiam Poloni exoptati nobis erunt; quibus iuvenibus si episcopi victum providebunt, optime agent; *attamen etiam sine eo victu 10 illos mitti posse* [3].

---

[1] Hae litterae perisse videntur. [2] V. supra p. 610. [3] Cf. supra p. 619.

Miratur, litteras romanas Canisio non afferri.

Del mandare il resto del Collegio di Monico, al Settembre si fara quel che si potra, perche molto si desidera proueder di operarij a Alemagna. Adesso si mandano alcuni scholari a Vienna de la lingua Fiandressa o tutti o la magior parte, perche demanda gente il Padre Vittoria, et potrano seruire per li collegij futuri, essendo buoni supositi [1]. *De epistulis aliquot scribendis.*

Ci consolamo in Domino del frutto che si uede in Augusta et di quel che si spera, degnisi la Diuina bonta dar lume per uedere, et forteza per exiguire quel che conuiene alla loro eterna salute, delle cose di qua si scriuira un altra uolta . tutti molto ci reccomandiamo nelle oratione di V. R. et de gl' altri charissimi nostri fratelli, de Roma li 20 di aprile 1560

Miratur [etc., ut supra].

Quod ad reliquam collegii monacensis partem istuc mittendam attinet, mense Septembri, quantum poterimus, praestabimus, cum Germaniae operarios providere magnopere cupiamus. Nunc, quia pater Victoria novos Socios petiit, Vindobonam scholasticos aliquot mittimus, qui aut omnes aut maiorem partem flandrici sunt sermonis, quique, cum idonei sint, collegiis futuris utiles esse poterunt [1]. *De epistulis aliquot scribendis.*

Solacio in domino afficimur et fructibus Augustae iam comparentibus et iis, quos ibidem vos visuros speratis. Divina bonitas et lumen ad videnda et vires ad exsequenda, quae ipsorum saluti aeternae conveniant, tribuere dignetur. De rebus nostris alias scribemus. Omnes R. V. et ceterorum carissimorum fratrum nostrorum sacris precibus magnopere nos commendamus. Roma 20. Aprilis 1560.

428.

CANISIUS

MARCO VELSERO SENIORI,

patricio augustano.

Augusta Vindelicorum, exeunte mense Aprili a. 1560.

Ex *Radero,* Can. p. 87; qui sic praefatur: [Canisius] „ipse de felici progressu laborum suorum hisce verbis ad Marc. Velserum M. II. viri [i. e. Marci Velseri duumviri] patruum Antuerpiam perscribit“; et in margine: „Canisii litterae ad M. Velserum caelibem iam coelitem.“

Augustae multos ad ecclesiam reverti et in pietate crescere.

— — Neque minores debemus eidem bonorum auctori gratias, qui hoc sacro Paschatis tempore multorum in pietate progressus, et

---

[1] *Polancus* *epistulis Roma 23. Aprilis et 4. Maii 1560 datis Victoriam edocuit missos esse: Gerardum Hollandum, Thomam Scotum, Gisbertum, Theodoricum, Gislenum, Antonium Flandros, qui omnes Societatis vota simplicia iam nuncupassent; ac Gislenum usque ad id tempus iu collegio ferrariensi litteris operam dedisse et „le delicie di Ferrara“ fuisse (Ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559“ p. 152. 154).

ad Ecclesiam Catholicam regressus ostendit, vt hinc multi sane admirentur Augustae[1]. Confirmet DEVS Op. Max. quod praeclare coepit in hac ampla messe, quae nobis et piis omnibus magnam adfert consolationem. — —

Tempus quidem huic epistulae parti a Radero non ascribitur; ex iis autem, quae in eius libro (p. 85—87. 106—112) eam antecedunt et sequuntur, a. 1560 scriptam esse coniectaveris. Ex ipsa autem intellegitur, ipso tempore, quo paschalis communio a fidelibus sumenda erat, aut paulo post illud eam datam esse; quod tempus tunc Augustae pro vetere ecclesiae more a dominica palmarum ad dominicam „in albis" (eo anno 7.—21. Aprilis) neque ulterius extensum fuisse synodos augustanas a. 1548 et 1567 habitas inspicienti fere certum esse opinor.

429.

CANISIUS

GODEFRIDO RHEDANO,

theologiae professori et universitatis coloniensis rectori.

Inter menses Aprilem et Iunium 1560.

Ex epistula Socii cuiusdam coloniensis aut archetypa aut eodem tempore transscripta, cuius prior pars superest in cod. „G. Ep. 1", f. 124b.

De Monhemii catechismo refutando.

Socius quidam coloniensis Jacobo Lainio, praeposito generali, Colonia anno 1560, idque ineunte, ut videtur, mense Septembri scripsit: „Facultas Theologica Coloniensis edidit quendam libellum contra impium illum Gymnasiarchae Düsseldorpensis catechismum[2], in quo virus pestilentissimum incautae iuuentuti propinat, in cuius pernitiem hic vnice desudare, et nostrae Academiae (a qua non adeo remotus numerosae iuuentuti praeest) cladem et ruinam minari videtur. Quae res etsi nostros non nihil proculserit[a] [?], tamen literae P. Canisij quas ad Rectorem Vniuersitatis perscripserat calcar ac stimulos addiderunt. Atque ita tandem factum est, vt nostram operam efflagitarit. Quodsi operam nostram ac laborem detrectassemus, res nullum habitura erat progressum."

Canisium, cum mense Martio vel Aprili anni 1560 ipsum Ioannem Monhemium de libri illius erroribus per litteras edocuisset (vide supra p. 621), aliquamdiu exspectasse dixeris, ut videret, num forte ipse Monhemius catechismum illum retractaret vel corrigeret. Ex altera vero parte iam ante mensis Iulii initium Coloniae a Sociis, ut ad librum illum refutandum operam conferrent, petitum esse, ex eo coniectari posse videtur, quod *Polancus* Roma 20. Iulii 1560 Coloniam ad P. Eve-

[a] *Sic; sed malim legere:* perculserit.

[1] Quam vere Canisius haec scripserit, vide infra, monum. 171—175.

[2] P. *Everardus Mercurianus* Colonia 7. Iunii 1560 Lainio scripsit: „Questo han commesso ad vn padre di S. Domenico, il quale non lo vuole fare si non sia aggiutato da li nostri" (Ex *autographo. Cod. „G. Ep. I" f. 111b).

rardum Mercurianum, provinciae S. J. Germaniae inferioris praepositum, Lainii nomine scripsit: „Quanto allo asuntto datto del Jnquisitore pare a nostro Padre che sia bene aiutar quel Fratre che ha presso sopra di se, questa fatica, de censurare quel cathechismo con conseglio et doctrina etc. ma non si metta il nome delli nostri.“ (Ex *apographo huius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559“ p. 189—192). Anno autem 1560 usque ad festum SS. Petri et Pauli apostolorum (29. Iunii) universitatis coloniensis rectoratum a Godefrido Rhedano (Reidano), theologiae professore et ecclesiae collegialis SS. Apostolorum canonico, administratum esse ex *catalogo rectorum illius universitatis cognoscitur, quem P. *Iacobus Kritzradt* S. J. (de quo *Can.* Epp. I, LIII) posuit in cod. „Hist. gymn. tr. cor.“, in fine, p. 2. Cf. etiam *Bianco* l. c. I, 833.

430.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 3. Maii 1560.

Ex exemplo (2° min.; $3^3/_4$ pp.), quod Canisius ipse a. 1560 scribendum curavit emendavitque et, ut omnino videtur (v. infra, Canisii epistulam 6. Augusti 1560 ad Kesselium datam), Sociis coloniensibus misit. Qui etiam haec sua manu superscripsit: „† De statu haereticorum. Datum Augustae mense Maio .1560.“, ac paulo infra: „Remittite ad nos statim ad alium locum transmittenda“; quae tamen altera sententia lineis inductis (a Canisio ipso, ut videtur) deleta est. Cod. colon. „Kess.“, in a. 1560 f. 3.

Exstat etiam huius epistulae apographum, medio fere saeculo XIX. ex exemplo antiquo (eodem tempore, ut videtur, scripto), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I“, 77—427 posito, transcriptum.

Maximam epistulae partem posuit *Konstant. Germanus*, Reformatorenbilder (Freiburg i. Br. 1883) p. 298—300. 304—305. Eadem usus est *Sacchinus*, Can. p. 169. Mentionem eius fecit *Hansen* l. c. p. 348[3].

Protestantium dissensiones. Flacii doctrinae. Melanchthonis retractationes etc. Caerimoniae catholicae a Wolfgango Palatino lutherano restitutae. Calvinistae. Episcopi misnensis apostasia. Catholicae ecclesiae desiderium apud Saxones. Episcopi, sacerdotibus destituti, „dissimulant“ et indignos sacris ordinibus initiant. Sacra catholica Argentorati abolita. Protestantes libellis, imaginibus, ludis catholicos sugillant. Ludus scenicus in catholicam ecclesiam contumeliosissimus in gymnasio argentoratensi actus. Augustae multi ad fidem redeunt, et sacramenta frequentantur. Spes ex Hosii legatione orta.

Haeretici, (quod sciamus) hoc tempore nihil noui moliuntur, dum egre continent populum, quin dilabatur in omnem impietatem. Et magnam sectae fidem adimit, quod ita pergit Saxonia tumultuari, pugnantibus inter se doctoribus, qui Philippo Wittenbergae, et Illirico Genae[a] addicti sunt[1]. Nam populus Illirici artes magis quam Philippi

[a] *Sic etiam ex. alterum.*

[1] Litigabant protestantes maxime de hominis iustificatione, de bonis operibus, de cena domini, de rebus „adiaphoris“, quae protestantibus cum catholicis communes

probat, quod ille iuxta germanum Lutheri spiritum sacris contemptis, fenestram aperit ad omnem licentiam, et neque operibus bonis, neque uoluntati hominis ullum fere locum relinquit: hic uero uti mollior philosophus, plus adhibet humanae sapientiae, et subinde sua retractat scripta, ut decrepitus senex paulatim sapere[a] uideatur[1]. Schola Wittenbergensis ex uno pendet Philippo, qui in docendo dexter est magis, quam in scribendo peritus. Ex Lutheri secta, tot sectas uidemus inter se dissectas in Germania, ut uix usquam purus uigeat Lutheranismus. Tantum Princeps est Wolfgangus ex Palatinis[2], qui aegre apud suos effecit, ut ceremonias Ecclesiae Norenburgensis[b] in templis restituerent[3], et hae multis idcirco laudantur, quod ad usum Catholicarum Ecclesiarum accedant propius, et ipsa religionis externa specie blandiantur, et ad uulgi non pessimi animos sint accommodatiores. Itaque ferre possunt Altare; templorum ornamenta, Imagines, aliosque ritus non paucos in Ecclesia usitatos, et annis ab hinc aliquot abrogatos suo loco reponunt.

---

[a] *Sic ex. alt.;* capere *prius.* [b] *Sic etiam ex. alt.*

---

esse possent („adiaphora" potissimum vocabantur caerimoniae quaedam, sacrorum vasorum et sacrarum vestium [superpelliceorum] usus, lumina in altaribus accensa, imagines sanctorum). Recessui francofurtensi, quo a. 1558 principes protestantes, Philippi Melanchthonis consiliis usi, has theologorum suorum lites componere conati erant, a. 1559 Ioannes Fridericus Saxoniae dux, auctore Flacio Illyrico, ienensis universitatis professore, „Librum confutationis saxonicum" opposuit, quo etiam Adiaphoristae sive Melanchthoniani damnabantur. Melanchthon autem Flacianos acerrime reprehendit atque etiam eorum corpora a principibus poenis affici voluit (*Ianssen* l. c. IV, 32—39. 91—93. *I. Döllinger,* Die Reformation I [Regensburg 1846], 395. 407. *I. A. Dorner,* Geschichte der protestantischen Theologie, besonders in Deutschland [München 1867], p. 331—334).

[1] Melanchthonem (qui posterioribus vitae annis homines liberos bonaque opera necessaria esse concessit) 19. Aprilis 1560 Vitembergae vita functum esse Canisius, cum has litteras scriberet, nondum compererat.

[2] Wolfgangus Palatinus, Lutheri dogmatum tenacissimus, qui et principatum bipontinum (Zweibrücken) et ducatum neoburgensem (Neuburg) regebat, anno 1557 lutheranam liturgiam sive corpus quoddam legum ecclesiasticarum („Kirchenordnung") promulgavit, quod iterum anno 1560, et postea compluries typis exscriptum est (*B. C. Struve,* Ausführlicher Bericht von der Pfältzischen Kirchen-Historie [Franckfurt 1721) p. 55—60. *Ludw. Molitor*, Vollständige Geschichte der ehemals pfalzbayerischen Residenzstadt Zweibrücken [Zweibrücken 1885] p. 204—205). *A. L. Richter* hanc liturgiam potissimum ex megalopolitana (a. 1554) et ex wurtembergensi (a. 1553) haustam esse censet (Die evangelischen Kirchenordnungen des sechszehnten Jahrhunderts. Neue Ausg. II [Leipzig 1871], 194).

[3] In liturgia norimbergensi v. g. edicitur: „Messgewand, Altardeck, silberin vnnd gůldin gefess, liechter etc. sein aller ding frey, geben vnd nemen dem glauben vnnd gewissen nichts. Darumb, dieweil sie vorhin vorhanden vnnd gezeuget sein, soll man sie behalten vnd brauchen": *Kirchenordnung* in meiner gnedigen Herrn der Marggrafen zu Brandenburg, Vnd eins Erbarn Raths der Stadt Nůrmberg Oberkeit vnd Gebieten . . . M. D. XXXIII. Aufs neu, ietzo dem alten Exemplar nach, mit sonderm fleiss widerumb gedruckt: Zu Nůrmberg, durch Katharine Gerlachin Erben. 1592" f. 41b.

Qui uero Lutheranis modo deteriores uidentur, Caluino maxime student, is OEcolampadij et zuinglij nomen obscurat, suamque Galliam sectarijs opplere et misere diuexare pergit. Ex Episcopo Misniensi, qui tertius erat in Saxonia post Numburgensem et Mersburgensem Catholicus Episcopus[1], nunc habemus Apostatam, postquam praecipua Ecclesiae suae bona Electori saxoniae Principi[2] concessit, iamque ad Sacerdotes catholicos saxonia profligandos principi dicitur inseruire[3]. Nec desunt tamen in Saxonia, qui horum dissidiorum pertaesi, Catholicos ministros exoptant, nec obscure fatentur, multo secum agi posse commodius, sub ueteri quam noua ista religione, quae tot erumnas et pugnas post se trahit. Sed mirum[a] [?] ac miserandum est, inter catholicos uix paucos reperiri qui catholicos in religione ortodoxa confirment. Tanta est ubique theologorum et concionatorum inopia, quantam diutius catholici ferre non possunt. Ita fit, ut hi multis in locis ab haereticis mutuentur Doctores et ministros, cum Episcopi dare non possint meliores. Quae ratio uiros prudentes haud raro discruciat, dum uident imminentem Patriae uastationem, si grassari ita pergant sectarij nullo repugnante. Suos tueri fines egre possunt Episcopi, dissimulanda pleraque putant ac perpetienda, ut ne aduersarij ueluti crabrones irritentur, et irritati aperte tyrannos agant. Vnde qualis qualis uelit, sacris potest initiari, nec fert ullus repulsam facile, quod putent indignos potius quam nullos Ecclesiarum ministros admittendos esse. Pergunt interim miris modis Aduersarij in catholicos debacchari, sed uix usquam opinor seditiosius ac furiosius, quam Argentinae, ubi paucis ab hinc Mensibus sacrorum usus interdictus, et libertas omnis, quae catholicis Ecclesijs restituta fuerat, sublata[4] est. Neque sat fuit hanc inferre uim: ad peiora semper sollicitat Sathan. Ex religione Germanis antea rebellionem fecit, nunc ludum etiam facere contendit. Igitur nullis conuitijs, mendacijs et calumnijs nullis[b] parcitur, semperque atrociora finguntur. Neque uerbis tantum, sed etiam famosis libellis, obscenis picturis, plusquam satijricis apologijs et fictionibus uere poeticis [*sic*] res agitur, quoniam bono fuco causa non bona defendenda est. Hi sales ad aulas Principum, mensasque diuitum penetrant, tantumque ualent, ut homines supra petram nunquam fundati[5], ad cleri odium inflammentur, ad religionis iura

[a] *Sic ex. prius;* miserum *alt.* [b] *Ex. alt. om. hoc:* nullis.

[1] Hi tres episcopi etiam imperii principes et in ducum Saxoniae tutela erant.
[2] Augusto.
[3] De apostasia Ioannis a Haugwitz, quem Misna (Meissen) postremum habuit episcopum catholicum, vide *Ed. Machatschek,* Geschichte der Bischöfe des Hochstiftes Meissen (Dresden 1884) p. 783—797.
[4] Ex ipsa ecclesia cathedrali canonici 19. Novembris 1559 nivis glebulis, lapidibus etc. obruti recedere coacti erant (*Bernh. Hertzog,* Chronicon Alsatiae [Strassburg 1592] l. 3, p. 124. *L. G. Glöckler,* Geschichte des Bisthums Strassburg I [Strassburg 1879], 407—408).
[5] Matth. 7, 25; 16, 18. Luc. 6, 48.

mutanda prosiliant, ad innouandum ac etiam extinguendum cultum diuinum quasi furore agi uideantur. Vnde quod catholicum est, neque uidere neque audire sustinent, adeoque contra catholicos seuire et in templis grassari pulchrum putant[a]. Inde porro ad ludos theatricos, ad horrenda comoediarum et tragoediarum spectacula curritur, nimirum ut habeat juuentus et uulgus faces et flammas ad sacra omnia demolienda. In Monasterio Praedicatorum Argentinae[1] quem ludum nuper exhibuerit Sathan, paucis adijciam. Acta est tragoedia, sed plane blasphema, quam piae aures et mentes non possunt non execrari. Mercator producitur de sua salute anxius, accedunt Paulus Apostolus et Cosmas medicus[2], ut consolentur aegrotum, hoc est, ut de noua religione suscipienda misero persuadeant, potionem et pharmacum porrigunt. Hinc euomit aegrotus[b], uelut nihil retinens eorum, quae catholicae religionis argumenta esse possunt. In summum ludibrium adducuntur Peregrinationes, Preces, Eleemosinae. Jeiunia, Jndulgentiae, candelae, diplomata[3], vestes sacrae, calices. Aderant[c] [?] Altaria, sandalia et calcei Monachorum, Missae, Vigiliae, Psalteria, sanctorum intercessiones ridebantur[d]. Horrendum dictu, ne a forma quidem salutaris hostiae, quae Eucharistiam sumentibus porrigi solet, abstinuit impietas[4]. Huc enim tendit Sathan, ut oppraessa religione Christum ipsum petat, et in tantae maiestatis iniuriam ex sacris ludum faciat,

[a] *Ita utrumque ex.; in col. Can. ipse sic correxit ex* grassari gaudent.

[b] *Quattuor vocabula sequentia in exemplo col. a Canisio ipso in margine addita sunt; exstant etiam in alt. ex.*

[c] *Sic ex. colon.; in alt. hoc vocabulum omittitur idque, ut videtur, recte.*

[d] *Vocabulum in ex. col. a Canisio ipso insertum.*

[1] In hoc monasterio, cuius monachi anno 1531, priore eiecto, ad protestantium castra transierant, anno 1539 a senatu argentoratensi gymnasium illud (postea „academia") collocatum est, cui a. 1538—1581 Ioannes Sturmius, a protestantibus summis laudibus celebratus, praeerat (*M. Th. de Bussierre,* Histoire du développement du Protestantisme à Strasbourg et en Alsace I [Strasbourg 1859], 49—50. *Theob. Ziegler,* Iohannes Sturm, in „Allgemeine deutsche Biographie" XXXVII [Leipzig 1894], 21—38).

[2] Sanctos Cosmam et Damianum medicos, ex Arabia ortos et Diocletiani tempore martyrio coronatos, medici et pharmacopolae e vetere memoria patronos colunt.

[3] Litteras dici puto pontificum, episcoporum etc., quibus dispensationes aliaeque gratiae concedebantur.

[4] Constat quidem Ioannem Sapidum (Witz) selestadiensem († 1560 aut 1561), „comoediae" „Lazari redivivi" auctorem, hoc tempore e gymnasii illius praeceptoribus fuisse (*K. Goedeke,* Grundriss zur Geschichte der deutschen Dichtung. 2. Aufl. II [Dresden 1886], 135); at eum hanc quoque comoediam vel tragoediam conscripsisse nusquam legi. Labi videtur *Aug. Jundt,* professor argentoratensis, cum de sturmiano illo gymnasio scribit: „Nur eine Art von Schuldramen, . . . das kirchlich-polemische Schauspiel, wird bei uns nicht anzutreffen sein. In anderen lutherischen Ländern mag sich die Schule unter dem Einfluss streitsüchtiger Theologen an dem Kampf um die reine Lehre gegen Katholiken, Reformirte und Schwärmer betheiligt haben; hier wurden solche gehässige Ausfälle der Jugend erspart": Die dramatischen Aufführungen im Gymnasium zu Strassburg (Strassburg 1881) p. 14.

omniaque prophanet, quae ad pietatem sunt instituta et pijs conuenire possunt. Sed Augustae quietius agitur Christo gratia, et augetur numerus catholicorum, frendentibus interim et frementibus haereticis, quod hanc praedam Sathanae Magistro suo eripi, et Christo restitui egerrime ferant. Multi Catholicis concionibus permoti resipuerunt. Maior antehac numerus non fuit illorum qui se catholicis in confessione et communione adiunxerunt. Pudor multos impedit, quominus catholicas audiant conciones, et quia gloriam magis hominum quam Dei spectant, in conspectum publicum et catholicum conuentum, non audent prodire. Quoniam uero Pontificis Maximi Legatus[1] adest Viennae, bona spes tenet Catholicos fore, ut magna Episcopi Warmiensis pietas piaque doctrina efficiat aliquid, quod ad haereticorum uim confringendam et rem catholicorum erigendam conferat. Deus Opt: Max: lucem ueritatis ostendat errantibus, et in Germanicam messem, quae bonis ubique cultoribus destituta est, idoneos extrudat[a] operarios[2] ad suam aeternam gloriam, et foelicem Christiani nominis propagationem. Amen[b]. 3. maii 1560.

P. Canisius.

Inter epistulas Canisii, quae supersunt, haec prima est, qua Canisius praecepto illi 24. Februarii 1560 Roma ad se misso satisfecit, quo Germaniae et Galliae praepositi provinciales et rectores singulis mensibus, quid protestantes agerent, ad praepositum generalem perscribere iubebantur (cf. supra p. 599—600).

Canisium una cum hac epistula alteram, qua de negotiis Socios provinciae suae spectantibus agebat, Lainio misisse (quae quidem perisse videtur), ex Polanci litteris 17. Maii 1560 ad Canisium datis patet.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 17. Maii 1560.

431.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 4. Maii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Vienna Padre Canissio.“ Cod. „Germ. 1559“ p. 153.

Sociorum contiones augustanae et monacenses. Augustae, dum Canisius abest, episcopus suffraganeus contionatur. Synodus augustana. Collegium treverense. Rec-

---

[a] extendat *ex. alt.*

[b] *Quae sequuntur (tempus et nomen), cum in ex. colon. desint, ex ex. alt. a nobis transcripta sunt.*

---

[1] Stanislaus Hosius, episcopus varmiensis; cf. supra p. 610.

[2] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2. De versione „extrudat“ vide *Can.* Epp. I, 364[5].

torum congregatio vindobonensis. Oibinus. Bartholomaeus Kleindienst O. Pr. Collegium germanicum. „Index."

Riceuemmo quelle di V. R. di 13. et 20. del pasato[1], et si drizara la risposta a Vienna come scriue la R. V.

ci siamo consolati in Domino intendendo il buon frutto spirituale che della predicatione he prouenuto[a] in Augusta et Monico, aumenti Christo .N. S. il numero delli buoni operarij che di tanta importanza sonno per seruicio suo et aiuto delle anime.

Jl Cardinale[2] non pare habbia pigliato duramente l' ausencia della R. V. quantunque non lassi sustitutto nel predicare et pare il sufraganeo molto al proposito per continuar quello che prima faceua[3] et forsa potra esser tornato per il tempo della Sinodo si a de tardar tre mesi, come scriue, massime che non penso accadera andar a Treuere potendo suplire il Padre Euerardo[4] al quale si e scritto. Jl congregarsi delli Rettori[5] in Vienna sia al nome di Dio nostro Signor et per suo seruicio, et non solamente se trattara della casa de probatione, ma etiam de altre cose fra le quale sera forsa quella de Oibin, et se potessino disfarsi di quel obligo, el padre Hurtado et altri che lli stanno, seriano utilli ministri per altri luoghi. Come uenga il Padre Fra Bartholomeo Domenicano si trattara della cosa

---

Allatae sunt nobis R. V. litterae diebus 13. et 20. superioris mensis datae[1]; quae rescribimus, Vindobonam, sicut R. V. scripsit, mittentur.

Solacio affecti sumus in domino, cognitis pietatis fructibus, ex contionibus vestris Augustae et Monachii collectis; Christus dominus noster bonorum operariorum, qui ad eius cultum et ad animarum auxilium tanti sunt momenti, numerum augeat.

Cardinalis[2] R. V. absentiam aequo animo ferre videtur, licet R. V. alterum e nostris, qui contionaretur, non reliquerit. Suffraganeus autem ad denuo faciendum, quod antea fecerat, valde idoneus esse videtur[3]. Ac si synodus illa, id quod R. V. scripsit, in quartum mensem differenda erit, fortasse, antequam haec incipiatur, R. V. redire poterit, praesertim cum Treverim ipsi eundum fore non putem; pater enim Everardus[4] id praestare poterit, cui ea de re iam scripsimus. Rectorum[5] congregatio ista vindobonensis in nomine Dei et domini nostri fiat in eiusque gloriam cedat; in qua non solum de probationis domo, sed etiam de aliis rebus agetis ac fortasse de oibinensi quoque negotio consilia conferetis, atque si onere illo vos liberaveritis, pater Hurtadus et alii, qui illic morantur, utile ministerium aliis locis exhibere poterunt. Ubi pater Frater Bartholomaeus dominicanus advenerit,

---

[a] preuenuto *apogr.*

---

[1] Hae perisse videntur. [2] Otto Truchsess, episcopus augustanus.

[3] Suffraganei augustani officium a. 1554—1586 administravit Michaël Dornvogel, titularis episcopus adramytanus; qui antea Augustae et in ecclesia S. Udalrici et in summo templo contionatorem egerat (*Plac. Braun*, Die Domkirche [zu Augsburg] und der hohe und niedere Clerus an derselben [Augsburg 1829] p. 154 ad 156. *Idem*, Bischöfe von Augsburg III, 619). [4] Mercurianus.

[5] Ex Canisii litteris (prioribus) Vindobona 20. Maii 1560 ad Lainium datis intellegitur ibidem rectores collegiorum vindobonensis, pragensis, ingolstadiensis cum Canisio fuisse.

di Maguncia et Ephordia [*sic*][1]; il tutto guidi Christo .N. S. come sia per maggior seruicio suo[2].

Repetuntur aliqua iam antea scripta.

Credo di Vienna si potranno mandar alcuni per collegio Germanico, et quelli che non potranno esser qua per tutto maggio, ò in circa potranno uenire pasati li caldi.

Jl cathalogo di libri come sia moderato si mandara.

De Sociis compluribus res, quae parvi sunt momenti, addit. Di Roma li 4 di Maggio 1560.

---

de causa moguntina et erfordiensi[1] agetur; omnia Christus dominus noster in maiorem gloriam suam dirigat[2].

Repetuntur [etc., ut supra].

Vindobona aliquot in collegium germanicum mitti posse puto; e quibus ii, qui per mensem Maium vel haud multo post huc non poterunt advenire, caloribus fractis venire poterunt.

Catalogus ille librorum, ubi mitigatus erit, ad vos mittetur.

De Sociis [etc., ut supra]. Roma 4. Maii 1560.

432.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO,

Roma 11. Maii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Viena Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 158—159.

Iterum monet, Bavariae duci, ut in collegio monacensi sat multi Societatis fratres scholastici ali possint, curandum fore. De episcopis, qui collegia petierant.

L' ultime che della R. V. teniamo sonno di 27. del pasato[3], et la risposta si drizara a Viena, doue anche gli la indrizamo la settimana pasata.

Novissimae, quas accepimus, R. V. litterae die 27. superioris mensis datae erant[3]; responsum mittemus Vindobonam; id quod superiore quoque hebdomade fecimus.

---

[1] Erfordia (Erfurt), urbs olim electori moguntino, nunc Borussiae regi subdita.

[2] P. Bartholomaeus Kleindienst (de quo supra p. 78), fratrum Praedicatorum (conventualium) provinciae teutonicae vicarius, sub id tempus Romam profectus est eo maxime consilio, ut de studio generali fratrum suorum Friburgi Brisgoviae constituendo cum summo ordinis sui moderatore ageret (*Pogiani* Epistolae II, 103. 104. *N. Paulus*, Der Dominikaner Bartholomäus Kleindienst, in „Historisch-politische Blätter" CIX [München 1892], 491—493). [3] Hae superesse non videntur.

Il compimento del Collegio di Monachio mostra V. R. desiderare et cosi anche il Rettore, nientedimeno pare che uogliano intendere le lettere che si debbia fare il tal compimento con mandar operarij, et pur como si è scritto altre uolte et come si contiene nel modo del acettar collegij [1], bisognaria [a] che ci fossi un buon numero de scolari, doue sono tanti operarij come adesso si trobano, che non è gran cosa che li conseglieri ò uero il Duca uoglia agiongere il numero di altri .10. o 15. se fossino gia predicatori etc. ma bisogniaria si trattenessino giouani che al presente studiassino accio doppoi potessino essere operarij et di questo bisognaria far capaci li fundatori, perche è inposibile che si trobino li operarij gia fatti et perho bisogna attendere a farli. Con questo non si mancara uerso il settembre di far la prouissione che si potra.

Necesse non esse, Canisium Treveros ire.

Quantunque non ci sia tanta gente in ordine che possa bastare per acettar molti collegij insieme in Alemagna ci rallegramo di ueder il desiderio di alcuni Reuerendissimi praelati, et qualche giorno col aiuto diuino se potra anche sodisfar alla lor deuotione.

Si fara che 'l Cardinal intenda quel che scriue la R. V. circa la Sinodo [2].

Florianum dimitti vel Romam mitti posse. Non occorre altro in questa, si mandano alcune lettere quadrimestri et tutti ci reccomandiamo molto nelle oratione di la R. V. et del Padre D. Lanoi et stiamo sani per la diuina gratia. Di Roma .11. di Maggio 1560.

Monacensis collegii complendi desiderium et R. V. et eiusdem collegii rector nobis aperiunt; at operariis mittendis id efficiendum esse litteris vestris significare videmini, cum tamen et alias scripserimus et in ratione illa collegiorum admittendorum [1] statuatur, ut sat multi scholastici sint, ubi tot sunt operarii, quot nunc istic degunt. Nec magnum est consiliarios vel ducem iisdem alios 10 vel 15 Socios, qui ad contionandum etc. iam sint idonei, addere velle; iuvenes ali oportet, qui nunc litteris studeant, ut postea operarii esse possint; id quod fundatoribus exponi oportet; cum enim fieri non possit, ut operarii inveniantur iam formati, iis formandis operam navari necesse est. Nec tamen sub mensem Septembrem mittere, quos mittere poterimus, omittemus.

Necesse non esse Canisium Treveros ire.

Licet tot homines, quot multis simul collegiis in Germania admittendis sufficiant, paratos non habeamus, gaudemus tamen reverendissimorum aliquorum praelatorum desiderio intellecto; quorum etiam pietati aliquando, Deo iuvante, satisfacere poterimus.

Efficiemus, ut cardinalis, quae R. V. de synodo illa scripsit, cognoscat [2].

Florianum dimitti vel Romam mitti posse. Aliud, quod nunc scribam, non habeo. Litteras aliquot mitto quadrimestres. Omnes R. V. et patris D. Lanoii sacris precibus valde nos commendamus et Deo iuvante bene valemus. Roma 11. Maii 1560.

---

[a] collegij. Bisognaria *apogr. Quod falsum esse tota Polanci oratio ostendit.*

---

[1] Vide supra p. 511. [2] Vide supra p. 619. 632.

433.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 17. Maii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Vienna Padre Canissio." Cod. „Germ. 1559" p. 161.

Iacobus Timmermann, canonicus varmiensis, commendatur. Relatio de Germania scripta. Simon Eckius. Canisius in synodo augustana operam praestiturus. Fratres Colonia ad eum missi.

A .11. del presente fu scritto alla R. V. in risposta delle sue, scritte in Augusta a 27. del pasato, questa sera per acompagnar al signor Canonigo Warmiense Jacobo [1] Camariero di Sua Santita molto afficionatto alla compagnia nostra et in quello che se li potra far seruicio secondo la professione nostra so che la charita et gratitudine di V. R. non ha bisogno di reccomendatione.

Riceuemo le sue di .3. del presente col raguaglio del statto della religione in Alemagna [2], benche il scrittore di quello era poco pratico nella orthographia; in detto raguaglio ci è occasione di asai condolerse delle miserie presenti et anche de esperare remedio della Diuina bonta per l' auenire.

Gia si è mandata la seconda uolta la comunicatione delle gratie del Signore Simone Echio [3].

Bene è che se resentano della partita di V. R. li Agustani [4], per che la tornata li sera tanto piu grata. Anchora che il dar aiuto

---

Die 11. huius mensis R. V. ad litteras die 27. superioris mensis Augusta ad nos datas rescripsimus. Haec vero scribimus, ut fidem faciamus domino Iacobo [1] sanctitatis suae cubiculario et canonico varmiensi, erga Societatem nostram optime affecto, nec commendatione opus esse scio, ut R. V. pro caritate sua gratoque animo, quaecumque secundum professionem nostram ei praestare poterit officia, praestet.

R. V. epistulam die 3. huius mensis datam una cum litteris accepimus, quibus, quo loco religio in Germania esset, edocebamur [2], scriptis tamen manu eius, qui rectae scriptionis haud valde peritus esset. Valde ea relatio nos movit, ut cum praesentes calamitates valde miseraremur, tum etiam remedium a divina bonitate in posterum exspectaremus.

Litteras, quibus dominus Simon Eckius bonorum nostrorum spiritualium particeps efficeretur, iam secundo vobis misimus [3].

Augustanos R. V. profectionem moleste ferre [4] expedit eo, quod ipsius reditu tanto magis delectabuntur. Et licet R. V. in synodo ista operam, qua clerus iu-

---

[1] Timmermann (Czimmerman, Zimmermann), ut videtur; cf. *Pogiani* Epistolas II, 52—53. 183—184. [2] Vide supra p. 627—631.
[3] Cf. supra p. 589. 598. [4] Cf. infra, monum. 176.

nella Sinodo per il ben del Clero, et satisfactione del Cardinale sia da procurare, non si intende pero che la R. V. pigli tutto il pesso sopra di se ne tanto che inpedisca altro maggior frutto del Diuino Seruitio.

Jntendemo delli tre mastri de Arti col nepote Theodorico, mandati da Colonia [1], non so si sono quelli che ci scriueua il Padre Leonardo mandarebbe questa primauera a Roma. Fara ben la R. V. di essercitarli per adesso nelle cose spirituali, et si uerso l' autunno si giudicasse che per aiuto loro si doueriano mandar in Roma. insieme con altri, si potrano mandare, se pur di la seranno utili al ben comune et a se stessi non inutili si potranno ritenere.

Qui ua una certa poliza che un tempo fa si doueua mandare al Padre Vittoria. V. R. gli la dara, si mandano anchora queste lettere per altri per che l' amico le portara gratis. Christo Nostro .S. sia con tutti noi etc. Di Roma li 17. di Maggio 1560.

Nota: Has litteras in Timmermanni manus non devenisse ideoque 25. Maii 1560 a Polanco per veredarios ad Canisium missas esse ex epistula Polanci hac die data cognoscitur; vide infra p. 652.

---

vetur et cardinali satisfiat, praestare debeat, hoc non ita est accipiendum, ut R. V. omne istud onus vel tantum in se suscipiat, ut ab aliis iisque maioribus fructibus divinae gloriae colligendis impediatur.

Tres artium magistros cum Theodorico, R. V. nepote, Colonia istuc missos esse cognovimus [1]; qui nescio num illi sint, quos pater Leonardus Romam hoc vere se missurum esse nobis scripserat. R. V. eos in rebus ad pietatem pertinentibus nunc exerceat; quos si forte Romam, quo magis proficiant, mittendos esse sub autumnum iudicaveritis, una cum aliis mittere poteritis: sin autem istic rei publicae utiles nec sibi ipsi inutiles erunt, retineri poterunt.

His litteris scidam quandam, quae aliquanto ante patri Victoriae mittenda erat, adiungimus; quam R. V. eidem tradet. Epistulas quoque hasce aliis destinatas mittimus, quia amicus noster gratis istuc eas perferet. Christus dominus noster cum omnibus nobis sit etc. Roma 17. Maii 1560.

---

[1] P. *Leonardus Kessel*, collegii coloniensis rector, Colonia 31. Aprilis 1560 Lainio: „M. Georgium Einhouts, Buschoducensem Nobilem, M. Robertum Geraulaeum, M. Ogerium Dauantianum, et Patris Canisij nepotem Theodoricum Canisium, confratres nostros, post Festum Paschae, ad Patrem Canisium misimus: quoniam saepius ab eo rogati sumus, ut aliquos mitteremus.“ (Ex * epistula archetypa. Cod. „G. Ep. I“ f. 106ª.) Idem de Davantiano etc. complura notavit in litteris 27. Februarii 1560 Romam missis (*Hansen* l. c. p. 347[1]). Geraulaeus ille in libro decanali facultatis artium coloniensis etiam „Hodegianus“ vocatur (* Excerpta P. *Iacobi Boyman* S. J. in cod. „Hist. gymn. tr. cor.“ f. 75). Theodoricus ille Canisius, quem aliqui cum P. Theodorico Canisio, Petri Canisii fratre ex patre, confundunt, ex Gerardo, Petri nostri Canisii fratre ex patre, et Anna Leyendekkers, secunda eius uxore, ortus et praeclari illius Henrici Canisii, canonum professoris ingolstadiensis et „Antiquarum lectionum“ aliorumque operum editoris, frater fuisse videtur (* Genealogia canisiana, a Dr. *F. B. W. von Brucken-Fock* conscripta; cf. *Canisii* Epistulas I, 7[2]). Eum a. 1557 in collegio Societatis coloniensi „convictorem“ fuisse et grammaticae studuisse PP. *Iacobus Boyman* et *Iacobus Kritzradt* S. J. ex * „Fastis“ sive ephemeridibus gymnasii trium coronarum coloniensis, a P. Ioanne Rethio S. J., primo eiusdem „regente“, conscriptis excerpserunt (Cod. „Hist. gymn. tr. cor.“ f. 46ᵇ).

434.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Vindobona 20. Maii 1560.

(Epistula prior.)

Ex apographo, quod sub a. 1860 ex archetypo, a Canisio ipso subscripto, a librario ignoto, curante P. *Iosepho Boero* S. J., transcriptum et postea cum eodem collatum est. Librarium recentem in verbis scribendis saepe huius aetatis morem, relicto vetere, secutum esse facile patet.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 170, et (minus tamen diligenter) *Boero*, Can. p. 221.

Canisius de collegiorum negotiis cum rectoribus deliberavit. Fratres bohemos Romae morantes commendat. Oibinus a collegio pragensi separandus est. Vindobonenses Socii occupatissimi; complures eorum ad maiorem pietatem instituendi. Germani fratres Romae degentes litteris humanioribus probe imbuendi sunt. Socii vindobonenses aut in facultatem theologicam non ingredi aut legibus academicis se subicere debent. Nobilium puerorum contubernium vindobonense. Domus probationis. Collegia hungaricum et treverense. Studium monasteriorum desertorum etc. collegiis romano, germanico, aliis attribuendorum Hosio aliisque displicet. Socii quidam. Preces pro fundatoribus faciendae. Absolutio haereticorum etc. Nova collegia in Bavaria. Collegium oenipontanum. Archiepiscopatus pragensis.

Jhesus

Pax Jesu Christi. Reuerendo Padre.

Avendo io per ordine di V. R. da venire al Reverendissimo Warmense[1] in Vienna ho chiamato il Rettore nostro di Praga[2], e menato meco quello d'Ingolstadio per trattare delli negozii di questi Collegii di Allemagna[3].

Iesus.

Pax Iesu Christi. Reverende Pater.

Vindobonam ad reverendissimum Varmiensem[1] accedere a R. V. iussus, pragensem rectorem nostrum[2] huc arcessivi et ingolstadiensem mecum adduxi, ut de germanicorum horum collegiorum negotiis ageremus[3].

---

[1] Stanislaum Hosium dicit.

[2] P. Paulum Hoffaeum. *Boero* (l. c.) haud recte: P. Ursmarum Goissonium.

[3] P. *Nicolaus Lanoius,* collegii ingolstadiensis rector, Lainio, Vindobona 17. Maii 1560: „A .6. di questo parti jo di Jngolstadio col .P. nostro Prouinciale per Vienna doue adesso ci ritrouiamo trattando delle cose di questi Collegij di germania alta“ (Ex *epistula autographa. Cod. „G. Ep. I“ f. 39a). *Sacchinus,* Victoriae vel aliorum Sociorum litteris vindobonensibus, ut videtur, edoctus scribit Canisium „Socios interim Viennenses piis homiliis mirifice consolatum esse, et ad studia perfectae virtutis inflammasse“ (Can. p. 170).

Abbiamo deliberato circa molti dubbii proposti dal detto Rettore di Praga, e circa altre cose di quel Collegio: fra quelle ci è parso di cavar fuora di Oybin per Vienna il P. Cornelio[1] per ajutare nelle confessioni etc. il Collegio Viennese [*sic*], il quale tiene assai grande necessità di Sacerdoti; e si leva ancora di lì il P. Luca[2], per ajutare il Collegio Pragense, sapendo lui utcumque la lingua Boemica, e di quà si manderà il P. Giovanni Gros[3] per supplire e ajutare e anche per essere aiutato nel spiritu per il quale piu anchora si fa di Luca[a] [?].

Floriano era chiamato col Dottore[b] [4] [?] per forse levarlo di Praga, ma lui lo ritiene ancora seco sperando che si ajuterà, ma ritrovandolo adesso altrimenti disposto, pensa[c] [?] di mandarlo in Augusta o in Ingolstadio.

Crediamo questo Collegio di Praga essere di molta importanza e utilità, come anche mostrano le quadrimestri, e si pare cosa molto necessaria, che li Boemi in Roma[7] andassero presto innanzi nelli studii e debita preparazione, almanco uno o due, per tornare e dare soccorso a Praga. Imperocchè Luca non è molto fermo nella lingua Boemica, essendo un Todesco.

Quanto all' edificare e stabilire le cose di Praga e liberarci da Oybin, l' Imperatore ha promesso di aiutare dicendo: se Iddio mi

---

De multis difficultatibus a pragensi illo rectore propositis aliisque collegii illius rebus deliberantes, praeter alia, P. Cornelium[1] Oibino Vindobonam evocandum esse censuimus, ut collegium vindobonense, sacerdotibus magnopere egens, confessionibus audiendis etc. adiuvaret; ex eodem loco P. Lucas[2], linguae bohemicae utcumque peritus, ad pragense collegium adiuvandum evocabitur; hinc autem P. Ioannes Gros[3] illuc mittetur, ut eorum loco Oibinenses adiuvet atque etiam ipse in iis, quae ad pietatem pertinent, adiuvetur; pro quo etiam magis, quam pro Luca laboramus[a] [?].

Florianum, quem cum doctore[b] [4] [?] huc venire iusseram, ut, num Praga alio mittendus esset, viderem, ipse usque huc secum retinet, in melius eum profecturum sperans; quem tamen cum nunc aliter affectum videat[5] [?], Augustam vel Ingolstadium mittere in animo ei[6] [?] est.

Cum pragense hoc collegium gravissimum et utilissimum esse nobis videatur, id quod quadrimestres etiam eius litterae ostendunt, valde necessarium esse existimamus, ut Bohemi Romae degentes[7], vel saltem unus duove ex ipsis, in litterarum studiis debitaque animorum praeparatione celeriter progrediantur, Pragamque repetere et adiuvare possint. Lucas enim, cum Germanus sit, in lingua bohemica haud multum est exercitatus.

In iis, quae ad res pragenses instruendas et stabiliendas nosque Oibino liberandos attinent, imperator se nos adiuturum esse promisit, dicens: Si Deus vitam

---

[a] *In ap. correctum ex* per il qual fine ancora si fatichera.
[b] *Sic ap.;* Rettore? [c] *Sic; sed malim legere:* penso.

---

[1] Brogelmannum.
[2] Molitor. [3] Cf. supra p. 574[4].
[4] Paulo Hoffaeo.
[5] Vel: videam; cf. supra, adn. c.
[6] Aut: mihi. Cf. supra, adnot. c. [7] Vide supra p. 307[2]. 449[1].

darà la vita. Li desiderii suoi sono buonissimi, ma li accidenti travagliosi, che gl' intervengono per causa de' suoi domestici[1], impediscono o ritardano molte buone opere. Onde bisognerà forse di aver un pò di pazienza quanto alla traslazione Oybinense. In questo mezzo li nostri per la grazia di Dio porteranno la croce, e faranno quel che potranno, e massime il P. Hurtado, il quale comincia a indebolirsi sputando sangue. La R. V. lo voglia consolare con una sua lettera esortandolo alla pazienza, perchè non avemo nessuno che li mandiamo in luogo suo.

Il Collegio Viennense tiene gente assai, essendo li nostri 50 persone, che sono assai occupati, massime li Sacerdoti; di modo che non li saria quasi tempo per studiare, volendo soddisfare a tutti che domandano ajuto di loro, essendo quì la messe tanto copiosa in casa e fuori. Onde non potendo satisfare a tutti, pare accadano molti inconvenienti e mancamenti. Sono non pochi fra loro bisognosi della probazione, e mortificatione, e alcuni anche sono desiderosi di essere mandati a Roma per essere meglio ajutati, come giudicamo che sarà molto a loro espediente. Pur non hauemo fatto sopra di ciò determinazione, perchè si lamenta il Rettore dicendo che gli sono necessarii o per la casa o per le scuole. Per questo non abbiamo potuto cauare nessuno di questo Collegio per insegnare la Rettorica in Ingolstadio o Monaco, se non fosse con questa condizione che la R. V. abbia provisto a questo Collegio di simili operarii o più utili persone. Conciosia cosa che quelli già detti Collegii di Ingolstadio e di Monaco fanno istanza per aver ajuto per la lezione di Rettorica. Preghiamo

---

mihi prorogaverit. Cuius desideria licet optima sint, multa opera bona rebus incommodis adversisque, quae a domesticis[1] ei accidunt, vel impediuntur vel retardantur. Quare fortasse aliquantulum cum patientia exspectandum erit, ut Oibinus a nobis auferatur. Interim autem nostri iuvante Deo crucem illam ferent, praestantes, quantum poterunt, idque imprimis P. Hurtadus, qui sanguinem evomens debilitari et frangi incipit; quem R. V. per litteras suas, quaeso, consoletur et ad patienter agendum exhortetur; neque enim quisquam, quem in eius locum substituamus, nobis suppetit.

Vindobonense collegium sat frequens est; 50 enim nostri in eo degunt, iique, atque imprimis sacerdotes, valde occupati; qui si in messe hac, et domi et foris copiosissima, omnibus opem petentibus satisfacere vellent, tempus litteris studendi fere nullum iis superesset. Itaque cum omnibus satisfacere nequeant, multa ex ea re incommoda erroresque nasci videntur. Haud pauci ex iis probatione et coërcitione indigent, et aliqui etiam Romam mitti, quo melius adiuventur, valde cupiunt; quod etsi ipsis utilissimum fore iudicamus, nihil tamen certi constituimus, conquerente rectore et dicente eos vel domi vel in scholis sibi necessarios esse. Qua de causa neminem ex hoc collegio ad rhetoricen Ingolstadii vel Monachii docendam evocare potuimus nisi ea cum condicione, ut prius R. V. similes operarios vel utiliores homines collegio huic provideret. Collegia enim illa, ingolstadiense et monacense, instant, ut, qui rhetoricen doceat, sibi submittatur. A R. V. petimus, ut

---

[1] Canisius imprimis Maximilianum, Ferdinandi filium natu maximum, significare videtur.

la R. V. che li Tedeschi in Roma siano ben fondati nell' Umanità e Rettorica innanzi che sentano la Dialettica, perchè molto importa in Alemagna essere ben esercitato in quella[a] [?] facoltà, come sa la R. V.

Quanto alle cose della Università scriverà il D. Vittoria; non ci è parso di procedere innanzi in questo negozio, nè introdurre li nostri nella facoltà teologica, come pare saria facile, ma abbiamo voluto rappresentare alla R. V. rationes utriusque partis[1]: e il parere nostro dunque è che la cosa vada innanzi, come adesso; come cosa più sicura, salva la pace e volontà dell' Imperatore, overo che siano tali li nostri Dottori della facultà, li quali possino satisfare alli offizii che si richiedono, quali non sono nè Dottor Lamberto[2], nè D. Cristiano[3], essendo giovani ed occupatissimi: e che la R. V. dispensi ed ordini che li nostri non facciano tante eccezioni, come ricercano le nostre costituzioni: altrimenti pare impossibile di ottenere la pace con l' università, poichè li altri Religiosi si obblighano a guardare li communi[b] statuti; e questo tutto sia, salvo il giudizio di V. R.

Quanto al Rettore il P. Vittoria, lui si affatica assai per promuovere questo Collegio non solamente in spiritualibus ma anche in temporalibus, e ha molto bisogno di alcuna persona (come ancora lui desidera) che governi insieme la casa seco, oltre del P. Carolo[4]; e mi pare che in nessun modo sia spediente che il detto Rettore sia

---

Germani Romae morantes, antequam dialecticam audiant, in litteris humanioribus et in rhetorice bene stabiliantur; in quibus artibus (id quod R. V. novit) probe exercitatos esse in Germania magni refert.

De universitatis rebus D. Victoria scribet; quo in negotio longius progredi vel nostros in facultatem theologicam introducere, id quod facile fieri posse videtur, nobis non placuit; maluimus utriusque partis rationes R. V. proponere[1]; nobis igitur sic videtur: aut in posterum agendum nobis erit, sicut usque huc egimus; id quod securius erit; pace tamen imperatoris et salva eiusdem voluntate; aut qui ex nostris doctores facultatis illius erunt, ii sint, qui officia, quae exiguntur, praestare possint; talis autem nec doctor Lambertus[2] est nec D. Christianus[3], iuvenis uterque et occupatissimus; atque R. V. dispenset nostrisque praecipiat, ne tot sibi sumant exceptiones, quot constitutiones nostrae exigunt; neque enim aliter fieri posse videtur, ut pacem cum universitate ineamus, ceteris religiosis communes[b] [?] leges academicas se servaturos esse promittentibus. Quae omnia salvo R. V. iudicio scribuntur.

Rector P. Victoria multum elaborat, ut collegium hoc non solum caelestibus, sed etiam terrenis rebus augeat ornetque; homine, qui, praeter P. Carolum[4], una cum ipso domum hanc regat, is et magnopere indiget et ipse eiusmodi adiutorem habere cupit; neque — bis id experti sumus — ulla ratione expedire censeo, rec-

---

[a] *Sic;* quelle?

[b] *Sic legendum esse prorsus videtur; apogr.:* romani, *quod falsum esse tota illius academiae historia ostendit.*

---

[1] Hoc maxime quaerebatur, num Socii in corpus academicum recipi et universitati omnino subesse deberent; vide supra p. 316. 318. 573. 597, et infra, Polanci litteras Roma 8. Iunii 1560 ad Canisium datas. [2] Auer. [3] Rivius.

[4] P. Carolus Grim in collegio vindobonensi „minister“ erat.

assente anche per breve tempo, come l'esperienza ha mostrato per due volte. Massime avendo pigliato le imprese di tre Collegi, cioè dei poveri, de' Commensali e dei Nobili, per li quali ultimi si prepara adesso una Casa grande appresso di questo Collegio, volendo l'Imperatore nutrire in quella 32 alunni a sue spese, e con loro dieci o dodici ministri ec. Onde non può essere che il Rettore e Ministro non siano occupatissimi, massime mancando idonea gente per essere gubernatori di questi Collegi, e avendo pur sempre la soprantendenza; e per questo pare che la R. V. farebbe una grazia grande mandando alcuni disposti per guvernare e promuovere tanta gente, dalla quale si può aspettare gran frutto non solamente in Austria, ma ancora per tutta l'Allemagna, se questi alunni saranno ben allevati in pietate e lettere[1]. Non manca l'animo al P. Rettore di abbracciare ancora altre cose, come di edificare ancora nuove stanze in questo monasterio[2] per li Collegiali nostri, e ci maravigliamo delle sue buone pratiche, e spero, come Iddio gli dà la fede, che ancora li darà le forze per eseguire con il tempo questi suoi buoni desiderii.

---

torem illum vel per breve tempus abesse; praesertim cum trium collegiorum curam in se susceperit: pauperum et commensalium, quos dicunt, atque nobilium; quibus nobilibus nunc ampla domus prope collegium hoc paratur, in qua imperator 32 alumnos expensis suis et cum his decem duodecimve ministros etc. alere vult. Quare fieri non potest, quin et rector et minister occupatissimi sint, praesertim cum, hominibus ad collegia illa regenda idoneis destituti, ipsi toti illi rei praeesse debeant. Quare R. V. magno nos beneficio affectura esse videtur, si aliquos mittet, qui idonei sint ad regendos et iuvandos tot homines, quos, si alumni illi litteris et pietate bene fuerint instituti[1], spes est non solum Austriae, sed etiam omni Germaniae utilissimos fore. Nec P. rectori animus deest ad alia quoque suscipienda, velut ad nova conclavia in usum collegialium nostrorum in monasterio hoc[2] exstruenda. Miramur eius dexteritatem sollertiamque. Cui Deum, sicut fiduciam

---

[1] De hoc nobilium contubernio vide *Can.* Epp. I, 435—438. Vindobonensis collegii **historicus* de eodem: „Mense Mayo", inquit, a. 1560 „hospitium ingens, magnificumque sumptibus Jmperatoris Ferdinandi in templi vicinia, et coemiterio ipso excipiendis erudiendisque Magnatum Prouinciae liberis coemptum renouari, ac instrui coeptum est. Cum P. Victoria superiore anno non semel hoc magni ponderis institutum Caesari diligenter commendauisset, tantum sua diligentia effecit, vt Caesar, quod ille ad Reipubl: vtilitatem postulabat, reipsa praestare non negligeret." Domus illa, olim „admodum celebris", postea vero „deserta" et „pene collapsa", „per Jmperatorem . . 2600 florenis . . . redempta, pridie nonas huius mensis instaurari coepit mille alijs florenis". Quae „Societatis tutelae permissa" est, „ut in ea Praeceptores collocarentur, qui totius Austriae Nobilitatem litteris simul et pietate formarent. Fuerunt in eam rem commodi redditus decreti, sed homines haeretici nec liberalitate Principis, nec facilitate Victus, nec litterarum oportunitate vnquam adduci potuerunt, ut suos liberos in nostram disciplinam darent. Quo factum est, ut breui variarum Prouinciarum aduenis . . . aedes illae replerentur, ac imprimis ex Collegio, 20 Adolescentes cum nouo Praeceptorum supplemento eo deducti sunt, mox eodem Symphoniaci pueri septem iussu Principis accesserunt" (Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn." f. 7^b—8^a). Notum est paucis post annis Sanctum Stanislaum Kostkam aliquamdiu in eo contubernio educatum esse.

[2] Beatae Mariae Virginis, olim carmelitano.

La Casa di probazione non si fa adesso, ma spera il P. Vittoria che si comincierà intra limites di questo Collegio senza dare scommodità a quello in quanto alli edificii, in quanto al luogo; quanto alla spesa, si va cercando il modo.

Quanto al Collegio di Ungaria non vediamo ancora tanta chiarezza come vorresimo: potendo ed essendo tanto ricco l'Arcivescovo di Strigonia[1]; e avendo fatto tanta instanzia ancora non c' è casa; e credo saria non molto difficile[a] [?] di cominciare quello di Treveri, dove si troverà, come intendo, un monasterio apparecchiato e piu addatto[2]. — Quanto al resto io mi rimetto alle lettere del P. Vittoria, essendo zeloso lui a promuovere questo negozio.

Quanto all' aiutare il Collegio nostro di Roma e Germanico, pensavamo di aver gran favore e ajuto nel Reverendissimo Varmense proponendoci la via per negoziare, come potrà scrivere più chiaramente il P. Vittoria; ma non lo abbiamo trovato disposto anzi scrupoloso, di modo che vorressimo non habuto[b] [?] parlato niente di questo. E sappia la R. V. che questo Prelato e Signori non sentono volontieri quando si parla di applicare li beni di beneficii e monasterii vacanti alli Collegii nostri maxime in Roma, di modo che bisognaria trattare con

---

tribuit, ita etiam vires daturum spero, quibus bona illa desideria tempore procedente exsequatur.

Probationis domum nunc quidem non exstruimus; sed P. Victoria sperat fore, ut eadem intra limites huius collegii incohetur neque huic in iis, quae ad aedificia sive ad locum pertinent, oneri sit; qua autem ratione pecuniam domui illi necessariam nanciscamur, nunc indagamus.

Hungarici collegii res nondum tam perspicuae nobis sunt, quam eas esse vellemus: licet archiepiscopus strigoniensis[1] tam potens divesque sit et tantopere nobis institerit, domus collegio nondum praesto est; neque ita difficile[a] [?] nobis fore puto, treverense illud collegium incohare, ubi monasterium nobis paratum magisque accommodatumque nos inventuros esse cognovi[2]. Cetera R. V. ex litteris P. Victoriae huic rei studiosissime pròspicientis intelleget.

Collegiorum romani et germanici iuvandorum cum nobiscum disponeremus viam ac rationem, putabamus multum favoris et auxilii nobis praebitum iri a reverendissimo Varmiensi (qua de re P. Victoria apertius scribere poterit); at imparatum eum ad haec, immo anxium experti sumus adeo, ut nos paeniteret, quod ea ipsi proposuissemus. Sciat R. V. praelato dominisque hisce gratos non esse sermones, qui de bonis beneficiorum ecclesiasticorum monasteriorumque desertorum collegiis nostris, maxime Romae, attribuendis proferuntur; quare circumspecte caute-

---

[a] *Sic vel simili ratione (*saria molto più facile*?) corrigenda esse videntur, quae habet apogr.:* saria non molto facile. [b] *Obscure scriptum;* hauerli*?*

---

[1] Nicolaus Olahus.

[2] Ioannes a Petra archiepiscopus treverensis, cum Sociis treverensibus primum Carmelitarum monasterium in foro situm dare cogitasset, postea conventum S. Barbarae, a monialibus dominicanis desertum, attribuit; id quod Pius IV. probavit et confirmavit (*Hansen* l. c. p. 343. Gesta Trevirorum III [edd. *J. H. Wyttenbach* et *M. Fr. J. Müller*, Augustae Trevirorum 1839], 22. Historia Trevirensis diplomatica II [ed. *I. N. Hontheim,* Augustae Vind. et Herbipoli 1750], 880. 884).

circospezione e cautamente di queste cose, essendo noi odiati anche delli religiosi dicendo che vogliamo nidificare in illorum sedibus et bonis etc. Pure il P. Vittoria tiene buona speranza [per] quel che ha cominciato con il Signore Pigler [1], il quale pare tutto nostro e dà buona speranza di ajutare li nostri Romani.

Sono mandati de qua oltra il detto P. Gros, Giacomo Italiano [2] anche per Praga e Philippo Todesco che stette nella estampa di Roma il quale andara per Jngolstadio [3]. Oltra di quelli Sebastiano Jtaliano si manda a Padoa, et di tutti questi tre si e scrito alla R. V. per il P. Vittoria Come si portano male, meritando loro di essere espediti . pur per la carita si provaranno nelli altri nostri collegii si forsi per la charita de Idio si voranno redurre à la megliore strada. . . .

Quanto à Jona [4] forse saria espediente che lui scrivesse una litera alli nostri de Vienna, domandando di loro perdonanza e anche alli suoi parenti, mostrando la sua contentezza nella sua vocatione, et così forsa si aprira maggior luce del camino suo, Perche estando bene e fermo nella vocatione sua potra essere mandato per Treveri per principiare il Collegio.

Quanto al fratello Adamo [5] non sta tanto volontieri qui come staua in Ingolstat doue potria fare piu frutto quanto alli studii a lui necessarii per esser buon sacerdote e confessore . per che restando qui non studiara quasi niente essendo troppo dedito alle cose esteriore

---

que his de rebus nos agere oportet; qui etiam religiosis hominibus odio sumus, nos in sedibus et bonis suis nidificare velle dicentibus. Bona tamen spes est P. Victoriae de iis, de quibus agere coepit cum domino Pigler [1]; qui totus noster esse videtur et bonam nobis spem praebet fore, ut Romani nostri per ipsum adiuventur.

Amandantur hinc, praeter patrem illum Gros, Iacobus Italus [2], qui et ipse Pragam ibit, et Philippus Germanus, qui in typographia romana fuerat iamque Ingolstadium proficiscetur [3]. Praeter hos Sebastianus Italus Patavium mittitur. Scriptum est R. V. per P. Victoriam hosce tres tam male se gerere, ut dimitti mererentur. Quos tamen ex caritate in alia collegia nostra mittimus, num forte per Dei amorem ad meliorem viam redire velint, experturi. . .

Expedit fortasse Ionam [4] per litteras a nostris Vindobonensibus veniam petere itemque ad parentes litteras dare, quibus vitae genus, ad quod a Deo vocatus sit, sibi placere ostendat. Qua re fortasse, quomodo se gerat, clarius patescet; si enim diligens et constans in hoc vitae instituto erit, Treveros ad collegium incohandum mitti poterit.

Frater Adamus [5] non tam libenter hic moratur quam Ingolstadii; ubi magis proficere poterat in litterarum studiis, in quae, ut bonus sacerdos et confessarius efficiatur, incumbere debet. Dum enim hic erit, his studiis nullam fere operam dabit, externis rebus nimis deditus nec de litterarum studiis valde sollicitus, atque sub-

---

[1] Leonardo Püchler, caesaris consiliario; vide supra p. 571[5].

[2] Iacobus de Magnani (Magni), frater laicus?

[3] Nescio, num „Philippus Bekh Austriacus“ significetur, qui a. 1561 ex collegio vindobonensi „in Italiam“ missus esse videtur (Catalogus collegii vindobonensis, editus a. 1561 et iterum a *Sommervogel,* Les Jésuites de Rome etc. f. C 4[a]).

[4] Ionam Adlerum dicit. [5] De Adamo Hollero vide supra p. 596[2].

e curandosi puoco di studiar, e faccendo adesso l'ufficio di sotoministro[1]. Io lo voleua pur levar di qua per la detta causa, ma il Rettor lamentandosi per la sua ausentia come periudiciale[a] [?] a questo collegio ha impetrato che restasse qui fin alla renovatione delli studii[2]. V. R. credo giudicara anche per bene che al manco alhora [sia] restituito al studio in Ingolstadio, per finire tanto piu presto un breve corso, sufficiente al suo ingenio e conditione.

Quanto alli fondatori V. R. mi perdonarà che non ho risposto prima come era comandato[3]; ora essendo noi così congregati, avemo pensato che oltra di quello che si fa per li fondatori vivi e morti, li Rettori potessero alcuna volta secondo la sua devozione esortare li suoi a fare alcune orazioni o altre cose pie in signum gratitudinis etc. Pur V. R. ci voglia avvisare, se si debba fare alcun altra cosa speciale.

Quanto al caso di eresia, molto preghiamo che la R. V. ci dia un generale avviso e istruzione in quanto possiamo assolvere, e concedere alli nostri che assolvino, massime nella lezione de' libri eretici. Item che possino aver li nostri Dottori la potestà di leggerli, siccome quelli d'Ingolstad, Vienna e Praga oltre due Dottori Monachiensi. Questo dico, perchè diverse dispense si sono mandate di poi che fu stampato quel Catalogo Romano, e non sappiamo quanto obbliga li nostri e li forestieri. Item absolvendo haereticum, an opus sit ab-

---

ministri officium nunc administrans[1]. Quem cum ego eam ob causam hinc amandare voluissem, rector, quod eius absentia huic collegio detrimento esset, conquestus, impetravit, ut usque ad studiorum renovationem[2] hic maneret. Reverentiae quoque vestrae placiturum esse censeo, ut eo saltem tempore Ingolstadii litterarum studiis restituatur, quo citius brevem quendam cursum, qui ipsius ingenio condicionique sufficiat, absolvat.

Ignoscat mihi R. V., quod de fundatoribus antea, sicut iussus eram, non rescripsi[3]. Nunc nobis hic congregatis visum est, praeter ea, quae pro fundatoribus vivis et mortuis fieri solent, rectores interdum, prout pietas eos moverit, subditos ad preces aliquas vel alia pia opera grati animi significandi causa etc. facienda exhortari posse. Attamen R. V. nobis significet, quaeso, num quid aliud singulare praestandum sit.

Quod ad haeresim attinet, R. V. vehementer rogamus, ut generali quadam ratione nos edoceat instituatque, quantam habeamus facultatem absolvendi, et nostris, ut absolvant, concedendi, maxime eos, qui libros haereticos legerint. Rogamus etiam, ut eorum legendorum facultatem accipere possint doctores nostri: ingolstadienses, vindobonenses, pragenses, praeter duos doctores monacenses. Haec dico, quia diversae ad nos missae sunt dispensationes, catalogo illo romano typis exscripto, nec scimus, quantum sive nostri sive exteri eidem astringantur. Ignoramus etiam, num in ab-

---

[a] *Sic ap.; sed legendum videtur:* preiudiciale.

---

[1] „Subminister est instrumentum Ministri et aliorum Superiorum ad res particulares obeundas et exsecutioni mandandas": *Regula* Subministri 1. (Institutum S. J. III, 147.)

[2] Autumnalis studiorum renovatio sub medium mensem Novembrem futura erat (*Pachtler* l. c. I, 167). [3] Cf. supra p. 550. 603.

juratione, e quale. Perchè pare che il Papa Paolo IV fel. mem. richiede una abiurazione nella sua dispensa.

Tutti ci raccomandiamo alle orazioni e sacrificii di V. R. e preghiamo molto che voglia ajutar questo Collegio Viennense di buoni operai per questo autunno, siccome anche si espettano in Monaco per compire quel Collegio secondo il desiderio dell' Illustrissimo Duca. Il quale anche ha detto al Reuerendissimo Nunzio di voler anche più Collegii [1]. Ora l' Imperatore ha data commissione di fornire la fondazione del Collegio Oenipontano [2], e anche vuole presto restaurare l'arcivescovato di Praga [3]; V. R. voglia ajutare questi buonissimi Principi, e quasi capi [a] di tutti li Cattolici in Allemagna. Il Signore sia sempre con tutti noi. Amen.

Di Vienna 20 di Maggio 1560.

Servus in Christo P. Canisius.

Jhesus. Al molto Reverendo in Christo padre M. Jacomo Laynez Preposito Generale della Compagnia di Giesú in Roma.

Nota: Lainius Canisio per Polancum rescripsit 8. Iunii 1560.

Mirum certe est tum huic epistulae, tum sequenti, quae cum hac nonnihil discrepat, diem 20. Maii ascriptum esse. At cum ex una parte ex huius epistulae initio pateat eam primam esse, quam Canisius a. 1560 Vindobona ad Lainium dedit, ac Canisius in utraque scribat se rationes, quae pro Sociis in universitatem vindobonensem recipiendis et pro iisdem non recipiendis afferri possint, Lainio mittere, ex altera autem parte Polancus in epistula Roma 8. Iunii 1560 Lainii nomine ad Canisium data se ad ipsius litteras 20. Maii datas rescribere dicat,

---

solvendo haeretico abiuratione opus sit, et qua; nam Paulus IV. pontifex fel. mem. in dispensatione sua abiurationem aliquam exigere videtur.

R. V. sacris precibus et sacrificiis omnes nos commendamus, vehementer rogantes, ut collegio huic vindobonensi bonos operarios in autumnum provideat, quales Monachii quoque exspectantur, collegium illud ex illustrissimi ducis voluntate completuri. Qui etiam reverendissimo nuntio dixit se etiam plura collegia habere velle [1]. Imperator modo collegii oenipontani fundationem praeparari iussit [2] et brevi etiam archiepiscopatum pragensem restituturus est [3]; R. V. optimos hos principes et omnium catholicorum germanorum quasi duces adiuvet, quaeso. Dominus semper nobiscum omnibus sit. Amen.

Vindobona 20. Maii 1560.

Servus in Christo P. Canisius.

Iesus. Admodum reverendo in Christo patri M. Iacobo Lainio Societatis Iesu praeposito generali. Romae.

---

[a] capo *apogr.*

---

[1] Hosius, cum Roma Vindobonam proficisceretur, Paschatis festos dies (Pascha in 14. Aprilis tunc incidit) Monachii apud Albertum V. egerat (*Pogiani* Epistolae II, 43[f]). [2] Vide infra, monum. 195.

[3] Pragae ex anno 1421, quo Conradus a Vechta archiepiscopus ad Husitas transierat, sedes archiepiscopalis vacabat. Bona quoque archiepiscopalia ea apostasia prorsus dissipata erant.

simulque non ad ea tantum, quae duabus illis epistulis communia sunt, sed etiam ad ea, quae in alterutra tantum inveniuntur, respondeat: utramque reapse 20. Maii missam esse dicendum videtur. Fortasse Canisius priorem illam iam aliquot diebus ante 20. Maii dictare coeperat, et alteram per alteram viam, quo certius aliqui saltem nuntii Romam afferrentur, mittere volebat.

435.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Vindobona 20. Maii 1560.

(Epistula altera.)

Ex apographo recenti, quod sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo (Canisius nomen subscripsit), in cod. „Epistt. B. Petri Canisii I" 78—4 posito, exscriptum atque aliquanto post cum eodem collatum est.

Collegium Tyrnaviae instituendum. Monasteria quaedam ei attribuenda. Placet Socios vindobonenses certis cum condicionibus in universitatem recipi; graviores iis professores mittendi. De Hosio collegia romanum et germanicum bonis ecclesiarum adiuvare dubitante. Socii complures in varia loca mittendi. Domus probationis et nobilium puerorum contubernium aedificantur. Precationes pro Lainio factae. Canisius Pragam iturus.

Jhesus

Pax Christi

Circa il Collegio di Ungaria S. M. ha comandato che per ogni modo si compia[a] [?] quella Casa la quale ci pareva al proposito, benchè bisognava[b] [?] quasi a fundamentis edificarla, per accommodarla all' Instituto nostro, e si potrà anche facilmente dilatarla, avere Orto, ed altre commodità[1]; e penso non tornerà di là l' Arcivescovo[2] insino a tanto che sia comprata almeno. Quanto al negozio dell' Abbazia,

Iesus. Pax Christi.

In usum collegii hungarici maiestas sua domum illam prorsus exstrui[a] [?][1] iussit, quae nobis visa erat opportuna; quamquam haec, ut instituto nostro accommodetur, fere a fundamentis exstruenda est. Facile etiam eam amplificare et hortum apud eam aliaque commoda habere poterimus. Archiepiscopum[2], antequam saltem empta sit, inde reversurum esse non existimo. Abbatiae illius res nunc quoque eo loco

[a] *Sic apogr.;* compra? comprasse?
[b] *Sic ap.; sed legendum esse videtur:* bisognara.

[1] Vel: emi. Domus haec Tyrnaviae erat (cf. supra p. 587), ubi, Strigonio a Turcis occupato, inde ab a. 1543 archiepiscopus strigoniensis idemque Hungariae primas cum capitulo suo sedem fixerat.
[2] De summo viro Nicolao Olaho (Oláh), archiepiscopo strigoniensi, vide *Can. Epp.* I, 476[1].

sta come si è scritto di Tirnavia[1]. Ben è vero, che dispiace al Reuerendissimo quinque Ecclesiarum ed a quello di Transilvania[2] che l'arcivescovo non ci abbia data la Prepositura di Turotz[3], la quale pur lui avea detto a tutti che volea dare, e non[a] [?] essendo sua pare (pur non si sa pienamente) che l'ha data o procura darla ad un suo parente a tale effetto assai inetto, e così fu consigliato, che dovessimo significarlo a S. M. riferendoci poi al Reverendissimo Quinqueecclesiense et lui et il detto di Transilvania credo piglieranno questa cosa a cuore[4]. La Prepositura saria certo molto a proposito, per quanto

---

sunt, quo eas esse Tyrnavia ad vos scriptum est[1]. Attamen Quinqueecclesiarum et Transsilvaniae episcopis[2] displicet archiepiscopum praeposituram thurocziensem[3] nobis non dedisse, quam se daturum dixerat omnibus; quae cum ipsius non[a] [?] sit, videtur (nec tamen certo id cognovimus) eam propinquo cuidam suo satis ad haec inepto aut dedisse aut dare velle. Quae cum ita essent, suaserunt nobis, ut maiestati suae ea significaremus addentes reverendissimum Quinqueecclesiensem plura ad eam relaturum; quem una cum transsilvano illo episcopo huius rei curam habiturum esse puto[4]. Audimus praeposituram illam peropportunam valdeque sufficientem futuram

---

[a] *Sic apogr.; vide tamen infra, adnot. 3.*

---

[1] Olahus a Ferdinando I. impetravit, ut collegio Tyrnaviae condendo „Abbatiam Széplakiensem et Praeposituram Beéniensem, e manibus profanorum recens ereptas", attribuere posset: *Franc. Kazy* S. J., Historia universitatis Tyrnaviensis Societatis Jesu (Tyrnaviae 1737) p. 5—6. Abbatiam illam Széplak, in Hungariae comitatu abaujvariensi prope Cassoviam sitam, una cum praepositura mislensi Ioannes Zápolya rex a. 1537 Martino Gecsei et Gregorio Lonyay 20 000 florenis vendiderat (A Katholikus Iskolaügy magyarországban. II. Literae authenticae, exhibentes origines scholarum Hungariae. Coll. et ed. a sacerdote archidioeceseos colocensis [*Frid. Weiser* S. J.]. Fasc. 2. [Coloczae 1884], p. 169—180). Praepositura Been (Bina, Bin?), „prope Cassouiam sita" (Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn.", in a. 1560) olim ordinis praemonstratensis fuisse videtur (cf. *Ferd. Knauz,* Monumenta Ecclesiae Strigoniensis II [Strigonii 1882], 26. 674—675). *Ferdinandus I.* diplomate 21. Ianuarii 1561 dato, quod posuit *Weiser* l. c. fasc. 1 (Coloczae 1882), p. 117—118, affirmavit utrumque monasterium „destructis" „per superiorum armorum [annorum?] disturbia . . . Ecclesiis, Abbate et Praeposito, consequenterque cultu divino hactenus vacasse, et in manibus saecularibus diutius habitum, variis modis hinc inde destructum fuisse", modo autem, „accedente ad id S. Sedis apostolicae dispensatione", cum omnibus bonis collegio tyrnaviensi a se „applicatum" esse. De collegii huius initiis vide *Steph. Katona,* Historia critica regum Hungariae XXIII (IV) (Budae 1799), 445—452.

[2] De Georgio Drascovitio, episcopo Quinqueecclesiarum, vide supra p. 432[2]. Episcopatui Transsilvaniae (Albae Iuliae, Erdély, Siebenbürgen) Paulus Bornemisza (Abstemius) praeerat, qui simul etiam dioecesim nitriensem (Nyitra, Neutra) administrabat. Uterque antistes tunc, ut videtur, propter Turcas ab episcopatu abesse cogebatur.

[3] In comitatu Thurócz, qui Hungariae superioris est, Béla IV., Hungarorum rex, praeposituram ordinis praemonstratensis in oppido zniensi (Znió-Varallya) condiderat (*Knauz* l. c. I [Strigonii 1874], 393. *Franc. Krones,* Handbuch der Geschichte Oesterreichs I [Berlin 1876], 482). Quam a. 1534 „Dominus" quidam „Nyári", religiosis discedere coactis, sibi sumpsit et a. 1554—1561 Nicolaus Olahus archiepiscopus tenuit (*Weiser* l. c. fasc. 3, P. I [Coloczae 1885], 126).

[4] Olahus haud multo post, Ferdinando I. consentiente, ad collegii tyrnaviensis

intendiamo, e sufficiente assai. Pur ci consiglia il Reverendissimo Quinqueecclesiense che riteniamo l'Abbazia, la quale non è lontana da una sua Prepositura. Staremo a vedere quello che si farà. Da parte di S. M. siamo certi che non mancherà niente, la quale disse che parendo così a noi (intende per questo la R. V. principalmente) si domandasse da Roma gente. Quanto al numero, ed il mandarli o no, e le persone che abbiano ad essere la R. V. farà quello che giudicherà in Domino. Perchè qua nel Collegio di Vienna quelli che vi erano destinati l'anno passato, parte non vi sono, come dice il P. Vittoria, parte sono sì impediti, e bisognano quà che non si potriano mandare, benchè se al presente si dovesse mandare (il che non pare) tutto il Collegio pieno, forse si potria dare qualche novizio per scolare.

Per conto del negozio dell' Università si mandano le ragioni, che dell'una e l'altra parte occorrevano sopra la costituzione, se li nostri Dottori dovessero essere (o per meglio dire la Compagnia) incorporati nell' Università[1]. E pur lasciando la piena risoluzione a V. R. pareva quà conveniente che si facesse questa unione volendo la Università accettare quelle eccezioni, e quelli articoli che V. R. scrisse sopra di ciò[2], il che pure temiamo sia difficile impetrare da essa. La quale se pure il concedesse, vorrebbe avere uomini fatti, ed anche

esse. Suadet tamen reverendissimus Quinqueecclesiensis, ut abbatiam illam retineamus, a praepositura quadam ipsi subiecta haud longe distantem. Exspectabimus, quidnam facturi sint. Maiestatem suam omnia, quae poterit, facturam esse certum nobis est. Quae dixit: Si ita visum esset nobis (quibus verbis R. V. praecipue significabat), Socios nobis Roma petendos esse. De horum autem numero, de iis mittendis aut non mittendis, de personarum delectu R. V., quae in domino expedire iudicaverit, constituat. In collegio enim hoc vindobonensi eos, qui anno superiore illuc destinati erant, nunc vel non esse, vel ita impeditos et collegio tam necessarios esse P. Victoria affirmat, ut eo ablegari non possint; quamquam si forte nunc collegium illud integrum simul eo mittendum erit (quod tamen futurum esse non videtur), fortasse novicii aliqui eidem dari poterunt, studiis illic operam daturi.

Quod ad negotium illud universitatis attinet, R. V. rationes mittimus, ex una atque ex altera parte nobis occurrentes, ut constituatur, utrum doctores nostri (vel, ut rectius loquar, Societas nostra) in universitatem recipiendi sint necne[1]. Atque licet plenam huius rei constitutionem R. V. permittamus, hic censebamus convenire, ut sic iungerentur, si universitas exceptiones et capita illa a R. V. proposita[2] admittere parata esset, id quod timemus ne impetratu sit difficillimum. Atque etiamsi universitas ea concedet, maturos tamen homines postulabit, ac nobis quoque

reditum annuum etiam 400 florenos ex praepositura thurocziensi provenientes addidit. Anno autem 1586 Georgius cardinalis Drascovitius effecit, ut Societati tota illa praepositura traderetur; ex qua collegium thurocziense (etiam „varalliense" et „selliense" dictum) ortum est; quod triginta annis post Tyrnaviam (prius enim illud tyrnaviense collegium a. 1565 exstinctum erat) transmigravit (*Kazy* l. c. p. 5—6. *Socher* l. c. p. 139. 336—339. *Krones* l. c. I, 482; III, 372—373. *I. H. Schwicker*, Peter Pázmány [Köln 1888] p. 25).

[1] Vide supra p. 640. [2] Haec capita vide supra p. 617—618.

pareva quà esser necessario per più rispetti avere altre persone, che possino per nome, età e prudenza avere più autorità; altrimenti si faria poco frutto, e saria poner li nostri in pericolo, e la Compagnia, come si teme, non potria soddisfare all' espettazione sua ed obbligo cristiano.

Si è parlato al Reverendissimo Hosio sopra alcuni modi per ajuto del Collegio di Roma nostro e quello dei Tedeschi per via di applicazione d' alcune cose di chiese desolate, ovvero di certe restituzioni che si devono fare dei beni di chiesa. Rispose che è cosa che ricerca matura deliberazione, il che pur non pareva quà così difficile, nè contra il dovere cristiano. Speriamo che si potrà fare qualche cosa quà alla ritornata del Signore Pigler[1], che sarà presto coll' ajuto del Signore, perchè il Reverendissimo pare non capisse questo negozio[2], come il già detto; benchè non dubitiamo desideri la promozione di detti Collegii. Staremo pur a vedere quello che risponderà. Quà pareva che non se li dovesse fare istanza più per questi mezzi, se non si trovassero altri.

Si è già più volte scritto del bisogno di gente di governo maxime e consiglio, che questo Collegio di Vienna tiene per li assunti, ed aumento delle confessioni, ed altre gravi occupazioni. V. R. si degnerà ajutarlo.

Si pensa saranno al Settembre mandati di quà alcuni a Roma, come Giovanni Ziegler[3], e quel nobile Polono dato già alla Compagnia[4], e forse altri parendo a V. R. per il loro ajuto.

---

compluribus de causis necesse esse videbatur, ut alios haberemus homines, quibus et nomen et aetas et prudentia plus auctoritatis conciliarent, quod aliter et exiguus fructus colligeretur, et nostri in discrimen deducerentur, et timendum esset, ut Societas exspectationi de se conceptae officioque christiano satisfacere posset.

Reverendissimo Hosio rationes aliquas proposuimus, quibus collegium nostrum romanum et collegium germanicum adiuvari possent, rebus aliquibus ad ecclesias desertas pertinentibus vel bonis quibusdam, quae ecclesiae restitui deberent, collegiis illis attributis. Qui diligenter deliberandam esse eam rem respondit; quae nobis haud ita difficilis neque officio christiano contraria esse videbatur. Speramus tamen nos hic, cum dominus Pigler[1] redierit — redibit autem brevi, domino iuvante — aliquid effecturos esse; nam reverendissimus ille neque negotium hoc[2], neque illud intellegere videtur, de quo iam scripsi; quamquam non dubitamus, quin collegiorum istorum prosperum exoptet successum. Exspectabimus tamen, quid nobis responsurus sit. Nobis quidem id videbatur haud amplius apud eum urgendum esse, nisi alias vestri iuvandi rationes invenissemus.

Collegium hoc vindobonense ob munera suscepta atque confessionum audiendarum numerum auctum et alias occupationes graves pluribus indigere Sociis, iis maxime, qui ad regendum et ad consilia impertienda idonei essent, compluries iam ad R. V. scriptum est. Quae collegium hoc adiuvare dignabitur.

Mense Septembri hinc aliquot nostros Romam missum iri putamus, velut Ioannem Ziegler[3], et nobilem illum Polonum, qui Societati nomen iam dedit[4], et si forte alios, ut istic iuventur, mittendos R. V. censuerit.

---

[1] Leonardus Püchler. [2] Negotium hungaricum, ut videtur.

[3] „Johannes Zigler Spirensis est annorum 19. anno 58 in societate uiuere cepit. praeceptor est 6[tae] classis": * *Catalogus* vindobonensis, sub med. a. 1559 scriptus.

[4] Dubium non est, quin a Canisio Stanislaus Rozdrażewski († 1619), ex illustri

Si manda di qua M. Giovanni Gros col Dottor Paolo per Praga, ovvero Owin, e di là forse si manderà M. Cornelio [1].

Per non avere altri, si tengono in questo Collegio di Vienna alcuni nelle Classi per Maestri, che hanno bisogno di altra probazione [2].

Intendiamo che vi sono in Roma alcuni Tedeschi deboli di salute corporale, li quali parendo alla R. V. si potriano rimandare tanto più presto all' aere nativo, acciò potendosi riavere siano poi utili.

Quanto alla Casa di Probazione, pare conveniente farla quà in Vienna, quantunque prima bisognerà edificarla in una parte ritirata del Collegio, il che ricercherà grandi spese, e questo anno [a] con ajuto del Signore si potranno secondo dice P. Vittoria spendere in essa 500 talleri, benchè altri tanti la Maestà Cesarea aveva disegnati per la fabbrica del Collegio, per aumentare le camere, per fare alcune scuole ed altre cose necessarie assai, facendosi conto del numero di 70 persone, che sua Maestà vuole avere quà, come si è scritto. Si teme che li Architetti indugieranno questo anno a fare la fabbrica per conto di quell' altra Casa che si edifica per abitazione del Collegio dei Nobili, il quale Sua Maestà vuole fondare, acciò sia governato sotto la nostra disciplina [3].

Hinc M. Ioannes Gros cum doctore Paulo Pragam aut in Oibinum mittitur; unde fortasse M. Cornelius huc mittetur [1].

In collegio hoc vindobonensi, quia alii non suppetebant, aliqui in scholis magistros agere iussi sunt, quorum virtus altera ratione tentanda erat [2].

Romae Germanos aliquot infirma corporum valetudine utentes morari cognovimus; qui, si R. V. placuerit, eam ob causam celerius in aëra patrium remitti poterunt, ut sanitate recuperata utiles se praebeant.

Convenire nobis videtur, ut domus probationis hic Vindobonae instituatur, quamquam antea in recondita aliqua collegii parte sedes ei collocanda erit, id quod sine magnis expensis fieri non poterit; hoc anno Deo propitio 500 taleros in eam expendi posse P. Victoria dicit; quamquam eandem pecuniam maiestas caesarea collegii aedificio destinaverat, qua conclavium numerus augeretur et scholae aliquot et alia pararentur, quae 70 illis hominibus, quos maiestatem suam hic habere velle scripsimus, sat necessaria erunt. Timent autem, ne architecti aedificationem hanc in proximum annum reiecturi sint propter alteram illam domum, quae collegio illi nobilium domicilium aedificatur, quod maiestas sua constituere nobisque regendum tradere in animum induxit [3].

---

[a] *Sic legendum esse omnino videtur;* anche *apogr.*

Poloniae maioris comitum familia ortus, significetur; is, „exercitiis" excultus, invito patre (castellano rogosinensi), qui tamen brevi post filii factum probavit, paulo post medium mensem Maium anni 1560 Vindobonae Societatis tirocinium ingressus est et postea, Roma in Poloniam remissus, Societati Iesu in patriam introducendae egregiam operam navavit (*Socher* l. c. p. 80—81. *Cas. Krasicki,* De Societatis Iesu in Polonia primordiis [Berolini 1860] p. 129. *Io. Wielewicki* S. J., Dziennik spraw domu zakonnego OO. Jezuitów u św. Barbary w Krakowie III [Kraków 1889], 285). [1] Cf. supra p. 643.

[2] Novicii fuisse aut cursum noviciatus paulo ante perfecisse videntur.

[3] Vide supra p. 641.

Come sarà finito l'edificio di detta casa si trasferirà in là la tipografia, della quale si cerca fare al modo che V. R. ha ordinato [1] — Li Collegi hanno fatta orazione per sei settimane per V. R. come il domandò; Litanie, discipline ed altre cose con devozione [2] — Sebastiano si manderà a Venezia, parendo così esser conveniente, dove crediamo forse troverà lettere di V. R. se debbi restar lì o passar oltre.

Iacobo Pistolese anderà a Praga con M. Giovanni Gros, e Filippo tipografo anderà con altri ad Ingolstadio. Questi due si mandano per tentare, se la mutazione del luogo li ajuterà più; e con loro e con Sebastiano si è fatto quello che si è potuto insino adesso.

Aspettiamo la risoluzione universale circa il Catalogo dei libri proibiti.

Desidera il Reverendissimo Nunzio, che V. R. facesse istanza appresso alli Reverendissimi Cardinali [3], acciò potesse avere quà presto di sue lettere risposta.

Penso anche di scrivere un'altra volta innanzi, che mi parta per Praga, che sarà presto con la grazia di Cristo, per tornare tanto più presto alla messe augustana, la quale mi desidera assai [4]. Non altro, salvo che molto ci raccomandiamo alle orazioni e sacrificii di V. R. e di tutta la Casa, raccomandando altra volta specialmente

---

Ubi domus illius aedificatio absoluta erit, typographia in eam transferetur, de qua, quae R. V. statuit [1], agere studemus. — Precationes, quas R. V., ut pro se fierent, petierat, collegia per sex hebdomades fecerunt: litanias, flagellationes, alia Deo pie obtulerunt [2]. — Sebastianus Venetias mittetur, cum id convenire videatur; ubi fortasse, opinamur, litteras inveniet, quibus, utrum illic ei manendum sit an longius procedendum, a R. V. edoceatur.

Iacobus Pistoriensis cum M. Ioanne Gros Pragam, et Philippus typographus cum aliis Ingolstadium ibunt. Quos duos in eas urbes mittimus, ut experiamur, num ex locorum mutatione in melius proficiant. In his et in Sebastiano usque huc quantam potuimus operam collocavimus.

Exspectamus, quae de librorum prohibitorum catalogo generaliter constituta sint.

Reverendissimus nuntius optat, ut R. V. reverendissimis cardinalibus [3] instet, ut ad litteras suas cito huc rescribant.

Alteras quoque litteras istuc mittere cogito, antequam Pragam proficiscar; proficiscar autem mox, Christo iuvante, quo citius ad augustanam messem, quae magno mei desiderio tenetur [4], revertar. Neque aliud, quod scribam, habeo, nisi nos R. V. ac totius istius domus sacris precibus et sacrificiis magnopere nos com-

---

[1] Vide supra p. 528. 542. 587. 607.

[2] Cf. supra p. 345. 601.

[3] Truchsessio et Morono; cf. infra, Polanci litteras ad Canisium datas 8. Iunii 1560. Caroli Borromaei (Pii IV. nepotis), Ottonis Truchsessii, Iacobi Putei cardinalium epistulas 18. et 26. Maii ac 1. et 8. Iunii 1560 ad Hosium datas posuit *Ern. Salom. Cyprianus,* Tabularium Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti (Francofurti et Lipsiae 1743) p. 76—90.

[4] Vide infra, monum. 176—178.

questi Collegii e li suoi Operarii necessarii. Il Signore ci conservi in sua santa grazia. Amen. Di Vienna 20 Maggio 1560.

Servo in Christo P. Canisio.

Al Molto Reverendo in Christo Padre M. Jacobo Laynez Preposito generale dela Compagnia di Jesu. Roma.

---

mendare, collegia iterum haec et operarios ipsis necessarios singulariter commendantes. Dominus in gratia sua sancta nos conservet. Amen. Vindobona 20. Maii 1560.

Servus in Christo P. Canisius.

Admodum reverendo in Christo patri M. Iacobo Lainio praeposito generali Societatis Iesu. Romae.

436.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 25. Maii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Vienna Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 167—168.

Cardinalis Truchsess Canisium apud caesarem pro concilio maturando contendere et Romam ea scribere cupit, quibus pontificis animus ad idem incitetur. 900 homines Augustae per Canisium ad ecclesiam reducti. Cardinalis id agit, ut Augustae collegium condatur. Ex quibus nationibus iuvenes in collegium germanicum mittendi sint.

Questi giorni haueuo scritto una lettera che qui ua la qual doueua portare il Magnifico M. Giacobo[1] Canonico Warmiense, scriueua anche Nostro Padre al Reuerendissimo Vescouo et Legato Apostolico[2]. ma perche o non uenne a casa inpedito forse de altre occupatione, o perche io non me ci trobai restorono qua nostre lettere, et le mando con questa. V. R. si contentara de far li intendere questo . et de darli la lettera del Reuerendissimo Vescouo accio lui gli la dia.

L'ultime di V. R. furono di 27. di Aprile et .3. di Maggio alle quali si fece risposta alli .11. del presente hauendo ci datto occassione

---

Hisce diebus epistulam his litteris adiunctam scripseram, a magnifico M. Iacobo[1] canonico varmiensi ad R. V. perferendam. Scripserat etiam pater noster ad reverendissimum episcopum et legatum apostolicum[2]; sed quia aut ille, aliis fortasse negotiis impeditus, domum nostram non venit, aut ego, cum venisset, non aderam, epistulae nostrae hic relictae sunt; quas cum hac ad R. V. mitto; quae hac de re, quaeso, canonicum illum certiorem faciat eidemque litteras reverendissimo episcopo destinatas tradat, huic ab ipso tradendas.

Novissimae, quas accepimus, R. V. litterae die 27. Aprilis et die 3. Maii datae erant; ad quas 11. huius mensis rescripsimus, occasione data a reverendissimo

---

[1] Timmermann. Vide supra p. 635. [2] Stanislaum Hosium dicit.

il Reuerendissimo et Jllustrissimo Cardinal di Augusta con dire che haueria charo che la R. V. facessi dilla buoni ufficij con la Magestad Cesarea sopra la celerita del concilio, quale a tutti li principi Maggiori intendiamo pare molto utile anzi necessario, et quanto prima tanto meglio perche la necessita li constringe ad alcuni di loro, a trattar di Concilij prouinciali[1]. et pare hauera charo che la R. V. li scriua qualche cosa a lui ò a nostro Padre ò a tutti .2. che possa mostrare al Papa . per riscaldarlo in questa cosa alla qual pero si troua asai inclinato sua Santita . basta significar alla R. V. questo.

Di qua stiamo sani Dio laudato, et ci reccomandiamo molto nelle oratione di V. R. et dil Padre D. Lanoy, et Padre Vittoria, et Padre Paulo con tutti gli altri . Di Roma li 25. di Maggio 1560.

Ci ha detto il Cardinale che molto si dole il Capitulo Augustano della partita di V. R. con cui predicatione, scriue si siano ridutti .900. persone quali sono ultra del solito communicati questo[a] anno[2], et dice sua Signoria Jllustrissima che li ha rescritto che faciano un collegio si lo uogliono tener li, et che lui dara le 2. tercie parte che diano loro una[3] . uederemo che faranno.

---

et illustrissimo cardinali Augustano dicente R. V. sibi gratificaturam esse, si istic apud maiestatem caesaream pro concilio contenderet brevi incohando; quod quidem maioribus principibus cunctis valde utile, immo necessarium videri cognovimus; habendum autem videtur primo quoque tempore, cum aliqui eorum necessitate coacti iam de conciliis agant provincialibus[1]. Ac R. V. cardinali gratificatura esse videtur, si aut ad ipsum aut ad patrem nostrum aut ad utrumque aliquid, quod summo pontifici ostendi possit, perscribet, quo magis sanctitatis suae animus, satis ceteroquin ad haec propensus, incitetur. Satis mihi est reverentiae vestrae haec significasse.

Hic, Deo sint laudes, bene valemus, et R. V. et patris D. Lanoii et patris Victoriae et patris Pauli et reliquorum omnium precibus vehementer nos commendamus. Roma 25. Maii 1560.

Cardinalis nobis dixit capitulum augustanum molestissime ferre, quod R. V. Augusta discessisset; cuius contionibus 900 homines, qui praeter solitum numerum hoc anno sacram eucharistiam sumpsissent, ad ecclesiam reductos esse canonici scripserunt[2]. Dominatio sua illustrissima se iis rescripsisse dicit, collegium ipsis, si R. V. Augustae retinere vellent, condendum esse; se quidem pecuniae ad id necessariae duas partes daturam esse; ipsis unam esse dandam[3]. Videbimus, quid facturi sint.

---

[a] questa *apogr.*

---

[1] De nationali concilio habendo et Sigismundus Augustus Poloniae rex deliberaverat (cf. supra p. 339), et maxime Franciscus II. Galliae rex tunc agebat (*Iac. Aug. Thuanus*, Historiarum sui temporis l. 25. *Raynaldus*, Annales ecclesiastici t. XXI, in a. 1560 n. 48—50). Ceterum in litteris Polanci 11. et 17. Maii ad Canisium datis, quae quidem supersunt, concilii oecumenici non fit mentio. Fortasse de hoc propriis litteris, quae caesari vel consiliariis eius ostendi possent, scriptum erat.

[2] Horum longe maiorem saltem partem superioribus annis lutheranam cenam sumpsisse puto; neque enim illis temporibus multos, qui neutram in Paschate sumerent, fuisse dixeris. [3] Cf. infra, monum. 176—180.

Di quelli che si haueriano a mandare per il collegio Germanico non hauemo anchora noua che si mandi nesuno per questo maggio. V. R. credo trouara in Viena piu ne[a] [?] ché, altroue per questo efetto . ma conuenirebbe che fossino persone de buona indole, et atti per seruire Dio nostro Signore nella compagnia nostra[1] ò fuora di quella, nelli ufficij che adesso tanto sono necessarij nella chiesa di Dio . et questo specialmente se intende di quelli che si mandaranno senza prouissione, se alcuni altri si mandassino con le sue prouissioni anche sarebbe da disiderare che fossino buoni sugetti, accio desino buono odore quando tornassino di la.

Le natione tanto Thudesca, quanto Polonica, et Vngarica, et Boemica, et simili, pareno al proposito.

Dira V. R. al Padre Vittoria che si è parlato di qua a Jo: Geselio 2. uolte sopra quelli denari[2], et lui ha risposto che he ben uero che il Padre suo li ha mandatti denari, ma che per hauer hauuto bisogno di quelli se li ha ritenuto.

Eorum, qui in collegium germanicum mittendi erant, aliquem mense Maio huc missum esse nondum intelleximus. R. V. Vindobonae plures quam alibi huic rei aptos inventuram esse existimo. Quos tamen bonae indolis et eos esse oportet, qui Deo et domino nostro vel in Societate nostra[1] vel extra eandem famulari possint, officiis, quae nunc in ecclesia Dei tam necessaria sunt, administrandis. Quae maxime de iis dico, qui sine pecunia, qua alantur, huc mittentur; si qui autem forte alii cum pecuniis mittentur, optandum erit, ut et ipsi probi idoneique sint atque ii, qui hinc aliquando in patriam reversi bonum sparsuri sint odorem.

Ex nationibus hi deligi posse videntur tam germanica quam polonica et hungarica et bohemica et similibus.

Dicat R. V. patri Victoriae nos de nummis illis Ioanni Geselio bis locutos esse[2]. Qui respondit: nummos quidem a patre sibi missos esse; se vero, cum iis indigeret, sibi eos retinuisse.

437.

CANISIUS

MARCO VELSERO SENIORI,

patricio augustano.

Vindobona 28. Maii 1560.

Ex apographo huius partis epistulae, quod sub a. 1611 Augustae Vindelicorum scriptum et a P. *Matthaeo Radero* S. J. in biographiam illam canisianam sive biographiae adumbrationem inserta est, quae manu scripta exstat Romae in bibliotheca nationali, „MSS. Gesuit." cod. 1355 p. 37.

De itineribus suis pragensi et oenipontano.

---

[a] *Vocabulum obscure scriptum;* persone*?*

---

[1] Vide, quae hac de re scripsit em. Card. *Steinhuber* l. c. II, 19—29.
[2] Cf. supra p. 387. 572.

— — Cras iter ingrediar duce Christo: prius equidem id facere non licuit, ut Augustanis me restituere pararem . Est autem adeunda primum Praga, ubi ferias Pentecostes[1] agere decreui . Hinc Oenipontum Caesar me iubet petere, et graui de causa[2], qua paucis diebus confecta, uidebo saluam ut spero Magnif: T. cui me et nostros omnes commendo. Viennae 28. Maij 1560. — —

438.

CANISIUS

P. PAULO HOFFAEO S. J.,

collegii pragensis rectori.

Augusta Vindelicorum anno 1560 (mensibus Maio et sequentibus?).

Ex relatione archetypa, de qua infra. Cod. „Bohemiae Coll. Fund. II.“ f. 194.

De collegio pragensi ab Oibini cura liberando.

„Cum P. Canisius“ — ita Socius quidam collegii pragensis ante a. 1581 Romam ad Societatis praepositum generalem scribit — „adhuc noster esset Prouincialis, P. Paulum huius Collegij Rectorem per literas aliquoties admonuit, vt hoc Collegium Oybinensi cura liberare modis omnibus contenderet, cum id non modo sibi verum etiam R. P. Generali Praeposito fore consultissimum videretur. P. Paulus igitur collegit rationes quas magna ex parte .P. Canisius suggesserat, easque in supplicem libellum redactas Caesari proposuit diligenterque id egit, vt Collegium Oibinensi monasterio liberatum certos reditus ex aliqua Republica citra curam animarum vel alias molestias (quales patiebamur ex parte Oibinensis Monasterij) haberet. Caesar primum obtulit Archiepiscopo nostro Olbinensia [sic] bona, vt ea hospitali suo incorporaret“ etc.

P. Paulum Hoffaeum a 27. Novembris 1558 ad 12. Novembris 1561 collegii pragensis rectorem fuisse traditum est[3]. Cum autem Lainius 4. Maii 1560 Canisium, ut pragenses Socios Oibino liberare studeret, monuerit idque 7. Septembris 1560 iterarit (cf. supra p. 632), inter ver et autumnum a. 1560 Canisium has epistulas ad Hoffaeum dedisse dixeris.

---

[1] Dominica Pentecostes eo anno 2. Iunii futura erat. Haec epistula (cf. etiam supra p. 637) ostendit, quantopere labatur *Schmidl*, cum Canisium 13. Maii 1560 Pragam venisse scribit (l. c. I, 140).

[2] Collegii prima fundamenta iacienda erant; cf. infra, monum. 196.

[3] *Synopsis chronologica Rectorum Collegii S. J. Pragae ad S. Clementem (Vindobonae in archivo aulae caesareae. Öst. Akten, geistl. Sachen, Ies. 422). *Io. Flor. Hammerschmid,* Prodromus Gloriae Pragenae (Vetero-Pragae 1717) p. 103.

439.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 8. Iunii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Vienna Padre Canissio“. Cod. „Germ. 1559“ p. 168—170.

Collegium Tyrnariae aperiendum. Praestat Socios in universitatem vindobonensem non recipi. Ecclesiarum germanicarum bona collegio romano assignanda. In collegia romanum et germanicum mittendi, qui Toleto philosophiae magistro utantur. Socii in varias partes mittendi. „Index“. Modus hominum ab haeresi absolvendorum. Hosius. Societatis fratres bohemi et germani Romae degentes. Collegia Trereris et Augustae Vindelicorum condenda. Professiones. Concilium generale.

Riceuemmo quelle di V. R. di 20 di Maggio et quantunque in quella mostra star uicino alla partita, tanto che dubito doue la [a] trouara questa lettera, rispondero pur alli punti che ricercano risposta.

Quanto al negocio di Tirnauia tuttauia è parso conueniente che si acetti conforme alla promessa gia fatta al Arci Vescouo et per il settembre con l'aiuto diuino si fara la Prouissione che si potra et di la si aiutaranno delli mandatti di Colonia et di qua di Roma, et anchora di quelli che ci erano la [1].

Si son uiste li punti pro et contra che si mandano circa lo incorporarsi li nostri nella Vniuersita [2], et tutto computato . pare meglio, il restar li nostri come stan adesso, insino a tanto che ci sia piu copia de gente fatta.

Non accadera che si parli piu al Reuerendissimo Vescouo War-

Litteras tuas, reverende pater. 20. Maii datas accepimus; quibus licet te brevi profecturum esse significes, ita ut, ubi haec epistula in manus tibi ventura sit nesciam, ad capita tamen, ad quae responderi oportet, rescribam.

Quod ad negotium tyrnaviense attinet, collegium illud, cum archiepiscopo promissum iam esset, utique censuimus esse admittendum; quare mense Septembri Deo iuvante, quae poterimus, praestabimus; istic et eos, qui Colonia atque ex hac urbe ad vos missi erunt, et eos, qui istic iam aderant, in eam rem adhibebitis [1].

Capitibus, quae de nostris in universitatem [2] recipiendis aut non recipiendis nobis proposueratis, consideratis et rebus omnibus perpensis censemus praestare nostros, donec plures homines maturi praesto sint, in ea condicione, in qua nunc sunt, permanere.

Necesse non erit, cum reverendissimo episcopo varmiensi de reditibus illis

---

[a] lo *apogr.*

---

[1] Vide supra p. 642.

[2] De vindobonensi universitate scribit; vide supra p. 640. 648.

miense, sopra quelle unioni del entratta Ecclesiastica[a], perche molto meglio se negociara la cosa col Jmperatore, et del suo consensu col Papa. il quale si mostra molto beneuolo et uolunterosso ad aiutar le cose nostre. et specialmente di questo collegio . non bisognaria pero che di la si trattassi, de far aplicatione per Roma, ma si ben de far aplicatione delle intratte Ecclesiastice etc. per sustentar scholari Thudeschi, quali potriano studiare in Roma et doppo rimandarsi, per aiuto delli paessi di sua Maesta . et poi che quella da del suo tanto liberalmente non pare probauile che non si contentassi de che fosse aplicato quello della Chiessa, maxime doue mancano Ministri.

Di quello che scriue la R. V. che per il settembre pensa si mandaranno alcuni a Roma sia in buon hora, ma doueriano essere di buoni ingegni et indole, et se alcuni sono atti per cominciar il corso delle Arti delli talli si accettaranno tanto piu uolontieri, per che si è fatto benir un buon maestro anche de spagna per quest' anno che uienne [1].

Quelli etiam che pel collegio Germanico se hanno a mandar se in parti seranno atti per il corso per la medessima Raggione lo haueremo charo, quantunche etiam per altre faculta uoluntieri si acettaranno.

Si alcuni Thudeschi per trouarsi di qua malsani parera conueniente[b] si mandino nella Prouincia di Alemagna anche si mandaranno.

Sopra Sebastiano si scriuira a Venetia.

---

ecclesiasticis nobis attribuendis plura agatis; longe enim melius ea res cum caesare eoque probante cum summo pontifice tractabitur; qui valde benevolum et ad res Societatis ac maxime collegii huius adiuvandas alacrem se praebet; nec tamen de rebus Sociis romanis attribuendis, sed de reditibus ecclesiasticis etc. scholasticorum germanorum victui impendendis istic agi oportebit; qui quidem scholastici, cum Romae litterarum studiis operam dederint, ad maiestatis suae terras iuvandas remitti poterunt. Quae cum tam liberaliter sua nobis det, aegre latura esse non videtur, ecclesiae bona, maxime ubi ministri desunt, nobis assignari.

Probatur nobis, quod R. V. scribit: putare se fore, ut mense Septembri aliqui istinc Romam mittantur; quos tamen boni ingenii bonaeque indolis esse convenit; et si qui eorum ad artium cursum incipiendum idonei erunt, hos etiam libentius hic excipiemus, eo quod ex ipsa Hispania hominem praeclarum arcessivimus, qui proximo anno magister esse inciperet [1].

Eadem de causa gratum nobis erit, si eorum, qui in germanicum collegium mittendi sunt, aliqui ad cursum illum idonei erunt; quos tamen etiam in alias scholas libenter recipiemus.

Si convenire nobis visum erit, ut Germani aliquot ob adversam, qua hic affliguntur, valetudinem in provinciam Germaniae mittantur, mittentur.

De Sebastiano ad Venetos scribemus.

---

[a] Ecclesiastici *apogr.* [b] conuenienti *apogr.*

[1] Franciscum Toletum S. J.; de quo vide supra p. 508[1].

Non ci è insino adesso resulutione sopra il Cathalogo[1] ma un di questi giorni spero si parlara a S. Santità accio si possa procedere in questa parte con piu sicurta, et manco scrupulo, et il simile dico della faculta di absoluere et leggere libri prohibiti . quelli pur che se absolueranno ab eresi, doueranno far secreta abiuratione di sue heresiae in quel fuoro poenitenciale[2].

Si fara ufficio con li Cardinali Moron et Augusta accio si risponda piu presto alle lettere del Reuerendissimo Legatto Hossio.

Circa le mutationi de alcune persone solamente occorre dire alla R. V. che 'l maestro Hurtado hauendo cominciato a sputar sangue no sta ben lasciarlo alla longa in Oybin, et se passa questa state almeno per l'inuernata seguente, pare[a] si doueria mutare a qualche luogo de area manco sotile et freda che quella delle Montagne de Obyna chi lo uol conseruar uiuo.

De catalogo[1] nondum quicquam constitutum est; spero tamen nos aliquo ex hisce diebus sanctitatem suam adituros atque effecturos esse, ut hac in re maiore cum securitate et minore cum conscientiae sollicitudine agere possimus; idem de facultate absolvendi et libros prohibitos legendi dico. Qui tamen ab haeresi absolventur, haereses suas in foro illo paenitentiae clam eiurare debebunt[2].

Apud cardinales Moronum et Augustanum efficere studebimus, ut ad reverendissimi legati Hosii epistulas citius rescribatur.

De Sociis aliquibus alio mittendis hoc solum R. V. dicere habeo: magistrum Hurtadum, cum sanguinem evomere coeperit, haud commode ad longum tempus Oibini relinqui posse; quem si vivum servare voletis, exacta hac aestate, saltem ante proximam hiemem debebitis, ut videtur, in aliquem locum transferre, ubi aër minus subtilis frigidusque sit quam in montibus oibinensibus.

---

[a] para *apogr.*

---

[1] De indice librorum prohibitorum Lainium 20. Maii 1560 cum cardinali Gislerio agere coepisse infra videbimus.

[2] „Paulus IV 8. Maij 1557 concessit, ut in partibus Septentrionalibus Superiores Societatis, et alij, ab illis iudicati idonei, quibus id committeretur absoluere possent a casibus haereseos, schismatis, et a lectione librorum haereticorum, alijsque erroribus ad fidem pertinentibus, et liberare a consequentibus censuris et poenis in foro conscientiae tantum": *Libellus „*Facultatum Septentrionalium* Societatis Iesu". exeunte saeculo XVI. (ut videtur) scriptus et a P. Ferdinando Albero Sociis germanis missus (huius libelli in singulis Societatis domibus unum tantum exemplum manu scriptum, idque apud ipsum domus superiorem, asservari poterat), I. E. 5, sub v. Haeresis, n. 1. Haec, partim saltem, hausta esse videntur ex *diplomate, quo cardinales Scipio Rebiba et Michaël Gislerius O. Pr. eodem illo die (8. Maii 1557) testati sunt se praesentibus Paulum IV. „viuae vocis oraculo" Lainio concessisse, ut in Germania superiore et inferiore, Bohemia, Flandria, aliis regionibus septentrionalibus, in quibus Socii moraturi essent, ab iisdem absolutio illa modo supra memorato et „praestito prius iuramento de non recidendo in haeresim" tribui posset (Ex *apographo eiusdem temporis, a Socio aliquo collegii ingolstadiensis scripto. „Jesuitica in genere . Fasc. I." nr. 3. f. 3b Monachii in archivo regni bavarici). Haec non recensentur in catalogo „facultatum septentrionalium", qui est apud *Ign. v. Döllinger* et *Fr. H. Reusch,* Geschichte der Moralstreitigkeiten in der römisch-katholischen Kirche II (Nördlingen 1889), 248—250.

Del mandar inanzi nelli studij li boemi che son qua, si fa tuttauia et non ci è nesuno de loro ne anche delli Thudeschi ocupato in altro, nè la[a] compagnia si serue de loro per lectori o altri officij ma solamente si attende a farli fundatti nelle lettere et uirtu, et quanto piu tarde tornaranno, tanto piu fundati seranno. Del proueder alcuni suggetti, per li collegij di Vienna, Monacho, Jngolstadio, si uedera quel che si potra fare, ma bisognara che di la si aiutino il meglio che si puo.

Essendo la persona del Padre Vittoria tanto necessaria in Vienna che giudica la R. V. non doueria may partirsi, à N. Padre pare anche si fermi et senza nouo auisso, non pigli il uiaggio di Polonia, per la stessa Prouincia[1] sua la R. V. uedera insino a qual termino potra far absentia de Vienna.

Per il Collegio di Treuere si fara prouissione di gente como si è promesso, ben che la maggior parte uscira di Colonia et Louanio.

Gionna[2] ha scritto gia alli parenti et scriuira alli nostri di Vienna come parera piu conueniente, et de lui si è pensato che uada in Treuere ouero in Collonia in logo del Padre Anrico[3], accio lui uada in Treuere. Adamo[4] per adesso potra fermarsi in Vienna, et attendera parte a sua sanita parte ad aiutare il Padre Vittoria. Non occorre altro se non reccomandarci tutti molto nelle orationi et sacrificij della R. V. Cui tornata in Augusta pare uorria il Cardinale far desiderare

---

Bohemi hic degentes ut in litterarum studiis progrediantur, semper curae nobis est, nec quisquam eorum neque etiam Germanorum alia re occupatur, nec Societas eorum opera ad scholas habendas aliave officia administranda utitur, sed hoc solum agimus, ut in doctrina et virtute bene stabiliantur; qui quo tardius istuc redibunt, eo exercitatiores erunt. Quod ad aliquos Socios collegiis vindobonensi, monacensi, ingolstadiensi providendos attinet, quid praestare possimus, videbimus; a vobis tamen, ut optime poteritis, auxilium petere debebitis.

Cum pater Victoria Vindobonensibus adeo necessarius sit, ut R. V. ei numquam inde discedendum esse censeat, patri quoque nostro placet, ut ibidem maneat neve polonicum iter, nisi denuo monitus, ingrediatur; quamdiu autem intra ipsam provinciam[1] Vindobona abesse possit, R. V. dispiciat.

Collegio treverensi homines, quos promisimus, providebimus; cuius tamen collegii maior pars Colonia et Lovanio veniet.

Ionas[2] parentibus iam scripsit et nostris Vindobonensibus, prout magis convenire videbitur, scribet; in mentem nobis venit hunc Treverim ire aut Coloniam in locum patris Henrici[3], ut hic Treverim iret, succedere posse. Adamus[4] in praesens Vindobonae manere poterit, partim valetudini curandae partim patri Victoriae adiuvando operam daturus. Neque aliud, quod scribam, habeo, nisi ut nos omnes R. V. precationibus et sacrificiis vehementer commendem. Cardinalis efficere, ut canonici augustani R. V. reditum desiderent, eosque inducere velle videtur, ut collegium condant

---

[a] altro, nella *apogr.*

---

[1] Societatis provinciam „Germaniae superioris“ dicit.
[2] Adler.
[3] P. Henricum Dionysium significat. [4] Adamus Hollerus.

alli canonici et disponerli a fundar un collegio, o consentire che lui lo faccia, perche non lo puo far senza lor consensu[1].

A tutti dia gratia Christo nostro Signor de sentir sempre et adimpir sua Santissima uolonta. De Roma li 8 di Giugno 1560.

A N. Padre è parso che 'l padre Vittoria faccia professione et si dispona anche a farla il Padre Pissa. V. R. ne habbia cura di cio.

Del concilio si tratta qua como di cosa risoluta che si habbia di far presto. Dio N. S. lo guidi.

---

aut, ut ipse constituat, consentiant; neque enim iis renuentibus ipse collegium constituere potest[1].

Christus dominus noster omnibus gratiam tribuat, qua sanctissimam eius voluntatem et intellegant semper et exsequantur. Roma 8. Iunii 1560.

Patri nostro visum est, ut pater Victoria sollemnia vota nuncuparet, et ut ad idem faciendum etiam pater Pisanus se pararet. Reverentiae vestrae haec curae sint.

De concilio hic velut de re destinata iam et brevi facienda agitur. Quod Deus et dominus noster fortunare velit.

440.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 15. Iunii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio ò maestro Guillermo". Cod. „Germ. 1559" p. 176.

Epistulas quasdam mittit, quae per Canisium, vel, si is Augustam nondum redierit, per P. Guilielmum Elderen Coloniam et Ingolstadium mittendae sint.

441.

P. NICOLAUS LANOIUS S. J.,

collegii ingolstadiensis rector,

Canisii nomine

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 19. Iunii 1560.

Ex autographo (2°; $2^1/_2$ pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.). Cod. „G. Ep. I" ff. 137. 137a.

Collegium Societatis oenipontanum. Canonicorum collegium et puerorum nobilium contubernium ibidem instituenda. Scholastici canentium in templo choro ascripti.

---

[1] Vide infra, monum. 177. 178. 180.

Collegii vindobonensis profectus; aliqua in eo et maxime in eius praesidibus corrigenda; convictus nobilium; universitas non offendenda. Bohemorum humanitas, pietas etc. Archiepiscopatus pragensis restitutio. Oenipontanorum caesaris consiliariorum virtus.

Jhesus

Gratia et pax Jesu Christi.

Molto Reuerendo in Christo Padre.

Di Vienna scrissi ultimamente alla P. V. de alchune cose nostre occorrenti. adesso parte per commissione parte per instantia del P. nostro Prouinciale[1] ho di replicare quello che è passato co 'l imperatore quanto al Collegio di Jnspruck . aggiungendo il mio parere soprà del gouerno et stato delli Collegij di Vienna et di Praga. Toccando nondimeno qualche cosa del modo di procedere di sua .R. et del P. Rettore di Vienna[2] ut scilicet per trabem oculi mei respicere cogar festucam in oculo alieno[3], ut etiam haec tollatur educaturque cura ac studio P. V.

Quanto al Primo sa la R. V. come l' anno passato l' imperatore tratto in Augusta del suo Collegio aenipontano col' detto Padre[4] essendo jo anche presente et il P. Vittoria et benche diuerse vie furono considerate qualmente la Compagnia potrebbe hauere perpetua habitatione in esso con altra gente nientedimanco non si fece resolutione nessuna mà resto la cosa sospesa non essendo anchora matura ni digerita per effettuarla ni de vna ni de l' altra parte, L' intentione del' Jmperatore prima è che in quel Collegio stiano dodeci Canonici come regolari viuendo in communi et 2° che la Compagnia nostra

---

Iesus.

Gratia et pax Iesu Christi.

Admodum reverende in Christo pater.

Vindobona postremo de aliquibus rebus nostris, quae tunc occurrebant, P. V. scripsi. Nunc autem partim iussus, partim vehementer rogatus a patre nostro provinciali[1], quae de collegio oenipontano cum imperatore acta sunt, repetere debeo; postea exponam, quid sentiam de gubernatione et statu collegiorum vindobonensis et pragensis. Significabo etiam aliquid de agendi ratione, qua reverentia sua et pater rector vindobonensis[2] utantur, ut scilicet per trabem oculi mei respicere cogar festucam in oculo alieno[3], ut etiam haec tollatur educaturque cura ac studio P. V.

Quod ad primum caput attinet, R. V. novit imperatorem superiore anno Augustae de collegio suo oenipontano cum patre illo[4] egisse, me quoque et P. Victoria adstantibus. Quamvis vero variae rationes, quibus Societas in collegio illo una cum aliis hominibus perpetuo habitare posset, essent expensae, nihil tamen certi constitutum est, sed res suspensa mansit, cum ex neutra parte matura neque adeo quasi concocta esset, ut ad effectum adduci posset. Imperatoris haec est mens: primum ut in collegio illo duodecim sint canonici quasi regulares et communem vitam agentes, et 2° ut Societas nostra Oeniponte collegium habeat; 3° ut nostrorum

---

[1] Petrum Canisium significat. [2] Is erat P. Ioannes de Victoria.
[3] Matth. 7, 3—5. Luc. 6, 41. 42. [4] Canisio.

habbia in Einspruch vn Collegio . 3° che sotto la disciplina delli nostri siano notriti nel studio certi alunni et stipendiati hauendo tutte quante familie le sue intrade etc. per sostentare in chiaschiduna certo numero di persone [1]. Dipoi quella consulta Augustana hauendo l' imperatore meglio considerata la cosa volendo che[a] presto andassi inanzi fece ultimamente in Vienna proporre per tre Commissari cioè per il Reuerendissimo Quinqueecclesiense [2], per il suo vicecancelario Seldio [3] et per il Consiliario Gingero [4], al Padre prouinciale, al P. Vittoria et a me la sua mente et intentione sopra di queste fondationj. Prima che li parea cosa non possibile che li nostri hauessero communi habitationi con li detti Canonici, sub eodem tecto, celebrando li officij diuini in vna medesima echesia douendo li canonici cantare ogni di duoi messe et le hore canonice adagio et 2° che per questa causa et altri rispetti hauea assignato alli nostri vna casa grande appresso de la chiesa parochiale de la cità laquale è di sua Maiestà come conte di Tyrol 3° che in quella stariano .8. persone della Compagnia per insegnare alli putti etc. et insieme con loro .24. Stipendiati nobili, A questi articoli rispose il P. Prouinciale in nome di tutti che la Compagnia nostra secondo li suoi statuti fondati in certa raggione non suole pigliare l' assunto di Collegij con tanto pocche persone et che almanco bisognaria di esserne altre tante [5]. 2. che la mescolanza

in disciplina sint alumni quidam, annuis sustentandi stipendiis et litteris instituendi, eaque ita, ut omnes illae familiae suos habeant reditus etc., quibus in singulis earum certus hominum numerus sustentetur [1]. Imperator autem, cum eam rem post augustanam illam consultationem melius considerasset et cito progredi vellet, postremo Vindobonae per tres viros ad id delectos, reverendissimum Quinqueecclesiensem [2], Seldium vicecancellarium suum [3], Giengerum consiliarium [4], patri provinciali, P. Victoriae, mihi, qua ratione illa constituere cogitaret et vellet, significavit: Primum non videri sibi fieri posse, ut nostri cum canonicis illis sub eodem tecto una habitarent, officia divina in eadem ecclesia peragentes, in qua canonicis diebus singulis duo sacra atque horae canonicae moderato gravique ritu canenda forent; 2° se et ea de causa et propter alias rationes nostris domum amplam prope parochiale urbis templum sitam assignasse (quam maiestas sua eo, quod comes Tirolis est, habet); 3° in illa domo 8 Societatis homines, qui pueros instituturi essent etc., et una cum ipsis 24 nobiles, annuis stipendiis alendos, esse habitaturos. Ad quae capita pater provincialis omnium nostrum nomine respondit Societatem nostram suis utentem legibus, ex certa ratione deductis, collegiorum, in quibus tam pauci homines essent, curam suscipere non solere; horum numerum saltem duplicandum fore [5]. 2° instituto nostro conveniens non fore nostris atque

[a] che che *Lan.*

[1] Quid primum Ferdinandus Oeniponte constituere in animo habuerit, proponunt *Bucholtz* l. c. VIII, 741. 745 et *Hirn* l. c. I, 228. 248. Ferdinandus Oeniponte „ex voto“, ut ait *Polancus* (Chronicon V, 243) „hujusmodi fundationem faciebat“.

[2] Georgium Drascovitium.

[3] Georgium Sigismundum Seldium (Seld), imperii vicecancellarium.

[4] Doctorem Georgium Gienger.

[5] Anno 1558 prima Societatis congregatio generalis confirmaverat, quod a

di quelli stipendiati in vna medesima casa, non saria conueniente al nostro instituto. Li commissarij per leuare questi inconuenienti furon' di questo parere che .20. persone della Compagnia starebbono in quella casa et che li stipendiati harriano la sua habitatione nel Collegio nouo di sua Maiesta di maniera che loro haueriano in quello, cucina rifettorio et camere separate delle stanzie delli Canonicj sotto il guuerno de vno dellj nostri il quale staria di continuo con essi mangiando dormendo, questo fu finalmente risoluto et proposto al' imperatore al quale piacque tal disegno et risolutione. Et volendo che presto fosse effettuato, scrisse al Regimento di Einspruch che di questo trattasse con il .P. Prouinciale et meco, (commandando sua Maiesta che li d'un tratto andassimo)[1] Jl che in questi tre o quatro giorni si è fatto, hauendo noi con il Cancellario[2] et alchuni altri Signori de Regimine visto la detta casa (doue il detto Cancellario sta con sua famiglia) et altre case vicine per fare le scuole[3]. Duoi jmpedimenti si ritrouano in questo negotio come principali. Jl primo è che in questo luogo con cè capella ne anche commodità di fabricarne vna si non forsi potendo hauer vna parte della casa del Vescouo Brixinense[4] vicina con suoj horti, Pur per rimediar a questo si pro-

---

adulescentibus illis, stipendiis annuis sustentandis, easdem aedes promiscuas esse. Quae incommoda ut auferrentur, delecti illi censuerunt 20 Societatis homines in domo illa degere, adulescentes autem illos in novo maiestatis suae collegio habitare debere ita, ut in eo culinam, triclinium, cubicula a canonicorum conclavibus separata habentes ab uno ex nostris regerentur, qui continuo cum ipsis versaretur, etiam cibum ibidem capiens somnumque. Haec tandem statuta et imperatori proposita sunt; qui consilium decretumque illud probans et celeriter ad effectum adduci cupiens, regimini oenipontano, ut de eodem agerent cum patre provinciali et mecum (quos maiestas sua ilico eo ire iussit), per litteras mandavit[1]. Atque id hisce tribus quattuorve diebus praestitimus, cum cancellario[2] et aliquot aliis dominis, qui de regimine sunt, domum illam (in qua cancellarius ille cum suis habitat) et alias domus ei vicinas, in quibus scholas institueremus, inspicientes[3]. Duo impedimenta huic negotio interveniunt praecipua. Ac prius quidem hoc est, quod loco illo nec sacellum neque etiam sacelli aedificandi commoditas est, nisi partem vicinae domus episcopi brixinensis[4] cum hortis nancisci nobis contingat. Cui tamen

---

S. Ignatio statutum erat: „Ne per decem annos proxime futuros, incipiendo a 1553, admittatur Collegium ullum, ubi non possint 12 saltem de Societate sustentari, cum duobus aliis, qui rebus corporalibus inserviant, ita ut totus numerus ad 14 perveniat" (Congreg. I, decr. 73. *Institutum* S. J. II, 171). Atque in antiquissima „formula acceptandorum collegiorum" a Lainio a. 1559 ad Canisium missa statuitur: „Il minore Collegio sarra di 20 persone" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 61[a]; cf. *Institutum* S. J. II, 214—215).

[1] De „regimine" illo, quod Austriae superiori praeerat, vide *Can.* Epp. I, 468[2]. Partem litterarum Ferdinandi caesaris vide infra, monum. 195.

[2] Christophorus Klöckler (Klekler) tunc cancellarius tirolensis erat (*Agricola* l. c. Dec. 4, n. 376. *Hirn* l. c. I, 47. 240 etc.).

[3] Ex Ferdinandi I. litteris 20. Octobris 1560 ad Canisium datis intellegitur aedibus hisce nomen „domus herbarum" („Kreytterhauss") fuisse. Cf. etiam infra, monum. 195.

[4] Oenipons ad dioecesim brixinensem (Brixen) pertinet.

mette di fabricarne vna nel Cimeterio de la chiesa parochiale in propinquo nel sito di vna vecchia capella, laquale è troppo piccola et anche ruinosa[1]. Jl secondo impedimento et difficulta è questo, che in vno membro principale di sopradetta casa cè il granario del Principe, la Prigione et tortura del detto Regimine in vna torre grande et forte, et benchè tutti giudichino chè tutto quel luogo sia necessario al Collegio tutta via la cosa quanto a questo punto restà come indeterminata in sin a tanto che la Maiesta .S. per le loro littere di cio specialmente auisata, li habbia risposto qualmente si debbia qui negotiare, Cè era anchora vna difficulta per rispetto della scuola publica della cita[2] laquale si ha di leuare et abdir per questa noua nostra. perchè quella fornisce alla chiesa parochiale di scolari cantori liquali ogni di cantano alla messa et alle vespere, vanno in processione le dominiche con li pretti della parochia, Jl mezzo per tratenere questi cantori in officio pare che ha di essere che il maestro di canto (il quale è anche medesimo de la scuola publica) insegni la musica ad alchunj Corantj scolari poueri liquali sogliono cantare in choro con esso, sentendo pur' le lettioni nel collegio nostro quando non saranno occupati nel cantare. Ma perché questa scuola sta sotto l'administratione et prouisione della Citá, adesso trattano domini de Regimine col' Senato aenipontano di questa cosa. la cui conclusione poteremo aggiungere hauendola noi intesa.

Del Collegio Viennense non puosso dire altro senon ché sta in molto buoni terminj augumentandosi ogni di numero personarum et

---

incommodo ut occurrant, se in ecclesiae parochialis coemeterio sacellum exstructuros esse promittunt idque loco propinquo, ubi sacellum vetustum et nimis angustum atque etiam ruinosum situm est[1]. Impedimentum et difficultas altera haec est, quod in praecipua aliqua aedium illarum parte principis granarium ac regiminis illius carceres et carnificina in turri magna fortique sunt; quem locum omnem licet cuncti collegio necessarium esse ducant, tamen hac in parte res fere incerta manet, donec maiestas sua ipsorum litteris de his rebus planius edocta, quomodo de iis tractandum sit, iis rescripserit. Alia etiam difficultas ex civitatis schola publica[2] orta erat, quae propter novam hanc scholam nostram auferetur et abolebitur; illa enim e discipulorum suorum numero ecclesiae parochiali cantores suppeditat, qui cotidie inter sacrum et inter vesperas cantant ac diebus dominicis cum sacerdotibus parochiae in sacra pompa incedunt. Cantores illi in officio retinendi esse videntur hac ratione, quod magister cantus (qui idem etiam scholae publicae magister est) scholasticos aliquot pauperes canentium choro ascriptos arte musica instruat, qui et cum ipso in choro canere soleant et, cum canendo non occupantur, collegii nostri scholas adeant. Cum vero schola illa a civitate administretur et sustentetur, nunc domini de regimine cum senatu oenipontano hanc rem tractant. De qua quid constituerint, ubi cognoverimus, his litteris ascribemus.

De vindobonensi collegio aliud dicere non possum, quam eius res valde bono loco esse idemque in dies hominibus atque etiam merito sive fructu pietatis augeri,

---

[1] Sacellum sanctorum „quatuordecim Auxiliatorum" Lanoius dicere videtur; cf. *Bucholtz* l. c. VIII, 364.

[2] Haec schola latina erat (*Hirn* l. c. I, 231[1]).

anchè merito ouer profitto spirituali comè jo credo. pero essendo li nostri piu de .50. et li Stipendiati o Collegiali[1] .25. et li Commensali[2] non so quanti quasi sub eodem tecto et in loco satis angusto .V. P. puo facilmente intendere il modo di procedere essere alquanto confuso. come anchè a noj e parso. vedendo quella frequente et senza grande ordine, mescolanza. breue videtur pallium quod vix duos nedum tres operire potest[3]. Si spera tamen, che saltem vna di queste familie si potrà transferire in certe case vicine al Collegio nouo chè fa preparare l' imperatore per vn certo numero de stipendiati nobili, Jl guuerno di tutti haueria forsi meigliore et piu fruttuoso progresso, se il Rettore[4] non facesse tanto spesse peregrinationi o in bohemia o hungaria, Item si lui essendo in suo Collegio descendesse piu spesso, imo di costume al guuerno particulare de tante et tanto diuerse pecorelle lasciando li pertinaci studij o alte considerationi a cui tocca ex professione. Jl P. Ministro Carlo[5] è di bonissima mente et di grandi trauagli sed indiget continuo motore ac directore essendo lui di pocco discorso et obliuioso per quasi solo gubernare tanta gente. Studium intensius et intempestiuum et amor solitudinis reddunt hominem facile morosum iracundum melancolicum et sic familiari congressui aliorum minus commodum, forse si giudica quod familiaritas cum subditis facile pariat contemptum et quidem e contrario abstractio conciliet authoritatem ad bene regendum necessariam,

---

ut mihi quidem videtur. Attamen cum illic nostri plus quam 50 et, quos stipendiatos vocant[1], vel collegiales 25 ac commensales[2] nescio quot quasi sub eodem tecto et loco satis angusto degant, P. V. facile intelliget res illic geri modo nonnihil confuso; id quod nobis quoque visum est, frequentem illam nec valde digestam hominum farraginem cernentibus. Breve videtur pallium, quod vix duos nedum tres operire potest[3]. Sperant tamen saltem unam ex iis familiis in domus quasdam transferri posse collegio novo vicinas, quod imperator certo numero nobilium stipendiis annuis alendorum parandum curat. Qui omnes fortasse melius et maiore cum utilitate regerentur, si rector[4] minus saepe vel in Bohemiam vel in Hungariam peregrinaretur, ac si ipse in collegio suo manens saepius, immo ex consuetudine ad tot tamque diversas oviculas singulatim regendas descenderet, litterarum studiis pertinacibus et considerationibus sublimibus iis, quorum proprium id munus est, relictis. Pater minister Carolus[5] optimae est mentis et magnae diligentiae, sed cum et parum affabilis et obliviosus sit, continuo motore et directore indiget, ut tot homines fere solus regere possit. Studium litterarum intensius et intempestivum et amor solitudinis reddunt hominem facile morosum, iracundum, melancholicum et sic familiari congressui aliorum minus commodum; fortasse opinatur familiaritatem cum subditis facile contemptum parere, e contrario autem segregatione conciliari auctoritatem ad bene regendum necessariam.

---

[1] Hi pauperum contubernium sive „collegium novum" constituebant; cf. supra p. 304[9], et *Socher* l. c. p. 69.
[2] Convictores nobiles? Cf. supra p. 641. [3] Is. 28, 20.
[4] P. Ioannes de Victoria. [5] Grim.

2° Li commensali mi sono parsi troppo liberi et quasi disoluti. Vna causa puo essere. che Thomaso sclauone il loro maestro et gubernatore e troppo remesso et pocco jdoneo a quella presidentia [1]. La seconda che loro sono quasi tutti grandi et manco capaci di osseruar la disciplina. La .3ª la libera conuersatione con li detti Collegiali et[a] con li nostri,

3° pare che nel catalogo delle lettioni ordinarie del Collegio m a g n i f i c a m o troppo l e n o s t r e f i m b r i e [2]. numerando dieci classi, nelle quali si legga Hebreo greco Mathematica et dialectica, laqual cosa incorre duoi inconuenienti. Prima chè alli emuli della vniuersita si da occasione di pensar et dire male del Collegio Caesareo come se li nostri per vna santa ambitione volessero tirar a se li auditori delle lettione publiche et vsurpare quel che non li conuiene. 2° chè non hanno tutte queste lettione buon successo, et questo e vero quanto a la hebrea per che essendo noi in vienna legeua Maestro Guilielmo bauaro [3] ordinarie a vn auditore, 3° si puo aggiungere per inconueniente che la troppa moltitudine delle lettioni graua li lettori et li auditorj,

Quanto a quello di Praga jl progresso mi e parso buono secondo

---

2° Commensales nimis liberi et prope dissoluti esse mihi visi sunt. Cuius rei una causa haec fuerit, quod Thomas Slavus ipsorum magister et moderator nimis remissus neque ad hanc praefecturam valde idoneus est [1]. Secunda ratio haec est, quod ipsi fere omnes grandiusculi ac disciplinae observandae minus capaces sunt. Tertia est, quod cum collegialibus illis et cum nostris libere conversantur.

3° In catalogo scholarum in collegio ex instituto habendarum f i m b r i a s nimis m a g n i f i c a r e [2] videmur, decem recensentes scholas, in quibus linguae hebraica et graeca atque mathemica et dialectica tradantur; ex qua re duo incommoda oriuntur. Prius hoc est, quod aemulis, qui in universitate sunt, ansa praebetur de collegio caesareo mala et cogitandi et dicendi, ac si nostri pia quadam ambitione publicarum scholarum auditores ad se allicere et, quae ipsorum non sunt, sibi sumere vellent. Alterum incommodum in hoc est, quod non omnes illae scholae prospere succedunt; id quod vere affirmatur de schola hebraica, in qua, cum nos Vindobonae essemus, magister Guilielmus Bavarus [3] unum auditorem instituere solebat; 3° hoc praeterea incommodum vocari potest, quod nimio scholarum numero et magistri et auditores gravantur.

Collegium pragense pro condicione hominum, ex quibus fructus in domino

---

[a] et et *Lan.*

---

[1] „Thomas Sdelaritius [alii: Zdelaricus, Zdelaritius, Szdellaritius] Sclauus" in collegii vindobonensis *catalogo sub. med. a. 1559 a P. *Car. Grim* conscripto et Romam misso 24 annos natus, a. 1555 Societatem ingressus, rhetorices studiosus, „coadiutor [minister] apud conuictores nostri collegii" esse traditur (Cod. „Austr. Fund. III" f. 160ᵇ). Alii eum a. 1554 Societati nomen dedisse scribunt (*Cod. „Annal. Vienn." f. 3). Inter Savum et Dravum fluvios in dioecesi zagrabiensi natus (*Socher* l. c. p. 48), etiam „Thomas Illyricus" vocatur. Qui rebus per Austriam, Hungariam, Poloniam praeclare gestis, magna cum virtutis et doctrinae laude a. 1572 Vilnae obiit (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 8, n. 200. *Rostowski* l. c. p. 46).

[2] Matth. 23, 5. [3] De hoc vide supra p. 526.

la materia per far frutto in domino. Mancano operarij che possino aiutare il populo il quale è tanto disposto a riceuere la dottrina euangelica et catholica, La gente è molto semplice, cortese, et molto piu humana et amoreuole a forestieri che non è la germanica, Non è vagabonda ni va quasi fuora del suo regno affricando sibi vitia aliarum nationum. Guarda generalmente le ceremonie della chiesa, degiuna et fa abstinentia da carne, et etiamdio senza esser constretta per alchuno precetto della santa echesia, ma solamente per anticha et lodabile consuetudine di suoi magiorj. Volesse il Signore che la Compagnia hauesse molti Bohemj per ridure al grembo della catholica chiesa quelli che per l' ingano di .Huss. caminano nella strada infernale. anchora che si dica comunemente che quelli sono obstinatissimi nel suo errore nientedimanco per la dottrina sana et buoni costumj et essempi delli predicatorj facilmente si lasciarebbono persuadere et ridure a la strada dritta, Desidera per ogni modo l' imperatore de restituire la sedia Archiepiscopale in Praga laqual cosa si legitimamente si facesse, saria grandissima consolatione alli Catholici et manifesto principio per ridure alla obedientia della sedia apostolica tutto quel regno desolato.

Cè resta vn punto secondo le premisse del qual potro forse vn altra uolta scriuere se Jddio lo mi inspirarà et etiam commandarà la .S. obedientia altra uolta [1]. Quanto a quello punto della scuola. jl senato della Cita [2] si contenta, come di sopra lasciando due case sue al Collegio nostro. l' una è di certi Capellanj de la parochia et

collegendus est, prospere succedere ac progredi mihi visum est. Desunt operarii, qui populum illum ad doctrinam evangelicam et catholicam recipiendam paratissimum adiuvare possint. Homines illi valde simplices, urbani, erga externos longe humaniores et benigniores sunt quam Germani. Non vagantur, nec fere ex regno exeunt affricando sibi vitia aliarum nationum. Ecclesiae caerimonias generatim observant; ieiunant carnibusque abstinent, idque etiam nulla sanctae ecclesiae lege obstricti, sed solam veterem et laudabilem maiorum consuetudinem sequentes. Utinam Societas multos haberet Bohemos, qui eos, qui a Husio decepti per viam ad tartarum ducentem ambulant, in ecclesiae catholicae gremium reducerent! Licet enim illi in errore obstinatissimi esse communiter dicantur, tamen contionatorum doctrina sana et moribus exemplisque bonis facile erroris convicti in viam rectam reducerentur. Imperator sedem archiepiscopalem omnino desiderat Pragae restituere; id quod, si legitime effectum erit, et Catholicos summo solacio afficiet et totius illius regni desolati in sedis apostolicae obsequium reducendi manifestum erit principium.

Ex capitibus, de quibus me dicturum scripsi, unum superest; de quo fortasse alias scribam, si id Deus mihi inspiraverit atque etiam sancta oboedientia iterum praeceperit [1]. Quod ad scholam illam attinet, urbis [2] senatus ea, de quibus supra scripsi, admittit bonique consulit, duas domus suas, quarum una in usum capellanorum quorundam parochiae, altera in ludimagistri usum destinata erat, collegio

[1] Ex huius epistulae initio intellegitur superfuisse, ut Lanoius, qua agendi ratione Canisius uteretur, scriberet. Quae quidem ratio Lanoio nonnihil displicuisse videtur. [2] Urbis oenipontanae.

l' altra del Maestro della scuola, però chè se li siano date altroue altre habitationj come se fara, Jl numero delli nostri sara .20. et .5. o sei seruitori. Questi Scignori de Regimine sono buoni Catholici, dotti et prudenti et ci mostrano gran fauore in tutte le cose nostre. massime per che li siamo per la lettera del l' imperatore specialmente recommandati [1]. Vnde hauendo noi pigliato albergo publico ci hanno cauato di la quasi per forza et date stanzie nel palazo delle Regine [2] et tutte le cose necessarie,

Si è adesso parlato del viatico, delle cose necessarie per quelli chè verranno a questo Collegio, il quale tamen non sarà in ordine seno per l' autunno del anno seguente. si l' imperatore non recommandarà caldamente l' opera a questi Signori et ingigneri suoi. Arriuammo Sabbato [3] in questa Cità, domane col' fauore di nostro Signor tornaremo a casa [4], et ci hanno prouisti d' una barca propria con laquale descenderemo piacendo a Iddio a .7. leughe de Monachio [5], Altro non mi occorre seno ricommandarmi pouerello alla R. P. V., a sue orationi, et delli P. et fratelli nostri Romani, de Jnspruch .19 di Junio 1560.

Di V. R. P. seruo in domino et filiolo inutile

Nicolaus Lanoyus.

---

nostro cedens, ea tamen condicione, ut illis alibi aliae sedes tribuantur; qua condicione stabimus. Nostri in collegio illo 20, famuli quinque vel sex erunt. Domini hi, qui sunt de regimine, bene catholici, docti, prudentes sunt et omnibus rebus nostris magnopere favent idque eo maxime, quod per litteras illas imperatoris singulariter ipsis commendati sumus [1]. Quare nobis, cum in tabernam publicam devertissemus, prope vi ex ea extractis conclavia in reginarum palatio [2] et, quicquid nobis necessarium erat, dederunt.

Modo de viatico ac de rebus egimus, quae Sociis in hoc collegium venturis necessariae erunt; quod tamen ante autumnum anni sequentis paratum compositumque non erit, nisi imperator hisce dominis architectisque suis rem vehementer commendaverit. Sabbato [3] in hanc urbem advecti, cras, domino nostro iuvante, domum revertemur [4]; propriam nobis providerunt naviculam, qua Deo propitio usque ad locum, qui septimo milliario abest Monachio, descendemus [5]. Aliud, quod scribam, non habeo, nisi ut pauperculum me R. P. V. et romanorum patrum fratrumque nostrorum precibus commendem. Oeniponte 19. Iunii 1560.

R. P. V. servus in domino et filius inutilis

Nicolaus Lanoyus.

---

[1] Oeniponte sub id tempus „domini regentes" 8—12, partim ex nobilitate tirolensi, partim ex plebe atque hi docti et fere in academiis eruditi erant (*Hirn* l. c. I, 463).

[2] Oeniponte inde ab a. 1547 „reginae" Magdalena, Eleonora [?], Margarita, Barbara, Helena, Ioanna, Ferdinandi I. caesaris filiae virgines, degebant (*Bucholtz* l. c. VIII, 728—739. *Hirn* l. c. II, 460. *Ludw. Rapp*, Königin Magdalena von Oesterreich [Innsbruck 1858] p. 18).

[3] 15. Iunii.

[4] Attamen 21. Iunii Oeniponte discessisse videntur; vide infra, monum. 198.

[5] Per Oenum (Inn) vecti sunt.

Jhs

Al molto Riuerendo in Christo Padre Jl P. Maestro Jacomo Laynez Preposito generale de la Compagnia di Jesu in Roma.

Nota: Hanc epistulam, quae aliqua saltem ratione Canisii nomine ad Lainium data est, hic ponendam esse censebam eo vel maxime, quod Canisii epistula Oeniponte 20. Iunii 1560 Lainio missa (v. infra, p. 672) perisse videretur. Lainius ad utramque epistulam 6. Iulii 1560 per Polancum respondit.

Ihs

Admodum reverendo in Christo patri, patri magistro Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu, Romae.

442.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 1. Iulii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis (2°; 2 pp.), Romae scripto (archetypum fortasse cardinali Morono traditum est; cf. infra p. 692). Cod. „G. Ep. I" f. 150.

Alterum apographum eiusdem temporis exstat in cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 3ª—4ᵇ. Quod a Canisio ipso Sociis coloniensibus missum esse ex eiusdem litteris 6. Augusti 1560 ad Kesselium datis coniectari potest.

Epistulae mentionem fecit *Hansen* l. c. p. 348[3]. Eadem usi sunt *Sacchinus,* Can. p. 174, et *Gothein,* Ignatius p. 762.

Protestantes Hosio et Staphylo male dicunt et concilium metuunt. Staphylus Ingolstadium accitus. Melanchthon aliique protestantium coryphaei mortui. Vergerius in Poloniam profectus. Picardi e Bohemia profligati. Ferdinandi archiducis nuptiae. Eucharistiae cultus Augustae auctus.

†

Pax Christi etc.

Quod ad statum religionis in hac Germania nostra spectat, proximis quidem mensibus duobus uix noui quicquam accidisse uidetur. Nisi hoc forte nouum est haereticis, quod Ecclesiae causam hostiliter oppugnant, et eius propugnatoribus clam palam obtrectant. Jtaque furiose nunc insectantur nouum Pontificis Max: Legatum, qui apud Caesarem agit Viennae D. Episcopum Varmiensem, cui authoritatem adimere praesertim apud uulgum[a] conantur, quem in odium etiam ac inuidiam summam adducere miris artibus contendunt[1]. Sed habet

---

[a] *Sic. Accusativum hunc apud ipsos veteres haud ita rarum esse ostendit Friedr. Neue, Formenlehre der Lateinischen Sprache I (2. Aufl., Berlin 1877), 653.*

---

[1] Ex litteris ab Ottone cardinali Truchsessio Roma 8. Iunii 1560 ad Hosium datis (*Pogiani* Epistolae II, 68—70. *A. Weber,* Literae a Truchsesso ad Hosium

ille unus tantum iudicij, doctrinae et eloquentiae, ut conflati in unum sectarij confutari ab eo facile posse uideantur. Aprili mense[1] Lutheri Theseus[2] et sectariorum in Germania coryphaeus Philippus Melanthon e uiuis excessit, astuta certe uulpecula[3], quae non minus falsa modestia sua, quam uera Lutherus rabie perinde ac fera pessima[4] uineam dominicam est demolitus[5] [*sic*]. Js ipse Wittenbergae simul docendj scribendi et uiuendi finem fecit, et qui hoc cum infoelici magistro habet commune, quod in posterioribus scriptis impium animi sui uirus copiose profudit, quemadmodum in Vormatiensi quoque colloquio ante triennium fecerat. Et nescio certe, quo Dei iudicio fiat, ut breui admodum tot Ecclesiae pestibus liberemur, Philippo, Sneppio, Sarcerio, Lasco[6], qui ne ociose uiuerent (quamquam ociose uiuere, quam impie docere praestabat,) non solum nobis catholicis aduersa, sed etiam inter se diuersa prorsus adeoque pugnantia, ueluti Babylonicae turris aedificatores[7], defendere uoluerunt. Mortuum uero Philippum male uiuj discipuli non uulgari luctu prosequutj feruntur. Jtaque regnabit propemodum citra aemulum Jlliricus in Saxonia, et Tubingae Brentius[8], Vergerius autem in Poloniam profectus, mirum quam acerbo catholicj nominis odio ardeat, quantaque ui studeat impietatis uenena cum summa animarum iactura propagare. Gloriatur autem quod Episcopus aliquando et Legatus Apostolicus nunc sit Christi exul effectus, et uere exul a regno Dei. Haeretici nihil hoc

---

datae [Ratisbonae 1892] p. 22—25) coniectari potest, a Canisio maxime significari libellum „De reverendo D. Stanislao Hosio, Varmiensi Episcopo, Apostolico nuncio per Germaniam destinato", quem Petrus Paulus ille Vergerius (cf. supra p. 235[6]) sub nomine „Hilarii" mense Martio a. 1560 Regiomonte ediderat, Andreae Tricesio, equiti polono, dedicatum (*E. Weller* in „Serapeum" XIX [Leipzig 1858], 91—92). Exstat etiam editio huius libelli, cui annus ascriptus non est (*Fried. Hubert*, Vergerios publizistische Thätigkeit [Göttingen 1893] p. 312). In quo libello *Vergerius* Canisii quoque mentionem facit, scribens: „Mittitur in Germaniam Hosius, vt praetendat nescio quam celebrationem Concilij, et decipere veluti alter Sinon facilius queat, Concilij ergo nomen futurum nunc est in ore Hosiano, speciosa veluti vestis, quae exulceratissimi et foedissimi corporis nuditatem contegat. Sed interim, dum sub nomine Concilij adornandi versabitur apud nos, accersitis ad se Canisijs, Staphilis, Auijs, atque Asotis aget anxie de perdenda nostra doctrina, non iam Sophismatibus, sed ferro atque igne, eritque flabellum, aut instigator crudelissimorum per totam Germaniam, aut fortassis per Europam bellorum, quin explorator etiam sui Papae, dum postea erumpat rabies atque venenum" (f. B 2[b]—B 3[a] editionis prius memoratae). [1] Die 19. Aprilis.

[2] Ab Atheniensibus Theseus reipublicae suae conditor et constitutor existimabatur; in quam sententiam ipsum eius nomen (*τίθημι*) interpretabantur.

[3] Cant. 2, 15. [4] Gen. 37, 33. [5] Cant. 2, 15.

[6] De Erhardo Schnepff († 1. Novembris 1558) et Erasmo Sarcerio († 28. Novembris 1559) v. supra p. 84[1]. 127[1]. Joannes de Lasco (Łaski) polonus, qui ex praeposito metropolitanae ecclesiae gnesnensis et archidiacono cracoviensi protestantium in Polonia minore degentium caput se fecerat, 13. Ianuarii 1560 e vita excesserat (*J. Fr. Bertram*, Historia critica Johannis a Lasco [Aurich 1733] p. 19).

[7] Cf. Gen. 11, 1—9. [8] De his vide supra p. 202[5]. 627[1].

tempore metuunt magis, ut ipsorum scripta indicant, atque Concilium Generale; quod non solum a Catholicis exoptarj, sed etiam a Pontifice maximo haud obscure promitti sentiunt. Jtaque huius institutj repudiandi causas quaerunt, quemadmodum causae malae Patroni ac defensores facere consueuerunt, praesertim si apud cordatum iudicem experiunda lis est. Authores qui nunc apud haereticos audiunt pessime, duo sunt, D: Stanislaus Varmiensis Episcopus, cuius quidem scripta, dicj non potest, quam sint Catholicis grata et commoda, tum Fridericus Staphilus, Philippo antea bene familiaris, sed qui lutheranae theologiae dolos agnitos probe detexit, seque illis opponit diligenter. Vnde Bauariae Princeps illum alit Jngolstadij [1]. Ferdinandus Austriae Archidux, huius Caesaris filius, inter Maximilianum regem, et Principem Carolum medius, asserendae fidei zelum inprimis declarat. Cum in Bohemia loco Patris imperet, nuper Valdenses siue Picardos non paucos comprehendj iussit, eosque obstinatos prorsus in sua perfidia homines profligari curauit [2]. Existimant quidam ad hunc Poloniae regnum posse transferrj, si cum Regis sorore ineat coniugium, idque futurum audimus [3]. Augustae maior quam antea decretus et exhibitus est honos Sanctissimo Sacramento, cum iuxta Ecclesiae morem Christi corpus palam defertur [4]. Desunt ubique in messe ampla necessarij operarij, quos Dominus messis clementer extrudat [5]. Augustae Calendis Julij. 1560.

Licet Canisii nomen his litteris — vel potius earum apographis, quae supersunt — subscriptum non sit, conferenti tamen ipsas et maxime earum exordium cum epistula, qua praepositi provinciales et rectores statis temporibus, quid protestantes agant, Romam perscribere iubentur (v. supra p. 599—600), atque etiam cum Canisii litteris 3. Maii 1560 ad Lainium datis (v. supra p. 627—631) dubium esse non potest, quin Canisius eas aut ipse scripserit aut P. Guilielmo Elderen, Socio suo augustano, dictaverit. Accedit quod *Polancus* Roma 13. Iulii 1560 Canisio scribit: „Jl Raguaglio che la R. V. mando delli Heretici è parso molto bene doue si è mostratto.“ Canisium ex itinere initio Maii suscepto ante diem 2. Iulii Augustam redisse ex eo patet, quod 2. Iulii 1560 Augustae in summo templo contionem habuit (v. infra, monum. 169. 170).

Has litteras a Lainio Ioanni cardinali Morono traditas, ab hoc Pio IV. ostensas esse *Polancus* epistula 3. Augusti 1560 data ad Canisium rettulit.

---

[1] Fridericus Staphylus (de quo vide *Can.* Epp. I, 557[1]), qui anno 1559 libri sui „Theologiae M. Lutheri trimembris epitome“ (cf. supra p. 275[8]) „Defensionem“ Dilingae in lucem emiserat, anno 1560 (Canisio auctore, si *Carolo Prantl* [l. c. I, 284] credimus) ab Alberto V. in academiam ingolstadiensem, ut arbitratu suo „vel historias, vel bonas literas, vel res Theologicas“ doceret, accitus et eodem anno (exeunte, ut videtur) eiusdem academiae „superintendens“ constitutus est (*Mederer* l. c. I, 262).

[2] De Picardis sive Picarditis vide *Can.* Epp. I, 498[2]. *Schmidl* asserit Ferdinandum 25. Aprilis 1560 „spectante universo Pragensi populo, Piccardos obstinatos, in media Urbe capi, et ad triremes . . . duci iussisse“ (l. c. I, 139).

[3] Canisius Annam, Sigismundi Augusti regis sororem, significat (*Hirn* l. c. II, 314), ignorans Ferdinandum iam a. 1557 Philippinam Welser clam uxorem duxisse.

[4] Festum „Corporis Christi“, quo id fieri solet, eo anno die 13. Iunii actum erat.

[5] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

443.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 6. Iulii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Agusta Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 181.

Monasterii dobralucensis reditum pauperibus Pragae litteris operam dantibus attribui pontifici probatur, bona ecclesiastica libenter Societati assignanti. Cardinalis Augustanus, ut Societas collegium suscipiat dilinganum, instat.

De rebus a Canisio 20. et a Lanoio 19. Junii Oeniponte Romam perscriptis consultandi tempus nondum suppetisse. Fore, ut Canisius de aliis Societatis rebus per „litteras communes" edoceatur.

Si è demandato a sua Santità che confermi uiue uocis oraculo quella aplicatione delli .450. Talari, di quel Monesterio nella Lusatia, per li poueri scholari di Praga, et si è contentato che li cogodano, como li fu demandato, cio è insino a tanto che non si fa altra prouissione delli Fratri o pretti che ricerca quel luogo [1]. Et quando si

---

De rebus [etc., ut supra].

Cum a sanctitate sua petissemus, ut vivae vocis oraculo probaret ex monasterio illo lusatico 450 illos taleros pauperibus scholasticis pragensibus attribui, sibi placere significavit pecuniae illius ea ratione, quam proposuissemus, eos participes fieri; petieramus autem, ut participes fierent, donec loco illi vel monachis vel sacerdotibus, quibus indiget, alio aliquo modo provisum esset [1]. Atque etiamsi perpetua attributio

---

[1] Ferdinandus I. in litteris fundationis collegii pragensis Praga 15. Martii 1562 datis se Sociis pragensibus „interueniente Authoritate Apostolica" praeter alia ex monasterio „Dobbrlug luzatiano 450 florenos" annuos dare affirmat (Ex *litteris archetypis, quae Vindobonae sunt in archivo aulae caesareae, Böhm. Kast. 250. 44. Nr. 1755; editae a *Bucholtz* l. c. IX, 668—672). Abbatia cisterciensis Dobraluca sive Dobrilugum (Dobrilugk, nunc oppidum borussicum, provinciae brandenburgensis et circuli luckaviensis), exeunte saeculo XII. fundata, ad Lusatiam inferiorem et dioecesim misnensem pertinebat (*Leop. Janauschek* O. Cist., Originum Cisterciensium T. I [Vindobonae 1887], 153). Monasterii huius, sub a. 1540, cum monachis destitutum esset, camerae bohemicae adiuncti reditum Ferdinandus I. episcopo misnensi, ut ex eo sacerdotes, qui religionem eo loco sustinerent, aleret, singulis annis mittebat, donec, episcopo illo se homines ad id idoneos invenire posse negante, Henricus Scribonius, archidioecesis pragensis administrator, Ferdinando archiduci et regni bohemici administratori proposuit, ut ea pecunia pragensi illi „domui pauperum" litteris studentium daretur, ex qua non solum Bohemia, sed etiam Lusatia sacerdotes acciperent (*Wencesl. Czerwenka*, Notitia Collegii Convictorum Societ. Jesu Pragae ad S. Bartholomaeum [Pragae 1674] p. 20—22. *Schmidl* l. c. I, 130—131). Gregorius XIII. litteris apostolicis Roma 1. Iulii 1583 datis eam assignationem confirmavit (*Synopsis* etc. I, 128).

demandassi cosa perpetua anche tengo certo, si potria ottenere con facilita, et il medessimo dico della unione ò aplicatio delli beni Ecclesiastici per nostri collegij, alli qualli si mostra molto inclinato sua Santità. Di modo che non inporta troppo che 'l Reuerendissimo Warmiense sia in questa parte scrupulosso, che quando il Jmperator dilla sera contento, anche di qua teniamo certo lo sera il Papa. non solamente per nuttrir nostri scholari in Germania, et altri paessi settentrionali, ma etiam per aleuarli in Roma da poterli poi mandare nella Alemagna.

Jl Cardinal di Augusta sta molto caldo in dar alli nostri il suo collegio di Telinga. Lasciando solamente 12. scholari in Santo Gieronimo à spesse sue et che tutto il resto sia per la Compagnia [1] et si accettara, per quanto si uede insin adesso quello assuntto benche delle conditioni si habbia di trattare piu adaggio, et insino al Anno che uiene non penso si hauera a cominciare, et sera la R. V. auisato del tutto alla giornata, degnesi Jddio N. S. mandar operarij che molto grande messe per tutte bande si scopre. et la cosa de Jspruch non per questo si hauera a lasciare. Nostro Padre et tutti ci reccomandiamo molto nelle oratione et sacrificij della R. V. et de gl' altri nostri fratelli che apresso di lei si trouano. Di Roma li .6. di Luglio 1560.

Di quella confirmatione dil Papa auisara la R. V. il Rettor di Praga.

---

petatur, eam facile impetrari posse persuasum mihi est; idem de bonis ecclesiasticis dico collegiis nostris adiungendis vel attribuendis, in quae sanctitas sua voluntatem valde propensam exhibet. Quare parvi momenti est reverendissimum Varmiensem ista in re scrupulo angi; quam attributionem si istic imperator probaverit, pontificem quoque hic probaturum esse certum nobis est, neque id ita tantum, ut scholastici nostri bonis illis in Germania aliisque terris septentrionalibus alantur, sed etiam ut Romae educentur, postea in Germaniam mittendi.

Cardinalis Augustanus collegium suum dilinganum nostris dare vehementer cupit, idque ita, ut in posterum 12 tantum scholasticos in domo S. Hieronymi suis impensis alat, ceteris rebus omnibus Societati traditis [1]. Quam curam, quantum quidem nunc rem intellegimus, in nos suscipiemus; quamquam de condicionibus lentius tractandum est neque ante annum proximum initium faciendum fore puto; ad R. V. omnia suo tempore perscribentur. Deus et dominus noster operarios in amplissimam messem, quae ubique comparet, mittere dignetur. Neque propterea oenipontana ista res omittenda erit. Pater noster et nos omnes R. V. et ceterorum fratrum nostrorum cum R. V. degentium precibus et sacrificiis magnopere nos commendamus. Roma 6. Iulii 1560.

De attributione illa a summo pontifice confirmata R. V. rectorem pragensem certiorem reddat.

---

[1] Collegium „S. Hieronymi" dilingense a. 1549 ab Ottone incohatum, paulo post a Iulio III. et Carolo V. reditibus et academiarum privilegiis donatum erat.

444.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 13. Iulii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 182—184.

Particulam, germanice versam, *editor* posuit in „Entstehung . . . der Katechismen" etc. p. 122.

Socii quidam alio mittendi etc. Societas cura Oibini liberanda. Murmurationes quaedam a Sociis non curandae. Amicus quidam. Fratrum scholasticorum studia theologica. Collegia ingolstadiense, monacense, metense, augustanum, oenipontanum, treverense, moguntinum. Fundatores non solum operarios, sed etiam scholasticos sustentare debent. Regulae officiorum. Cardinalis Lotharingiae. Ursula Fuggera. Canisii catechismus ab ipso Lainio recognoscetur.

Ad Canisii epistulas 20. et 26. Junii[1] *datas rescribit.*

Probatur Lainio, quod Canisius Florianum[2] *et duos coquos alio misit et Andream Italum ac Georgium Bohemum*[3] *ex Societate cum bona gratia dimittere vult.*

Socii vindobonenses typographiae cura non sunt gravandi. P. Victoria in collegio illo manere debet.

Pragae doctoris Henrici[4] *et magistri Balthasaris*[5] *infirma valetudo sublevanda est.* Sarebbe da desiderare che maestro Hurtado[6] stessi in luogo doue potessi far piu frutto, et anche che si lasciassi quello asumpto de Oybin[a] de tanta fatica et tanto poca utilita.

De alegerire il Rettor de Praga[7] de parte del pesso ha fatto bene la R. V.

Quelli che mormurano che la compagnia nostra pigli beni Eccle-

---

Ad Canisii epistulas 20. et 26. Iunii[1] *datas rescribit.*

Probatur [etc., ut supra].

Socii [etc., ut supra].

Pragae [etc., ut supra]. Optandum est, ut magister Hurtadus[6] eo loco sit, quo maiorem utilitatem afferre possit, atque etiam ut cura illa monasterii oibinensis, quae tanti laboris et tam parvae utilitatis est, a nostris relinquatur.

Recte egit R. V. pragensi rectore[7] parte oneris levato.

Qui murmurant, quod Societas nostra ecclesiastica bona sumat, fortasse sibi

---

[a] Oybim *apogr.*

---

[1] Hae epistulae superesse non videntur. [2] Cf. supra p. 532. 638.

[3] Hi qui fuerint, nescio. [4] Blissemii.

[5] Sammarayr (Samereyer); de quo vide supra p. 561[1].

[6] P. Hurtadus Perez.

[7] P. Paulus Hoffaeus id officium administrabat.

siastici forsa li uorriano per se, altrimente si uede quanto meglio spessi siano in aleuar operarij per laborar nella Vigna germanica, che in usi profani etc. et è da curarsene poco de talli murmurationi.

Jl Raguaglio che la R. V. mando delli Heretici è parso molto bene doue si è mostratto [1].

Quel amico de Monachio conuiene aiutarlo con le orationi, et con far che lui stesso dia qualche tempo alla recollectione et essercitio interno. ueda anche la R. V. se il scriuirli alle uolte li potessi giouare òuero qualche mutatione di luogo.

La mutatione delli phisici [2] di Vienna in Jngolstadio per sentir la Theologia si potra considerar quando si auicini piu il tempo, è ben conforme al disegno che gia si faceua che la Theologia si trattassi piu diligentemente in Jngolstadio.

Spes est, mense Septembri novos operarios, qui collegium monacense compleant, Roma mitti posse. Attamen et Bavariae dux, et alii fundatores potius complures scholasticos sustentare, quam adeo multos operarios petere debent; hi enim fere ex scholasticis fingendi sunt. per che in el collegio doue sonno 3. ò 4. sacerdoti et fra loro chi predica, et 4 ò .5. mastri, bisognaria fossino almeno altri tanti scholari senza li coadiutori [3] che doueriano essere .4. ò .5. in modo che in tutti arriuassino a .20.

Se maestro Dominico [4] giudica stara meglio in uno delli collegij

---

ea sumere vellent; ceterum quanto melius eadem in educandos operarios in vinea germanica laboraturos quam in profanos usus etc. impendantur, perspicuum est; haud multum curandae sunt huiusmodi murmurationes.

Relatio de haereticis scripta, quam R. V. nobis misit, iis, quibus eam ostendimus, valde placuit [1].

Amicum illum monacensem sacris precationibus adiuvari convenit, atque efficiendo, ut ipse per aliquod tempus animum colligat atque exerceat. Videat etiam R. V., num forte litteris, quas interdum ad eum det, iuvari, vel loci mutatio aliqua ei prodesse possit.

Num physici [2] Vindobona Ingolstadium ad theologiam audiendam mittendi sint, expendi poterit, cum mittendi tempus magis appropinquaverit; certe hoc cum consilio, quod iam captum est, congruit, theologiae Ingolstadii diligentius colendae.

Spes est, mense Septembri [etc., ut supra]. Si quo enim in collegio 3 vel 4 sacerdotes, et inter hos contionator, ac 4 vel 5 magistri sunt, saltem totidem scholasticos in eodem esse convenit, praeter coadiutores [3], quos 4 vel 5 esse convenit, ita ut numerus universus ad 20 ascendat.

Magister Dominicus [4], si in aliquo ex collegiis gallici sermonis melius se

---

[1] Hanc vide supra p. 669—671.

[2] Societatis fratres scholastici significantur, qui, „scientiis naturalibus“ (*Constitutiones* S. J. P. 4, c. 15, n. 2) sive philosophiae operam dantes, „Logica“ absoluta, „philosophiae naturali“ sive Physicae studebant („Metaphysicae“ et „philosophiae morali“ operam aut simul dantes aut postea daturi).

[3] Societatis fratres laicos, qui domestica curent, significat.

[4] Menginus, ex dioecesi tullensi ortus; de quo supra p. 151[3].

della lingua Francessa, Forsa questo settembre ouero ottobre andara in un collegio doue si parli Francesse. Questi di ha scritto il Cardinal di Lorena instantemente per un collegio in Lorena per il qual ha comprato casa, et preparato dui millia Franchi di intratta, et nostro Padre lo ha acettato [1]. Si che potra detto mastro Dominico acostarsi alla lingua natiua.

Se riceuendo altre lettere non intenderemo essere arriuata la comunicatione delle gratie per el signor Cancelario Echio si mandara la terza uolta et forsa arriuara.

Formula scribendi in Germaniam missa [2] cum collegiis communicanda est.

L' ufficio del prouinciale [3] si mandara che io pensauo fossi mandatto et fatto una copia per qualcuno lo mandara V. R. al Prouincial della Jnferior germania [4] et quello al Prouincial di Francia [5] che qua non possiamo far per ogni uno sua copia.

alcune regule de altri officiali si mandaranno presto con lo aiuto diuino.

De tribus Sociis ex Germania in Italiam missis vel mittendis.

Ci siamo ralegrati in Domino intendendo si apre qualche uia per la fundatione di un collegio in Augusta per mezzo di quella Signora [6], non è cosa nuoua a Jddio nostro Signor adoperar deboli instrumenti per grandi effetti.

---

habiturum censebit, fortasse proximo mense Septembri vel Octobri in collegium, in quo gallice loquuntur, ibit. Cum enim hisce diebus cardinalis Lotharingiae, ut in Lotharingia collegii, cui et domum emisset et reditum annuum duorum milium librarum parasset, curam susciperemus, per litteras vehementer petisset, pater noster collegium illud admisit [1]; poterit igitur magister ille Dominicus ad linguam patriam propius accedere.

Nisi ex proximis litteris diploma, quo dominus cancellarius Eckius bonorum nostrorum spiritualium particeps efficeretur, vobis allatum esse cognoverimus, idem ad vos tertio a nobis mittetur et fortasse perferetur.

Formula scribendi [etc., ut supra].

Officium praepositi provincialis [3], quod ego iam istuc missum esse opinabar, mittemus; quod R. V., cum ab aliquo transcriptum erit, praeposito provinciali Germaniae inferioris [4] et hic Galliae provinciali [5] mittat; neque enim hic in singulorum usum a nobis transcribi potest.

Regulae aliquae aliorum officialium brevi, Deo iuvante, ad vos mittentur.

De tribus Sociis [etc., ut supra].

In domino gavisi sumus intellegentes per dominam istam [6] viam aliquam ad collegium Augustae condendum aperiri. Novum non est Deo et domino nostro, infirmis instrumentis ad magna efficienda uti.

---

[1] Carolus cardinalis de Guisia, lotharingus, archiepiscopus rhemensis, anno 1560 Metis (Metz) collegium condere volebat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 4, n. 83).

[2] Vide supra p. 582[4]. [3] Vide supra p. 589.

[4] P. Everardo Mercuriano. [5] P. Paschasio Broeto.

[6] Ursulam de Lichtenstein, Georgii (II.) Fuggeri, patricii augustani, uxorem, dicere videtur; cf. infra, monum. 181.

Quanto al disegno del collegio di Jspruch si è uisto quel che scriue la R. V. et il Padre Lanoy et sta bene quello che si è fatto insino adesso et uederassi como passaranno le cose quanto al collegio nuouo et canonici poiche ci è tempo de trattar della essecutione del camto [*sic*] della compagnia. pare quello un luogo conueniente per li studij. et se si douera trattar de studio Vniuersale quelli della Terra lo doueranno trattare con sua Maestà et quando la gente si hauera a mandare, si uedera sia buena como lo ricerca la Terra et come la Compagnia potra. Per Vienna si uedera l' aiuto che si potra dare questo autunno.

Circa li collegij di Treuere et Maguncia si uedera la information particulare che mandara il padre Euerardo [1], et spero si accettaranno tutti .2. collegij che pareno alla R. V. de tanta inportanza. Jl catechismo della R. V. [2] dice nostro Padre che lo uedera lui, et lo fara ueder a qualcun altro, et auisara di cio che li pare. Ci reccomendiamo tutti molto nelle orationi et sacrificij della R. V. etc. Di Roma li .13. di Luglio 1560.

Nota: Una cum his litteris *Polancus* ad Canisium *alteras misit, eodem die P. Victoriae inscriptas, in quibus eundem monet: „Qua ci ha mandatto il padre Prouinciale alcuni quinterni di certi dialogi stanpatti in casa et composti per la R. V. nostro Padre uorria intendere si è cosi, et como si è fatto questo di stampar cose proprie senza obseruar quello che dicono le constitutioni. de mandar li libri al general etc.“ Ex *litteris autem *Polanci* Roma 7. Septembris 1560 ad eundem Victoriam datis intellegitur: Victoriam affirmasse, planis verbis sibi permissum esse, ut dialogos illos prelo subiceret (Ex harum epistularum apographis eodem tempore scriptis. Cod. „Germ. 1559“ p. 184—186. 224—226). In catalogo omnium, qui adhuc inveniri potuerunt, librorum a vindobonensi Societatis collegio excusorum, quem *A. Mayer* l. c. I, 95—96 evulgavit, horum „Dialogorum“ non fit mentio.

Iis, quae de collegio Oeniponte constituendo et R. V. et pater Lanoius scripserunt, lectis et ea, quae usque huc facta sunt, probamus, et, quomodo collegii novi et canonicorum illorum res processurae sint, videbimus; de iis enim, quae per Societatem efficienda erunt, tractandi spatium est. Locus ille litterarum studiis commodus esse videtur. Quodsi de universitate ibi instituenda agendum erit, indigenae cum maiestate sua agere debebunt; nos autem, cum Socii eo mittendi erunt, faciemus, ut boni illi sint talesque, quales et regio illa exigit et Societas dare poterit. Videbimus etiam, quod subsidium Vindobonensibus hoc autumno dare possimus.

De collegiis treverensi et moguntino quae pater Everardus [1] singulatim ad nos referet, considerabimus. Futurum esse spero, ut duo ista collegia, quae R. V. tanti momenti esse videntur, a nobis admittantur. Pater noster dicit se R. V. catechismum [2] et ipsum lecturum et alicui alteri legendum traditurum et de eodem sententiam suam ad R. V. perscripturum esse. Omnes magnopere nos commendamus sacris precibus et sacrificiis R. V. etc. Roma 13. Iulii 1560.

[1] Mercurianus.

[2] Catechismum medium sive „Parvum catechismum Catholicorum“; cf. supra p. 606.

445.

CANISIUS P. LEONARDO KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rectori.

Augusta Vindelicorum 16. Iulii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis, quod Kessel epistularum registro suo inseruit. Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 9b—10b.

Maiorem epistulae partem edidit *Hansen* l. c. p. 354—356. Epistula usus est *editor*, Entstehung etc. p. 74—75. 121—122.

Religionis catholicae et Societatis studium senatui coloniensi a Caesare commendatum. Canisii opera privilegia typographica compluribus concessa. Societatis apologia conscripta ab Agricola, ex lutheranismo converso; et ipse, et liber eius archiepiscopo commendandi. Monhemius. Libri grammatici et similes. Litterae indicae. „Pharetra" Sociorum „matri" mittenda. Librorum haereticorum legendorum facultas. Catechismi canisiani novae recognitiones et editiones.

Adiutus precationibus vestris, quas mihi perpetuas opto, confeci profectionem. Et apud Caesarem quidem locus non erat causa vestra intercedendi, quod expeditum esset hoc negotium, missaeque ad senatum vestrum literae quemadmodum postulaueratis, Quid autem sit illis effectum scire cupimus, Nam simul de religione vindicanda et societate nostra studiose complectenda commoniti fuere [1].

Spero non displiciturum nostro Materno [2] priuilegium, quod in decennium illi Caesar gratiose concessit de libris aedendis, hac addita lege vt Theologicae facultatis accedat censura, vtque duo vel tria mittantur exemplaria cuiuslibet libri quem aediturus est, ad Caesaream vt vocant cancellariam. Eandem [a] obtinui gratiam haeredibus Joannis Quentel quemadmodum admonueratis, tum in vsum haeredum Arnoldi birchman quos omnes ex me salutari velim amanter [3]. forte florenis aliquot opus est ad redimendum sigillum laboremque notariorum: sed habent Viennae magistrum quendam Hermannum birckmanno satis notum Jurisperitum: huic negotium facile dabunt, vt solutis priuilegij sumptibus Diploma impetrent singillatim. Addam meas et ego literas, siquidem sit opus ad secretarium [4] vel vicecancellarium [5] Caesaris.

---

[a] *Ita mihi quidem omnino videtur esse legendum (corrigendum); apogr. vetus et Hansen:* Tandem.

---

[1] Has litteras sibi praesto non esse scribit Dr. *Iosephus Hansen*, coloniensis archivi urbani praefectus, l. c. p. 354². Eodem hoc anno Ferdinandum I. summo pontifici, Galliae regi, cardinalibus Lotharingo, Morono, Truchsessio Societatem per litteras commendasse scribit *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 113.

[2] Materno Cholino, typographo coloniensi.

[3] Hi omnes typographi colonienses erant. Privilegium caesareum Vindobonae 27. Maii 1560 heredibus Ioannis Quentel ad decennium concessum typis exscriptum est in „Catechismo catholico *Michaelis episcopi merspurgensis*", latine verso a *Tilm. Bredembachio* (Coloniae 1562) f. a* 2.

[4] M. Singkhmoser. [5] Georgium Sigismundum Seld.

Venio ad scriptum hoc nouum in purgationem nostrae societatis a vobis desideratum, et nunc vt spero, foeliciter satis confectum [1], si tantum probabitur Archiepiscopo [2]. Huic offerendum in primis putarim per nostrorum aliquem, vt deinde Archiepiscopus deligat aptum typographum. Nam Genepaeus [3] minus solet probari quod malam chartam adferat. Et commendandus est Archiepiscopo scripti huius autor ex Luterano concionatore factus insignis defensor Catholicorum, qui sane gratiam et fauorem meretur Antistitum Catholicorum [4]. Quare si quid honorarij muneris largiri velit, non respuendum, cum sit non valde diues hic Agricola, cui vxor et liberi supersunt. Nam sacris nunquam ille fuit initiatus. faxit deus, vt haec societatis siue purgatio siue commendatio cedat foeliciter. De illa ego vestrum iudicium lubens audiam, et spero catholicis lectoribus, vtcunque satisfactum iri, vbi de Christo intercessore tractatur [5]. Dominus Jesus hos conatus in gloriam sui nominis prosperet. Vellem ante nundinas Franckfordiensis [6] [*sic*] libellus prodiret in 4° vt vocant excusus, cuius aliquot exemplaria mihi dono mitti patiar.

De Monhemio scribatis queso et num Theologi aduersus illum parent [7], salutem ex me doctori Arnemensi, cuius causa Viennae promoueri non potuit neque poterit, nisi Caesare coronato et incertum prorsus quando pontifex ad hanc coronationem procedet [8].

---

[1] *Kessel* Colonia 6. Augusti 1560 Everardo Mercuriano, provinciae Germaniae inferioris praeposito: „R. p. Canisius misit nobis quandam defensionem Societatis, compositam in lingua Superioris germaniae per quendam M. Stephanum agricolam augustanum, hoc scriptum traditum est Episcopo nostro“ etc. (Ex *apographo totius epistulae, ab ipso Kesselio scripto in cod. colon. „Kess.“, in a. 1560 f. 16[a]). Libri illius titulum etc. vide infra, monum. 219.

[2] Ioanni Gebhardo de Mansfeld archiepiscopo Agricola librum suum dedicavit, hoc certe (praeter alia) spectans, ut hic suis impensis eundem typis exscribendum curaret.

[3] Gaspar de Gennep, vir ceteroquin minime obscurus; vide *N. Paulus,* Caspar von Gennep, in „Der Katholik“ 75. Jahrg., I (Mainz 1895), 408—423.

[4] De Stephano Agricola (Kastenbauer) ad ecclesiam catholicam reducto vide infra, monum. 217. 218.

[5] Lutherani ministri mansfeldienses in „Confessione“, a. 1560 Islebii edita, Iesuitarum sive „Canistarum“ haeresim praecipuam hanc esse asserebant, quod dicerent: „Christus mediator et intercessor noster esse iam desiit; sancti nunc id munus administrant.“ Cf. infra, monum. 223. 224, atque etiam *Can.* Epp. I, 767—769.

[6] Francofurti ad Moenum proximus librorum mercatus autumno (mense Septembri) habendus erat. [7] Vide supra p. 621. 626—627.

[8] „Sacrum imperium Romanorum“ olim unctione et coronatione in Germaniae reges conferebatur. Pius IV., ubi electus est, Ferdinandum „electum Romanorum imperatorem“ agnovit et anno 1560 cum eo de tempore, modo etc., quibus coronandus esset, tractavit; nec tamen unquam Ferdinandus coronatus est. Fortasse doctor ille beneficium ecclesiasticum in aliquo ex capitulis sive collegiis ipsi imperatori subiectis („immediatis“, „reichsunmittelbare Stifter“) impetrare volebat; in his enim imperatori ad primum beneficium, quod, ipso imperium adepto, vacabat, „praesentandi“ facultas sive „ius precum primarum“ erat.

Jamdiu circumspicimus, si vllum Grammatices autorem commodum reperiamus, qui praeferri possit Despauterio[1], Expectabamus partum vestrum sed nescio an etiam parturiatis. De Joannis Nouiomagi grammatica quam vos opinor amplexos lubenter audiam, quid sentiatis[2]. Tum si quae praeterea noua extant scripta in classibus nostris profutura, studiosis gratissimum facietis mittendo Franckfordia aut saltem literis indicando.

Quod ad Treuerense et Moguntinum Collegium spectat si quid certi tenetis, ac de Collegij quoque vestri successu perlubenter intelligemus.

Miseram Jndicas literas, ni me fallat memoria et non remisistis exemplar quod nobis erat vnicum et in collegijs nostris nondum praelectum. Vellem igitur hoc et similia scripta remitti maturius.

Extat Germanice pharetra diuini amoris, et libri huius misistis exemplar mihi bene gratum, alterum autem etiam atque etiam petimus in gratiam nobilis et piae matronae, quam christus nobis hoc loco veluti matrem donauit mirabiliter ad multorum salutem[3].

Mittemus quod ex vrbe promissum est, iamque omnino expectamus vt liberum sit vobis herethycos [*sic*] legere: nec video cur legere et iudicare non possitis, quae vobis iudicanda mittit Archiepiscopus. Aut si quis catholicus vestrum expectat iudicium vt sciat an librum damnatum habeat. Scripsi autem Romam vt pleniore legendi facultate gaudeatis. Quamquam satis sit opinor hac de re monere P. Prouincialem vestrum[4] cui me in christo commendari velim.

[1] Ioannis van Pauteren, humanistae flandri († sub a. 1526), grammatica et in Italia et aliis locis „nimis exacta" et molesta iuventuti esse videbatur. Cf. *Polanci* Chronicon III, 157. 251; IV, 148. 160 et *Marc. Chassot* S. J., Les Jésuites et leurs œuvres à Avignon (Avignon 1896) p. 274—280.

[2] „Etymologia Grammaticae Latinae in usum scholae Daventriensis, Auctore Jo. Noviomago, denuo recognita. Daventriae, Richard. Pafradus. 1559. 12°" : *Paquot*, Mémoires pour servir à l'Histoire Littéraire des dix-sept provinces des Pays-Bas etc. I (Louvain 1765), 22. De Ioanne hoc Bronchorst (Brunchorst), qui ex patria sua „Noviomagus" vocabatur et Coloniae Canisii „artibus liberalibus" operam dantis magister fuerat, vide *Can.* Epp. I, 659—663.

[3] Haec femina eadem esse videtur atque illa, de qua P. *Ioannes Cavillonius* S. J. Augusta 30. Iulii 1560 *scripsit: „Est quaedam Comitissa mire Societatem et vt mater filios diligens" etc. (vide infra, monum. 181). Constat autem inter annos 1560 et 1561 duas feminas nobiles Canisii opera a protestantismo ad fidem catholicam reductas earumque animos Societati ita conciliatos esse, ut multa deinceps in eam beneficia conferrent: Ursulam dico comitissam de Lichtenstein, quae Georgio Fuggero, et Sibyllam comitissam de Eberstein, quae Marco Fuggero nupta erat. Equidem Ursulam significari opinor (plura ea de re in tertio volumine dicentur). „Matronae" itaque illi Canisius dare volebat librum a Ioanne Iusto Lanspergio, carthusiano coloniensi, amico et quasi patre suo (cf. *Can.* Epp. I, 37), scriptum: „Pharetrae divini amoris seu affectivae vitae libri duo", in quo Lanspergius „varias orationes ignitasque aspirationes" sive preces, quas „iaculatorias" dicunt, proponit, quibus hominum animi continuo cum Deo iungantur.

[4] P. Everardum Mercurianum.

Ediderunt Antuerpiae paruum Cathechismum mutato titulo et addito meo nomine [1], factum egre fero, iamque coactus aedam hunc libellum cum aliqua praefatione vt tersius exeat. forte Colinus noster tertiam aeditionem non refutabit [*sic*]. Et Caesar iubet maiorem aedi rursus cathechismum nouo mandato addito, vt per omnes prouincias vnice proponatur [2]. Itaque mutatur praefatio et meum nomen interponitur, quod Veneti me vel inuito expresserunt [3]. Hac occasione librum recognitum si Colinus velit Typographum agere, mittam ad vos vt primum Caesaris allatum erit Diploma, quod huic aeditioni patrocinatur.

Nunc pluribus agere non licet, me vestris precibus et sacrificijs cum P. Guilhelmo [4] commendo vnice. Notauerat P. prouincialis quaedam in meo cathechismo, nescio per quem Episcopum monitus. Haec velim iterum scribi, quod epistola nunc amissa videatur, quam acceperam. Dominus in suam gloriam nostros vertat conatus perpetuo.

Augustae 16 Julij 1560.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendo in christo patri D. Leonardo Kessel eorum qui sunt societatis Jesu praeposito vel in eius absentia D. Henrico Dionisio eiusdem societatis Theologo.

Kessel Canisio rescripsit 5. Augusti 1560.

446.

P. IOANNES DE VICTORIA S. J.,

rector collegii vindobonensis,

CANISIO.

Vindobona sub medium mensem Iulium a. 1560.

Ex Victoriae litteris, de quibus statim dicemus, autographis. Cod. „G. Ep. I“ f. 42ᵃ.

De pecuniis per Velserum Romam mittendis.

Victoria Lainio Vindobona 19. Julii 1560 haec, praeter alia, scribit: „Ho scripto al D. Canisio à Augusta che tratte con Welsser acio potiamo mandare alcuna somma di denari, si per questo conto dil viatico di quelli che hanno à venire si anche per nostro debito, et quantunche siamo in alcuno stretto, pur faremo quello si potra.“

---

[1] „Catechismvs Catholicvs ivventvti formandae hoc saeculo quam maximè necessarius. Autore D. Petro Canisio Doctore Theologo Societatis Jesu. Antverpiae, Apud Joannem Bellerum. M.D.LIX.“ Plura vide apud *Sommervogel*, Bibl. II, 634, et in *editoris* „Entstehung“ etc. p. 121⁵.

[2] Hoc Ferdinandi „mandatum“, Vindobonae 10. Decembris 1560 datum, vide in *Can.* Epp. I, 752—754.

[3] Vide supra p. 606⁴. [4] Elderen.

447.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 20. Iulii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 187—189

Particulam posuit *editor* in „Entstehung" etc. p. 69[5]; eandem latine versam edidit *Reusch*, Zeitschrift für Kirchengeschichte (cf. supra p. 32) XV, 102.

De collegiis tyrnaviensi et germanico, Societatis fratribus philosophiae operam daturis, „Indice". Quae experimenta PP. Victoriam et Pisanum ante professionem sollemnem subisse necesse sit, et quo modo iidem ad eam se praeparare debeant. De Canisio ad concilium ituro et de librorum haereticorum legendorum facultate. Sociis haud facile contra catholicum scribendum esse. „Christe, ora pro nobis". Haereticis potius benefactis quam libris respondendum esse.

L'ultime di V. R. sono di .6. del presente [1] alli qualli faro risposta et anche se hauero tempo al padre Theodorico [2], a Viena si scriue per altra uia.

Quanto alla necessita de operarij in Monachio et Vienna gia si è intessa et si è risposto altre uolte che si uedera quel che si potra fare; se non si mandara gente a Tirnauia quest' anno, tanto meglio si potraproueder ad altri bisogni, uero è che si non mancha l'Arciuescouo delle cose che ci erano statte scritte, non mancara anche nostro Padre di quel che haueua promesso.

Di quelli che si possono mandare per il collegio Germanico in sino a 10. si riceueranno etiam senza prouissione, si oltra questi, uenessino altri con la sua prouisione tanto meglio. Qualli deuiano essere questi suggeti penso l'habbia scritto il padre Ribadeneira soprastante di quel collegio [3].

Novissimae R. V. litterae die 6. huius mensis datae erant [1]; ad quas — ac, si tempus suppetet, etiam ad patris Theodorici [2] litteras — rescribam; Vindobonensibus vero per alteram viam epistula mittitur.

Monachii et Vindobonae novos operarios necessarios esse iam intelleximus, et nos, quid praestare possemus, visuros esse alias rescripsimus; si Tyrnaviam hoc anno Socios non mittemus, eo melius aliis necessitatibus consulere poterimus; quamquam, si archiepiscopus, quae per litteras nobis promissa erant, praestare non omittet, ne pater quidem noster, quae ipse promiserat, efficere omittet.

Ex iis, qui in collegium germanicum mitti possunt, 10 — nec tamen plures — admittentur, etiamsi, unde sustententur, ipsi non habebunt; sin autem fortasse praeter hos alii, qui ipsi victum sibi providere possint, advenerint, tanto melius res se habebit. Qui quales esse deberent, a patre Ribadeneira, collegii illius superintendente, ad vos perscriptum esse puto [3].

---

[1] Hae superesse non videntur. [2] Theodoricum Canisium dicit.

[3] P. Petrus Ribadeneira, ex Belgio „anno MDLIX. reuocatus, Germanico Col-

Parmi si fa dificulta di mandar alcuni qua per il corso delle Arti l'anno che intrara questo nouembre persuadendosi che di la si aiutaranno tanto bene como qua [1]. Se cosi fossi quanto alle lettere (il che pero non si crede delli buoni ingenij) pur la uenuta in qua non dubito li aiutarebbe quanto alle uirtu, et lo amore alle cose Ecclesiastice; ma come il tutto è ordinato al ben della Prouincia di Allemagna quello che realmente sera meglio per quella piacera piu a nostro Padre. Uorriamo etiam intendere se si fa conto di cominciar nouo corso in Viena, et in tal caso chi sarebbe il lectore et doue cauarebbeno li discipuli; et di questo si dia auiso presto acio si possa uedere et ordinare quel che conuienne.

Quel nobile Polono [2] si puo mandar a Roma, et cosi Joanne Zieglier [3], se del resto tiene talento et indole buona quantunche sia, alle uolte trauagliato, come V. R. scriue, et il medessimo se intenda de altri di tal qualita benche conuenira prima dar auiso essendoui tempo.

Circa il catalogo de libri si fara qualche diligencia per leuar li scropoli et dificolta, che nascono in Alemagna di quello.

Quando faran la sua professione il Doctor Vittoria et il Doctor Pissa la faranno de .4. uoti [4] como si contiene nel terzo capo della .5. parte [5]. Le probationi che debono hauer tutte sono quelle che

---

Cunctamini, ut mihi videmini, aliquos huc mittere artium cursum anno, qui proximo mense Novembri incipietur, audituros, idque eo, quod illos istic haud minus quam hic profecturos esse vobis persuadetis [1]. Quod etiamsi forte in rebus ad litteras pertinentibus ita eventurum sit (nec tamen de iis, qui boni ingenii sunt, ita fore censemus), non tamen dubito, quin in virtutibus et rerum ecclesiasticarum amore, si huc venerint, magis profecturi sint; attamen cum haec omnia in provinciae germanicae utilitatem constituta sint, ea, quae huic revera utiliora erunt, patri nostro magis placebunt. Intellegere etiam cupimus, num novum cursum Vindobonae incipere cogitent, et si cogitent, quis futurus sit magister et unde discipulos sumpturi sint; quae brevi ad nos referantur, ut quid conveniat videntes, res constituere possimus.

Nobilis ille polonus [2] Romam mitti potest, atque etiam Ioannes Ziegler [3], si hic ceteroquin boni ingenii bonaeque indolis est, etiamsi, id quod R. V. scripsit, interdum afflicto sit animo. Quae de aliis quoque huiusmodi hominibus scripta esse censete, quamquam, si tempus suppetet, prius nos moneri conveniet.

Quod ad librorum catalogum attinet, scrupulis et difficultatibus, quae in Germania ex eo oriuntur, auferendis operam aliquam navabimus.

Doctor Victoria et doctor Pisanus, cum professionem facient, 4 vota nuncupabunt [4], prout in tertio capite partis quintae praescribitur [5]. Experimenta, quae

---

legio, dum tantisper quiescit, ac studia Theologiae absoluit, praeesse Superintendens est iussus": *Phil. Alegambe* S. J., Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu (Antverpiae 1643) p. 396. Cf. *J.-M. Prat* S. J., Histoire du Père Ribadeneyra (Paris 1862) p. 145. [1] Vide supra p. 657.

[2] Stanislaus Rosdracevius, Societatis novicius; vide supra p. 649[4].

[3] Vide supra p. 649[3].

[4] In Societate aliqui etiam „professi trium votorum" sollemnium esse possunt (*Constitutiones,* Ex. c. 1, D; P. 5, c. 2, n. 3 etc.).

[5] In hoc Constitutionum S. J. capite ritus sacri et verba in professione adhibenda praescribuntur.

nel essamine[1] si contengono cio è quelle .6. de essercitij seruicio de hospedali peregrinationi seruicii[a] domestici, predicare sentir[b] confessioni et insegnar la doctrina Christiana. et per tre giorni auanti la professione[c] bisognara mendicare, ostiatim[d] [2]. Sarebbe etiam ordinario il tener conclusioni come se dice nel 2. capitulo della quinta parte[3]. ma perche aquesti 2. sono essaminati per farsi Doctori et sono conosciuti asai, non acade tengano le dette conclusioni. et delle sei sopra dette non è necessario che repetano quelle che han fatte. et se alcuna che non sia fatta non paressi conueniente[e] in Alemagna. almeno da questi tali persone, sera bene dar auiso a nostro Padre che la puo commutare in altro[4], si debeno anche recogliere auanti la professione per una settimana regularmente (se non ci fossi qualche causa de far ecettione) nel qual tempo attendeno a far una confessione generale dopo l' ultima fatta. et alla oratione et meditacione et al prepararse per la oblatione futura[5], si che fatte le probatione conuenienti al tempo che parera alla R. V. possono far professione.

A quello che V. R. ricerca como doueria rispondere al Jmperatore se lo uolessi mandar in nome suo al Concilio, presuposta la promessa fatta al Cardinal di Augusta non acade adesso far risposta,

---

eos antea subisse cuncta oportet, in examine[1] recensentur; sunt autem haec 6: exercitia spiritualia, opera in valetudinariis praebita, peregrinationes, ministeria domestica, contiones et sacrarum confessionum exceptiones, doctrinae christianae traditio; et ante professionem per tres dies ostiatim eis mendicandum erit[2]. Ex lege etiam erat eos conclusiones defendere, sicut in capite secundo partis quintae dicitur[3]. Sed hi duo, cum doctoratus accipiendi gratia scientiae tentamina subierint et satis noti sint, conclusiones illas defendant non est necesse; neque ex sex experimentis supra recensitis illa, quae iam subierunt, eos repetere opus est; et si quod forte experimentum, quod nondum subierunt, in Germania, his saltem hominibus. convenire non videbitur, patrem nostrum moneri expediet, qui illud in aliquod alterum commutare potest[4]. Lex etiam est, ut ante professionem per hebdomadem animos colligant (nisi aliquam ob causam ab ea re eximendi sint); quo tempore confessioni generali, quae ab ultima, quam fecerunt, incipiatur, faciendae et precationi et sacrae meditationi et animis ad oblationem illam faciendam praeparandis operam dent[5]. Experimentis igitur convenientibus probati, quo tempore R. V. videbitur, professionem facere poterunt.

Quaeris a nobis, reverende pater, quid, si forte imperator te suo nomine ad concilium ire iusserit, eidem, fide cardinali Augustano iam data, respondere debeas. Ad haec nunc rescribamus necesse non est, quia, quid de concilio futurum sit,

---

[a] seruicio *apogr.* [b] semtir *apogr.* [c] professioni *apogr.*
[d] hostiatim *apogr.* [e] conuenienti *apogr.*

---

[1] *Examen* generale (Constitutionibus praepositum) c. 4, n. 9—16.
[2] *Examen* c. 4, n. 27.
[3] „Cada uno debrá ántes de la profesion tener conclusiones en Lógica, Filosofía y Teología Escolástica. Y habrá cuatro deputados para arguir y juzgar de su suficiencia": *S. Ignatius,* Constitutiones P. 5, c. 2, n. 2.
[4] *Examen* c. 4, n. 9. [5] *Examen* c. 4, n. 41.

perche non sapiamo, quel che si fara del Concilio, al suo tempo si potra trattare se di cio parlassi sua Majesta. A quelli di Vienna concede nostro Padre licencia di ueder libri heretici per far giudicio di quelli, et doueranno anche domandarla dal' Ordinario [1].

Del scriuere contra alcun catholico li nostri non pare cosa di far facilmente per non apicciar qualche fuoco. Si puo mandar qua il libro contra il qual pareua al Arciuescouo di Colonia [2] si douessi scriuere, agiongendo etiam quanto basti la historia di quel che è passato [3].

Quella propositione [a] Christe ora pro nobis si deue reputar heretica simplicemente parlando, perche li actioni sono delli supositi [4], et pur il suposito in Christo è eterno et a lui non toca pregare, ma piu presto udire et concedere etc. uero è che inpropriamente parlando intendendo Christo secondo la humana natura si puo ben dire ut oret pro nobis [5].

Del far resposta alli heretici che usano ingiurie [6] pare a nostro Padre non sia tanto conueniente quanto l' attendere a far bene et con

ignoramus. Suo tempore hac de re tractari poterit, si quid maiestas sua de ea dixerit. Vindobonensibus pater noster facultatem concedit libros haereticos legendi, ut de iis iudicent; quam facultatem etiam ab episcopo suo [1] petere debebunt.

Contra catholicum nostris haud facile videtur esse scribendum, ne quod incendium conflent. Librum illum, contra quem archiepiscopus coloniensis [2] existimabat esse scribendum, huc mittatis, simul, quantum satis erit, narrantes, quid ea in re factum sit [3].

Propositio illa „Christe, ora pro nobis" haeretica censenda est, si simpliciter dicitur; actiones enim sunt suppositorum [4]; in Christo autem suppositum est aeternum, cuius non est precari, sed potius audire et concedere etc. Si quis tamen improprie loquitur, humanam in Christo spectans naturam, bene eum rogare potest, ut oret pro nobis [5].

Pater noster minus nobis convenire existimat contra haereticos [6] maledictis

[a] prepositione *apogr.*

[1] Antonio Brus. [2] Ioannes Gebhardus de Mansfeld.

[3] Monhemium non significari et ex iis patet, quae Polancus ipso hoc die ad Mercurianum scripsit (supra p. 626—627), et ex eo, quod Socii colonienses iam 31. Martii 1560 Lainio scripserant, Monhemium „haereticum" esse (*Hansen* l. c. p. 349). Cum autem iidem iisdem litteris Georgium Cassandrum (cf. *Can.* Epp. I, 365[6]; is modo Coloniae, modo Duisburgi morabatur) „colloquiis suis et libellis non parum mali apud iuniores primores civitatis facere" (*Hansen* l. c.) scribant, aliquem Cassandri librum a Polanco significari suspicor.

[4] „Actus sunt suppositorum": *S. Thomas Aquinas*, Commentarius in librum primum Sententiarum, dist. 5, q. 1, a. 1.

[5] Polanci animo hic obversata esse videntur, quae hac de re scripsit *S. Thomas* in IV. dist. 15. q. 4, a. 6, q. 2; vide *Can.* Epp. I, 768. Cf. etiam *Ferd. Al. Stentrup* S. J., Praelectiones dogmaticae de Verbo incarnato. Pars altera, vol. 2 (Oeniponte 1889), p. 626—646, et *Christ. Pesch* S. J., Praelectiones dogmaticae IV (Friburgi Brisgoviae 1896), 101—102.

[6] De his vide supra p. 182. 679[5], et infra, monum. 137. 155. 209. 211. 223—225.

le opere buone refutar[a] le loro bugie, secondo il conseglio di Santo Pietro nella sua canonica [1].

L'inclusse per Colonia mandara V. R. a ricapito. Tutti ci reccomandiamo molto nelle orationi sue et de gli altri nostri charissimi Fratelli. Di Roma li 20. di Luglio 1560.

---

nos vexantes scribere, quam bonae vitae studere et benefactis eorum mendacia refellere, sicut sanctus Petrus in epistula canonica nobis suadet [1].

Litteras ad Colonienses datas, quas hisce includo, R. V. ad eosdem perferendas curet. Omnes R. V. et reliquorum carissimorum fratrum nostrorum precibus vehementer nos commendamus. Roma 20. Iulii 1560.

448.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 27. Iulii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 196.

Schatzgeyeri [?] libri et Bavariae ducis epistula Romam allata. Aliae epistulae. Regulae praepositi provincialis.

Receuemmo quella di V. R. di 13. del presente, con altre del padre Martino di 15. [2] et l'opere del Scarzelio [3] [*sic*] per mano dil

---

R. V. litteras die 13. huius mensis datas cum alteris a patre Martino die 15. eiusdem mensis datis [2] et Scarzelii [3] [*sic*] libris per cardinalem Augustanum, atque

---

[a] reputar *apogr.*

---

[1] 1 Petr. 3, 13—17; 4, 19. Similiter *Lainius* (per Polancum, ut videtur) iam Roma 20. Augusti 1556 Sociis barcinonensibus scripserat: „Modus silentium aduersarijs imponendi per bonorum et sanctorum operum strenuam exercitationem longe praestabilior est quam per litigia" (Ex *apographo [saeculo XVII. vel XVIII. scripto] vel summario huius partis epistulae. Cod. „Jesuitica in genere Nr. 316" f. 67[a]. Monachii, in archivo regni bavarici). Et eodem die Sociis caesaraugustanis: „Contra personas, quae in pulpitis et extra illa contradicunt perseuerantia in bene agendo praecipuum remedium debet esse, quod quamuis plurimum oppugnata veritas, tandem victrix emineat" (Ex simili *apographo vel summario, ibidem f. 67[b]).

[2] Hae Canisii et Stevordiani litterae perisse videntur.

[3] Hic in Polanci litteris 3. Augusti 1560 ad Canisium datis „Scazerio" vocatur. Equidem opinor Polancum „Scazgerio" scribere et Gasparem Schatzgeyer („Schazger", „Sasger", „Scangerus" etc.) ordinis „Minorum de observantia" significare voluisse, qui Monachii et Norimbergae guardianus, atque etiam provinciae argentinensis minister provincialis fuerat et catholicam religionem contra protestantes multis libris defenderat († 1527), quorum praecipui ab eius sodalibus col-

Cardinal di Augusta. et anche altre del Duca alberto[a] sopra il suo collegio di Monachio che mostrano asai la buona afectione sua[1]. a tutte queste si respondera piacendo a Dio la settimana che uiene, alle precedenti si è fatta risposta scriuendo alli undici .17. 25. di maggio .8. et .15. di Giugno et le ultime furrono di 20. di Luglio, et forsa altre uolte che non mi ricordo[2], non so si sempre habino buon ricapito nostre lettere. So che hauiamo etiam scritto non hauendo lettere da respondere in modo che casi ogni settimana per uia dil Cardinal di Augusta se mandano lettere, adesso si manda l' ufficio del prouinciale[3], il quale come sia copiato fara la R. V. che sia mandato oltra al padre Euerardo, et lui le mandara al Padre Don Pascasio[4]. Si manda etiam una littera del nuouo sacerdote Jona[5], et alcune altre come uedera. resta che ci reccomandiamo tutti molto nelle orationi di V. R. etc. Di Roma li 27 di Luglio 1560.

A P. Victoria pecuniae quaedam Sociis romanis et venetis destinatae tandem aliquando mittendae sunt.

Nota: Una cum his litteris Canisio missum est „Officium Provincialis" (v. supra p. 438[5] et infra p. 692), cuius exemplum exstare puto in * „Tabula officij Praepositi Prouincialis" per 15 capita valde parva distincta (Cap. 1. incipit: „Obseruet ea quae de Rectoribus"; 15. terminatur: „quomodo se habeant."), quae una cum „Jnstructione Prouincialis" in antiquissimo quodam codice invenitur, qui olim collegii vindobonensis fuisse videtur, et in quo manus PP. Pauli Hoffaei et Hieronymi Natalis comparent (Cod. „XV A" f. 61—66. 67—74). Multum enim discrepat hoc officium et cum * „Officio Prouincialis ultimo, ex vrbe misso 1566" et per 6 capita distincto (cuius duo vidi exempla, alterum in codice, quo ipse Beatus Petrus Canisius utebatur: „Scripta B. P. Can. X. Sa" f. 128[90]—136[98], alterum, inter annos 1568 et 1570

---

etiam alias accepimus, quibus Albertus dux de collegio suo monacensi scribens, quam bene erga nos affectus sit, sat clare ostendit[1]. Ad quas epistulas omnes hebdomade proxima, si Deo placuerit, rescribemus. Ad superiores autem epistulas diebus undecimo, 17., 25. mensis Maii atque 8. et 15. mensis Iunii rescripsimus; novissimae litterae nostrae 20. Iulii datae erant; fortasse alias quoque ad vos misi, quarum non memini[2]; nec scio, num epistulae nostrae semper bene ad vos perferantur. Ac scio nos etiam, cum litteras, ad quas responderemus, non haberemus, ad vos scripsisse. Itaque singulis fere hebdomadis per cardinalis Augustani tabellarium litteras vobis mittimus. Nunc praepositi provincialis officium mittimus[3]; quod R. V., ubi transcriptum erit, ad patrem Everardum transmittendum curet, qui patri et domino Paschasio[4] idem mittat. Ionae[5] quoque sacerdotio nuper initiati epistulam et aliquot alias a nobis mitti R. V. videbit. Superest, ut omnes vehementer nos commendemus precibus R. V. etc. Roma 27. Iulii 1560.

A P. Victoria [etc., ut supra].

---

[a] adberto *apogr.*

---

lecti anno 1543 Ingolstadii, ipso Ioanne Eccio praefante, ex officina Alexandri Weissenhorn prodierunt (*Parthen. Minges* O. Min., Geschichte der Franziskaner in Bayern [München 1896] p. 88—91). [1] De his litteris vide infra, monum. 194.
[2] Polancus etiam 6. et 13. Iulii Canisio scripserat; vide supra p. 672—677.
[3] Vide, quae post ipsam hanc epistulam notantur.
[4] De Everardo Mercuriano et Paschasio Broeto v. supra p. 676. [5] Adler.

Ingolstadii transcriptum in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 105ᵇ—108ᵃ), et cum „Officio" sive „Regulis Provincialis", quae inter „Regulas Societatis Iesu" a. 1582 in collegio romano excusas exstant (p. 25—58) atque etiam in editionibus „Instituti Societatis Iesu" (Pragae 1705 et 1757; Avenione 1827; Florentiae 1893 etc.) typis exscriptae sunt.

449.

CANISIUS
P. LEONARDO KESSEL S. J.,
collegii coloniensis rectori.

Augusta Vindelicorum 30. Iulii 1560.

Ex apographo eiusdem temporis a *Gerardo Peschio* S. J. Coloniae scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 23.

Epistula usus est eiusque particulam posuit *editor* in „Entstehung" etc. p. 75. 122; eadem usus est *Hansen* l. c. p. 356[2].

Collegia treverense et moguntinum. Societas Coloniae per senatum recipienda. Monhemii catechismus. Goudanus et Silvius. Stephani Agricolae libri et virtus. Canisii catechismi denuo edendi. Quid in iis mutandum?

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater.

Multis postremo egi vt nunc breuior esse possim. Quod 8º Julij scripsistis accepimus [1]. Reditum P. Prouincialis vna cum Romanis patribus expectamus, vt certius constet de illorum Archiepiscoporum sententia [2]. Oramus Dominum, vt Senatus animos ad Societatem nostram amplectendam flectat, sicuti Louanij factum cernimus et gaudemus [3]. Monhemium aperto facultatis libro oppugnari valde proderit, siue Principem Juliacensem, siue vicinas Ciuitates consideremus. Expecto confutationem auide [4]. Si adest isthic D. Goudanus [5], valde gaudemus, et precamur dominum, vt illum diu nobis relinquat superstitem et vtilem Ecclesiae suae. Scribam ad illum alias, cum Germaniae nostrae semper sit grata et iucunda illius memoria.

Non repetam quae scripsi de scripto illo M. Stephani [6] pro defensione nostrorum aedendo: mitto nunc alia quaedam eiusdem authoris,

---

[1] Hoc num supersit, nescio.

[2] Mercurianus (10. Maii 1560) cum P. Ioanne Rethio et P. Andrea Valkenburgio ac fratre quodam coadiutore Colonia Confluentes indeque Treverim profectus erat, de collegio instituendo acturus. A moguntino quoque archiepiscopo ad colloquium de collegii constitutione habendum invitatus erat (*Hansen* l. c. p. 352. 366 ad 367. 369. *Christoph. Browerus* et *Iacob. Masenius*, S. J., Metropolis Ecclesiae Trevericae, ed. Christian. de Stramberg II [Confluentibus 1856] p. 263). Polancus Lainii nomine Roma 20. Iulii 1560 Kesselio scripsit: „Expectamus, quid ex Treverensi episcopo et Moguntino referat pater provincialis ad eos profectus" etc. (*Hansen* l. c. p. 356).

[3] Senatus lovaniensis eo anno (21. Maii), gravibus condicionibus impositis, concessit, ut collegii aedes ad manus (quemadmodum aiunt) mortuas transirent etc. (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 93—99. *Manareus*, Commentarius p. 25).

[4] Vide supra p. 621. 626—627.

[5] De P. Nicolao Goudano vide *Can.* Epp. I, 260[3]. 380[2]. 410[5] etc. et supra p. 178 etc. [6] Agricolae; vide supra p. 679.

pro quo gratias Christo debemus, quod vere noster sit, vir sane non catholicus modo, sed etiam in coniugio religiosus, qui ad monasticam vitam adspirat. Habetis isthic ni fallor Catechismum Venetijs aeditum, et a me aliquando missum, vt ita recuderetur. Nunc vero quia Caesar nouum addit diploma et mandatum quod ad omnes subiectas sibi prouincias pertinet, nouam vult aeditionem parari, ad quam Colinum ego delegi Typographum. Idcirco mittam opus hoc totum recognitum, vna cum minore Catechismo, qui nominis mei expresse meminit in aeditione Antuerpiensi [1]. Fortasse non erit abs re minorem et maiorem Catechismum in ipso titulo appellare. Sed P. Goudani et vestram expecto sententiam non solum de hoc, sed de alijs etiam, quae vel addenda, vel mutanda in vtroque Catechismo iudicaueritis.

Sperabamus M. Syluium [2] nobis rediturum [a], quem isthic detinetis professorem, et esset certe non parum in hac prouincia necessarius. De reliquis M. Guilielmus Elderenensis ad P. Goudanum. Dominus in suam gloriam conatus nostros dirigat. Salutamus in Domino fratres, et pias illorum preces admodum desyderamus: praesertim vero R. T. quae in hac sancta messe bonum et foelicem praestare operarium pergat. Augustae 30 Julij 1560. Commendari cupimus Ecclesiae vestrae patronis Sanctiss.

Seruus in Christo P. Canisius.

450.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

iussu Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO CETERISQUE PROVINCIARUM SOCIETATIS IESU PRAEPOSITIS.

Roma circa initium mensis Augusti 1560 (?).

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Communi per li Prouinciali“. Cod. „Germ. 1559“ p. 198.

Facultates fidelibus permittendi, ut libros quosdam prohibitos legant etc.

Die 20 Maij proposuit P. N. Prepositus Reuerendissimo Cardinali Alexandrino summo Jnquisitori [3] dificultates, quae nostris tum in confessionibus audiendis, tum extra eas circa obseruationem Jndicis

[a] redditurum *apogr. An Canisius scripsit:* redditum iri?

[1] Canisius „Summam“ suam et „Parvum catechismum catholicorum“ dicit; ceterum vide supra p. 681.

[2] Petrus Silvius (vide supra p. 612[1]) Coloniae tunc logices magister „principalis“ erat (*Hansen* l. c. p. 360).

[3] Michaëli Gislerio O. Pr. (Sancto Pio V.).

librorum prohibitorum occurrunt. Et post multa hinc inde agitata, concessit ut nostri confessarij possint absoluere eos, qui haberent huiusmodi libros: si tamen haeretici proprie non essent, i. e. non aediti ad confirmanda uel stabilienda Dogmata haeretica sed alijs de rebus agerent, ut de gramaticis, et logicis, et similibus dummodo nomen authoris si haereticus esset, in Jndice prohibitus. et etiam si quid inter legendum impium occurreret in eis, deleretur. Cum eisdem conditionibus concessit, ut nostri possent uti libris non haereticis, licet haberent adnotaciones, et scholia hominum huiusmodi farine, uel authores quidem ipsi mali essent, sed libri non essent aediti (ut dictum est) ad stabilienda dogmata haeretica. Vellet tamen Pater noster Prepositus ut quam minimum fieri posset uterentur nostri libris haereticorum, licet haeretici non essent, et sic alijs suadere deberent.

Tempus his litteris ascriptum non est. Cum autem facultates illas ante 20. Iulii 1560 Canisio missas non esse ex Polanci epistulis supra positis (p. 644. 658. 683) constet, et harum litterarum apographum in codice nostro, in quo temporum ordo servari solet, inter apographa epistularum 30. Iulii et 3. Augusti 1560 datarum medium sit, has facultates Canisio sub initium mensis Augusti, immo ipso die 3. Augusti, quo Polancus litteras proxime a nobis proponendas ad Canisium dedit, missas esse dixeris idque eo vel maxime, quod Polancus litteris 10. Augusti datis, quas post 3. Augusti primas ad Canisium misit, facultates illas a se iam missas esse asserit (vide infra p. 702 et cf. supra p. 605).

451.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 3. Augusti 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 199.

Bavariae ducis litterae Romanis placuerunt. „Abecedarii" in scholas Societatis recipi possunt. Litterae indicae. Schatzgeyeri (?) libri. Regulae aeditui. Monacense collegium. Canisii relatio de Germania scripta Pio IV. ostensa est; idem in posterum fiet.

Questa settimana non hauemo riceuuto lettere di V. R. ma rispondero a quelle di 13. del passato che non lo fece in particular[a] nelle precedente.

Del mandar operarij in Monachio insieme con scholari gia si è

Litteras quidem R. V. hac hebdomade non accepimus; sed ad litteras die 13. mensis superioris datas rescribam, quia superioribus litteris ad easdem singulatim non respondi.

Quod ad operarios una cum scholasticis Monachium mittendos attinet, alias

[a] particurar *apogr.*

scritto altre uolte che si fara quello che si potra questo Settembre et alhora nostro Padre respondera insieme con lo effetto et con lettere à quelle che ha riceuutto del Jllustrissimo Principe Alberto. qualli in effetto ci hanno datta consolatione, si a quelli della compagnia si etiam alli di fuora che la han uista per il testimonio che da del Diuino seruicio che si fa et si spera per mezo della compagnia et del buon animo suo nelle cose della religione catholica [1].

Del riceuere nelle nostre schole li fanciuli abecedarij. L' opera è buona et sancta ma ueda la R. V. che non si pigli pesso sopra le forze. Pareua bene che oltra li mastri che si potriano dar della compagnia hor pigliaseno tal assumpto [a] per diuotione [b] hora per probatione nelli primi anni, òltra di questi dico che forsa li stessi scholari forastieri potriano alegierire la fatica del maestro elegendosi alcuni fra loro che attendessino un poco di tempo ad insegnare nella schola li altri. Doue sono anche poueri collegiali come in Vienna et Praga et come potriano essere altroue. forsa alcuni fra loro potriano essere atti per tal ufficio.

Selle lettere del Jndie se stamparanno prima reuiste sera bene [2]. aspettamo questo anno non pocche cio è quelle del anno precedente et di questo.

Furno riceuuti li scritti del Scazerio [3] per mano del Cardinale di Augusta, et rengratiamo alla R. V. della sua diligenza, ben che

iam scripsimus nos, quantum possemus, praestituros esse hoc mense Septembri; quo tempore pater noster simul et re et litteris ad litteras ab illustrissimo principe Alberto ad se missas respondebit; quae et nobis, qui de Societate sumus, et externis, qui eas legerunt, verum attulerunt solacium, intellegentibus, quantum Deo cultum per Societatem et praestari et praestitum iri ipse affirmaret, et quam bene affectum erga catholicae religionis res se exhiberet [1].

Abecedarios quidem, quos dicunt, pueros in scholas nostras recipi bonum et sanctum est; sed videat R. V., ne nostri plus, quam umeri ferant, in se suscipiant. Censebamus certe praeter magistros, qui de Societate iis dari possent (sive ex pietate hi munus illud subirent, sive ut primis annis probarentur), praeter hosce, dico, fortasse ipsos scholasticos externos magistri laborem sublevare posse, aliquibus ex eorum numero delectis, qui per breve tempus ceteris in schola instituendis operam navarent. Ubi etiam pauperes degunt convictores, quales Vindobonae et Pragae sunt et alibi quoque esse possunt, eorum aliqui fortasse ad id officium administrandum idonei erunt.

Si litteras indicas, postquam recognitae erunt, prelo subicietis, bene agetis [2]. Quarum hoc anno magnam copiam exspectamus, cum et quae ad superiorem, et quae ad hunc annum spectant, nobis afferendae sint.

Scazerii [3] scriptis per cardinalem Augustanum acceptis R. V., quod tantam ea

[a] absumpto *apogr.* [b] diuotioni *apogr.*

[1] Vide supra p. 625.

[2] Tria huiusmodi litterarum a Sociis scriptarum volumina annis 1559—1565 italice edita sunt Venetiis; quorum tituli exstant in „British Museum. Catalogue of printed books. Jesuits" (London 1889) col. 9. [3] Vide supra p. 686[3].

non uorriamo che hauessi costatto troppo al Cardinal essendo uenuto per uia della posta.

La settimana precedente si mando l' ufficio del Prouinciale, adesso si manda quello del Sacristano. il qual non accadera mandar ad altra Prouincia, ma alli collegij della sua, alli qualli pero bisognara accomodarlo, et doue parera si debbia muttare alcuna cosa che non si obserui come qua si dia auiso a nostro Padre. Qui ua etiam una lettera per il Padre Martino[1] et non scriuo al Padre Theodorico[2] per che si fece risposta alle sue ultime a 20. del pasato. Ci reccomandiamo tutti molto nelle orationi et sacrificij di V. R. et poiche si rimette a lei nel uiatico l' Jllustrissimo Duca buono sera lo mande quanto prima perche gia sera tempo di cominciar a mettere in ordine la gente. Di Roma .3. di Agosto .1560.

Quella informatione che mando la R. V. del statto della Religione in Germania[3] ha molto piaciuto al Cardinal Moron el qual me disse la haueua mostratto al papa, et quando ci seranno auisi simili ci ha ricercato di darglili, et facia conto la R. V. che uerrano a orechie del Papa, ben che se di qua paressi leuar qualche cosa si leuara.

---

in re operam collocavit, gratias agimus; quamquam libros illos, eo quod per publicos tabellarios allati sunt, cardinali tanti constitisse dolemus.

Praepositi provincialis officio superiore hebdomade misso, nunc aeditui officium vobis mittimus; quod reverentiae vestrae non ad alias provincias, sed ad suae provinciae collegia mittendum est; quibus tamen id accommodare debetis, monentes patrem nostrum, si quid forte alicubi mutandum esse videbitur, quod istic aliter quam hic fieri soleat. Litteras quoque patri Martino[1] destinatas hisce adiungo; patri autem Theodorico[2], quia ad novissimas eius litteras die 20. mensis superioris responsum est, non scribo. R. V. precibus et sacrificiis omnes vehementer nos commendamus, et quoniam illustrissimus dux in iis, quae ad viaticum spectant, R. V. consilium se secuturum esse scripsit, illud quam primum ab eo mitti expedit, quia tempus iam erit, ut homines disponere incipiamus. Roma 3. Augusti 1560.

Litterae illae, quibus R. V., quo loco religio in Germania esset, ad nos perscripserat[3], cardinali Morono valde placuerunt, qui et mihi dixit se summo pontifici eas ostendisse, et a nobis petiit, ut, cum similes relationes haberemus, sibi daremus; quas ad pontificis aures perventuras esse R. V. persuasum habeat, quamquam, si quid forte ex iis nobis videbitur delendum, delebitur.

452.

P. LEONARDUS KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rector,

CANISIO.

Colonia 5. Augusti 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; cui Kessel sua manu superscripsit „ad p. Canisium". Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 19. Kesselii quidem nomen subscriptum non est; sed epistulam ab eo datam esse res ipsae ostendunt.

---

[1] Stevordiano. [2] Canisio. [3] Hanc relationem vide supra p. 669—671.

Maiorem epistulae partem posuit *Hansen* l. c. p. 357—358.

Litteras menstruas mittit. Quomodo senatus erga religionem et Societatem se habeat. Privilegia typographica. Bredenbachii commentaria; S. Paulini Nolani opera; Societatis apologia ab Agricola scripta; Noviomagi liber grammaticus etc. P. Goudanus. Socii lovanienses et treverenses. Canisii catechismus.

Reuerende in Christo pater.

recepimus V. R. literas scriptas 16 Julij, quae nobis fuerunt gratissimae.

Omnes in Domino recte valemus vt ex literis quae statum nostri Collegij continent R. V. intelligere poterit [1].

Quid actum sit de literis imperatoriae maiestatis ad Senatum Coloniensem datis non satis compertum habemus [2]. Nec enim maiorem, quam soleamus experimur ipsorum beneuolentiam: nec acriorem in religione vindicanda zelum sentimus. Dominus Opt. Max. pro sua infinita clementia improborum temeritatem compescat et catholicorum animos inflammet.

Denunciaui vtrique concessionem priuilegij, quod non potuit non illis esse gratissimum [3]. Curatum dabunt quae imperata sunt.

Quintelius sub typis habet scripta rectoris Embricae defuncti in d. Matthaeum et in magnam partem psalterij [4]. Maternus satagit excudere opera D. Paulini et confutationem cathechismi monhemij [5].

Purgatio illa societatis nostrae per M. Stephanum Agricolam composita tradita est Reuerendissimo nostro [6] vna cum copia tuae commendationis pro agricola. Expectamus responsum — —[a]. Dabimus operam quoad eius fieri poterit vt R. V. desiderio satisfaciamus.

[a] *Sequitur vocabulum obscurius scriptum.*

[1] Kessel litteras menstruas collegii coloniensis ipso hoc die 5. Augusti 1560 datas significat, quarum partem praecipuam posuit *Hansen* l. c. p. 358—359.

[2] Vide supra p. 678.

[3] Canisius scripserat tribus officinis typographicis Coloniae exstantibus privilegia a caesare concessa esse; vide supra p. 678.

[4] Mathias Bredenbach sive Bredembach († 1559), kerspensis, gymnasii sive scholae latinae embricensis (Emmerich) rector et „summus amicus Societatis" (Litterae quadrimestres collegii coloniensis, apud *Hansen* l. c. p. 333), praeter alios libros, in 69 psalmos priores et in evangelium Matthaei „Commentaria secundum hebraicam veritatem et veterum orthodoxorum Patrum monumenta" conscripserat, quae anno 1560, curantibus Theodorico et Tilmanno filiis eius, et coloniensi facultate theologica probante, Coloniae ex typographia heredum Ioannis Quentelii in lucem prodierunt (*Ios. Hartzheim* S. J., Bibliotheca Coloniensis [Coloniae 1747] p. 240. *Rich. Heinrichs,* Der niederrheinische Humanist Mathias Bredenbach etc. in „Frankfurter zeitgemässe Broschüren". N. F. [Frankfurt a. M. und Luzern 1890] p. 432—467. *Idem*, Der Humanist Mathias Bredenbach als Exeget in „Der Katholik" 73. Jahrg. II [Mainz 1893], 345—357. 445—469. 519—537).

[5] De S. Paulini Nolani operibus et de „Censura" a Materno Cholino excusis plura infra dicentur.

[6] Ioanni Gebhardo a Mansfeld. De hac re et de iis, quae sequuntur, vide supra p. 679—681.

Grammatica Nouiomagi non in omnibus arridet nobis, ideo praeceptoribus delegata est prouincia, vt aut nouam meditentur aut hanc locupletatam pueris proponant.

Prima huius mensis Louanio ad nos venit p. Gaudanus vt mutatione aëris sibi valetudinem recuperare posset,

Louanij iam societas admissa est, instant amici vt vnum ex .4 pedagogijs nostris detur [1].

Collegium Treuerense vt ex literis nostri Regentis intelleximus optimis auspicijs inchoatur, iam ibidem reparatur ampla domus pro societatis Collegio et alia pro conuictoribus et scholis. Noster Regens et d. Andreas [2] ibidem proficiunt gratia apud populum, concionando magnum habent concursum.

Literas Jndicas remittimus. Pharetram diuini amoris mittemus cum Materno, quum [ad] nundinas profecturus est aut per alium amicum qui Augustam proficiscetur.

Spero quod facultas legendi herethicorum libros ad nos breui mittetur.

Maternus libenter operam suam et industriam in excudendo R. V. Cathechismo se impensurum esse spopondit. Curet R. V. vt qualicunque ratione fieri possit ad nos quanto citius perferatur. Non est dubitandum, quin omnibus sit hic liber futurus gratissimus.

Quotquot hic patres et fratres R. V. in domino salutatam cupiunt cum P. Wilhelmo in Domino iesu charissimo.

Coloniae 5 Augusti 1560.

453.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rectori.

Augusta Vindelicorum 6. Augusti 1560.

Ex apographis eiusdem temporis, quae in cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 23—24 ita posita sunt, ut posterioris partis, quae a „Dominus Jesus" incipit, apographo, a *Gerardo Peschio* S. J. scripto (cum inscriptione „Ex epistola P. Canisij ad Colonienses", cuius duo verba postrema ipse Kessel scripsit) antecedat, carmine quodam interposito, apographum prioris partis, a *Kesselio* ipso scriptum, qui eidem inscripsit „pater Canisius ad Colonienses" et ascripsit „6 Augusti 1560. petrus Canisius". Epistulae ipsi „precatio communis" ex apographo eiusdem temporis subiungetur, quod in eodem codice f. 25ᵇ exstat.

---

[1] „In omnibus Paedagogijs, hoc est, in iis scholis, vbi Grammaticalia et Philosophica docentur" etc. Ita de paedagogiis lovaniensibus *Ioannes Molanus* (1533 ad 1585), theologiae professor lovaniensis (De Canonicis Libri tres [Lovanii 1670] p. 240).

[2] PP. Ioannes Rethius, regens gymnasii trium coronarum coloniensis, et Andreas Valkenburgius (Walkemburgensis); vide supra p. 688².

Particulam epistulae posuit *Hansen* l. c. p. 358[2]. Eadem epistula usus erat *editor* in „Entstehung" etc. p. 109[2]. Precationis communis formam coloniensem proposuit rev. dom. „*A.—S.*" parochus in „Anzeiger für die katholische Geistlichkeit Deutschlands" 14. Jahrg. (Frankfurt a. M. 1894), p. 149.

Canisius precationem „communem", quam ante contionem recitare solet, mittit. Liber precationum ab eodem germanice conscriptus. Dilingense et alia collegia. (Appendix: De „precationis communis" formis antiquis. Canisiusne eius auctor?)

— — Mittimus precaciones duas: alteram quae populo Augustano valde placere solet, cum a me ad concionis initium diebus festis recitatur[1]: alteram quae ex aduentu domini superiore anno cum a me quoque proponeretur, grata hoc loco fuit[2]. Librum precationum[3] post menses duos aut tres deo duce accipietis. Scribitis vt credo in Vrbem de statu religionis singulis mensibus[4], posthac vicissim inter nos eas communicemus literas, quemadmodum et quadrimestres, quas a vobis expectamus.

— — Dominus Jesus per vestras precationes nos tueri, et hanc amplissimam Augustae messem prosperare dignetur, vt optatos fructus adferat.

Orate pro Reuerendissimo D. Cardinali Augustano, qui Collegium suum Dillingense in nostros breui translaturus videtur. Ita dei bonitate fiet, vt non solum tres Archiepiscopi Electores suos Theologos e nostris habeant, quorum studio ad vindicandam Religionem in primis vtantur, verum etiam vt instructa Christus castra seruet aduersus Philistaeos[5] istos Dillingae, Oeniponti, Monachij, Ingolstadij, et Viennae. Rogemus Dominum, vt extrudat operarios in messem[6], et augeat Societatem sui nominis in totius Germaniae publicam vtilitatem. Augustae 6 Augusti 1560. Seruus in Christo P. Canisius.

Canisius in hac epistula scribit se precationem adiungere, quae, cum ad contionis initium a se recitetur, Augustanis valde placeat. Cum autem idem Canisius Ingolstadio 2. Ianuarii 1552 S. Ignatio scripserit se (cum P. Goudano) id effecisse, ut singulis diebus festis in singulis contionibus sacer orator cum populo „nominatim pro Concilio, Episcopis, Imperatore, Principibus et pro pace etiam" precaretur (*Can.* Epp. I, 394), et cum ex adumbratione sermonis sacri Augustae Vindelicorum 29. Septembris 1559 a Canisio habiti, quae ab ipso dictata et recognita apud nos superest (vide infra, monum. 169), eundem ante contionem auditores, ut cuncti,

---

[1] Vide, quae post ipsam hanc epistulam scribentur.

[2] Haec in exemplo eiusdem temporis, quod Kessel codici suo, supra memorato, inseruit (in a. 1560, f. 26[a]), sic inscribitur: „Siben andächtige Gebett der lieben Ertzuätter des altten Testaments, zu Christo Jesu, dem waren vnnd ainigen Messia vnserem Herren, auss Prophetischen Geschrifften gezogen vnd allenn Christen fast nützlich im tag zu sprechenn." Quae preces nil aliud sunt quam septem „antiphonae maiores" in officio divino (secundum breviarium romanum) a die 17. ad 23. Decembris ad „Magnificat" recitari solitae et a Canisio, ut videntur, germanice versae.

[3] De hoc libro a Canisio germanice scripto et hoc anno 1560 primum edito vide infra p. 697 et monum. 207. [4] Vide supra p. 599—600.

[5] Cf. 1 Reg. 17, 1—3 etc. [6] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

se praeeunte, certam precationem („dis gemein gebet“) pro variis populi christiani necessitatibus („fur allerley anliggen der gantzen h. Christenhait“) recitarent, monuisse constet, dubitari non potest, quin Canisius Coloniensibus hanc miserit precationem, quam Kessel in epistularum codicem supra (p. 678) memoratum fere proxime post ipsam illam Canisii epistulam transcribendam curavit (Cod. colon. „Kess.“ in a. 1560 f. 25[b]) [1], quamque hic propono ita, ut iuxta eam ponam priorem illam eiusdem precationis formam (a coloniensi illa in multis certe rebus discrepantem), quae in minimi catechismi canisiani germanici editione principe, anno 1556 vel 1557 Ingolstadii aut Dilingae facta, apparet [2], quaeque etiam (minimis tantum rebus iisque ad dialectum vel ad orthographiam spectantibus mutatis) in eiusdem catechismi editionem anno 1558 Dilingae factam inserta [3] et ex hac in novam catechismi a P. Ioanne Fabri O. Pr. scripti editionem ibidem eodem anno factam transcripta est [4].

[Precatio „communis“

in Canisii catechismo minimo, a. 1556 vel 1557 edito:]

Ain gemain gebet für allerlay anligen der Christenhait, täglich zů sprechen.

Allmächtiger ewiger Gott, Herr himlischer Vatter, sihe an mit den augen deiner grundtlosen barmhertzigkait, den jamer deiner glaubigen, für welchen dein aingeborner Sun, vnser lieber Herr, vnnd Hayland, IESVS Christus sich zů kommen in die hånd der sünder nit gewidert, vnnd sein Rosenfarbes blůt am stammen des hailigen Creutzs zůuergiessen [*sic*], wend ab die woluerdiente straff, so jetzt vor augen, erleucht, vnnd sterck durch deinen hailigen Gaist alle gaistliche, vnd weltliche Oberkait, die Bäpstlich hailigkait sammt aller Priesterschafft, alles das zů fürdern, so zů deiner Göttichen eher, lob vnd preiss, vnd gemainer Christlichen Kirchen wolfart, vnd růwe gedeyen mag, auch Kayserliche, vnnd Künigkliche Maie-

a Canisio anno 1560 Augusta Coloniam missa:]

Eynn sonderlich nutzlich Gebett, fur allerlei anligen der gantzen Christenheytt, taglich zu sprechen.

Almachttiger ewiger Gott Herr Hymmlischer Vatter, sihe ahn mytt den augen deiner grundtlosen Barmhertzigkait, vnser iamer, ellend vnd nott: Erbarm dich vber alle Christglaubigen, fur welche dein Eingeborner Sün vnser lieber Herr vnnd Haylandtt Jhesus Christus, inn die Hand der Sunder wylliglichenn kommen, vnnd auch sein Rosenfarbes blutt, am Stammen dess heiligen Creutz vergossen hat. Durch disen Herren Jesum, wend ab gnadigster Vatter, die woluerdiente straff, gegenwertige vnnd zukunfftige gefarligkayten, schodliche emporung, vnnd krigsrustung, Theurung, kranckhayten vnnd betrubtte armmselige Zeytten.

Erleuchtt auch vnd stercke in allem gutten Gaistliche vnd welttliche Ober-

[1] Ita etiam *Hansen* l. c. p. 358[2] censet.

[2] „Catechismus oder die Summa Christlicher leer für die ainfeltigen in fragstuck gestellet“ (sine nomine auctoris, loco, anno) f. 𝔉 1[b]—𝔉 ij[a]. Cf. infra, monum. 199.

[3] „Der Klain Catechismus sampt kurtzen gebetlen für die ainfältigen (Dilingen 1558) f. xxxi[a]—xxxii[a]. Cf. *editoris* „Entstehung“ etc. p. 108—109. Usus sum exemplo huius catechismi, quod Berolini in bibliotheca regia asservatur.

[4] „Ein Christenlicher, rainer, vngefelschter Catechismus für die Jugent. Durch D. *Johann Fabri*“ etc. (Dilingen 1558) f. R ii[b]—R iii[b]. Cf. *editoris* „Entstehung“ etc. p. 110[2].

staten, alle Chur, vnnd Fürsten, Grauen, Freyherrn, Ritter, vnnd Knech, das sie das hailig Römisch Reich, welliches du zů erweiterung deines hailigen glaubens verordnet hast, nach deinem willen schützen, schirmen, handthaben, frid, vnnd gerechtigkait erhalten mögen, sunderlich, jetzundt wider den grausamen Tyrannen, vnnd erbfeindt des Christlichen blůts den Türcken, auch das sie vngewonliche, schedliche, empǒrung, vnnd Kriegsrüstung abstellen. Wir bitten dich auch darneben für alle gefangne, vnd betrůbte, krancke, vnnd ellende Christen, für vnsere freundt, wolthäter, vnnd feindt, für lebendige, vnnd abgestorbne, vnnd endtlich für alle andere anstǒss, vnnd anligen, damit wir dich hie in ainigkait des hailigen Christlichen glaubens, dort mit allen ausserwǒlten in ewiger freüd, vnnd sǎligkait mǒgen loben, vnnd ehern. Das verleihe vns Herr himlischer Vatter, durch IESVM Christum, deinen lieben Sun vnsern Herren, vnnd Hayland, wellicher mit dir, vnnd dem hailigen Gaist gleicher Gott lebt, vnnd regiert in ewigkait, Amen.

sten vnd Regenten, damytt sy alles furdern, wass zu deiner Gettlichen Ehr, zu vnserem Heil, vnnd gemaynen Friden vnd Wolfartt der Christenheit gedeyen mag.

Verleyhe vnss, O Gott des fridens, rechtte vereynigung ihm glauben, on alle spaltung vnnd zertrennung, Bekere vnnser hertzen zu warer Buss vnnd besserung des lebens. Zunde an in vns das feur der liebe, gibe ein hunger vnnd eyfer zu aller gerechtigkait, damytt myr alss gehorsame kinder, im leben vnnd sterben, dir angenemme vnd wolgefellig sein.

Bittenn auch wie du wiltt, O Gott, das myr bitten sollen, fur vnnsere freund vnnd feind, fur gesunden vnnd krancken, fur alle betrubtte, vnnd elende Christen, fur lebendige vnd abgestorbene.

Dir sey einmal beuolhen, O Herr, all vnnser handel vnnd wandel, vnser leben vnnd sterben, lass vns nuhr deiner Gnaden hie geniessen, vnd dortt mytt allen ausserwoltten erlangen, das wyr in ewiger freud vnnd seligkeit dich loben vnd ehren mogen.

Das uerleihe vns Herr Hymmlischer Vatter, durch Ihesum Christum deinen lieben Sun, vnsern Herren vnnd Hailandtt, welcher mytt dir vnnd dem Hailigenn Gayst, gleicher Gott lebtt vnnd regiertt in Ewigkaytt. Amen.

Coloniensem hanc precationis communis formam Canisius etiam in libellum precum germanice a se conscriptum („Betbuch") inseruit; ut in „Catechismus, vnd Betbůch . . . jetz zum drittenmal im Truck aussgangen . . . Durch Petrum Canisium" etc. (Dilingen 1564), Gebett f. 38^b—40^a: „Wie man für gemein anligen der Christenheit bitten soll"; item in eiusdem libri editione quarta (Dilingen 1568) f. 360^b—362^a. Eadem forma in complures ecclesiarum germanicarum libros liturgicos et similes recepta est, multis in regionibus eadem (si parva excipias[1]) usque in praesens tempus permansit, nunc quoque in plurimis Germaniae et Austriae ecclesiis ante vel post contionem publice recitatur; cf. e. g. „Rituale Augustanum", a *Pancratio de Dinkel,* episcopo augustano, anno 1870 Augustae Vindelicorum editum, p. 427, et „Katholisches Gebet-Buch für das Bisthum *Ermland*" (Braunsberg 1879) p. 161—162[2].

[1] Ita vocabulum „rosenfarbes" (Blut) postea in „kostbares", „theures" et similia mutatum et vocabulum „einmal" (Dir sei einmal befohlen) omissum vel in „immerdar", „ein- für allemal" etc. mutatum est. In Borussia vero preces quaedam familiam regiam etc. spectantes huic precationi insertae sunt.

[2] Nunc (id quod etiam duobus libris modo memoratis confirmatur) precatio communis fere post, non ante contionem recitatur.

Sunt, qui Canisium huius precationis auctorem existimare videantur. Ut *Ign. Agricola* S. J., Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris, Pars secunda (Augustae Vindelicorum 1729), Dec. 6., n. 764 [1]; *Vincentius Gasser*, doctissimus ille episcopus brixinensis, in litteris pastoralibus 15. Ianuarii 1865 datis: „Lasst uns", inquit, „jenes schöne Gebet, das der selige Petrus Canisius unsere Väter gelehrt hat, und das jedes Kind unter dem Namen des ‚Allgemeinen Gebetes' kennt, immer mit recht aufrichtigem Herzen verrichten" etc. (cf. *Ioh. Zobl,* Vincenz Gasser, Fürstbischof von Brixen, in seinem Leben und Wirken [Brixen 1883] p. 417—418); P. *Iacobus Kritzradt* S. J. (1602—1672), vir historiae haud imperitus, precationis huius exemplo coloniensi, a nobis supra p. 696—697 typis exscripto, in codice „Kess." adnotavit: „P. Canisius author".

Licet autem notissimum sit ipsum Paulum apostolum velle „fieri obsecrationes, orationes . . . pro omnibus hominibus: pro regibus, et omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate" etc. (1 Tim. 2, 1. 2), et multo ante Canisium christianos sacris diebus in divino officio pro magistratibus, pro pace conservanda etc. certas quasdam precationes, sacerdote praeeunte, communiter recitasse, tamen

a) notandum est Canisium neque in litteris neque in libris suis, in quibus eam, quam supra posuimus, precationem communem ponit, ullo modo significare se ab aliis eam accepisse, cum aliis precibus haud paucis adnotet eas ab hoc vel illo compositas esse, ab ecclesia usurpari, antiquas esse [2].

b) Precationis forma illa, quam Canisius anno 1560 Coloniensibus misit, neque in Germania inferiore eo tempore nota erat (nam ut novum aliquid et a Canisio Coloniensibus missa, et ab his in codicem epistularum sibi missarum transcripta est), neque, ut videtur, in Germania superiore ante annum 1559 in usu erat; aliter enim in catechismos, qui annis 1556/57 et 1558 ibidem in usum Bavariae et Suebiae editi sunt (v. supra p. 696), haec forma, non illa, quam supra p. 696—697 iuxta eam posuimus, recepta esset. Si autem priorem illam alius composuisset et in usum induxisset, Canisius, qua erat modestia et prudentia, eam tantopere immutare ausus vix esset. Omnia, ni fallor, optime explicantur, si utriusque formae auctorem Canisium dixeris; qui forsitan a. 1551 Ingolstadii hanc precationem primum composuerit et postea — haud facile enim sibi ipse satisfaciebat — eam emendaverit et expolierit. Certe precationis communis formam illam, quae a Canisio anno 1560 Augustae in summo templo recitabatur et eodem anno Coloniensibus missa est, Canisius fecisse omnino videtur. Quodsi vir, qui tanta doctrinae et sanctitatis fama per totam Germaniam semper florebat, eam composuit, facillime etiam, cur tam late propagata sit ac plurimis locis per tantum tempus eadem semper manserit, intellegitur.

Affirmavit nuper *doctus quidam vir* precationem hanc a Canisio compositam esse non posse, eo quod iam in institutione quadam „De Praedicatione Verbi Dei, ex Concilio Provinciali Coloniensi [ab Hermanno de Weda archiepiscopo], celebrato anno 1536" proposita esset, quae „Rituali Osnabrugensi", anno 1653 Coloniae „apud Cornelium ab Egmond" in lucem emisso, addita esset (Anzeiger für die katholische Geistlichkeit Deutschlands, 14. Jahrg. [Frankfurt a. M. 1894], p. 173). Certe precatio haec, si a concilio illo proposita et commendata est, non est composita a Canisio, qui eo tempore vix 15 annos natus erat. At

a) in editionibus decretorum huius concilii et „Institutionis compendiariae doctrinae Christianae, in concilio provinciali pollicitae", quae annis 1537 et 1538,

[1] Errat *Agricola*, cum (l. c. n. 763) confessionis generalis sive „culpae publicae" post contionem communiter recitandae usum a Canisio inductum esse asserit; hic enim multo antiquior est.

[2] V. g. „Drey feine vnnd alte Gebetlin", „Sanct Thomas Gebett", „Der Kirchen Gebett" (Catechismus vnd Betbuch [Dilingen 1564] Gebett f. 59^b. 60^a. 205^a).

ipso Hermanno archiepiscopo probante et praefante, Coloniae ex officina typographica Quentelii prodierunt, precatio haec non comparet, et in „titulo" illo, qui est „de disseminatione verbi", capite XVIII. haec tantum dicuntur: „Est autem populus frequenter in concionibus, post conciones vero semper diligentissime commonendus, vt deum Opt. Max. pro potestatibus deprecetur". Sequuntur verba Apostoli 1 Tim. 2, 1—4 [1]. Neque haec precatio in eiusdem concilii editione invenitur, quam liber „Statvta sev Decreta Provincialivm et Dioecesanarvm Synodorvm Sanctae Ecclesiae Coloniensis" anno 1554 Coloniae „ex Officina Haeredum Ioannis Quentel" in lucem emissus continet (p. 334—408).

b) Si anno 1536 ab illustri illo concilio provinciali coloniensi precatio haec contionatoribus praescripta vel commendata esset, neque Canisius, qui sub initium anni 1536 Coloniam venit ibique usque ad ineuntem annum 1547 fere continuo mansit, anno 1560 eam Augusta Coloniam misisset, neque colonienses Socii eam ut novum aliquid in codice illo inscripsissent et asservassent.

Quodsi *Andreas Gassner* precationem communem synodo dioecesanae argentoratensi anno 1549 habitae iam notam fuisse scribit (Handbuch der Pastoral I [Salzburg 1868], 879), quicumque precationem „pro communi necessitate ecclesiae et reipublicae christianae" („Form eines Gebetts fůr gemeine anliegen") parochis, ut post contionem recitaretur, ab ea synodo commendatam et a *Iosepho Hartzheim* S. J. in „Conciliis Germaniae" VI (Coloniae 1765), 445—446 positam cum precatione a Canisio anno 1560 proposita contulerit, illam hac multo longiorem esse et in multis rebus ab ea discrepare facile deprehendet.

Si quis igitur valde probabile esse dixerit „precationem communem" a B. Petro Canisio in usitatam illam formam redactam esse, erroris eum damnare non ausim. *„Pastorale"* bavaricum anno 1627 Ingolstadii evulgatum in „Modo concionandi" sacerdotibus haec praescribit: „Nach der Predig sollen sie das gemain Gebett für alle Ständt auss dem Euangeli Bůchlein Herrn Canisij, so der [*sic*] beste inn disen Gebettlein ist, dem Volck fürbetten, auch die Euangelia darauss lesen." [2]

„Dieses allgemeine Gebet", inquit *Valentinus Thalhofer*, de precatione hac canisiana disserens, „ist so recht ein Stück kräftiger Volksliturgie". „Möge man ihm seinen altehrwürdigen, kräftigen Typus belassen und es nicht zu modernisiren versuchen, wie es da und dort schon geschehen ist" (Handbuch der katholischen Liturgik II [Freiburg i. Br. 1890], 125. Wetzer & Welte's Kirchenlexikon V, 151).

454.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 10. Augusti 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Agusta Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 201—202.

---

[1] „Canones Concilii Prouincialis Coloniensis. Sub Reuerendiss. in Christo patre ac dño, D. Hermanno . . . celebrati. Anno 1536 . . Impress. Colo. anno. XXXVII." f. xxiiii^a^. „Canones *[etc., ut supra]* Impress. Colo. anno. XXXVIII." f. xxiiii^a^. Similiter in eiusdem tituli cap. XXVI. („Quid recitandum finita concione"), in utraque editione f. xxiiii^b^.

[2] „Pastorale ad vsvm romanvm accommodatvm, canones et ritvs ecclesiasticos qvi ad sacramentorvm administrationem aliaque Pastoralia officia in varijs Dioece-

Epistulae non allatae. P. Cuvillonius. Prosper ab Arco. Collegium germanicum. Quattuor Socii, licet tempus praescriptum litterarum studiis non impenderint, ad professionem admittendi. Facultas permittendi aliis breviarii quinoniani recitationem.

Per quelle di V. R. di 27. del pasato[1] intendemo che non riceueno nostre lettere et non so la causa perche quasi ogni settimana si scriue per uia del Cardinal di Augusta. Poi che il Padre Couiglion si contenta di stare in Alemagna nostro Padre anchora sene contenta et si adesso non si puo altra uolta se li respondera a sue lettere come anche a quelle dil Rettor di Praga[2].

Di Vienna non reciuiamo lettere gran tempo fa del padre Vittoria, credo le ultime sue sonno di .16. di Giugno, et pur se li è scritto diuerse uolte, et alcune per uia del Jnbasciator nuouo del Jnperator[3], uero è che reciuemo una coperta di .9. di Luglio di certi dialogi[4] et 6. ducati. V. R. li dia auiso di questo si forsa di la andaranno meglio le lettere. Le quadrimestre anche di maggio non sono riceuute[5], se li è scritto d' alcuni che uoleua mandare, che essendo buoni suggeti li puo mandare quantunche sieno alquanto trauagliati, et si aspettano anchora li Tudeschi pel il Collegio Germanico fra li quali pare potria uenire quello[a] che scriue

Ex R. V. litteris die 27. mensis superioris datis[1] litteras nostras ad vos non perferri intelleximus; cuius rei causam nescio; singulis enim fere hebdomadis per cardinalis Augustani tabellarios litteras istuc mittimus. Quandoquidem patri Cuvillonio in Germania manere placet, id patri quoque nostro probatur; ad eius autem atque etiam ad rectoris pragensis[2] litteras, si nunc non poterimus, alias rescribemus.

Licet Vindobonam ad patrem Victoriam compluries idque aliquoties per novi oratoris caesarei[3] tabellarios litteras miserimus, ex multo tamen tempore inde litteras ipsius non accipimus; quarum novissimas 16. Iunii datas esse existimo. Involucrum tamen 9. Iulii ad nos missum, in quo dialogi quidam[4] et 6 ducati erant, accepimus. R. V. his de rebus eum certiorem faciat, ut videat, num forte istinc litterae commodius ad nos mitti possint. Neque litteras quadrimestres, quae mense Maio mittendae erant, accepimus[5]. Aliquos, quos huc mittere vellet, mitti posse, si bonae indolis essent, ei scripsimus, idque etiamsi animis essent nonnihil afflictis. Germanos quoque in collegio germanico moraturos exspectamus, inter quos ille, de quo pater

[a] quelle *apogr.*

sibus rite obeunda pertinent, complectens" (Ingolstadii 1627), p. 398—399. Exemplum huius libri exstat Ruraemundae in bibliotheca maioris seminarii episcopalis. De editione evangeliorum et epistularum diebus festis legi solitarum a Canisio curata vide *Sommervogel*, Bibl. II, 672—673.

[1] Hae perisse videntur. [2] P. Paulum Hoffaeum dicit.

[3] Prosper comes Arci vel Archi (d' Arco) mense Maio anni 1560 orator caesareus apud summum pontificem constitutus erat (*Sickel* l. c. p. 75).

[4] Vide supra p. 677.

[5] Mense Maio primorum quattuor anni mensium litterae quadrimestres Romam mitti debebant (*Litterae quadrimestres* I, 5—6).

il padre Couiglion se R. V. lo giudicara atto ò uenga daperse come uorra [1].

Quelli .4. che la R. V. nomina per professi cio è il Rettor di Monico et di Praga, et il D. Theodorico [a] [?] et il D. Hermano [2] quantunche non habino udito tutto il tempo che ricercano le constitutioni [3], pare a nostro Padre si debbiano accettare alla detta professione, perche chi legendo ad altri chi predicando, chi studiando altrimente hanno quel che basta di Doctrina, et pur nostro Padre si rimette alla R. V. quanto al tempo di accettarli, pare ben debiano prima [b] disponere della robba [4]. perche il Padre D. Theodorico tiene anchora quella casa [5] et non sapiamo che sia rescosso il Resto del patrimonio, et cosi gli altri credo habbino qualche cosa da fare chi piu, chi meno in fuora del D. Vittoria et Pissa.

Cuvillonius scripsit, venire posse videtur, si vel R. V. eum ad id idoneum esse censuerit vel ipse sua sponte proficiscetur, prout voluerit [1].

Quattuor illos, quos R. V., ut ad professionem admitterentur, commendavit — rectores dico monacensem et pragensem et doctorem Theodoricum [a] [?] et doctorem Hermannum [2] — licet per integrum tempus in Constitutionibus praescriptum magistros non audierint [3], ad professionem tamen illam admittendos esse pater noster censet, quia aliis rationibus: alius scholas habendo, alius e sacro suggestu dicendo, alius litteras tractando sufficientem doctrinam acquisiverunt; tempus autem, quo ad professionem admittendi sint, pater noster R. V. arbitrio definiendum permittit. Qui tamen antea de facultatibus [4] disponere debere videntur; pater enim D. Theodoricus domum illam adhuc retinet [5], nec scimus, num reliquam patrimonii partem exegerit. Ceteris quoque, doctoribus Victoria et Pisano exceptis, plus minusve ea in re praestandum esse puto.

---

[a] *Librarii hic videtur esse error; cui* D. Henrico *scribendum fuerit; vide infra, adnot. 2.* [b] *In apogr. (librarii lapsu, ut prorsus videtur) sequitur:* de.

---

[1] Fortasse „magister Guilielmus Flander“, de quo infra p. 718.

[2] Collegiis monacensi et pragensi PP. Theodoricus Canisius et Paulus Hoffaeus rectores praeerant; „doctor Hermannus“ ille P. Hermannus Thyraeus (Dorkens) erat; qui, anno 1556 Ingolstadium cum primis eius collegii Sociis missus, ibi theologiam docebat et in aede S. Sebastiani contionabatur (*Mederer* l. c. I, 258). Ex litteris autem Canisii 28. Augusti 1560 ad Kesselium datis intellegitur cum his tribus ad professionem (praeter Victoriam et Pisanum iam antea designatos; vide supra p. 660) designatum esse P. Henricum Blissemium.

[3] *S. Ignatius* iis, qui ad quattuor votorum professionem admittendi essent, hanc „communem mensuram“ constituerat: „quadriennium integrum post artium liberalium et philosophiae studia in theologia explevisse“ (Constitutiones P. 5, c. 2, n. 2). Artibus autem et philosophiae per tres annos vel potius per tres et dimidium operam dari volebat (Constitutiones P. 4, c. 15, n. 2).

[4] *S. Ignatius* constituerat, ut, si quis Societatem ingressus bona sua honesta de causa non statim relinqueret, promitteret se uno post ingressum anno absoluto, quandocumque a praefectis iuberetur, ea et si quae haberet beneficia ecclesiastica relicturum; atque ut professionem facturi saltem ante professionem, ceteri vero ante ultima sive publica vota beneficia illa relinquerent et pauperibus bona distribuerent (Constitutiones, Ex. c. 4, n. 2. 5; P. 3, c. 1, n. 7. 25 etc.).

[5] De ea domo vide supra p. 356[3]. 595[3].

La faculta di absoluere ab haeresi, et non obstante la retencion delli libri si è mandatta[1]. V. R. auisi se la hauera riceuuta. Si uedera si potra obtenersi licenza de lasciar dir l' ufficio nuouo[2] alli forastieri nostri deuotti[a][3].

Della messe copiosa che si scopre in Augusta ci ralegramo in Domino à chi piacia dar a V. R. uirtu di ricoglierla in horrea Christi[4]. Non mi stendero in altro in questa, reccomendamoci tutti molto nelle orationi di V. R. etc. Di Roma li .10. di Agosto .1560.

Misimus vobis hominum ab haeresi, etiamsi libros illos retinerent, absolvendorum facultatem[1]; quam R. V. cum acceperit, eius rei certiores nos reddat. Facultatem impetrare conabimur, qua officii novi recitationem[2] hominibus externis nobisque devotis[3] permittere possimus.

Messem copiosam Augustae apparere gaudemus in domino, qui R. V. ad eam in horrea Christi congregandam[4] vires dare dignetur. Nec plura nunc scribam. Omnes magnopere nos commendamus sacris precibus R. V. etc. Roma 10. Augusti 1560.

455.

CANISIUS

P. EVERARDO MERCURIANO,

Societatis Iesu per Germaniam inferiorem praeposito provinciali[5].

Augusta Vindelicorum 13. Augusti 1560.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 27.

Particulam posuit *editor* in „Entstehung" etc. p. 74[3]; cf. ibidem p. 75.

Collegia Treveris, Moguntiae, Tyrnaviae constituenda. Societas Coloniae a senatu admittenda. Alia Germaniae collegia. In Deo confidendum. Canisius „Summam" et ipse emendat, et ab aliis emendari vult. Catechismus parvus. Canisii nomen catechismis ascriptum. Augustae multi resipiscunt. Apologia Societatis. Libri in scholis usurpandi.

---

[a] deuouotti *apogr.*

---

[1] Vide supra p. 689—690.

[2] De brevi hoc breviario, quod „S. Crucis" vel „quinonianum" vocari solet, vide *Can.* Epp. I, 196[2]. 346. 458[1], et supra p. 196.

[3] Ii, qui Sociis conscientias (in sacra confessione vel exercitiis spiritualibus) regendas tradebant, significari videntur.

[4] Cf. Io. 4, 35—38.

[5] Everardus Mercurianus (cf. supra p. 99[1]) cum a. 1558—1565 provinciae Germaniae inferioris praefuisset, „assistens" pro Germania et Gallia S. Francisco Borgiae praeposito generali additus est; quo mortuo ipse a. 1573—1580 totam Societatem administravit. Eius vitam P. *Oliverius Manareus* S. J. (1523—1614) enarravit (De vita et moribus Everardi Mercuriani . . . Commentarius . . . nunc primum in lucem editus. Bruxellis 1882); res autem in generalatu ab eo gestas P. *Franciscus Sacchinus* S. J. comprehendit (Historiae Societatis Iesu Pars quarta sive Everardus. Romae 1652). Vide etiam *Sommervogel*, Bibl. V, 972—973.

Pax Christi.

Benedictus Deus, qui R. T. ex inferiori ad superiorem Germaniam reuocauit vt primarijs ecclesijs Treuirensi et Moguntinensi operam daret [1], Nec dubitamus, quin apud Archiepiscopos istos effectum sit aliquid, quod votis nostris et Romanorum patrum expectationi satisfacere possit. Certe gustum aliquem de re foeliciter Treueri inhoata per Treuerenses literas accepimus, deoque gratias libenter agimus quod ministerio R. T. hanc Germaniae partem adiuuare dignetur. Quem rogare porro pergemus vt quod dextre modo per vos auspicatus est. id uobis [a] [?] ex Vrbe missis operarijs tantae messis pro sua bonitate promoueat ac expeditum reddat. Illud iucundum nobis fuit audire, quod Louanij nostris liceat authoritate publica commorari et speramus fore vt ius idem obtingat fratribus Coloniensibus quorum causa, quid apud Caesarem [actum sit] [b] alias ex hoc loco scriptum est. Vincetis breui Statum prouinciae nostrae in qua numeramus quatuor collegia: Aenipontanum et Dilingense vt videtur nobis accessura sunt. Sed vos torporem nostrum facile vincetis hac impigra diligentia, quae tam multa simul collegia excitare videtur, Tornaci Leodij Louanij Coloniae Treueri atque Moguntiae, nisi forte plura etiam numeranda supersunt. Hic nulla certe tangimur inuidia, quia Germaniae vestrae perinde ac nostrae studiosi sumus. Sed oret pro nobis Dominum R. T. vt prouinciam quoque nostram non solum recte administrare, sed etiam multis et solidis Collegijs augere atque confirmare possimus.

Ex Vrbe nihil fere noui. Mittam alias, quae ad munus prouincialis pertinent, vt Romani patres mitti volunt. Hoc Vnum metuimus ne difficile sit nostris optatos dare et mittere operarios in vtramque Germaniam et Galliam et Hungariam vbi hoc ipso forte anno quintum instruemus collegium Christo fauente. Sed tota nostra spes in eo collocata esse debet qui dominus est messis [2] et probe nouit quibus egeamus. ipsi cura de nobis [3], ipse pugnabit pro nobis vel tacentibus [4].

Versor in Cathechismo, quem Caesar iubet cum pleniore mandato in lucem prodire. Quae in illo desiderari scribis expendam mecum diligentius, et rogo vt si quae mutanda vel corrigenda videantur, aliorum etiam auditis si placet sententijs ad me cito perscribas, priusquam hoc opus recognitum Colino tradatur. Idem de minori Catechismo fieri velim et vtrumque simul [5] prodire fortasse congruet.

---

[a] *Aut hoc aut* nobis *a librario positum est; at* nouis *legendum esse puto.*

[b] *Haec vel similia (*gestum sit, effectum sit*) a librario omissa esse videntur.*

---

[1] Vide supra p. 688[2]. [2] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

[3] 1 Pet. 5, 7. [4] Ex. 14, 14. Deut. 1, 30 etc. 2 Esdr. 4, 20.

[5] „Summam doctrinae christianae“ et „Parvum catechismum Catholicorum“; cf. supra p. 681. 689.

Nisi sunt alij in hoc scripti genere versati foelicius quibus ego certe libenter coedam, suppresso etiam vtroque scripto quod mihi maiori cepit esse curae vt verum fatear postquam typographus Venetus et Antuerpiensis vel me inuito nomen ascripsit autoris[1]. Scripsi proxime vt D. Gaudanus suam daret operam in his concinnandis. At si nimium ego videor anxius, facite quod christus vobis suggeret ad gloriam sui nominis[2].

Hic Versamur in Augustana messe nescio quam vtiles operarij nisi quod augetur nobis auditorium et sunt ad resipiscentiam quorundam paratae mentes, quas christus per orationes vestras in ouile suum reuocet vt se oues agnoscant errantes et pastori suo[3] perfecte restituantur nec fuit ad confessiones vulgi audiendas maior ante hac occasio, quam certe non negligemus[4].

Non repetam de M. Stephani epistola ad Archiepiscopum Coloniensem scripta, cuius exemplum si excudetur non vnum petimus[5]. Tum quos in Grammaticis et rhetoricis authores hoc tempore commodiores putetis, quorum vsus nostris seruiant scholis, id vero scire percupimus. Dominus Jesus laborum et precum R. T. nos participes faciat .M. Siluium[6] ad nos rediturum sperabamus, cuius quidem opera non parum egemus. Commendabit nos R. T. suorum filiorum precibus et sacrificijs. Gratiam nobis suam augeat bonorum auctor et confirmator deus qui S. Bonifacij et maximi S. Paulini[a] [7] [?] et aliorum sanctorum meritis causam fidei aduersus haerethicos tueatur nostrasque operas sibi gratas et Germaniae salutares reddat. Augustae 13 Augusti 1560

Seruus in Christo Pater[b] [?]
Canisius.

[a] *Sic; sed legendum esse puto:* S. Bonifacij et Maximini et Paulini. *Vide infra, adnot. 7.*

[b] *Sic quidem librarius; sed Canisius litteris* Petrus Canisius *subscribere solebat.*

[1] Vide supra p. 606[4]. 681[1]. [2] Ps. 78, 9. Iud. 7, 24 etc.

[3] Io. 10, 1. 16. 1 Pet. 2, 25.

[4] Pius IV. „iubilaei“ indulgentiam litteris Roma 24. Martii 1560 datis fidelibus obtulerat; quarum exemplum germanice versum et in folio singulari excusum exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae (Pestarchiv XVIII. 29); editae sunt etiam ab *E. S. Cypriano,* Tabularium ecclesiae Romanae seculi decimi sexti etc. (Francofurti et Lipsiae 1743) p. 91—94. Hosius eas 6. Iunii 1560 Vindobona Coloniam ad archiepiscopum miserat (*Hansen* l. c. p. 351).

[5] Libellum „Für die gesellschaft Jesu. Gegrundte verantworttung“ etc. Stephanus Agricola Augusta 16. Iulii 1560 Ioanni Gebhardo de Mansfeld archiepiscopo coloniensi inscripsit; vide infra, monum. 219.

[6] Petrum Silvium; vide supra p. 689[2].

[7] S. Bonifatium, Germaniae apostolum, primum ecclesiae moguntinae fuisse archiepiscopum omnes norunt. Ecclesia treverensis summo honore veneratur S. Maximinum et S. Paulinum episcopos suos (circiter a. 332—349 et 349—358), qui catholicam fidem contra Arianos fortissime defenderunt, quorumque corpora Treveris in templis ex ipsis nominatis condita sunt.

Reuerendo[a] Patri in christo M. Euerardo Praeposito per inferiorem Germaniam societatis Jesu vel[1] patri Leonardo Kessel[b] Collegij eiusdem societatis [praeposito. Coloniae].

456.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 17. Augusti 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 205.

Dilinganum et alia collegia. Seminarium magistrorum. Canisii catechismus recognitus. Frater quidam scholasticus. Fructus ex Canisii contionibus orti. Cursus artium.

Riceuemo quella di V. R. di 3. del presente[2], et quanto al collegio di Tilinga dice il Cardinale che al suo tempo con li Canonici fara quello che la ragione ricerca[3].

P. Dominicus Menginus Monachii manere, si bene valet et manere vult, potest; sin aliter, Metas vel in Germaniam inferiorem mittatur.

Monachium, si poterimus, 8 vel 10 Socios mittemus. pare il Rettor di Praga[4] prepara seminario di lectori per aiutar il ben comune dil che ne hauemo hauuto consolatione.

Litteras exspectamus, quibus, num Treveros et Moguntiam Socii a nobis mittendi sint, edoceamur.

L' Jmperator fa molto bene di far restanpare et publicare il Cathechismo di V. R. etiam col suo nome, et se del picciolo òcorrera

---

R. V. litteras die 3. huius mensis datas accepimus[2]. Quod ad collegium dilinganum attinet, cardinalis suo tempore cum canonicis, quae ratio dictaverit, actum iri dicit[3].

P. Dominicus [etc., ut supra].

Monachium [etc., ut supra]. Rector pragensis[4] seminarium quoddam magistrorum, qui rem publicam adiuvent, parare videtur; qua re laetati sumus.

Litteras [etc., ut supra].

Imperator optime agit, cum R. V. catechismum denuo typis exscribendum et evulgandum, etiam R. V. nomine apposito, curat. Si quid de parvo catechismo

---

[a] *In apographo inscriptio haec epistulam ipsam antecedit.*
[b] Kesel *apogr.*

---

[1] Intellege: Si is Colonia absit. [2] Hae perisse videntur.
[3] Vide supra p. 659—660. [4] P. Paulus Hoffaeus.

dar alcun auiso spero per la settimana seguente si dara. Quando uenira Guigliermo per il collegio Germanico si tenera conto como conuiene con la reccomendatione di V. R.

Quel Fratello uenuto di Colonia che esta adesso in Jngolstadio se tiene buon sugetto quanto alle parti naturali si ben habbia bisogno di esser aiutatto nelle spirituali. si puo mandar a Roma, et cosi altri simili.

Che cresca l' auditorio in Augusta ci ralegramo in Domino. et desideramo anche cresca il frutto che la fama sparge qua non esser poco.

Vindobonenses, si novum artium cursum incipere velint, multos, qui eum incipiant, fratres scholasticos habere debent, aut, si hi pauci sint, boni ingenii eos esse oportet. Qui tamen melius Romae instituentur. Litterae quaedam, quas Vindobonenses mittere debebant, Romae desiderantur. Qua estiamo con mediocre sanita et ci reccomendiamo Tutti molto nelle oratione di V. R. Di Roma li .17. d' Agosto .1560.

---

notandum occurrerit, spero fore, ut proxima hebdomade ad vos mittatur. Cum Guilielmus, ut in collegium germanicum admittatur, huc venerit, commendationis R. V. rationem, ut par erit, habebimus.

Fratrem illum, qui Colonia profectus Ingolstadii nunc moratur, naturae muneribus ornatum esse existimant, licet in iis, quae ad pietatem pertinent, auxilio indigeat. Qui Romam mitti potest. Idem de similibus dico.

Gaudemus in domino, R. V. auditorium Augustae augeri, cupientes fructum quoque augeri, quem haud exiguum esse huc fama fert.

Vindobonenses [etc., ut supra]. Hic mediocriter valemus et R. V. precibus omnes magnopere nos commendamus. Roma 17. Augusti 1560.

457.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 24. Augusti 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 210—211.

Vindobona litteras non afferri. De compluribus collegiis. Facultas legendi libros haereticos. De collegio dilingano cum cardinali tractatum iri. Quomodo PP. Victoria et Pisanus ad professionem se praeparare debeant. Romanorum Sociorum inopia.

Receuemmo quelle de 10 del presente[1], de Vienna reciuiamo

Allatae sunt nobis litterae die 10. huius mensis datae[1]. Vindobonensium vero

[1] Hae Canisii litterae superesse non videntur.

rarissime et incertissime lettere, et cosi forsa non receueno anche loro le nostre, se questo perseuera bisognara pigliar la uia di Augusta.

Del Collegio di Tirnauia per non hauer lettere come ho detto non si è fatto anchora resolucione ferma. Quanto al Cathalogo gia si mando quel che ultimamente si hebbe dal Cardinal Alesandrino [1]. V. R. auisi se le ha riceuute. Quel che si e concesso, alli Vienensi da poter leggere libri heretici, si concede anche al D. Theodorico Canissio et alli D. Jngolstadiensi [2] et a maestro Francesco costero [3] et se pare a V. R. anche de altri, auisi per che se li concedera. parendoli atti.

Non sapiamo perche tardi tanto in auisarci di qualche cosa il Padre Euerardo [4].

Col Cardinal Augustano non si è uenuto anchora a conclusione, ma si stringera il negocio suo questo autunno, et si stara sopra di se etc. [5] È statto bene de leuar il Padre Hurtado de Oybin, et sera ben acarezarlo, insino a tanto che sia restituito alla sanita. La permutacion delle intrade de Oybin meritamente e da tutti desiderata.

---

litterae rarissime et incertissime nobis afferuntur; quare etiam timemus, ut ipsi nostras accipiant. Quod incommodum nisi cessaverit, epistulas illas per Augustam mitti oportebit.

De tyrnaviensi collegio, cum litteras (id quod scripsi) non accepissemus, certi quicquam nondum constituimus. Quod ad catalogum attinet, iam, quae novissime a cardinali Alexandrino impetraveramus, ad vos misimus [1]. Scribat nobis R. V., num ea acceperit. Haereticorum librorum legendorum facultas, Vindobonensibus concessa, etiam doctori Theodorico Canisio et doctoribus ingolstadiensibus [2] ac magistro Francisco Costero [3] conceditur. Qua si alios quoque donandos esse R. V. censebit, nos moneat; nam si R. V. idonei visi erunt, eadem donabuntur.

Cur pater Everardus [4] aliquid ad nos referre tam diu moretur, nescimus.

Cum cardinali Augustano nondum quidem rem confecimus; sed hoc autumno eius negotium urgebimus et nobis cavebimus etc. [5] Prudenter patrem Hurtadum Oibino evocastis; quem curari colique conveniet, donec sanitatem recuperaverit. Oibinenses reditus in alios permutari omnes merito desiderant.

---

[1] Vide supra p. 689—690.

[2] Ingolstadii tunc hi theologiae doctores (qui in facultate philosophica lauream adepti erant, tunc „magistri" potius quam doctores dicebantur) fuisse videntur: P. Nicolaus Lanoius, P. Ioannes Cuvillonius, P. Alphonsus Pisanus (cf. *Mederer* l. c. I, 256. 304).

[3] P. *Leonardus Kessel* in Sociorum coloniensium catalogo 8. Augusti 1560 scripto: „M. Franciscus Costerus", inquit, „tenet locum nostri regentis [gymnasii trium coronarum, P. Ioannis Rethii, Treveris morantis] et est principalis magister in phisica" (*Hansen* l. c. p. 359). De eodem vide *Can.* Epp. I, 95[4].

[4] Mercurianus. Vide supra p. 688[1]. 703.

[5] Cardinalis Otto Roma 27. Iulii 1560 Alberto V. scripsit: „Ich lass E. L. vertreulich wissen, wie ich gern ain Collegium Societatis Jesu wolt auffrichten. Bitt E. L. welle onbeschwert sein, mir vertreulich zu schreiben die condition, besoldung vnd anders, wie sie E. L. auffgenommen zu Ingolstatt vnd München, och was sie schuldig" (Briefwechsel des Cardinals Otto Truchsess... mit Albrecht V.... 1560—1569. Mitgetheilt von *Joseph Baader*, in „Archiv für die Geschichte des Bisthums Augsburg". Herausgeg. von *A. Steichele*. II [Augsburg 1859], 194).

Si ua pensando in quelli che si han a mandar in Vienna et Monachio, benche prima uorria nostro Padre intendere, quel che se ha di far con treuere, et Tirnauia.

Quanto alle professioni delli Padri Vittoria et Pissa si potranno fare senza alcuna delle probatione, come sarebbe de peregrinare[1]. L' andar al hospitale almeno qualche hora al di per alcuni giorni seria bene, se non lo han fatto altra uolta. La Doctrina Christiana potriano insegnare alcune uolte alli scholari suoi. benche non siano molti di. Jl mendicare bastara si faccia in qualche pago, como V. R. scriue, et quel secesso che precede la professione, non impedira l' attendere alle cose ordinarie del ufficio loro.

Del D. Theodorico[2] gia scrissi che si fossi speditto della roba potria anche far professione, ma non sapiamo che fara di quella casa, il resto anche che doueua riscotere, del Patrimonio suo non sapiamo se sera uenuto alle mani del Padre Leonardo[3]. V. R. per charita li scriua una lettera, et lo solliciti a mandar quella summa perche realmente ci trouamo in molto bisogno. Nostro Padre et tutti ci reccomendiamo molto nelle oratione di V. R. L' incluse si mandaranno doue uanno. De Roma li 24. d' Agosto .1560.

Deliberamus, quinam Vindobonam et Monachium mittendi sint; prius tamen pater noster, quid Treveris et Tyrnaviae faciendum sit, intellegere cupit.

Patres Victoria et Pisanus professionem facere poterunt nulla ex probationibus illis praemissa, qualis esset peregrinatio[1]. Convenit tamen, eos per aliquot dies in valetudinarium ire, ut saltem aliquibus horis cotidie ibi operam praestent, nisi alias praestiterint. Doctrinam christianam aliquoties discipulis suis tradere poterunt, etiamsi per multos dies eam non tradant. Satis etiam erit eos in pago aliquo stipem colligere, sicut R. V. scripsit; nec secessus ille professioni praemittendus impediet, quominus solita officiorum munera obeant.

Iam scripsi doctorem quoque Theodoricum[2], si a facultatibus expeditus esset, professionem facere posse; nec tamen, quid domo illa facturus sit, scimus; ignoramus etiam, num reliqua patrimonii pars, quam exigere debebat, in manus patris Leonardi[3] pervenerit. R. V. litteras, quaeso, ad eum det, quibus ad pecuniam illam nobis mittendam eum urgeat; revera enim in magna sumus inopia. Pater noster et nos omnes R. V. precibus vehementer nos commendamus. Litteras huic epistulae inclusas R. V., quo destinatae sunt, mittendas curet. Roma 24. Augusti 1560.

458.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rectori.

Augusta Vindelicorum 28. Augusti 1560.

Ex apographo eiusdem temporis, sic inscripto: „Ad P. Leonardum". Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 40.

---

[1] V. supra p. 683—684. [2] Canisius; vide supra p. 701. [3] Kessel.

Regulae praepositi provincialis. Nova saxonica. Messis augustana. Colonienses rogat, ut Socios quosdam in patrimoniis suis exigendis et in alios transferendis iuvent.

Nunc quod saepe promisimus perscriptum munus prouincialis mittimus, sed hac lege, vt scriptum idem ad prouincialem galliae[1] porro mittatur, sicut Romae nobis iniunctum est.

Quid non ita nuper[a] [?] acciderit in Saxonia ex adiuncto scripto intelligetur[2]. hic alioqui nihil noui, nisi quod indies maiorem gratiam nobis tribuit dominus in hac messe quam forte augustam non immerito dixeris, faciant autem preces et sacrificia pro nobis vestra, vt quod coepit Augustae diuina bonitas, id foelix capiat incrementum ad Germaniae nostrae salutarem aedificationem. Verum de hoc fructu alias. Designatus est frater meus a Preposito nostro vt in ordinem professorum cooptetur[3] quod fieri tamen non potest, nisi canonicatu et reliquis bonis ille primum se abdicet[4]. Itaque vestram audire sententiam volumus, possitne paucos intra menses opera vestra id officij [praestare][b] vt liberaretur ex his rethibus atque compedibus, statimque professionem aederet vna cum Patre paulo Hoffaeo, qui et ipse nonnihil habet in patrijs bonis, quod Moguntino Collegio si vllum [?] futurum est applicari vellet, quamquam id exiguum esse puto[5]. Accedit 3 D. Henricus Blishemius, et quartus erit Doctor Hermannus Thyraeus quibus duo D. Victoria et D. Pisanus adnumerantur, vt professorum ordinem augeant[6] quod illis et societati vt foelix sit ad dei gloriam etiam atque etiam precemur. De d. Henrico ni fallor, male merentur amici, qui totum vsurpant sibi, quod ille non donatum sed suum vindicari vult, licet non ampla sit ea pars patrimonij. Ingratum erit vobis vereor quod has curas et haec onera in vestros

---

[a] *Hoc vocabulum et duo antecedentia obscurius scripta sunt.*

[b] *Hoc supplendum esse videtur, nisi malis supplere:* resignare *[officium canonici].*

---

[1] P. Paschasium Broetum.

[2] Ex Canisii litteris 31. Augusti 1560 ad Lainium datis intellegitur a Canisio significari rem, quam Fribergae in Saxonia accidisse ferebant quaeque enarratur his libellis, anno 1560 Norimbergae ex officina typographica Georgii Kreydlein in lucem emissis: a) „Newe Zeyttung vnd Wunderpredigt: Dardurch ein Arme einfeltige verachte Junckfraw, One gefehr XVIJ. Jhar alt, alle Stende zur Busse vnd Besserung jres sündlichen lebens vermanet hat, Geschehen zu Freibergk in Meissen den 17. May. Anno 1560. Mit einer Vorrede, Hieronimi Welleri. D.“ b) „Newe Zeytung. Von einem Megdlein das entzuckt ist gewest, vnd was wunderbarliche Rede es gethan hat, geschehen zu Freyberg in Meyssen im Jar. M.D.LX.“ (*Emil Weller,* Die ersten deutschen Zeitungen, in „Bibliothek des litterarischen Vereins in Stuttgart“ CXI [Tübingen 1872], 166).

[3] I. e. professionem sollemnem faciat.

[4] Vide supra p. 701[4]. Theodoricum Canisium Xanti in ecclesia S. Victoris canonicatum habuisse constat (*Can.* Epp. I, 290[3], et infra p. 720). *Polancus* eum Noviomagi canonicum fuisse scribit (Chronicon IV, 273).

[5] Hoffaeus ex archidioecesi moguntina ortus erat; vide supra p. 96[2].

[6] Vide supra p. 660. 701.

humeros reijcere videamur, nimirum vt vos qui amicis horum patrum estis propinquiores [1] illorum agatis nomine procuratores. Sed charitati non illubenter inseruitis quae sustinet omnia [2], neque cogitat nolumus [a] [?] et vestram saltem sententiam nobis communicare non dedignabimini. Dominus gratiam nobis suam conseruare [et] augere dignetur. Nunc plura [scribere] non licet. Augustae 28. Augusti 1560.

Seruus in Christo P. Canisius
qui vestrae charitatis preces et
sacrificia sedulo petit.

459.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 31. Augusti 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 219—220.

Socii mox in varia collegia mittendi. Aliqui dimittendi. Canisii coquus. Delfinus nuntius apostolicus Sociis magna promittit. Messis augustana.

R. V. litteras 17. Augusti datas [3] *accepimus. Patris autem Everardi [Mercuriani] litterae nobis allatae non sunt. Duodecim iam nostros — atque inter hos magistros [Ioannem] Dyrsium et Ioannem „Zeidel", qui cum theologi sint, contionatores agere poterunt — in Germaniam superiorem destinavimus, a R. V. inter collegia monacense et vindobonense dispertiendos; quibus tamen viaticum mitti debebat. Sacerdos quoque bohemus Vindobonam destinatus est, inde, si visum erit, Tyrnaviam cum P. Ioanne „Zeydel" mittendus* [4].

R. V. neve Catharinum Gallum neve Florianum Romam mittat; sed utrumque dimittere licet.

R. V., nisi alium coquum idoneum invenerit, Andreae ministerio ea in re uti potest, ita tamen, ut is de Societate esse non censeatur [5].

De professionibus istis iam scripsi.

R. V. litteras 17. Augusti datas [etc., ut supra].

---

[a] neque cogitat malum? *Vide 1 Cor. 13, 5.*

---

[1] Blissemius bonnensis (Bonn), Thyraeus novesiensis (Neuss) erant.
[2] 1 Cor. 13, 4. 7. [3] Hae perisse videntur.
[4] De Dyrsio et Seidelio vide supra p. 149[1]. 182. 305[1]. 353[2].
[5] Andreas Stör, iuvenis litterarum studiosus, Canisii scriptorem agebat; vide infra, monum. 187.

Oggi si parte secondo che ci ha detto il Vescouo Delphino per Nuncio di Sua Santità al Jmperatore, et specialmente como entendiamo sopra le cose del concilio [1]. Fa profession di esser tutto nostro, et uole confessarse in chiesa nostra, et far cose grande per la compagnia [2]. Li daremo lettere per il padre Vittoria, cui lettere che manda per il Vescouo Warmiense, non arriuano mai a nostre mani ben che ariuano altre mandatte per la posta che se referiscono a quelle che non uengono et cosi non hauemo information delle cose dilla. Di questo scriuo accio V. R. gli lo faccia intendere, benche anche noi gli lo scriuiremo per altra uia. Nelle oratione di V. R. nostro Padre et tutti molto ci reccomendiamo et ci ralegramo in Domino. che cresca la messe Augustana. De Roma l' ultimo d' Agosto .1560.

Jl padre Jonas [3] et altri deputati per Treuere non si contano fra quelli .12. di sopra dette. et non credo partiranno, insino atanto che si ueda la resulutione pressa col Arciuescouo.

Delfinus episcopus hodie — hoc ipse nobis dixit — hinc discedit, sanctitatis suae nuntius apud imperatorem futurus; cui imprimis de concilii rebus agendum fore audivimus [1]. Ipse se totum nostrum esse profitetur et in ecclesia nostra peccata confiteri atque in Societatis utilitatem magnas res gerere vult [2]. Nos litteras ei dabimus patri Victoriae destinatas, cuius epistulae per episcopi varmiensis tabellarios ad nos missae numquam nobis afferuntur, quamquam aliae nobis afferuntur, quae publicis tabellariis traditae sunt quibusque ad eas, quae non afferuntur, remittimur; unde fit, ut illarum partium res ignoremus. Haec a me scribuntur, ut per R. V. ei significentur; quamquam nos quoque litteris alia via mittendis eadem ad eum perscribemus. Pater noster nosque omnes et R. V. precibus magnopere nos commendamus et messem augustanam augeri gaudemus in domino. Roma postremo die mensis Augusti 1560.

Pater Ionas [3] aliique Treveros destinati in 12 illorum, de quibus supra scripsi, numerum relati non sunt; neque hos hinc profecturos esse existimo, antequam, quid cum archiepiscopo constitutum sit, cognoverimus.

460.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 31. Augusti 1560.

Ex apographo, sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. exscripto ex apographo, olim Romae scripto et postea in cod. „Epistt. B. Petri Cannisii I" 79 (bis)—112 posito.

---

[1] Zacharias Delfinus (Delfino), venetus, episcopus pharensis (Liesina, insula dalmatica; cf. de eo *Can.* Epp. I, 478. 483 etc.), Germaniae superioris et mediae principibus, ut oratores ad concilium mitterent, persuadere iussus erat.

[2] *Polancus* eodem die Vindobonam ad P. Victoriam de eo scripsit: „Vuole frequentar la chiesa nostra in Vienna et confessarsi la et celebrare secondo che intendo . et nelle cose della compagnia nostra uole far grande sforzo per aumentar le con intratte Ecclesiastice di Alemagna facendo che seruano per aleuar operarij di la et anche in Roma, et sopra questo se li è datto un memoriale" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 220). [3] Adler.

Hosii, Mussi, Delfini, nuntiorum apostolicorum, virtutes. Concilium oecumenicum. Flaciani cum Vitembergensibus altercantur. Stancarus reditum ad ecclesiam parat. Populum Lutheranismi taedet. Protestantium disputatio heidelbergensis. Seditio trerensis. Augustae multi ad ecclesiam redeunt, licet eam ob rem multis iniuriis afficiantur. „Ecstatica" puella fribergensis. Pastor a daemone obsessus. Diabolus turrim aedificat. Russi Livoniam invaserunt. Rigensis archiepiscopus apostata.

Cum alias saepe, tum hisce postremis mensibus Pont. Max. declaravit, quo in Caesarem animo, et quam singulari veraeque Paternae Charitatis affectu erga Germaniam sit praeditus. Neque enim sat illi fuit prudentissimum virum et praestantissimum Theologum Episcopum Varmiensem huc Legatum mittere, sed adiunxit etiam Ornatissimum et Eloquentissimum Virum F. Cornelium Episcopum Bituntinum[a], qui duas praeclaras conciones praesente Caesare et coram aliis honoratis viris habuit[1]. Accedit nunc tertius eiusdem Pontificis legatus, vir agendi dexteritate et usu rerum valde laudatus, D. Delphinus Episcopus[2]. Qui omnes utinam talem ex legatione suscepta fructum referrent, qualem pius Pii Pontificis animus meretur et postulat, ut Oecumenici Concilii celebrandi sublatis impedimentis, quae per principes quosdam augeri videntur, tandem Ecclesiarum Antistites in causam restituendae religionis serio incumbant.

Interea haeresum huius aetatis parens Saxonia diris vexatur prodigiis, praesertim Friburgi, quod in Misnia oppidum est[3], et circa Ihenam, quam alii Gehennam vocant, ob novos Illyricianorum furores, quibus Sathan unus adversus alterum[4], et Schola Ihenensis contra Wittenbergensem exagitari videtur. De illo contendunt maxime, utra pars puriorem sui Patriarchae Lutheri doctrinam asserat. Illyricus centum et plurimos[b] [?] etiam Parochos, excommunicatis interim Wittenbergensibus, habet in sua navi, et nunc defuncto Melanthone

[a] Bisuntinum *apogr.* [b] *Sic apogr.; sed* plures *legendum esse videtur.*

[1] Cornelius Mussus (Musso, Mussi), ordinis Minorum conventualium, episcopus bituntinus (Bitonto, in Italia meridionali), initio mensis Iulii Vindobonam advenit cum Marco comite Empsio (Sittich von Hohenems), Pii IV. nepote ex sorore, quem Pius coadiutorem episcopi constantiensis, imperatore iuvante, eligi volebat (*Pogiani* Epistolae II, 62—65. *Sickel* l. c. p. 47). Musso primo loco hoc propositum fuisse, ut Maximilianum regem ad saniorem in religionis rebus mentem reduceret, *Pallavicinus* affirmat (Istoria del Concilio di Trento l. 14, c. 13, n. 8).

[2] De Delfino vide supra p. 711. *Boero* (Canisio p. 222) affirmat anno 1560 Vindobonae Hosium, Mussum, Delfinum cum Canisio consilia contulisse de ratione, qua effici posset, ut Ferdinandus caesar et concilium Tridentum convocari probaret, et, quae ad calicem laicis et matrimonium sacerdotibus concedenda spectarent, eidem concilio definienda permitteret; statutum esse, ut Hosius et Canisius cum caesare agerent, eosque tandem, ut is ea concederet, evicisse. At haec unde hausta sint, Boero non significat. Canisius certe, antequam Mussus et Delfinus Vindobonam advenerunt, inde discesserat (vide supra p. 663. 671) neque anno 1560 eo rediit.

[3] Canisius Fribergam (Freiberg, nunc regni saxonici) significat, quae olim etiam „Freiburg" nonnumquam vocabatur.

[4] Cf. Marc. 3, 23—26.

plures in suam massam facile pertrahet [1]. Stanckarus [2] infestus antea hostis Catholicorum, nunc ad gremium Ecclesiae reditum parat, qui et libellum edidit pugnans adversus Melanthonem [3] et Pinscouienses [a] [4], convincens eos Arrianismi atque adeo maioris etiam impietatis. Qui cathedram tenent in Lutherana secta, non parum sudant in continendo populo, qui ad istas varias in sacris innovationes et ordinationes Principum nauseat. Et facile ad Catholicismum deficerent aut potius redirent, nisi magnatum metus obstaret, ac pudor deterreret, quo minus ausint miseri cum Catholicis nunc adeo contemptis, nec ita multis in Germania, communem profiteri religionem. Iam antea scriptum est, ni fallor, Theologos coram Ducibus quibusdam Lutheranis de Eucharistia disputationem Heidelbergae instituisse; Saxonicos Lutheri opinionem mordicus defendisse, Heidelbergenses pro Zwinglianismo certasse; nullam denique concordiam utrinque tanta de re iniri inter illos potuisse [5]. Sectariorum studium apud Trevirenses tantum

---

[a] Pinsiouienses *apogr.*

---

[1] Canisius potissimum controversias significat, quae synergisticae dici solent (*Janssen* l. c. IV, 94—98. *I. Döllinger*, Die Reformation III [Regensburg 1848], 443—449. *Wilh. Preger*, Matthias Flacius Illyricus und seine Zeit II [Erlangen 1861], 121—138).

[2] Franciscus Stancaro, mantuanus, in Borussia, Hungaria, Polonia doctrinas suas disseminabat, atque imprimis Christum secundum humanam tantum naturam mediatorem nostrum esse ita docebat, ut divinam personam prorsus a mediatione illa separaret atque excluderet. Quae ipse non solum ex Augustino, sed etiam ex S. Thoma et S. Bonaventura ac maxime ex Petro Lombardo confirmabat, aliquando scribens: „Plus valet unus Petrus Lombardus quam centum Lutheri, ducenti Melanchthones . . . et quingenti Calvini“ (*G. Arnold*, Unpartheyische Kirchen- und Ketzer-Historie II [2. Aufl., Schaffhausen 1740], 931. *P. Tchackert*, „Stancarus“ in „Allgemeine deutsche Biographie“ XXXV [Leipzig 1893], 438). Homo rixarum cupidissimus errores suos usque ad mortem tenuit, quam anno 1574 in Polonia obiit.

[3] Hic anno 1553 Lipsiae „Responsionem“ contra eum ediderat.

[4] Petrus Statorius, Georgius Schomann, Franciscus Lismaninus aliique „Pinczovienses“ (urbs polonica Pińczów, nunc Russis subiecta, protestantismi polonici fons quidam caputque erat) Stancarum sibi iratum habebant, non solum quod doctrinas Trinitatis mysterio contrarias (ad „Unitarismum“ vel „Socinianismum“ spectantes) tenebant, sed eo vel maxime, quod, quae is de Christo mediatore affirmabat, ipsi vehementer reiciebant (*J. C. L. Gieseler*, Lehrbuch der neuern Kirchengeschichte II [Bonn 1853], 71. 287—289). *Graesse* inter libros Stancari hos duos ponit, qui huc spectare videntur: „De dictione exclusiva *Tantum* in causa Mediatoris, Dubecii in Rossia 1559“; „Examinatio Binczovianorum super confessionem fidei eorum, qui modis omnibus ipsi convincuntur haereseon, Crac. in off. Scharffenberg .1562.“ (Trésor de livres rares et précieux VI [Dresde 1865], 477).

[5] Heidelbergae mense Iunio a. 1560 coram Friderico III., electore palatino, eiusque generis Ioanne Friderico et Ioanne Guilielmo, Saxoniae ducibus, Maximilianus Moerlin, superintendens coburgensis, et Ioannes Stössel, superintendens heldburgensis, cum professoribus heidelbergensibus, quorum praecipuus Petrus Boquin erat, per quinque dies disputarunt. Illi in eucharistia cum, in vel sub pane et vino verum Christi corpus et sanguinem adesse et distribui, hi in cena dominica Christi corpus ore tantum animae sive fide percipi affirmabant (*Burk. Gotth. Struve*, Ausführlicher

valuit, ut suum Archiepiscopum ex Augustanis Comitiis redeuntem civitate excluserint, in universum clerum pessime animati[1]. Nunc longe rectius habet ea Respublica, cum praecipuae pestes in exilium missae quietem urbi restituerint; ex nostris vero Theologis duo Colonia acciti[2], afflictam Religionis causam valde fulciunt ac docendo confirmant. Augustae Lutheranorum imminuitur, Catholicorum vero numerus in dies magis ac magis augetur, mirantibus omnibus tam frequentem accedere populum, non solum ad conciones catholicas, verum etiam ad usum sacrae confessionis atque communionis. Vix dici queat, quot ludibriis et conviciis hic exerceantur, quantumque iniuriae et damni perferant qui ex tenebris damnatae doctrinae ad lucem probatae veritatis emergere student. Itaque novos experimur Pharisaeos, qui non sua benefacta, ut veteres illi[3] iactare possint, sed qui laetantur etiam et palam gloriantur, cum male fecerint[4]: nec eo quidem contenti, quod exultent in rebus pessimis[5], summa vi revocant et absterrent alios meliora conantes. Itaque nec adeo multos reperias Catholicos, qui Christum eiusque Ecclesiam ingenue profiteantur, ut impleatur in plerisque sententia: Dilexerunt magis gloriam hominum, quam gloriam Dei[6].

Fatentur e Saxonia venientes, Puellam esse castam et pauperem Friburgi[7], quae Civitas non solum in Brisgoia, sed etiam in Misnia reperitur. Haec mirabilem passa extasim, multis astantibus, et subinde ad se rediens, horrenda irati Dei flagella et exquisita supplicia praenunciat. Loquitur sententias divinum magis spiritum, quam muliebre ingenium referentes: Saxonicos abusus graviter notat et damnat, quemadmodum libellus e Saxonia missus declarat[8]. Tum rusticanus quidam pastor apud Ihenenses subinde a daemone corripitur, ligatur, huc illuc rapitur, premitur, et maledicta[a] tyrannide

[a] malaudita *apogr.*

Bericht von der Pfältzischen Kirchen-Historie [Franckfurt 1721] p. 93—104. *Friedr. Pet. Wundt*, Geschichte und Beschreibung der Stadt Heidelberg I [Mannheim 1805] 254—255).

[1] De seditione hac a Gaspare Oleviano calvinista Treveris anno 1559 in Ioannem a Petra archiepiscopum concitata vide *Christoph. Broweri* et *Iac. Masenii* S. J. Antiquitatum et Annalium Trevirensium Libros XXV t. II. (Leodii 1671), 387—394, et *J. Marx*, Caspar Olevian (Mainz 1846) p. 15—78.

[2] PP. Ioannes Rethius et Andreas Valkenburgius; vide supra p. 688[2].

[3] Cf. Matth. 6, 1—5; 23, 14—32. Luc. 18, 10—12 etc. [4] Prov. 2, 14.

[5] Prov. 2, 14. [6] Io. 12, 43. [7] Fribergae; vide supra p. 712[3].

[8] Hac de re cf. supra p. 709[2]. Notum est eo tempore in Germania et apud protestantes et apud catholicos quam plurimas relationes sive manibus sive typis descriptas („Neue erschröckliche, jedoch wahrhaftige Zeitungen"), quibus prodigiosa caeli signa, partus monstruosi, diaboli apparitiones etc. narrabantur, circumlatas iisque facile fidem habitam esse (*Janssen* l. c. VI, 409—508. *Aug. Sach*, Deutsches Leben in der Vergangenheit II [Halle a. S. 1891], 343—356). Canisium quoque, cum haec scriberet, huiusmodi relatione usum esse, ex eius litteris ad Kesselium datis (supra p. 709) concludi potest.

tantum non excruciatur, homo alioqui simplex et rectus[a], qui ab alio pastore sumptos panes ut primum edit, multis abhinc mensibus, domi et foris, ut multi aperte cernunt, a Daemone gravissime cruciatur. Genenses Theologi frustra tentarunt abigere Sathanam, qui nunc ubi idem Pastor agit, turrim admirabili arte et nullo iuvante mortalium, singulis noctibus inde a fundamentis extruere parat[1]. Quorsum autem hoc opus et omen evadet, Dei novit Sapientia et tempus forsan brevi docebit. Iratum autem nobis Deum esse, novi etiam hostes Moscovitae argumento esse possunt. Nam hi, quod prioribus saeculis inauditum fuit, praepotenti exercitu in Livoniam irruperunt, quae ampla et nobilis Imperii Germanici provincia esse solet et ad ducenta miliaria Germanica, si magnitudinem spectes, protenditur. Nunc vel centum eius ditionis miliaria Moscus occupat, et nullo propemodum adversante vincit, atque cum exercitu progreditur, nova elatus victoria, ut si ita pergat, non difficilem inveniat transitum ad Poloniam, Saxoniam et Marchionatum Brandenburgensem. Habet Moscovitica religio non pauca, quae cum fide nostra congruunt, certe Lutheranos odisse et persequi maxime moscovitae dicuntur[2]. Rigensis[b] Archiepiscopus[3], qui facile primas in Livonia tenet, mirabili iudicio Dei captus, in hostium potestatem venit, postquam mutata Religione duxit uxorem[4]. Jtaque non solum Turcae ex Hungaria, sed etiam Moscouitae ex Livonia paulatim in Germaniae nostrae viscera perrumpunt, forte ut sub hostibus barbaris luant poenas suae rebellionis Schismatici, qui sicut et antea Graeci, legitimos in Ecclesia magistratus debita reverentia obedientiaque defraudant.

Sit nobis et peccatis nostris propitius Deus[5] Optimus Maximus, qui pacem et unitatem fidei pereunti Germaniae largiatur, totumque Septentrionem Catholicae veritatis luce perfundat, et foedis sectarum pestibus liberet. Amen.

Pridie Calend. Septemb. Anno Domini 1560.

---

[a] *A Bo. correctum ex:* rusticus. [b] Ripensis *apogr.*

---

[1] Relatio hac de re scripta typis evulgata est ipso anno 1560 minimum sexies (Erfordiae, Norimbergae, Augustae Vindelicorum); quos libellos recenset *Weller* l. c. (cf. supra p. 709[2]) p. 165—166.

[2] Livoniam (Livland, nunc provincia russica), quam sacer ordo teutonicus obtinebat, annis 1558, 1559, 1560 Russi, graeco schismati addicti, quibus Ivanus „terribilis“ imperabat, invaserant, nec Germani adiuverant; unde factum est, ut paulo post ea provincia et ab ordine illo et a germanico imperio et ab ecclesia catholica separaretur (*Janssen* l. c. IV, 73—76. *Th. Schiemann*, Russland, Polen und Livland bis ins 17. Jahrhundert [Berlin 1887] p. 293—307).

[3] Guilielmus marchio brandenburgensis († 1563), Alberti Borussiae ducis frater, ordinis teutonici, rigensis (Riga) archiepiscopus (*Balthas. Russow*, Chronica der Prouintz Lyffland [Bart 1584] f. 37[b]—50[b]. *Janssen* l. c. III, 427—428).

[4] Quod Canisius de Guilielmi uxore scribit, in nullo repperi fonte confirmatum.

[5] Ps. 78, 9. Luc. 18, 13 etc.

In antiquo harum litterarum exemplo neque subscriptio neque inscriptio comparent; sed Augusta Vindelicorum eas datas esse ea ipsa, quae de augustanis rebus in ipsis referuntur, ostendunt; ad Lainium eas missas esse ex Polanci epistula Roma 14. Septembris 1560 ad Canisium data patet. Totum autem orationis genus Canisium prodit auctorem.

461.

CANISIUS

HENRICO SCRIBONIO,

archiepiscopatus pragensis administratori et ecclesiae metropolitanae praeposito.

Augusta Vindelicorum inter menses Augustum et Decembrem a. 1560.

Ex epistula *Blissemii* autographa. Cod. „G. Ep. II" f. 362.

De „collegio novo" sive puerorum contubernio pragensi.

P. Henricus Blissemius S. J. Lainio in litteris quadrimestribus collegii pragensis Praga 11. Januarii 1561 datis, praeter alia, haec scribit: „Cum R. D. Praepositus diu multumque nobiscum egisset de suscipiendis [in collegium nouum] grandioribus, qui scilicet mox ad Sacerdotium promouerentur, nec posset satis persuaderi a nobis id huic instituto multas ob causas non conuenire, tandem appellauit R. Patrem Prouintialem, qui tamen suis literis apud eum, quod cupiebamus, effecit, ut iam R. D. Praepositus nobiscum sentiat non admittendos esse qui nimis adulti, uel intractabiles, uel non satis honestae conuersationis uideantur."

In eadem *epistula *Blissemius* de Scribonio praeposito scribit: „Reuerendus D. Praepositus fructum quem nostri Patres in audiendis confessionibus colligunt, sentire uidetur, cum suos Sacerdotes frequenter huc mittere soleat, ut nostris confiteantur, ac Directorium Reuerendi Patris Polanci et R. Patris Canisij Catechismum emant." De Polanci „Directorio" vide infra p. 717[3].

462.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 7. Septembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 227.

Socii Monachium et Vindobonam venturi. Inutiles et inquietos ex Societate dimitti oportet. „Directoria". Typographia vindobonensis. Victoriae episcopum vindobonensem comitari licet. Hosius Socios expetiit. Iuvenis collegium germanicum ingredi cunctatus. Professiones sollemnes. Collegium S. Hieronymi dilinganum.

Respondero in breue per esser tardi a quelli di V. R. di .24. del pasato [1]. Quelli per Monachio et Vienna si uedera che potendosi per tutto settembre partano di Roma quantunque si hauessino hauutto il uiatico loro ci seria stato causa d' euitar non poco scomodo per la stretezza de denari che ci trouamo qua.

È statto ben licenciar Floriano, et de Catherino si faccia il medessimo. Et anche a Vienna si è scritto leuino l' obligo delli uoti a mastro Guigliermo [2], et la gente inutile et inquieta non poco guadagno è sgrauarse di quella.

Quando alcuni uogliono mandar Diretorij la R. V. è bene che lo aduertiscano prima et aspetino risposta, se non fossi in alcuni casi urgenti, che non patiscono dilacione. Et cosi V. R. gli lo potrebbe scriuere [3].

Gia si è datto auiso a Vienna che non si stampino cose apartenenti alla compagnia se non secondo l' ordine delle constitutioni [4].

S' li scriue al Padre Vittoria della andatta col Vescouo di Vienna, si con quella puo uenir meglio a effetto quel negocio della

---

Ad R. V. litteras die 24. mensis superioris datas [1] breviter, cum multa iam dies sit, rescribam. Curabimus, ut nostri Monachium et Vindobonam destinati, si fieri poterit, hoc ipso mense Septembri Roma discedant; quamquam, si viaticum suum accepissent, multa incommoda ex rei familiaris angustiis, in quibus hic versamur, nascentia evitassemus.

Bene egistis, quod Florianum dimisistis; de Catharino idem facite. Vindobonensibus quoque per litteras praecepimus, ut magistrum Guilielmum votorum vinculis solverent [2]; multum enim nobis prodest hominibus nos levare inutilibus et inquietis.

Si qui directoria mittere volent, eos prius R. V. ea de re certiorem facere, et, quid ipsa responsura sit, exspectare expediet, nisi forte aliquando res urgebit nec moram patietur. Atque haec R. V. ad eos perscribere convenit [3].

Vindobonenses iam monuimus, ne res ad Societatem pertinentes typis exscriberent nisi eiusdem constitutionibus observatis [4].

Patri Victoriae scribimus eum cum episcopo vindobonensi proficisci posse, si

---

[1] Hae litterae superesse non videntur.

[2] De Floriano et Catharino vide supra p. 532. 710 etc. Tertius ille quis fuerit, nescimus.

[3] Nescio, utrum Polancus „Directorium“, in confessariorum et confitentium usum sub suo nomine anno 1553 Romae et deinde saepe variis locis typis exscriptum, an (id quod mihi multo magis probatur) scripta quaedam significet, quibus Socii externos ad Deum orandum, domum bene regendam, stipem distribuendam etc. instituant. Certe ad haec quoque significanda vocabulum „directorium“ adhiberi potuisse vel ex eo patet, quod Societatis prima congregatio generalis anno 1558 statuit, ut in Sociorum usum „directoria“ conscriberentur „praedicationis“, „orationis“, „conversationis“ etc. (decr. 107). „Nemo scriptas dabit aut mittet cuiquam externo vel domestico instructiones spirituales aut meditationes, . . . nisi a Superiore id approbetur“: *Regulae* communes S. J. n. 39.

[4] Vide supra p. 677 et cf. *Can.* Epp. I, 474².

commuttatione d' Oybin[1]. Al Reuerendissimo Vescouo Warmiensi se li potriano dar li 2 che ricerca se ci fosino esperti come conuenirebbe. ma non crediamo che ci siano.

Mastro Guigliermo Fiamengo faceua difficulta di intrar nel collegio Germanico con le condicione ordinarie, dicendo che V. R. non gli le[a] haueua mostratte et è il punto che lui uorria ser libero per andar doue uolessi. quando hauessi studiato alquanto[2]. Adesso fa li essercitij in casa nostra et si procurara di darli ogni aiuto.

La Dilatione della professione delli 4 nominati et moderatione delle cose requesite doue fossi necessaria nostro Padre si contentara si faccia[3] et per quello che fu scritto del padre Vitoria et pisa si potria anche giudicar in buona parte delli altri. de altre cose si scriuira l' altra settimana. ci reccomandiamo Tutti molto nelle oratione et sacrificij di V. R. et de gl' altri nostri fratelli che in Augusta si trouano. solamente diro che pare a nostro Padre che V. R. non mostri disparere al Cardinal di Augusta quanto al rettenere il Collegio di Santo Gieronimo perche qua detto nostro Padre e di acordo con lui sopra questo punto. De Roma li .7. di settembre .1560.

Oibini permutandi negotium illud ita melius ad effectum adduci possit[1]. Reverendissimo episcopo varmiensi duos illos, quos petit, dare licet, si homines satis experti praesto sunt; quos tamen praesto esse non existimamus.

Magister Guilielmus Flander in collegium germanicum solitis cum condicionibus intrare cunctabatur, has a R. V. sibi monstratas esse negans; difficultas haec est, quod ipse sibi, cum aliquamdiu litteris studuerit, liberum esse vult, quocumque placuerit, proficisci[2]. Nunc domi nostrae sacris meditationibus exercetur; quem, quantum poterimus, adiuvare studebimus.

Quattuor illorum, quos nominavimus, professionem differri atque res ad ipsam necessarias, ubi opus erit, restringi pater noster boni consulet[3]; atque ex iis, quae de patribus Victoria et Pisano scripta sunt, magna etiam pars eorum, quae ad reliquos pertinent, diiudicari poterit. De aliis rebus sequente hebdomade scribetur. Omnes precibus et sacrificiis R. V. et ceterorum fratrum nostrorum Augustae degentium vehementer nos commendamus. Hoc solum addam: Optat pater noster, ne R. V. cardinali Augustano significet se de collegio sancti Hieronymi retinendo aliter ac cardinalem sentire; hic enim pater ille noster cum ipso hac de re idem sentit. Roma 7. Septembris 1560.

---

[a] la *apogr.*

---

[1] Ex *Polanci* *litteris eodem hoc die ad Victoriam missis intellegitur Antonium Brus episcopum Pragam petere voluisse (Cod. „Germ. 1559“ p. 226). Ceterum cf. supra p. 655.

[2] Primae collegii germanici constitutiones haec habebant: Neminem ex eo in Germaniam remitti posse, antequam cardinalibus protectoribus id placuisset, atque eorundem fore statuere, in quam Germaniae partem proficisci deberet (*Iul. Cordara* S. J., Collegii Germanici et Hungarici Historia [Romae 1770] p. 51—52. *Schroeder* l. c. p. 72—73).

[3] Vide supra p. 701.

463.

P. HENRICUS DIONYSIUS S. J.,

metropolitanae ecclesiae coloniensis contionator [1],

iussu P. Leonardi Kessel, collegii coloniensis rectoris,

CANISIO.

Colonia 9. Septembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 38. Particulam posuit *Hansen* l. c. p. 357[1].

Epistulae Sociorum coloniensium Canisio non allatae. Hi sacrarum precum subsidium petunt. Quomodo Theodoricus Canisius domo et canonicatu se abdicare possit. Dux clivensis canonicatus xantenses in procerum suorum filios confert. PP. Hoffaei et Blissemii patrimonia. Societatis apologia ab Agricola scripta. „Censura" catechismi Monhemii. Canisii catechismus. Officium „aeternae Sapientiae".

Miratur R. T. iam a multo tempore sibi nullas a nobis datas esse literas. Miramur profecto et nos nullas hactenus ex tam multis ad R. T. scriptis perlatas esse. Et vt ingenue fatemur, non mediocris nos tenet stupor et anxietas, quod metuamus eas vel temporum iniuria, vel improba quorundam negligentia interceptas esse. Id quod auertat Deus Opt: Max: Erant enim res admodum arduae et seriae in literis contentae, quarum noticiam non expediret in aliorum transmittere memoriam [2]. Ac proinde quanta potes sagacitate, industria, ac labore, inuestiga vbinam tales haereant literae. Sarciuncula erat solito maior, eo quod P. Goudanus sua et Louaniensis doctoris (quae etiam magni erant momenti) adiunxisset scripta [3].

De scripto ad nos transmisso gratias agimus, moremque tuae voluntati geremus. Augustanam foelicitatem non tam vobis inuidemus, quam aequare conabimur opitulante diuina bonitate ac vestrarum orationum sacrificiorumque praesidio, quae vt erunt frequentiora, eo gratiora. Non enim cum villico iniquitatis mendicare erubescimus [4].

De professurorum [5] gratia non mediocriter laetamur. De fratris tui profectu impensissime gaudemus. Caeterum omnino consultum

---

[1] „M. Henricus Dionysius preconem agit verbi dei in Summo templo; sabbatho 4. hora post meridiem unam lectionem habet in collegio in Matheum": Catalogus collegii coloniensis, a Kesselio 8. Augusti 1560 conscriptus (*Hansen* l. c. p. 359).

[2] Ex Canisii epistula 6. Augusti 1560 ad Kesselium data (supra p. 695) conici potest litteras quoque, quas hic Colonia mense Augusto 1560 „de statu Coloniae et episcopi" (vide infra p. 723[3]) dederat, Canisio missas esse.

[3] Ex Canisii litteris 15. Octobris 1560 ad Goudanum datis cognoscitur Goudani scripta de ratione „instituendi futuros pastores quoad doctrinam" (et fortasse partem commentarii a Guilielmo Lindano scripti) Augustam missa esse.

[4] Luc. 16, 3. 8.

[5] PP. Victoriae, Pisani, Hoffaei, Theodorici Canisii, Thyraei, Blissemii.

videtur ad maiorem Dei gloriam vt domum illam Neomagij diuendat per procuratores quos illic constituit: ad hos quam poterit citissime literas per nos destinet, eisque voluntatem suam in venditionem luculenter scribat[a], ac pecuniam non nisi nostro consilio in aliquem vsum conuertant[b] [?]: alioqui amici, vt nunc sunt hominum mores facile in pecuniam manus inijcerent, vbi fratrem tuum professionis voto constrictum esse intelligerent.

De Canonicatu resignando opus erit etiam industria, vt bono alicui adolescenti aut viro probo prouideatur, ne quoque ad manus principis deuoluatur collatio, qui non raro solet suorum nobilium filijs prospicere cum religionis nonnunquam dispendio [1]. Expiscabimur modum, quem vt poterimus celerrime transscribemus.

De aliorum duorum [2] patrimonio alienando nihil nos certi agere, nedum aliquid certi constituere possumus. In hoc transigendo negotio omnino ipsorum requiritur praesentia. Nec consultum esset, vt amici ipsorum subodorarentur, nos vel pedem vnum eius gratia mouisse. Alioqui si ad maiorem Dei gloriam haec res expediri posset non detrectaremus vllum laborem. Non caret periculo et innumeris sinistris suspicionibus aliorum contrectanda suscipere patrimonia, praesertim et hoc seculo deploratissimo, et in his Schyticis [3] regionibus, vbi nihil fere apud improbos reputatur scelestius, quam sua bona ad pauperes transferre, etiamsi diuitijs alioqui affluant.

Misimus hisce diebus per Maternum [4] ad nundinas properantem [5] literas ad R. T. eique in mandatis dedimus, nisi nos fallat memoria vt R. T. 10 exemplaria (de Societatis instituto[c]) typis excusa [6] transmitteret. Quatuor vero libellos contra Monhemij Catechismum, qui ex nostra officina improbo cuiusdam Magistri Nostri [7] rogatu prodierunt opitulante etiam P. Goudano [8]. Expetimus vt R. T. nobis syncere perscribat quid in eo potissimum displiceat. Praepropera admodum fuit aeditio ob nimiam Materni (vt typographorum mos est) festinationem.

---

[a] scribet *apogr.* [b] *Sic ap.;* conuertat?

[c] *Sic omnino censeo esse legendum; vide infra, adnot. 6. Apogr.:* scripto.

---

[1] Cf. supra p. 709. Oppidum xantense (Xanten) Guilielmo Cliviae duci parebat.

[2] PP. Hoffaei et Blissemii; vide supra p. 709—710. [3] Id est: barbaris.

[4] Cholinum, typographum.

[5] Nundinae librariae Francofurti ad Moenum agebantur.

[6] Ex Canisii litteris ad Goudanum 15. Octobris 1560 datis intellegitur libellum dici, qui de Societate a Stephano Agricola conscriptus, Coloniae editus erat: „Für die gesellschaft Jesu“ etc. Cf. infra, monum. 219.

[7] Magister noster = theologiae professor vel doctor. „Magistrum nostrum si dicas, theologum intelligunt, praesertim Lutetiae et Lovanii“: *Erasmus Roterodamus,* De conscribendis epistolis (in editione Amstelodami anno 1682 facta p. 107—108).

[8] De hac „Censura coloniensi“ vide, quae post ipsam hanc epistulam dicentur.

In tuo Catechismo quem P. Goudanus elimandum suscepit, parum desyderatur. Videtur minori diligentia excusus Venetijs, ac maioribus erroribus conspurcatus quam alibi vsquam.

Officium de aeterna sapientia sub praelo est cum alijs pijs exercitijs, quae vbi prodierint si petieris non grauabimur transmittere [1].

Fortasse videretur non inconsultum fore [ut] scriptum illud de Societate nostra per R. T. latini sermonis politie [*sic*] donaretur, vt ad plurium noticiam peruenire posset nomine tuo suppresso, alterius vero expresso [2].

Consalutant R. T. P. Leonardus, P. Goudanus ac reliqui patres ac fratres, qui vestrarum precum auxilium vehementer implorant. Praecipue autem P. Goudanus qui etsi caeteris sit ditior, libenter tamen ab alijs orationes emendicat. Vtinam sic (salua diuina voluntate) aliorum orationibus iuuaretur, vt sanitatem aliqua ex parte recuperaret. Scribebam Coloniae Agrippinae 9 Septembris Anno 1560

R. T.

deditissimus Henricus Dionysius.

Ex mandato P. Leonardi.

Epistula haec notatu valde digna est propter ea, quae in ipsa dicuntur de famoso illo libro contra Ioannis Monhemii, gymnasiarchae dusseldorpiensis, „catechismum" (v. supra p. 621), Coloniae anno 1560 edito et Guilielmo duci iuliacensi dedicato: „Censvra Et Docta Explicatio Errorvm Catechismi Joannis Monhemii, Grammatici Dusseldorpensis . . . per deputatos a Sacra Theologica Facultate Vniuersitatis Coloniensis . . ." (*Fel. Stieve,* Die Politik Bayerns 1591—1607 II [München 1883], 608[1]. *Janssen* l. c. V, 462.)

Scribit igitur Dionysius: „Libellum" illum ex Sociorum coloniensium „officina", „opitulante etiam P. Goudano" (qui eorum hospes tunc erat) impenso theologiae professoris cuiusdam „rogatu" prodisse. Quae si quis cum verbis illis contulerit, quibus Lainius mense Iulio Socios colonienses per Polancum monuit, ut „fratrem" illum religiosum, qui ex inquisitoris voluntate Monhemii catechismum „censurandum" suscepisset, adiuvarent (v. supra p. 627), „Censuram" coloniensem scriptam esse dixerit mandatu Ioannis Slotani (van der Slooten), geffensis, quem post medium saeculum XVI. Dominicanorum coloniensium priorem, per archidioeceses rhenanas inquisitorem, theologicae facultatis coloniensis decanum fuisse et, cum fidem catholicam compluribus libris defendisset, 9. Iulii 1560 Coloniae obisse constat (*Petrus Merssaeus Cratepolius* O. Min., Electorum Ecclesiasticorum Catalogus [Coloniae 1580] p. 155. *N. Paulus* in „Katholik" LXXVII, 2, 238—245. *Hartzheim,* Bibl. Colon. p. 199—200). Frater autem (dominicanus; v. supra p. 626[2]), qui Monhemium suscepit refutandum, fortasse „Theodoricus Buscoducensis" erat, quem Coloniae a. 1563—1564 priorem Dominicanorum et theologicae facultatis decanum (*Kritzradt,* *Excerpta ex

[1] „Preces horariae de aeterna Dei Sapientia Iesu Christo Domino nostro", quae a Beato Henrico Susone O. Pr. conscriptae esse ferebantur, in „Catechismo Catholico . . . Autore D. Petro Canisio" etc., Antverpiae anno 1561 a Ioanne Bellero typis descripto comparent et postea, Canisio iubente vel probante, eiusdem „Parvo catechismo Catholicorum" saepe additae atque ab ipso in „Manuale Catholicorum" insertae et vehementer commendatae sunt (cf. *editoris* „Entstehung" etc. p. 125).

[2] Nescio, utrum Dionysius libellum illum Agricolae (de quo supra p. 720[c]) an scriptum illud dicat, quod a Canisio Coloniensibus „transmissum" esse initio scripserat.

„Libro Facultatis Theologicae Decanali". Cod. „Hist. gymn. tr. cor." in fine. *Hansen* l. c. p. 789) et a. 1569 inquisitorem fuisse (v. *editoris* „Entstehung" etc. p. 140—141) constat. Quod autem de Sociorum coloniensium „officina" Dionysius scribit, egregie illustratur — id quod adhuc fere ignotum erat — per P. *Franciscum Costerum* S. J., Colonia 8. Februarii 1582 Claudio Aquavivae praeposito generali scribentem: „Ante annos 22. aedita fuit quaedam Censura Coloniae nomine Theologicae Facultatis aduersus Catechismum Iohannis Monhemij haeretici, Gymnasiarchae Dusseldorpensis; . . . illius autem Censurae authores fuimus P. Henricus Dionysius et Ego" (Ex Costeri *epistula archetypa. Cod. „G. Ep. 1582" f. 238. 239). In his autem litteris ad Canisium datis Dionysius haec ita clare non scripsit, quia ex una parte sciebat Lainio placuisse, ut Socii sine nominibus suis haec evulgarent (v. supra p. 627), ex altera parte — id quod ex harum litterarum prima parte patet — timebat, ne litterae suae interciperentur. Et ipse et Costerus eo tempore de facultate theologica iam erant et ab eadem 29. Novembris 1560 theologiae doctores creati sunt (*Kritzradt* *l. c.).

464.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rectori.

Augusta Vindelicorum 10. Septembris 1560.

Ex iis, quae *Kessel* sua manu ex Canisii epistula excerpsit et sic inscripsit: „Ex literis p. Canisij". Cod. colon. „Kess". in a. 1560 f. 49b—50a. Epistulam ad Kesselium datam esse res ipsae ostendunt.

Partem posuit *Hansen* l. c. p. 370.

Senatus coloniensis. Hosius. Liber grammaticus. Theodorici Canisii patrimonium Romam mittendum. Eiusdem domus et canonicatus. Libri haeretici.

— — Miramur Senatum Caesareis literis monitum, neque vobis beneuolentiorem, neque in tuenda Religione ardentiorem esse, praesertim cum Reuerendissimus D. Varmiensis[a] Pontificis Legatus[1] suas etiam miserit.

Gratum erit, grammaticam a uobis nouam conscriptam videre[2].

Ex vrbe monuerunt Patres et fratres illic non mediocri inopia premi. Quo magis conandum putat frater[3], vt qualiscunque pecuniae summa sibi debita isthic colligatur, et collecta mittatur egentibus patribus, quorum certe rationem habere debemus, quacunque demum occasione illis subuenire liceat, Domus illa Nouiomagi si vendita non est, certe vt breui distrahatur curandum videtur, ob id, ne sit in mora future fratris Professioni, quam institui oportere Praepositus noster[b] [?] indicauit, Canonicatus etiam in alium erit transferendus, hic opus habet frater vestro consilio et auxilio quemadmodum alias perscripsit.

---

[a] Vormiensis *Kess.* [b] nunc? *Vocabulum obscure scriptum.*

---

[1] Stanislaus Hosius. [2] Cf. supra p. 694. 704.
[3] P. Theodoricus Canisius. Cf. supra p. 708. 709. 720.

Impetratum est vobis hoc priuilegium, vt M. Franciscus Costerus sine scrupulo libris hereticorum vtatur, nec erit difficile si velitis eandem gratiam pluribus impetrare.

Admonet tamen pater vt hac dispensatione in libris hereticorum legendis nostri sobrie[a] vtantur — —.

1560 Auguste 10 Septembris.

Kessel Canisio rescripsit 1. Octobris 1560.

465.

P. IOANNES DE POLANCO,

Societatis Iesu secretarius,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 14. Septembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta, Prouincial di Alemagna". Cod. „Germ. 1559" p. 227—228.

Relationes de statu religionis Augusta et Colonia missae. Collegia treverense, tyrnaviense, monacense. Pecuniae angustiae. Socii quidam. „Cursus artium" vindobonensis. Decretum, quo Socii a senatu lovaniensi admittuntur, ab ipsis reiectum. Catechismus. Missa in ecclesiis, in quibus haeretici sepulti sunt. Uxor feneratoris cuiusdam.

Riceuemo quella di .V. R. del ultimo di Agosto [1] con li auisi del stato della religione [2], qualli tutti parsero da potersi mostrare, et si mostraranno, ma non cosi quelli che ci scriueno di Colonia perche tocano tanto a colui che doueria dar essempio alli altri che non pare conueniente che per noi si mostrino talli auisi [3]. Riceuemo etiam le lettere del Padre Euerardo con altre di Colonia, et presto si metteranno in ordine quelli che hanno di andar la; benche per non hauer hauuto il uiatico forsa si fermaranno alcuni giorni di piu, per non

---

R. V. litteras ultimo die mensis Augusti datas [1] una cum relatione de religionis statu scripta [2] accepimus, quam totam aliis monstrari posse censebamus et reapse monstrabimus; neque vero monstrabitur relatio Colonia ad nos missa, quia, qui ceteris bonum exemplum praebere debebant, tantopere ea traducuntur, ut conveniens esse non videatur a nobis huiusmodi relationem aliis monstrari [3]. Patris quoque Everardi litteras cum aliis Colonia datis accepimus. Ii, quibus istuc eundum erit, mox disponentur; quamquam eo, quod viaticum non acceperunt, fortasse diebus aliquot diutius hic morabuntur, cum difficile sit pecunias, quae vel mutuo

---

[a] sobriae *Kess.*

---

[1] Hae litterae perisse videntur. [2] Vide supra p. 712—715.

[3] In hac relatione, mense Augusto anni 1560 a Kesselio Romam missa (*Hansen* l. c. p. 364—366), archiepiscopum catholicum quidem et erga Socios optime affectum, sed mali exempli esse, ducem clivensem et senatus coloniensis partem protestantismo favere affirmatur.

trouarsi li denari facilmente etiam prestati, ma per tutto settembre speramo partiranno, et le cose di Treuere pare si uanno accomodando bene.

Per Tirnauia si mandaranno alcuni fra questi che di Roma si partiranno presto, et altri di Vienna.

Poi che mastro Dominico [1] è tanto utile in Monicho per adesso potra restar di la.

Lo andar de mastro Martino [2] al paese o non si rimette a V. R., ma pare a nostro Padre non se li leue la speranza de andar qualche di ne si li mostri difidenza, ma che per esser lui utile doue esta si tratiene et per procurator faccia quel che potra.

Stephano di Praga [3] pare bene che uenga a Roma doue si potra aiutar en spiritu et lettere. Del Stromero faccia la R. V. quel che li pare [4].

Di qua si è scritto a Vienna che per quest' anno non conuiene cominciar curso delle Arti, insino a tanto che sia finito l' altro cominciato, in questo mezzo li buoni ingegni per la philosophia se alcuni pochi doueuano cominciar quest' anno, sarebbe bene uenessino a Roma. non essendo necessarij per Vngaria, ne per Vienna.

Non si è accettata la resulutione del senato Louaniense per hauer

---

tantum accipiantur, invenire. Quos tamen ante mensem Octobrem profecturos esse speramus. Treverenses autem res ad commodum exitum perduci videntur.

Tyrnaviam aliqui ex iis, qui Roma mox proficiscentur, et alii ex Vindobonensibus mittentur.

Magister Dominicus [1], cum Monacensibus tam utilis sit, in praesens ibi manere potest.

R. V. arbitrio permittitur decernendum, utrum magistro Martino [2] in patriam eundum sit necne; patri tamen nostro sic videtur: Spe aliquando eo veniendi eum ne privaveritis neve vos ei diffidere significaveritis; sed ipse, cum loco, quo degit, utilem se praebeat, ibidem maneat et per procuratorem, quantum poterit, efficiat.

Probatur nobis Stephanum Pragensem [3] Romam venire, ubi et in rebus ad pietatem spectantibus et in litteris adiuvari poterit. De Stromero R. V., quod convenire censebit, agat [4].

Hinc Vindobonensibus scriptum est non convenire, ut hoc anno artium cursum inciperent, antequam alter ille cursus iam incohatus absolutus esset. Interim si ex iis, qui ad philosophiam tractandam valde idonei sunt, pauci hoc anno eam incipere debebant, optandum est, ut Romam veniant, nisi Hungariae vel Vindobonae necessarii erunt.

Senatus lovaniensis decretum illud nos, quod condiciones nimis indignae ei

---

[1] Menginus.

[2] Stevordiano; vide supra p. 520. 608.

[3] Nescio num fratrem illum Stephanum Liberium dicat.

[4] „Ioannem Stromair Germanum“ in praesens sartorem et coqui adiutorem agere, sed fortasse litteris operam daturum esse in *catalogo* collegii vindobonensis ante medium annum 1559 conscripto asseritur (Cod. „Austr. Fund. III.“ f. 161^{b}).

condicioni troppo indegni[1], ma si è scritto a Madama[2], al Vescouo[3], et al Marchesse de Bergas[4], et alli nostri che procurino far capaci li detti senatori che deueno leuar molte di dette conditioni. staremo a ueder il sucesso.

Quanto alla moderatione delle probationi che deueno far li professi gia nominati potra la R. V. regularsi nelli .4. ultimi conforme a quello che li fu scritto delli .2. primi.

Jl Cathechismo reuisto si mandara presto.

Qua pensiamo essere licito dir messa nelle chiesie doue sonno sepolti haeretici in Alemagna[5]. alioqui quodammodo oporteret ex hoc mundo exisse[6]; et anche si domando licenza per questo secondo che nostro Padre me ha detto in tempo di Paulo IIIJ.[7]

A quella Donna cui marito mercante fa usure per adesso conuiene conseglIarla che atenda a ben gouernar sua famiglia, se qualche tempo lei fosse patrona, et li constassi della roba guadagnata con usure doueria procurar fossi restituita, ma perche qui ci sono altre circunstantie quando se uenessi a questi termini si potria considerar la cosa piu diligentemente. De qua estiamo con sanita mediocre Dio

---

appositae essent, reiecimus[1]; scripsimus vero dominae nostrae[2], episcopo[3], marchioni montensi[4], Sociis nostris, ut ipsi senatores illos edocerent, multas ex illis condicionibus ipsis auferendas esse. Quae res quomodo successura sit, videbimus.

Quod ad probationes, quas professuri iam nominati subire debent, temperandas attinet, R. V. ex iis, quae de 2 primis ad ipsam scripsimus, cognoscere poterit, quid de 4 reliquis constituere debeat.

Catechismum recognitum mox istuc mittemus.

Hic censemus, in Germania licere in ecclesiis, in quibus haeretici sepulti sunt, missae sacrificium offerre[5]; alioqui quodammodo oporteret ex hoc mundo exisse[6]; ac facultatem quoque ita agendi petitam esse Pauli IV. tempore pater noster mihi affirmavit[7].

Matronae illi, cuius maritus mercator feneratur, in praesens suaderi convenit, ut familiam bene regere studeat. Quodsi forte ipsa aliquando domum tenuerit et aliqua fenerationibus acquisita esse ipsi constabit, curandum ei erit, ut ea dominis restituantur. Sed quia hic aliam haec res faciem praebet, eadem, cum eo pervenerit, diligentius considerari poterit. Hic — Deo sint laudes — mediocriter valemus

---

[1] Decretum illud de Societate in urbem recipienda erat; cf. supra p. 461. 688[3].

[2] Margaritae Austriacae, Caroli V. filiae, quae Philippi II. nomine Belgium regebat; de qua vide supra p. 461[2].

[3] Roberto a Bergis (de Berghes) episcopo leodiensi, ad cuius dioecesim Lovanium tunc pertinebat.

[4] Ioannes Glymaeus (de Glymes) marchionatum bergensem (Bergen-op-Zoom) tunc tenebat.

[5] Canisii animo illud obversatum esse videtur, quod in *Iure canonico* (c. 7. [Consuluisti] X. III, 40) constitutum est: Ut „coemeteria, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit", polluta ducerentur. Quod tamen ad excommunicatos „vitandos" et nunc restringitur, et iam tunc (ni fallor) restringi coepit. Cf. *S. Alphonsi de Ligorio* Theologiam moralem l. 6, n. 366.

[6] 1 Cor. 5, 10. [7] Cf. supra p. 462—463.

laudato, et ci reccomendiamo tutti molto nelle oratione et sacrificij della R. V. De Roma li 14 di settembre 1560.

et R. V. precibus et sacrificiis omnes vehementer nos commendamus. Roma 14. Septembris 1560.

466.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rectori.

Augusta Vindelicorum 17. Septembris 1560.

Ex apographo huius partis epistulae, ab ipso *Kesselio* scripto; qui ei superscripsit: „Eiusdem“ [Petri Canisii]. Cod. colon. „Kess.“ in a. 1560 f. 50[a]. Canisium ad Kesselium haec scripsisse et res ipsae et sermonis familiaritas ostendunt.

Postremam particulam („Ex vrbe“ etc.) posuit *Hansen* l. c. p. 370[2].

Collegia treverense et moguntinum. Adulescens quidam. Curiae reformatio. Concilium.

— — Accepi literas a nostris[a] Treueri scriptas, quae nobis non possunt non esse pergratae, quod felicia collegij auspicia declarent[1]. Confirmet illic deus quod coepit, et similem donet successum Moguntiae, vbi nunc fortasse agit Pater Prouincialis[2], ad quem ego scribam alias Christo duce.

Gratulamur Michaeli Eckio, cui proxime M. Elderen respondebit. Juuetis quaeso bonum adolescentem, vt sicut promittit, vitam commutet in melius.

Ex vrbe hoc habemus, pontificem in Reformanda Romana Curia nunc serio agere[3]. et omnem operam dare Concilio Tridenti celebrando, oremus pro quibusdam principibus, qui hoc pium vere pij Pontificis consilium remorantur[4]. — —

1560 17 Septemb. — —

Kessel Canisio rescripsit 1. Octobris 1560.

---

[a] a nostri a nostris *Kess.*

---

[1] Everardo Mercuriano praeposito provinciali Treveris 5. Septembris 1560 novi collegii claves traditae sunt; qui ibidem 8. Septembris primum sacrum Deo obtulit (*Hansen* l. c. p. 370[3]).

[2] Is cum Rethio 17. Octobris 1560 Moguntiam venit (*Hansen* l. c. p. 372).

[3] Die 4. Septembris anno 1560, praeter alia, omnes episcopi, qui officium in curia romana non haberent, iussi sunt Roma abire atque in dioecesibus suis sedem figere, neque ulli eorum manere permissum est (*Cardinalis Otto* Alberto V., 7. Septembris 1560, apud *Baader* l. c. p. 210. *Raynaldus* l. c. in annum 1560, n. 64—66).

[4] Canisius imprimis Franciscum II., Galliae regem, et Ferdinandum I., caesarem, dicere videtur.

467.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 18. Septembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine (in initio): „Augusta Padre Canissio“ et (in fine): „Padre Canissio postscripta“. Cod. „Germ. 1559“ p. 228. 231.

Duodecim Socii ex Italia Augustam mittuntur, per Germaniam superiorem distribuendi. De singulis, quomodo in litteris et in pietate profecerint et quibus muneribus vel litterarum studiis destinari possint, proponitur. Similia de quattuor Sociis Treveros destinatis referuntur. De Socio quodam ob infirmam valetudinem dimittendo.

Pax Christi.

Li portatori della presente sonno .12. nostri fratelli, quali si mandano per adesso per la prouincia della R. V. et si drizzano tutti in Augusta accio lei faccia la distributione che li parera piu conueniente: specialmente fra Monicho et Vienna: accio che anche dilla si possa mandar per Tirnauia qualche buon principio intanto che si dispongono le cose. Jl primo è il padre maestro Dirsio[1], il quale ha studiato qua, quasi tutto il tempo che he estato in Roma aiutandosi etiam nelle cose spirituali et pratica di nostra compagnia. del resto V. R. ha noticia del suo talento. et uedera se lo uuole retenere, in Augusta accio prediche in suo luogo alle uolte ò in Monicho accio possa chiamarlo quando li parera, benche de predicatori et operarij forsa non bisognaria introdur usanza de tener molti perche non si lamentassino se qualche uolta dopoi mancassino alcuni. et piu presto pare doueria crescere in Monico il numero delli scholari, perche quasi tutti quelli che adesso ui sono, si possono computar per

---

Pax Christi.

Qui has litteras secum afferunt, 12 fratres nostri sunt, qui in praesens in R. V. provinciam mittuntur et omnes Augustam ire iubentur, a R. V., prout ipsi magis convenire videbitur, et imprimis inter Monachium et Vindobonam distribuendi, ut etiam istinc bonum aliquod principium Tyrnaviam, dum ibi res parantur, mitti possit. Primus est pater magister Dyrsius[1], qui paene totum tempus, quo hic Romae degebat, litterarum studiis impendit atque etiam in pietatis rebus et Societatis nostrae ministeriis profecit. Ceterum R. V., cum eius ingenium norit, videat, utrum eum Augustae retineat R. V. vices interdum, sermonibus sacris habendis, gesturum, an Monachii manere iubeat, unde, cum visum erit, eum accersat; quamquam multos contionatores et operarios habendi morem induci fortasse non oportet, ne, si qui forte eorum postea nonnumquam deerunt, homines conquerantur; videtur autem potius fratrum scholasticorum numerus Monachii augendus esse, cum omnes fere, qui nunc ibi sunt,

---

[1] De P. Ioanne Dyrsio vide supra p. 305[1].

operarij. Jl secondo Sacerdote è il padre Jo: Zeydel[1], il quale[a] mostra talento nel predicare et anche da speranza che en el gouernare reuscira molto bene. lui ha sentito tutto il corso della philosophia, et doi anni della Theologia scholastica et scriptura, pare potra essere molto utile in Vienna, et anche in Tirnauia. V. R. de lui entendera el paesse etc. Della sua uirtu (il che etiam si puo dir delli altri ogni uno nel suo grado) ci lascia qua buon odore et speramo sara un buon operario.

Jl terzo sacerdote è il Padre Thomasso[2] Boemo il quale anche ha sentito tutto il corso della philosophia, et un anno della Theologia scholastica. è uno delli primi boemi che qua uennero, et per la satisfacion che c' era della uirtu sua si è fatto sacerdote. et perche pare piu atto per attendere a far fructo con li prossimi, et ad altri studij accomodatti al populo, che alla Theologia scholastica esacta, et anche per respecto della lingua Bohemica et Thudesca che tiene si manda. et pare che sera utile in Vienna in aiutar li prossimi et potra lui[b] [?] seguitar la Theologia, ò ueramente in Tirnauia[3]. la particular determinatione di queste cose V. R. potra scriuerla al padre Vittoria ò uero si potra rimettere a lui doue non li parera poter determinare le cose. et quanto a quelli che andaranno in Vienna V. R. potra mandar li capituli di questa lettera che de lor parlano.

---

in operariorum numero haberi possint. Secundus sacerdos est pater Ioannes Zeydel[1], qui ad contionandum idoneum se praebet; regendis quoque aliis valde aptus esse videtur. Ipse totum philosophiae cursum et per duos annos theologiam scholasticam et sacram Scripturam audivit; qui Vindobonae atque etiam Tyrnaviae magnam videtur afferre posse utilitatem. R. V. ex ipso, unde ortus sit etc., intelleget. Virtutis (id quod etiam de reliquis, si suo quemque loco spectaveris, dici potest) bonum hic reliquit nobis odorem; quem bonum fore operarium speramus.

Tertius sacerdos est pater Thomas[2] Bohemus, qui et ipse totum philosophiae cursum ac theologiam scholasticam per annum audivit. Est hic unus ex primis, qui huc venerunt, Bohemis; qui ob probatam virtutem sacerdotio initiatus est, et quia ad pietatis fructus ex aliis colligendos et ad alia studia populo accommodata magis idoneus esse videtur quam ad exactam theologiam scholasticam, atque etiam propter linguas, quas callet, bohemicam et germanicam istuc mittitur; is Vindobonae ad aliorum animas iuvandas utilis fore videtur ac theologica studia aut ibidem aut Tyrnaviae persequi poterit[3]. R. V. haec litteris ad patrem Victoriam dandis singulatim constituere vel etiam ipsius arbitrio permittere poterit, ubi se res constituere posse non existimaverit; et quod ad Vindobonam profecturos attinet, R. V. huius epistulae capita, quae de ipsis sunt, eo mittere poterit.

---

[a] qale *apogr.*

[b] *Sic; sed ipse verborum contextus suadere videtur scribendum fuisse:* là.

---

[1] De P. Ioanne Seidelio (Zeydel, Seydel) vide supra p. 353[2]. Eiusdem in sequentibus epistulis saepius fiet mentio. [2] Hedl; v. supra p. 449[1].

[3] „P. Thomas Bohemus" Vindobonae anno 1561 „Convictorum Paterfamilias" erat et ibidem eodem anno mortuus est (*Cod. „Annal. Vienn." in anno 1561 f. 11[b]—12[a]).

Jl 4 è nostro fratello Gabriel[a] de Morales el qual è un suggetto molto buono della nation spagnola et si potra far sacerdote quando uorranno, è buon latino et ornato et qualseuoglia classe che legga si ben fosse la prima penso satisfara molto, è anche asay docto nella philosophia et potra l' anno seguente si bisogna leggerla, perche in questo non pare si cominci il corso. Nelle Mathematice penso sera reputato persona rara se lo conoscono [1].

Jl quinto è Nicolao Thudesco il qual è buon scholar della Rhetorica qui in Roma, et potria in una classe delle superiori, ò almeno in una Terza, et forsa seconda insegnare. di la potranno considerar doue lo deuiano collocare. forsa che in Tirnauia sarebbe utile l' opera sua quando se haueranno a mandar mastri. è anche questo giouane buono et quieto [2].

Jl sesto è Michael de Cambrai [3] giouane da [*sic*] 20 anni benche

---

Quartus est frater noster Gabriel de Morales, homo optimus et ex hispanica gente ortus; quem, quandocumque voletis, sacerdotio ornari licet; is bene ornateque loquitur latine ac quamcumque scholam — ne prima quidem excepta — magna cum satisfactione habiturus esse mihi videtur; in philosophia quoque satis doctus est, quam, si opus erit, tradere poterit anno sequente; neque enim placet, ut hoc anno eiusdem cursus incipiatur. Puto etiam vos eum, cum cognoveritis, mathematicarum artium singulariter peritum ducturos esse [1].

Quintus est Nicolaus Germanus, qui hic Romae rhetoricam artem bene didicit et in una ex scholis superioribus vel saltem in tertia aliqua et fortasse in secunda magister esse poterit. Istic, ubi collocandus sit, expendi poterit; qui fortasse Tyrnaviae, cum magistri eo mittendi erunt, utilem operam navare poterit. Hic quoque iuvenis bonus et placidus est [2].

Sextus est Michael Cameracensis [3], iuvenis 20 annorum (quamquam hos prae

---

[a] Grabiel *apogr.*

---

[1] In catalogo collegii vindobonensis, anno 1561 ibidem typis exscripto, „M. Grabriel Moralis Diacon. Hisp." inter „theologiae auditores" comparet et mathematicam docere dicitur (*Sommervogel*, Les Jésuites de Rome etc. p. XXVIII). „P. Gabrielem Morales" cum aliis quibusdam Sociis anno 1563 a P. Hieronymo Natali visitatore „magistrum artium et philosophiae" creatum esse **annalium* collegii vindobonensis scriptor asserit (Cod. „Annal. Vienn." f. 13^b—14^a). Eum 19. Decembris 1566 morbo ex curandis militibus aegrotis, qui ex Hungaria Vindobonam deportati erant, contracto exstinctum esse scripsit *Socher* (l. c. p. 138).

[2] In *catalogo monacensi, sub m. Maium a. 1561 a P. *Theodorico Canisio* scripto, „M. Nicolaus Lutzenburgensis 3^{ae} classis gramm. praeceptor" apparet (Cod. „G. Ep. II" f. 153^a). In catalogo vindobonensi, de quo supra adnot. 1, inter „Professores Grammaticae" „Nicolaus Compositor Typo. Flander" comparet. Qui nescio num idem sit atque ille „P. Nicolaus Donius", „P. Ioannes Nicolaus", „P. Ioannes Nicolaus Donnius", qui Vindobonae sub annum 1566 sancto Stanislao Kostkae a sacris confessionibus erat, ibidem annis 1563, 1566, 1569 collegii ministrum agebat, 24. Aprilis 1571 sollemnem quattuor votorum professionem fecit, 20. Aprilis 1572 „praefectus scholarum" creatus est, a die 13. Septembris 1581 ad 1. Ianuarii 1588 collegii rector erat, anno 1594 vita cessit (*Cod. „Annal. Vienn." f. 13^b—14^a. 17^a. 20^b. 22^a. 23^a. 32^b. 37^a. 43^a. 51^b. *Urban. Ubaldini* S. J., Vita et miracula S. Stanislai Kostkae c. 8., in „Analectis Bollandianis" XI [Bruxelles 1892], 436).

[3] A. 1561 Monachii „Rhetorices auditor" (* *Catalogus* supra memoratus).

non li mostra, et molto uirtuoso, et potra essere o scholar de Rhetorica, ò anche aiutar in alcuna classe mezzana.

Jl .7. è Christoforo Thudesco [1] il quale era in Roma auditor di Rhetorica et per non si trouar ben sano si mando a Padoua doue staua bene et si aiutaua assai nelle lettere latine et grece pur si manda di la doue potra ò continuar un poco li sui studij ò anche insegnare, et piu presto pare debbia mandarsi a Monicho che a Vienna, perche il suo Padre è uicino a detta Vienna, et non è contento che lui estia nella compagnia. Jl .8. è Giorgio Thudesco [2] che anchora estaua in Padoua con christoforo et sera buon scholare, et anche potra aiutare al suo tempo.

Jl .9. è Jo: Olandesse Giouane etiam uirtuoso il qual di Roma fu mandato à Fiorenza doue ha studiato in humanita et potra continuar di la et poi seruire [3].

Jl 10. è Joanne Vienense auditor della Rhetorica qua in Roma, ma questo giouane ha auuta qualche infirmita che par specie di mal caduco, et pero si giudica conueniente che uadi in Vienna che è el area suo natiuo, doue se non si trouassi bene si potra mandar à casa delli Parenti suoi perche quella infirmita non pare tolerabile [a] per

---

se non fert) et magnae virtutis; qui vel rhetoricen audire vel etiam in aliqua ex mediis scholis utilem operam praestare poterit.

Septimus est Christophorus Germanus [1], qui, cum Romae rhetorices auditor esset, ob infirmam valetudinem Patavium missus est; ubi etsi bene valebat et in litteris latinis ac graecis satis proficiebat, istuc tamen mittitur, ubi aut studia aliquantulum persequi aut etiam docere poterit. Qui Monachium potius quam Vindobonam mittendus esse videtur, quia pater eius prope urbem illam vindobonensem habitat et in Societate eum esse moleste fert. Octavus est Georgius Germanus [2], qui et ipse Patavii morabatur cum Christophoro et bonus erit scholasticus atque etiam suo tempore utilem se praebere poterit.

Nonus est Ioannes Hollandus iuvenis et ipse valde probus; qui Roma Florentiam missus humanioribus litteris studuit; istic autem studia persequi et postea utilem operam vobis praestare poterit [3].

Decimus est Ioannes Vindobonensis, qui hic Romae rhetoricen audivit. Huic tamen iuveni, cum morbo aliquo, qui fere comitialis esse videtur, afflictatus esset, Vindobonam, qui aër ei patrius est, eundum esse censemus; ubi si bene non valebit, in parentum domum remitti poterit, cum hic morbus in congregatione ferri posse

---

[a] intolerabile *apogr.*

---

[1] In collegio monacensi sub m. Maium anni 1561 „M. Christophorus Lindawer Austriacus" (de quo supra p. 596) „professor in classe humanitatis" erat: *Catalogus* supra p. 729[2] memoratus.

[2] „Georgius Hach Coloniensis" a. 1561 Monachii „Rhetorices auditor" erat: *Catalogus* in adn. 1 memoratus. In **catalogo* collegii ingolstadiensis anno 1565 ad praepositum generalem misso dicitur Georgium „Hack" coloniensem anno 1558 Romae Societati nomen dedisse, anno 1559 Laureti eiusdem vota simplicia nuncupasse, modo Ingolstadii litteras humaniores explicare (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 374[a]).

[3] „Joannes Dordracensis Flander" a. 1561 Monachii rhetoricen audiebat: *Catalogus* idem.

congregatione, non fu mandato di la, ma acettato di qua, et prima sarebbe mandato, si hauessi hauuto compagnia[1].

L' undecimo è Paulo Perusino[2] giouane prouato nelle uirtu, il quale potra studiare Rhetorica in Vienna ò Monachio.

Jl 12. è gauriel[a] di Mercato il quale etiam è nato in Jtalia benche di Padre et matre spagnoli et è uirtuoso giouane et potra atendere alla Rhetorica et greco in Viena, come qua attendeua nella prima clase di Roma[3].

Senza questi si mandano .4. altri per la uolta di Treuere. uno è il padre Jonna[4] che V. R. ben conosce, et ua per predicare, et aiutare quel paesse con l' aiuto diuino con li mezzi che usa la compagnia nostra.

Jl 2 è il padre Egidio persona erudita et essercitata in insegnare lettere humane il che ha facto cinque o sei anni in la compagnia di Sicilia. tiene la lingua Fiamenga et Francessa et spero sera un mastro et anche operario utile in altre cose di nostro instituto[5].

Jl terzo è il mastro Otto Theologo benche scrupuloso et si questo non li impedira sara utile[6].

---

non videatur. Is non istinc ad nos missus, sed hic in Societatem admissus est. Prius eum misissemus, si itineris socii praesto fuissent[1].

Undecimus est Paulus Perusinus[2], probatae virtutis iuvenis; qui vel Vindobonae vel Monachii rhetoricae studere poterit.

Duodecimus est Gabriel de Mercato, in Italia et ipse, ex patre tamen et matre hispanis, natus; qui valde probus est iuvenis et Vindobonae rhetoricae et graecae linguae studere poterit, quibus hic quoque in prima schola romana studebat[3].

Praeter hos alios 4 mittimus Treveros profecturos; e quibus unus est pater Ionas[4] R. V. bene notus; cuius erit contionari et regionem illam, Deo iuvante, ministeriis, quae Societas nostra exercere solet, adiuvare.

Secundus est pater Aegidius, homo eruditus et in humanioribus litteris docendis exercitatus; quas quidem inter Socios siculos degens per quinque sexve annos tradidit; linguas callet flandricam et gallicam; quem magistrum et in aliis quoque instituti nostri rebus utilem operarium fore spero[5].

Tertius est magister Otto, theologus, animi tamen anxietatibus laborans; quibus nisi impedietur, utilis erit[6].

---

[a] grauiel *apogr.*

---

[1] In *catalogo collegii oenipontani a. 1565 scripto comparet „Joannes Viennensis", 20 annos natus, ante annos fere 6 Societatem ingressus (Cod. „Germ. Cat. 1567—76" p. 275).

[2] „M. Ioannes Paulus lector Italus" Vindobonae „politiorem literaturam" a. 1561 tradebat et ibidem a. 1566 obiit (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. C 3[b]. *Cod. „Annal. Vienn." f. 17[a]).

[3] Is a. 1561 Vindobonae grammaticam tradebat. [4] Adler.

[5] Aegidius Faber, brugensis, cum in collegio messanensi plus quam quinque annos litteras latinas et graecas docuisset, Treveris earundem linguarum et „humanitatis" magister constitutus est (*Hansen* l. c. p. 374. *Reiffenberg* l. c. p. 83).

[6] Otto Briamont, „nobilis Leodiensis" (**Polancus* Mercuriano, Roma 18. Septembris 1560. Cod. „Germ. 1559" p. 230), de quo in *Can.* Epp. I, 400[2]. 414. 415

Jl 4 è il padre simone inglesse[1] il quale si traterra fra Treuere et Colonia, et quelli Paessi, forsa si mandaranno altri doppoi, ò uero l' anno seguente, et de altre bande della Prouincia di V. R. si potra impir il numero delli Collegiali di Monicho. Altri si potriano mandare se non si tenessi l' ochio a lasciarli prima ben fundare nello spiritu et lettere.

De altre cose si scriue quasi ogni sabbato, et pero non mi estendero in questa.

Fra tutti hanno tre caualli. forsa il resto dil uiaggio si fara piu presto per barca almeno insino a Vienna[2]. V. R. ordinara como li parera delli Caualli. ci reccomandiamo tutti molto nelle orationi et sacrificij suoi. Di Roma .18. di settembre .1560.

Doppo questo scripto è parso piu conueniente che li 4. che uanno a Treuere non passino per Augusta ma per altra uia piu curta, forsa etiam Jo: Vienense et alcun altro si mandara la uolta di Vienna per uia piu drita.

Quartus est pater Simon Anglus[1], qui inter Treveros et Coloniam ac in terris vicinis versabitur. Fortasse alios postea vel anno sequente mittemus; atque ex aliis regionibus ad R. V. provinciam pertinentibus eorum, qui in collegio monacensi esse debent, numerus compleri poterit. Alios quoque mittere possemus, nisi cordi nobis esset, eos prius in pietate et litteris bene stabilire.

Quia de aliis rebus singulis fere sabbatis scribimus, nunc plura non scribam.

Omnibus istis tres equi communes sunt. Reliquum autem iter fortasse navi melius conficient, saltem Vindobonam usque[2]. V. R. de equis, quae ipsi visa erunt expedire, constituat. Omnes ipsius sacris precibus et sacrificiis magnopere nos commendamus. Roma 18. Septembris 1560.

Cum haec scripsissem, magis convenire censuimus quattuor Socios Treveros destinatos non per Augustam, sed via alia et breviore proficisci; ac fortasse etiam Ioannes Vindobonensis et aliquis alter rectiore via Vindobonam mittentur.

468.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 22. Septembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 233—234.

---

scriptum est, „prae scrupulorum angustijs", inquit collegii lovaniensis **historicus*, „societati non plurimum commodauit; pestilentiaque tandem ictus, eam in Parisiense collegium intulit: vnde ipse, et Paschasius [Broetus], et alij sublati" [a. 1562]: Cod. „Hist. Coll. Lov." (vide *Can.* Epp. I, LII) p. 17—18. Cf. *Oliv. Manarei* Commentarium de rebus S. J. p. 79. [1] Belostus? Helostus?

[2] Dilinga, quod oppidum ab Augusta haud longe distat, Vindobonam navi vehi poterant.

Collegia tyrnaviense, vindobonense, pragense, romanum. Haud multi contionatores uno loco collocandi sunt. Facultas libros prohibitos legendi „ad impugnandum". Superiores usum omnium facultatum subditis tollere possunt. PP. Victoria et Adler. Cardinalis Augustanus.

Canisii litterae 7. Septembris datae Romam allatae sunt[1]. *P. Victoria monendus est, ut epistulas suas bene curet perferendas.*

Tyrnaviam hoc anno Socius tantum aliquis mittendus est, qui futurum collegium praeparet. Ex duodecim Sociis ex Italia Augustam missis inprimis vindobonensi collegio subsidium dari convenit. et è da considerare che non si pigli mala usanza, et difficile di mantenere de mettere tanti predicatori, in un luogo come V. R. toca bene di Treuere, et cosi potria dir di Praga doue entendiamo predicauano .4. ma la finalmente dispensi la R. V. quelli .12. come meglio li parera[2].

Quanto alla licenza per legger libri prohibiti, nostro Padre la da al .D. Paulo[3], D. Enrico[4], et D. Christiano[5], et anche a mastro Jo: Rezio, et mastro Anrico Dionisio, qualli nomina la R. V. se li da pur detta licencia ad impugnandum cum opus erit[6], et non per cauar de talli libri Doctrina alcuna per aiutarsi nel suo predicare; porche questa la deuono cauar dalli D. sancti, pur quantunque si conceda a questi et alli altri nominati, stara sempre in mano di lor superiori, moderar o suspendere l' uso di queste gratie, come sarebbe nel prouinciale uerso li Rettori et particulari, et nelli Rettori uerso li particolari. Et il medessimo s' intenda del altre gratie che 'l superior conceda a qualseuoglia particulare della compagnia[7].

Canisii litterae [etc., ut supra].

Tyrnaviam [etc., ut supra]. Et cavendum est, ne consuetudo mala et conservatu difficilis introducatur tam multos contionatores uno loco collocandi; id quod R. V. et de Treveris bene notavit, et de Praga dicere potest, ubi 4 nostros contionandi munus administravisse intelleximus. Attamen istic R. V., prout ipsa optimum duxerit, 12 illos distribuat[2].

Librorum prohibitorum legendorum facultatem pater noster D. Paulo[3], D. Henrico[4], D. Christiano[5] tribuit. Magistro quoque Ioanni Rethio et magistro Henrico Dionysio, quos R. V. nominavit, facultas illa datur ad impugnandum, cum opus erit[6], non vero ad doctrinam ullam, qua in contionibus utantur, ex libris huiusmodi depromendam; eas enim doctrinas ex sanctis doctoribus depromere debent. Quicquid tamen his et ceteris a R. V. nominatis conceditur, semper penes eorum superiores erit, gratiarum illarum usum vel restringere vel tollere; id quod praepositus provincialis erga rectores ac privatos, et rectores erga privatos praestare poterunt. Idem de reliquis gratiis dico, quas superior cuicumque privato Societatis homini concedit[7].

---

[1] Hae perisse videntur. [2] Vide supra p. 727. [3] Hoffaeo.
[4] Blissemio. [5] Rivio; de quo supra p. 304[6].
[6] Ad haereses similesque errores impugnandos.
[7] Similia v. g. etiam in praefatione „*Compendii* privilegiorum et gratiarum Societatis Iesu" anno 1635 Antverpiae editi (p. 5) statuuntur.

Canisii arbitrio permittitur, statuere, utrum P. Victoria in suas an in praelati alicuius manus professionem emittere debeat.

Canisius optime agit, quod collegii romani inopiam sublevare studet. In iis, quae ad Socios aliquot Romam mittendos et ad scholas etc. pertinent, Canisii erit, quae ipsi visa erunt, Victoriae praecipere.

Qua si è tornata a ueder la lettera del padre Jona, qualle prima di mandarsi si era uista [1], et tutta uia si espera che Dio nostro signor si seruira di lui [2], in quella uigna sua di Treuere, et gia è partito; et in bologna si separara degli altri che uanno in Augusta, si è uisto etiam la lettera del Cardinale cui copia lui hauea communicata [3] et si procedera con esso con consideratione procurando farli piacere, et aiutar li buoni sui desiderij. ci reccomendiamo Tutti molto nelle orationi di V. R. etc. Di Roma li 22. di settembre .1560.

Canisii arbitrio permittitur [etc., ut supra].

Relectae sunt hic litterae a patre Iona istuc missae, quae etiam, antequam missae sunt, lectae erant [1]. Speramus tamen Deum et dominum nostrum in ista vinea sua treverensi eius opera usurum esse [2]. Qui hinc iam profectus est et Bononiae a ceteris Augustam petituris discedet. Legimus etiam cardinalis litteras, quarum exemplum ipse nobiscum communicaverat [3]; circumspecte cum eo agemus, ei gratificari studentes bonaque eius desideria foventes. Omnes magnopere precibus R. V. etc. nos commendamus. Roma 22. Septembris 1560.

469.

CANISIUS

P. NICOLAO GOUDANO S. J.,

Coloniae graviter aegrotanti.

Augusta Vindelicorum 24. Septembris 1560.

Ex apographo, ab ipso *Kesselio* scripto, qui eidem superscripsit: „Ex literis P. Canisij ad p. gaudanum". Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 52b—53a.

Epistulae particulas duas posuit *Hansen* l. c. p. 370[2].

Protestantes in Germania et Austria. Messis augustana. Canisius quaedam in contionatorum usum scribere paratus. Preces petit et promittit. Goudanum infirmum solatur. Cardinalis Augustanus. Curiae reformatio. Concilium. Socii complures. Peregrinationes.

— — Quod R. T. deploret suam germaniam inferiorem non miramur. nos nihilo rectius habemus in hac germania, nisi quod hereticorum furor, qui vtcunque in locis finitimis deferbuit in Austria sit hoc tempore intolerabilior. Maiorem donat fructum dominus

---

[1] Canisius has litteras, cum ipsi displicerent, vel earum exemplum Romam remisisse videtur.

[2] Vide, quae notata sunt supra p. 28[3].

[3] Cardinalis Otto Canisio scripsisse videtur se et Augustae et Dilingae Societatis domum condere velle; vide epistulam sequentem.

augustae, quam mereamur, multis etiam mirantibus. Verum de rebus nostris coram exponent D. Hermannus et M. Martinus, quos velim non sine comitibus et fratribus huc remitti[1]. Si R. T. visum est, vt ad scribenda quaedam in vsum concionatorum me conferam, faciam id sane libentius, cum intellexero aliquot mihi missas et preces R. T. procurante donari, vt foeliciter ordiar pium laborem, a quo certe non sum alienus[2]. Ego vicissim effecero, vt R. T. nostri meminerint precando et sacrificando. Scio R. T. gratam Treuerensibus fore, quemadmodum et nostris esset adventu suo. Sed quid valetudo ferat ex tempore judicandum. Dominus vires animi nobis augeat vt vt agatur cum corpore, quod ex terra est, et in terram redibit[3], beati qui in Domino moriuntur[4].

De rebus augustanis aliquid scripsit ad vos Berkelius[5]. Oremus pro Cardinali Augustano, qui Tilingae et Augustae nostros cupit habere operarios. Dominus Jesus in suam gloriam conuertat Pontificis conatus, qui in Reformanda Romana Curia, Synodoque breui indicenda diligenter laborat. Expectamus fratres ex vrbe qui Collegium Hungaricum auspicentur, et Monachiense compleant. Promissi sunt nobis M. Dyrsius et M. Seidel: P. Jonas, qui nunc Romae Sacerdos creatus est, Treuiros forte mittetur. Dimisimus Florianum, qui prage inter primos fuit. D. paulus[6] breui istuc vt putamus, accedet. Apostolico more nostros peregrinari curamus[7]. Dominus Jesus in suam gloriam omnia; qui nos spiritu coniunctos, si hac quidem in vita corpore coniungi non possumus, in illa beata coniungat patria, vbi vere nos[a] esse fratres[8] apparebit. Augustae 24 Septemb. 1560. D. P. Canisius.

Reiffenbergio (l. c. p. 89[b]) si credimus, Canisius paucis diebus post, 29. Septembris 1560, aliam epistulam eamque ad P. Ioannem Rethium S. J. datam Coloniam misit, qua de coloniensi senatu conquerebatur etc. At puto Reiffenbergio loco anni 1560 ponendum fuisse a. 1561; quae quidem epistula in tertio huius operis volumine proponetur.

---

[a] nos nos *Kess.*

---

[1] PP. Hermannus Thyraeus et Martinus Stevordianus a Canisio significantur (*Hansen* l. c. p. 374). Cf. supra p. 724. Collegii ingolstadiensis *historicus* errare videtur, cum Thyraeum iam anno 1559 in „Prouinciam Rheni" redisse scribit (*Cod. eystett. „Hist. coll. Ing." p. 10).

[2] De „Notis in Evangelicas lectiones" [diebus dominicis et festis in ecclesia recitari solitas], quas Canisius in usum contionatorum duobus voluminibus in 4°, ut dicunt, comprehensas Friburgi Helvetiorum primum annis 1591 et 1593 edidit, vide *Riess* l. c. p. 485—487 et *Sommervogel,* Bibl. II, 680—681.

[3] Cf. Gen. 3, 19. Eccl. 12, 7 etc. [4] Apoc. 14, 13.

[5] Huius epistulae partem vide infra, monum. 183.

[6] Hoffaeus; vide supra p. 720.

[7] Id est: pedibus, non equis, curribus etc., nec multis cum sarcinis. Cf. Luc. 10, 1—4. Io. 4, 3—6 etc.

[8] Cf. Matth. 23, 8.

470.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 28. Septembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta D. Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 238—239.

Societatis fratres et iuvenes collegio germanico destinati Romam advenerunt. Socius quidam bohemus magis probandus, antequam in patriam revertatur. Collegia vindobonense et tyrnaviense. Socii laboribus moderari debent. Canisii „admonitor". Comitis Rosdrazevii filii. Imperia perspicua et definita esse debent.

Canisii litterae 14. Septembris datae[1] *Lainio allatae sunt. . . .* Hoggi son arriuati a Roma .3. fratelli di Vienna, Marsilio[2], Zieler[3] et maestro Giorgio[4], con .10. altri giouani per il collegio Germanico, nel qual furno riceuuti[5]. Maestro Guigliermo mandato dila tuttauia perseuera in far gli esercitij[6], et forsa anchora sara l' undecimo per detto collegio se non fa altra miglior resolutione[7].

Aliquos e Societate dimittendos esse scriptum iam est.

Canisii [etc., ut supra] . . . Hodie Romam advenerunt tres fratres nostri vindobonenses, Marsilius[2] et Zieler[3] ac magister Georgius[4] cum 10 aliis iuvenibus collegio germanico destinatis, in quod recepti iam sunt[5]. Magister Guilielmus istinc missus exercitiis spiritualibus operam dare pergit[6]; qui fortasse undecimus collegium illud ingredietur, nisi aliud consilium idque melius capiet[7].

Aliquos [etc., ut supra].

---

[1] Hae perisse videntur. [2] De Ulloa.

[3] *Polancus* Victoriae Roma 5. Octobris 1560 scripsit: Ioannem „Zieller" (Zigler; vide supra p. 649[3]), unum ex Marsilii Sociis, Romae, ut ex Societate dimitteretur, iam impetrasse; fratrem autem eius in collegio germanico esse (Ex apographo huius *epistulae. Cod. „Germ. 1559" p. 240).

[4] *Polancus* Roma 19. Octobris 1560 Ingolstadium ad Lanoium rectorem scribit: „Mastro giorgio arriuo con altri di Vienna, et adesso attende alle probationi sue" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 244).

[5] A Canisio hi iuvenes aut omnes aut plerique in collegium germanicum tunc missi esse videntur, quos in idem 4. Octobris 1560 — antea per aliquot dies ut hospites ibi habiti esse videntur — admissos esse *antiquissimus collegii *catalogus* (de quo vide *Can.* Epp. I, LVII) testatur (p. 13—15): „Georgius Lamperti Sepusiensis" (ex Scaphusia sive Schaffhausen, Helvetiae oppido, ortus?), „Nicolaus Schrickerus Liuoniensis", „Joannes Reussius Herbipolensis Franco", „Vitus Krepser Palatinus", „Daniel Neydecker ex Berichtolschdorff Viennensis", „Christophorus Vischerus Viennensis Austriacus" (eum ex „Berchtolstarff" ortum fuisse ex alio fonte antiquo eruitur), „Stephanus Arator Pannonius Nittriensis", „Zacharias Feuuerkorn Sylesius Wratislauiensis", „Matthias Lakner Viennensis Austriacus", „Philippus Beyer Spirensis". [6] Vide supra p. 718.

[7] Consilium Societatem ingrediendi dicere videtur.

M. Thomasso[1] Bohemo si manda in Vienna et Tirnauia, piupresto che in Praga, parte accio si esserciti nelli ufficij della compagnia prima che torni uerso il paesse suo, accio non li paia poco pratico, parte accio impare piu lettere, ilche potra fare in Vienna, parte perche la compagnia pigli esperienza de come camina nello spiritu auanti che torne uerso la casa sua, col tempo potra andar a Praga.

Quanto alli padri Dirsio et Zeidel et altri V. R. dispona come li parera ma pare si debbia tener conto con Vienna doue per le molte fatiche si amalano[a] li D. Lamberto et Christiano[2], et anche con Tirnauia doue si hanno di mandar alcuni per dar principio, et generalmente aduerta la R. V. nella sua prouincia, che si usi moderatione nelle fatiche se uole possino perseuerare in quelle, altrimente ò moiono, o si fanno disutili. *Romae autem, qui in eorum locum substitui possint, non suppetunt.*

Socii romani, pecuniae angustiis laborantes, viaticum et alia subsidia exspectant.

Del Correctore che la R. V. chiama che ha cura de auisar fatta la oratione de quel che li pare manca il Prouinciale[3] dice nostro Padre che faccia[b] electione de uno la R. V. come meglio li parera, hora lo tenga appresso dise hor non et anche lei stessa faccia uerso

---

M. Thomas[1] Bohemus Vindobonam et Tyrnaviam potius quam Pragam mittitur, partim ut in Societatis ministeriis exerceatur, antequam ad populares revertatur, ne forte his parum videatur esse exercitatus, partim ut plus litterarum addiscat, id quod Vindobonae praestare poterit, partim ut Societas, quomodo in pietatis rebus proficiat, experiatur, priusquam domum redeat; suo autem tempore Pragam ire poterit.

De patribus Dyrsio et Zeidelio et aliis R. V., quae ipsi visa erunt, statuat; ratio tamen habenda esse videtur Vindobonae, ubi doctores Lambertus et Christianus[2] ex laborum multitudine adversam valetudinem contrahunt, atque etiam Tyrnaviae, quo aliquot ad initium faciendum mitti debent; atque universim R. V. cordi sit, ut provinciae suae Socii in laboribus moderationem adhibeant, siquidem eos in iisdem perseverare posse volet; aliter enim aut morientur aut inutiles se reddent. *Romae [etc., ut supra].*

Socii [etc., ut supra].

Quod ad correctorem attinet, quem R. V. petit cuiusque est, facta ad Deum precatione praepositum provincialem de iis, in quibus officio eum deesse ipse censebit, admonere[3], eum pater noster dicit a R. V. ea ratione, quam ipsa optimam existimarit, eligendum esse, sive eundem secum retineat, sive non retineat, atque

---

[a] amolano *apogr.* [b] faca *apogr.; paulo infra ipse librarius ponit* faccia.

---

[1] Hedl. Vide supra p. 728.
[2] Lambertus Auer et Christianus Rivius.
[3] *S. Ignatius*, ut praeposito generali huiusmodi admonitor adderetur, praeceperat et, ut idem de reliquis quoque praepositis fieret, commendaverat in Constitutionibus P. 9, c. 4, n. 4.

di se questo ufficio essendo osseruatore delle sue actioni massime quanto al ufficio de prouinciale.

Al padre Vittoria si scriue quanto a quel Polono Stanislao che si realmente li pare chel suo padre proceda da douero et senza fictione uolendole mandar la 2. altri figlioli etc. che lo puo ritenere [1].

Eidem scribitur, qua ratione de Philippo, Guilielmo, Antonio Romam mittendis aut non mittendis constituere debeat. V. R. adunque li potra ordinar quel che li parera, et quanto piu chiari seranno li ordini suoi, et piu resoluti sera meglio obedito ouero se si rimette al medessimo, questo stesso sia chiaro, et cosi hauera quel Padre manco ocassione de esser perplesso nelle cose che gli scriuera V. R.

Di qua estiamo con sanita Dio laudato et ci reccomendiamo Tutti molto nelle orationi et sacrificij della R. V. De Roma li 28. di settembre .1560.

---

etiam R. V. officium hoc ipsa sibi praestet, ita ut sit observator actionum suarum, earum maxime, quae ad praepositi provincialis officium pertinent.

Patri Victoriae scribimus Stanislaum illum polonum ab eo retineri posse, si revera existimet Stanislai patrem, cum alios duos filios Vindobonam se missurum etc. promittat, sincere agere nec quicquam fingere [1].

Eidem [etc., ut supra]. Poteris igitur, reverende pater, quae tibi videbuntur, ei imperare et, quo magis perspicua et definita erunt imperia tua, eo melius tibi oboediet; vel si quid eiusdem arbitrio permittere voles, hoc ipsum clare ei significato; ita enim minus facile accidet, ut pater iste in rebus, quas R. V. ad eum perscripserit, conturbato et incerto animo sit.

Hic — Deo sint laudes — bene valemus et R. V. orationibus sacrificiisque omnes vehementer nos commendamus. Roma 28. Septembris 1560.

471.

P. LEONARDUS KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rector,

CANISIO.

Colonia 1. Octobris 1560.

Ex commentario vel apographo, ab ipso *Kesselio* scripto; qui ei superscripsit: „1560 October ad p. Canisium". Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 51[a]. Kesselium epistulae auctorem esse res ipsae ostendunt.

Epistula usus est *Hansen* l. c. p. 358[1].

Messis augustana. Epistulae. Stephani Agricolae liber. „Censura" Monhemii. Socii quidam. Caesaris litterae. Librorum prohibitorum legendorum facultas.

---

[1] Stanislaus comes Rosdrazevius, Societatis novicius, Romam mitti debebat (cf. supra p. 649). In catalogo collegii vindobonensis a. 1561 typis descripto (*Sommervogel*, Les Jésuites de Rome etc. f. C 3[a]) asseritur eum Vindobonae „Logicum Primi Anni" et „uicepraefectum domus conuictorum" esse; ex qua re probabile fit, ab eius patre duos illos adulescentes in contubernium illud nobilium missos esse.

Literas Confratris nostri Guilhelmi [1] 3 sept. scriptas recepimus, quibus gauisi fuimus, partim, ob fructum quem dominus apud vos operatur [2], partim, quod nostrae literae ad vos peruenerint, pro quibus iam inceperamus esse solliciti.

Per Maternum misimus R. V. aliquot exemplaria scripti M. stephani agricolae, per eundem misimus etiam aliquot libellos Contra Catechismum Monhemij, quibus M. henricus dionisius adiunxit suas literas ad R. V. [3]

Ex copijs literarum quas mitto R. V. intelliget quid Treueris, et quomodo nobiscum Coloniae agatur,

hisce diebus adfuit nobis Doctor Hermannus [4] cum p. Martino vterque sanus, quibus in profectione nihil aduersi contigit, ad patriam p. Martini profecti sunt [5], quibus in socium adiunxi M. Franciscum Homerolum [6] [*sic*], vt in rebus disponendis ipsis auxilio esset, tantoque citius redire possent,

heri accepimus literas R. V. scriptas 10 et 17 septemb.

An Senatus noster acceperit literas Imperatoris Ferdinandi, nondum intelleximus.

Preuilegium [*sic*] quod M. Francisco Costero impetratum est de legendis hereticorum libris, cuperem si fieri posset vt M. Henrico Dionisio etiam impetraretur, Nam istis duobus videtur admodum necessarium.

Quotquot hic sunt patres et fratres R. V. sese commendant et Charissimi p. Guilhelmi sanctis sacrificijs.

Coloniae 1ª die Octobris.

472.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 5. Octobris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 239—240.

Epistulae augustanae. Collegium trevirense. Socii Romam venturi. Quos pietatis fructus Socii colonienses colligant. Precationes et sacra (pro Maximiliano rege?) facienda. Quomodo effici possit, ut Canisius et Victoria magis inter se consentiant.

---

[1] Elderen. Cf. infra, monum. 186. [2] Cf. Gal. 2, 8. Col. 1, 29 etc.

[3] Vide supra p. 720—722. [4] Thyraeus.

[5] P. Martinus Gewaerts (Govarts) e Stevoort, qui vicus nunc provinciae limburgensis regni belgici est, ortus erat.

[6] P. Franciscus Hemerolus (Dachverlies), buscoducensis, in collegio coloniensi „penultimae scholae" magister erat (*Hansen* l. c. p. 224³. 328. 360).

Riceuette nostro Padre quelle di V. R. di 21. del pasato. et il Cardinal[1] ci ha fatto ueder un altra per lui con alcuni particulari che ci han datto asai edificatione[2].

Treveros etiam Antonius „Vinch" mittetur[3]. Romae aliqui Socii ex Germania inferiore et superiore venturi exspectantur.

Jn Colonia si fa frutto asai con 600. o piu scholari[4] et anche con le predicationi nel Domo con molto concorso, et si guadagna molta gente per l' instituto della compagnia et questo si reputa qua molto buon frutto insieme con quello del schole et proprio delli Collegij nostri.

Quanto alle aplication delle messe et orationi per quella persona che V. R. scriue faccia nella sua prouincia quel che li pare senza nominarla, et è meglio che de lei non scriua qua la R. V. alcune cose che altre uolte ha scritto per buoni respetti[5].

De Vienna hauemo riceuuto diuerse lettere et credo sia piu presto colpa delli mensaguieri che del Rettor se non se riceueno le lettere spesso. Bendico a V. R. che si desida se intendessino più lei et il Rettor di Vienna[6], et quando la R. V. sente risolutamente che conuiene qualche cosa gli la puo ordinare come superiore risolutamente et si crede che in tal caso non manchara lui di farla. se la

---

Allatae sunt patri nostro R. V. litterae die 21. mensis superioris datae. Cardinalis[1] autem alteras litteras a R. V. sibi missas nobis ostendit, e quibus aliqua cognovimus, quibus ad pietatem haud parum excitati sumus[2].

Treveros [etc., ut supra].

Coloniae sat multos fructus colligunt ex 600 vel pluribus discipulis[4] atque etiam ex sacris sermonibus, ad quos audiendos multi in summum templum conveniunt. Multi etiam, ut Societatis institutum amplectantur, permoventur; quem quidem fructum una cum eo, qui ex scholis nascitur et collegiorum nostrorum proprius est, valde bonum esse hic existimamus.

Quod ad missae sacrificia et precationes pro persona illa, de qua R. V. scripsit, Deo offerenda attinet, R. V. in provincia sua, quod convenire censebit, faciat neve tamen eius nomen exprimat, ac praestat R. V. de eadem quaedam ad nos iam non perscribere, quae alias perscripsit[5], idque iustis de causis.

Vindobona complures epistulae nobis sunt allatae. Tabellariorum potius quam rectoris vitio fieri puto, ut eiusmodi litteras non accipiamus saepe. Gratulor tibi, reverende pater, quod tibi proposuisti, ut in posterum tu et rector vindobonensis melius inter vos intellegeretis[6]; si quid convenire sine dubitatione existimaris, ei, cum praesis, certum praeceptum dabis; quod eum omnino observaturum esse

---

[1] Augustanus. [2] Hae duae epistulae superesse non videntur.

[3] De P. Antonio Vinck v. *Can.* Epp. I, 230[1].

[4] In litteris quidem menstruis collegii coloniensis 5. Iulii 1560 datis scriptum est: „Qui in nostro collegio habitant, 128 numerum excedunt . . . [Externos discipulos] puto plures esse quam 500". In litteris vero quadrimestribus eiusdem collegii 5. Septembris 1560 datis Franciscus Hemerolus S. J.: „Summa", inquit, „omnium [discipulorum] 402" (*Hansen* l. c. p. 354. 368).

[5] Canisium de Maximiliano rege scripsisse puto; in quo ad catholicam fidem reducendo tunc multum elaborabant.

[6] Victoriam haud multo post cum Canisio gravius dissedisse postea videbimus.

cosa li pare di tal qualita che si deua rimettere a lui la rimetta, et al' hora quando lui seguita cio che li pare in Domino non fa male. ma si errasi se li puo dar auiso per un altra uolta.

Se non ha V. R. giudicio risoluto per comandar, ne anche li pare debbia rimettersi a lui potra consultar nostro Padre Preposito et sempre se li fara resposta. *Canisii erit, constituere, quis Tyrnaviae contionatorem agere debeat.* Nostro Padre et tutti ci reccomandiamo molto nelle orationi et sacrificij di V. R. et pregamo Jddio Nostro Signore a tutti sia salute et uita perfetta amen. Di Roma li .5. di Ottobre .1560.

Nota: Cum his litteris regulae praefecti ecclesiae (quarum apographum, eodem fere tempore scriptum, superest in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 70[b]—71[b]) ad Canisium missae esse videntur. *Polancus* enim ipso die 5. Octobris 1560 Vindobonam ad Victoriam scripsit: „Qui si mandano le regole delli conuictori, si mandano anche al padre Prouincial le Regole del prefetto della chiesa et presto si mandara l'ufficio del Rettore et un di credo si stamparanno le Regule per leuar la occasione di tanti errori nel scriuere" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 240).

---

existimamus. Sin autem res ea esse tibi visa erit, quae ipsius arbitrio permittenda sit, ipsi eam permittas; quod cum feceris, si ipse, quae in domino censuerit expedire, faciet, non peccabit; sin autem forte erraverit, moneri, ut in posterum aliter agat, poterit.

Si tibi, reverende pater, quid praescribendum sit, certo non constabit, neque etiam ipsius arbitrio rem permittendam esse duces, patrem nostrum praepositum consulere licebit; nos semper tibi respondebimus. *Canisii [etc., ut supra].* Pater noster nosque omnes R. V. orationibus et sacrificiis valde nos commendamus et Deum ac dominum nostrum rogamus, ut omnibus salus et vita plena sit. Amen. Roma 5. Octobris 1560.

473.

CANISIUS

P. NICOLAO GOUDANO S. J.,

Coloniae aegrotanti.

Augusta Vindelicorum 15. Octobris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis, a *Gerardo Peschio* S. J., kempensi, in collegio coloniensi scripto; cui P. Leonardus Kessel superscripsit: „Pater Canisius ad patrem Gaudanum". Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 55[a]—56[a].

Epistulae partes posuit *Hansen* l. c. p. 357[4]. 769[1]; aliam partem germanice vertit *editor*, „Entstehung" etc. p. 70.

Goudanum monet, ut morbum alacriter ferat et, Christi meritis confidens, mortem fortiter exspectet. Probat quidem, quae Goudanus de clericis instituendis conscripsit, sed Socios potius pueris docendis operam dare, nec splendida officia suscipere debere censet. „Censura" Monhemii placet, oratio tamen minus polita est. Novi libri a Materno Cholino missi. Catechismorum Canisii editiones novae. Socii Roma missi. Canisius, quod a protestantibus conviciis afficiatur, gaudet. Augustae pietas augetur.

Pax Christi Jesu vobiscum. Reuerende Pater.

Scripsi proxime[1] huc allatas esse literas R. T. pro qua Dominum precor vt in hac mortalis vitae pugna spiritum vtrique nostrum augeat, quo ad bene beateque viuendum indigemus. Experiris tu haud dubiam domini visitationem[2], neque cessas, vti spero, Patri misericordiarum[3] gratias agere, qui ex amore singulari hanc dedit afflictam valetudinem, et cum ea ipsa coniunxit praesentem aliquam mortalis transitus memoriam, quam sani ploerumque aut negligimus, aut oscitantius in animum reuocamus[4]. Gaudeat Goudanus Pater meus hic ita se purgari, et quidquid hoc est residui temporis vitae laetus offerat et impendat deo, qui vitae simul et mortis habet imperium. Quid autem ditius, deoque gratius bona voluntate, quam mors qualiscunque in pijs non extinguit sed perficit, vt iccirco suspirent etiam illi saepe, quod ad verae vitae initium tardius admittantur, neque toti cum Christo esse et regnare[5] possint. Transeat autem bona voluntas in charitatem, quae timorem expellit[6], neque spectemus carnis infirmitatem[7], quam hic circumferimus Adae filij[8], sed animi potius adhibeamus alacritatem, et spiritus induamus fortitudinem[9], quomodocunque nobiscum agatur. Siue enim viuimus, siue morimur, domini sumus[10], cui nunc spiritum contribulatum et cor humiliatum[11] offeramus, dum grata deo et salutifera est cuique haec oblatio. De peccatorum expiatione, de purgatorij cruciatibus, de iudicis seueritate caueat R. T. ne cogitationes, aut potius tentationes in animum inducat suum praeter necessitatem. Exerceat spem contemplatione diuinae misericordiae, ponat nidum suum[12] in Christi vulneribus, fidat thesauro inexhausto meritorum, quae Christi corpus porrigit, nitatur Sacramentorum virtute Sacrosancta, et quicquid hoc est, quod agit et patitur cum Christi et Sanctorum eius meritis coniunctum offerat quotidie Patri, qui deus est totius consolationis[13], neque bis iudicat in id ipsum[14].

---

[1] Canisius litteras 24. Septembris 1560 datas dicere videtur.

[2] Is. 10, 3. Ier. 6, 15. 1 Pet. 5, 6 etc. [3] 2 Cor. 1, 3.

[4] Franciscus Costerus Colonia 1. Ianuarii 1561 scripsit: „Rev. p. Goudanus paulatim ad superos tendit, non diu, ut timemus, in hac mortali vita mansurus" (*Hansen* l. c. p. 377). Qui tamen postea adeo convaluit, ut anno 1562 Pii IV. legatione apud Mariam Stuartam, Scotiae reginam, fungi posset (*Alph. Bellesheim*, Geschichte der katholischen Kirche in Schottland II [Mainz 1883], 38—42).

[5] Phil. 1, 23. Apoc. 20, 4. [6] 1 Io. 4, 18.

[7] Gal. 4, 13. Rom. 6, 19. [8] Gen. 11, 5.

[9] Is. 11, 15. Mich. 3, 8. [10] Rom. 14, 8. [11] Ps. 50, 19.

[12] Num. 24, 21. Abd. 4. [13] 2 Cor. 1, 3.

[14] Canisii animo obversata esse puto, quae *Petrus Lombardus* Sententiarum l. 4, dist. 15 affert ex Hieronymo: „Ait enim [Hieronymus] sic: ‚Quod genus humanum diluvio, Sodomitas igne, Aegyptios mari, et Israelitas in eremo perdidit, scitote deo temporaliter pro peccatis punisse, ne in aeternum puniret: quia non iudicabit Deus bis in idipsum. Qui ergo puniti sunt, postea non punientur; alioquin mentitur Scriptura, quod nefas est dicere.'" Haec autem, compluribus tamen verbis

Verum haec ego pro mea in te charitate, aut ob mutuam potius inter nos familiaritatem longius. Viriliter age tantum, et confortetur cor tuum[1] in domino mi frater.

Quod nuper scripsit R. T. quibus rationibus instituendum putet Clerum Leodiensem, praesertim qui ad curam pastoralem accersitur, non possumus improbare consilia Episcopo[2] eiusdem cleri proposita, deumque precamur, vt tales contingant praeceptores et institutores ministrorum Ecclesiae[3]. Verum quamdiu versamur nos in his primordijs collegiorum isthic et alibi passim erigendorum, quae certe talium praeceptorum et catechistarum erunt pulchra et perpetua, vti spero, seminaria, minus necessarium reor haec vigere, quae suaderi veluti perfectiora possunt, effici autem vel per nostros, vel per alios non possunt. Patriae communis amor, et tot pereuntium animarum calamitas quem obsecro non moueat? Viderint interim proceres, quae sui sint muneris in conseruandis reliquijs Israëlis[4]. Nos quod instituti nostri est proprium, spectemus et promoueamus, praesertim vt paremus et augeamus e nostris operarios in vestram et nostram messem aliquando mittendos. Versamur in hoc senescentis mundi delirio, fieri aliud non potest, quam quod Christus de nouissimis temporibus[5] per se et apostolos suos praedixit, quando multi discedent a fide[6], quando veniet discessio[7] publica, quando dabuntur aures Pseudoprophetis[8], quando refrigescet charitas, et iniquitas abundabit[9]. Verum in tanta totius Ecclesiae perturbatione, quae vbique gentium maxima cernitur, et extremam Religionis internecionem minatur, praesenti in deum fide et longanimi patientia vtendum videtur, nihilque dubitandum, quin diligentibus deum in bonum omnia cooperentur[10]. Videt R. T. Treuiri, Moguntiae, et varijs in locis nostros desiderari, quantumuis exigui simus et imbecilles. Itaque nihil ego vel nobis dignius, vel his temporibus aptius fore duco, quam vt cogitationes saepe in varia loca dispersas colligamus, et oblatam praesentemque nobis messem pro fide nostra excolamus, neque a magnis, sed minimis pietatis exercitationibus rem auspicemur, potiusque paruulos, quam Clericos istos sacris destinatos instituamus. Vellent Episcopi quidem in humeros nostros onera sua reijcere, cum alios habere non possunt forte bonos

---

omissis vel mutatis, deprompta sunt ex *Hieronymi* Commentario in Nahum 1, 9 (*Migne* PP. LL. XXV, 1297—1298); ubi LXX: „*οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό*“, Vulgata vero: „non consurget duplex tribulatio“. Cf. etiam *S. Thomam* III, q. 59, a. 5 ad 2. [1] Ps. 30, 25. Iudith 15, 11. [2] Roberto a Bergis.

[3] Rationem hanc, qua selecti iuvenes per magistros ab episcopo constituendos in „Summa“ Canisii, „evangeliis et epistolis totius anni“ explicandis, „locis communibus theologicis“, „casibus conscientie“, pietate exercendi essent, typis exscripsit *Hansen* l. c. p. 769—771. [4] Ier. 31, 7. Mich. 2, 12 etc.

[5] 1 Tim. 4, 1. 2 Tim. 3, 1. 2 Pet. 3, 3 etc.

[6] 1 Tim. 4, 1. [7] 2 Thess. 2, 3. [8] Matth. 24, 11. Marc. 13, 22.

[9] Matth. 24, 12. [10] Rom. 8, 28.

vicarios. Sed rogo p. Leonardum [1], oro p. Euerardum [2], oro vos omnes ne libertatem nostram, quae in Christo esse debet impediri sinatis, praesertim in hisce principijs, sed cogitetis potius neque ampla esse promittenda, neque splendida nobis aggredienda, si nostri in humilitate fundari, et solidum facere profectum debeant. Itaque non probant p. Romani, quod ab initio duos Treueri concionatores proponatis, quodque plures alicubi classes, quam nostri ferre queant, instituantur. Verum haec longius etiam, et nescio quam necessario, quae tamen vt boni consulatis, rectiusque perpendatis, rogo.

Quod ad Censuram illam Monhemio oppositam spectat, credo auctores [3] in scribendo huc vsque non satis versatos sic satis properasse. Placet tamen aeditio, quia morbo quaerendum erat remedium, quod vtinam Princeps [4] Juliacensis admittat, et multa docte disputata sunt, quae plerisque lectoribus vtilia esse possunt. Admonet me libri lectio, vt desyderem in hoc gymnasio Rhetoricen praelegi diligenter, et exercitari studiosos in stylo, quem video nunc in scriptoribus aetatis nostrae plurimum requiri.

Miror a Materno traditos esse libros Augustano Bibliopolae [5] absque literis. Accepi autem tres tomos Conciliorum [6], partem Lindani [a] [7] [?] operis, Paulinum [8], 4 exemplaria Censurae contra Mon-

---

[a] Suriani? *Vide infra, adnot. 3.*

---

[1] Kessel. [2] Mercurianum.

[3] PP. Franc. Costerum et Henr. Dionysium, S. J. [4] Guilielmus.

[5] Georgium Willer significari puto, qui semper ad librorum mercatum francofurtensem veniebat (*Fr. Kapp,* Geschichte des deutsch. Buchhandels etc. [Leipzig 1886], p. 134. 479—481. *R. v. Stintzing,* Georg Tanners Briefe etc. [Bonn 1879] p. 56).

[6] Conciliorum (generalium et aliorum) acta, quae a Petro Crabbe, Franciscano belga, collecta Coloniae anno 1538 (et 1530?) ex officina Ioannis Quentel duobus voluminibus „in folio" evulgata erant, denuo, aliis monumentis additis, edita sunt anno 1551, tribus eiusmodi voluminibus comprehensa (*C. J. v. Hefele*, Conciliengeschichte 1. Bd. [2. Aufl., Freiburg i. Br. 1873], 75. *Hartzheim,* Bibl. Col. p. 220).

[7] Quod opus significetur, nescio. Guilielmi Lindani „Panoplia Evangelica" Coloniae anno 1559 et iterum 1563 edita sunt (*Hurter,* Nomenclator I, 63). Sed fortasse legendum est „partem Suriani operis". Laurentii Surii cura Coloniae anno 1560 Ioannis Gropperi liber germanicus de reali praesentia etc. Christi in eucharistia, anno 1561 Friderici Staphyli apologia de vero Scripturae intellectu etc. latine versa in lucem prodierunt: idem aliquot annis post ibidem suum Chronicon sive „Commentarium brevem rerum in orbe gestarum" edidit (*Hartzheim* l. c.).

[8] „DIVI PAVLINI | EPISCOPI | NOLANI, QVOT- | QVOT EXTANT OPERA OM- | NIA, PARTIM SOLVTA ORATIONE, | partim carmine conscripta, D. Henrici | Grauij, viri trium linguarum peritis- | simi, studio atq; industria ex ve- | tustiss. exemplaribus resti- | tuta, ac argumen- | tis illustra- | ta. | *Vixit temporibus D. Augustini.* | COLONIAE, | *Apud Maternum Cholinum.* | M. D. LX. | *Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.* | *ad decennium*" 16°; pp. 705 et in initio 12 ff. non sign. (addito titulari). Titulum sequitur epistula dedicatoria, a „Fratre Iohanne Antoniano instituti D. Dominici" ex monasterio suo noviomagensi anno 1559 ad Petrum a Zuren, abbatem Insulae Virginis Mariae, data, in qua, praeter alia, Gravii in libris Hieronymi, Damasceni etc. „castigandis" diligentiam laudat. Rarae huius

hemium, et vnicum exemplar Apologiae pro nostra Societate. Vestras ego literas non accepi, neque praeterea quicquam.

Peto a Materno, vt indicet pretium librorum, quos ad me misit. Caesar huc breui mittet vtrunque Catechismum cum certo priuilegio. Sed cum videam Catechismum maiorem hoc anno a Materno editum, haud scio, velitne alteram statim editionem parare accepto exemplari, quod certe non vno in loco recognitum erit. Addita est pars Theologi Gallici postremae Materni aeditioni, sed nescio quam apte cohaereat, suam dicat mihi sententiam quaeso R. T. putetne aliud illius loco adijciendum, quod operi et Lectori commodet[1].

Mitto literas ex vrbe mihi commendatas, vt quamprimum isthuc perferrentur. Benedictus deus, qui P. Jonam Adlerum vna cum alijs ex vrbe mittit Treuerim, si eo nondum peruenerunt. P. Dirsius cum 11 fratribus hic aderit breui, quos partim accipiet Bauaria, partim Austria, et Hungaria. Dillingensi et Oenipontano Collegio aestate ventura prouidebitur duce Christo, qui mittat operarios in messem suam[2] nimis copiosam.

Gratuletur mihi R. T. quod ab haereticis haereticus, imo et haeresiarcha scribar, Jesuitis tribuunt hoc nomen vt Canistae vocentur, ab his negari Christum mediatorem, non solum intercessorem[3]. Quid facias? Amemus persequentes et calumniantes[4]. Laudi nobis ducamus pro Jesu nomine sic insigniri atque tractari. Gaudeamus et exultemus, quia digni sumus haec audire a talibus amicis Ecclesiae[5]: Jesuwider, Seelmoerder, Hellischer Hundt, Ertzwolff, Ertzketzer, princeps hypocritarum, etc.[6] His flosculis ornamur. Benedictus deus, qui haec velit progymnasmata esse ad pugnam grauiorem et mortem sanguinolentam. Crescit interim numerus eorum quorum corda tangit deus[7]; nec solum audiunt, sed etiam in Sacramentis recipiendis et augendo ornandoque cultu sacro faciunt verbum[8] Augustani, quorum causam tuis fratrumque precibus domino velim commendari.

---

editionis exemplum exstat in collegio nostro exaetensi. Gravius Canisium in Cyrillo Alexandrino edendo adiuverat ab eoque valde laudatus erat (*Can.* Epp. I, 188).

[1] Huic „Summae“ editioni (vide *Sommervogel*, Bibl. II, 621) copia quaedam locorum sacrae Scripturae, a Gabriele Prateolo (Dupréau), marcossio, theologiae professore parisiensi († 1588), collecta, addita est, ex editione Summae ab eodem Prateolo Parisiis a. 1560 curatae deprompta. Canisius eius loco postea „Appendicem de hominis lapsu et iustificatione“ posuit.

[2] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

[3] Haec omnia imprimis asseruerunt lutherani ministri mansfeldienses; vide infra, monum. 223. [4] Matth. 5, 44. [5] Cf. Matth. 5, 12. Luc. 6, 22. 23.

[6] I. e. Iesu adversarius, animarum perditor, canis infernalis, lupus genuinus, haeresiarcha. Haec et similia nomina Canisio tributa sunt a Melanchthone, Flacio Illyrico, Ioanne Wigando, Caspare Bruschio, Paulo Scalichio, Petro Dathaeno, aliis protestantibus. Cf. *Can.* Epp. I, 63[4]. 522[3]. 605[3]. 749—750. 755, ac supra p. 182, et infra, monum. 136. 155. 225. Vide etiam *Janssen* l. c. IV, 411—412. 441—445.

[7] 1 Reg. 10, 26. [8] Iac. 1, 22. 23.

Salutant R. T. P. Lanoius, et D. Cuuillonius, qui vna mecum orant, vt commendati sint vobis fratres nostri. Expectamus illos ad Nouembris initium, quos Christus incolumes nobis reddat vna cum P. Paulo[1], et M. Judoco[2], qui nostris[a] [?] de rebus plura scribunt. Dominus Jesus nos faciat participes laborum et sacrificiorum vestrorum. Amen. Orate pro nobis dominum et Sanctos in loco tam sancto plurimos et maximos, vt vocationis nostrae cursum syncere et indefesse peragamus[3]. Augustae 15 Octobris Anno 1560

Frater in Christo semper tuus P. Canisius.

474.

CANISIUS

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

collegii vindobonensis rectori.

Augusta Vindelicorum mense Octobri (post medium) 1560.

Ex apographo huius litterarum partis, quod ipse *Victoria* ex archetypo exscripsit et epistulae Vindobona 29. Octobris 1560 Romam ad Lainium a se datae inseruit, sic praefatus: „Il Padre Prouinciale ci scribe cosi". Cod. „G. Ep. I" f. 61[b].

De novis Sociis per collegia distribuendis.

— — Aegre fieri sane potest, vt 12 ex vrbe missi sufficiant Collegio Monacensi. Cui 10 antea promissi fuerant, et Viennensi, et Tirnauiensi. Mihi datum est negotium graue, vt singulis iam dictis collegijs prospiciam, ex hac Colonia[4]. P. Seytel et Boemum[5] vt credo accipietis. Superest vnus ni fallor Pater Dirsius Sacerdos. verum ego ingolstadij colligam sententias, quomodo recte partiar fratres. — —

475.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 19. Octobris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 242—243.

---

[a] *Sic; sed legendum esse puto:* uestris*; cf. supra p. 735. 739.*

---

[1] Hoffaeo. [2] Carcaeneo sive Carcereo (ut videtur).
[3] Cf. Phil. 3, 14. 2 Tim. 4, 7. [4] Vide supra p. 727. 737.
[5] Ioannem Seidel et Thomam Hedl.

Partem epistulae, latine versam, edidit *Reusch,* Zeitschrift für Kirchengeschichte (v. supra p. 32) XV, 102.

Collegium germanicum. P. Petrus de Soto. Canisius reprehenditur, quod promissiones a Lainio sibi factas appellaverit. Collegium monacense. Canisii catechismus parvus. Officium aeditui. Socius quidam in itinere nimiam pecuniam mutuatus. Paupertatis servandae cura commendatur.

Canisii litterae 28. Septembris datae[1] *Romam allatae sunt.*

Delle cose apertenenti al collegio germanico, forsa scriuera da parte il padre Ribadeneyra soprastante di quello[2], ouero il Rettor di detto collegio[3]. Pur maestro Guigliermo finiti gli essercitij si risolse di accettar quelle conditioni comuni, et fu riceuuto in detto collegio, non si risoluendo circa il suo statto per adesso[4].

La uenuta del Padre Pietro Sotto in Alemagna qua non ci pare ueri simili[5].

Scriue la R. uostra che temme non si mandi manco gente a Monachio che fu promessa pel gli altri che si mandano a Treuere. Questo modo di parlar, non pare a nostro Padre si usi con lui perche non è solito nella compagnia nostra, che li subditi aleghino promessi delli superiori fatte a loro, massime in queste cose apartenenti al gouerno, perche quando si dicono parole che sonano promissione, sempre si intende si ben non si splicasse la conditione del maggior seruicio diuino, et maggior ben comune. et pur in questo negocio, sempre penso si è scritto che si farebbe quel che si potesse.

Monachium, ubi omnes Socii operarios agunt nec quisquam eorum

---

Canisii litterae [etc., ut supra].

De rebus ad collegium germanicum spectantibus fortasse pater Ribadeneyra, eiusdem superintendens[2], vel rector collegii illius[3] separatim ad vos scribet. Magister autem Guilielmus, cum exercitiis spiritualibus absolutis communes illas condiciones admittere in animum induxisset, in collegium illud receptus est, vitae genere nondum certo delecto[4].

Nobis non videtur verisimile esse patrem Petrum Sotum in Germaniam esse venturum[5].

R. V. scripsit se timere, ne propter eos, qui Treveros mitterentur, pauciores, quam sibi promissi essent, mitterentur Monachium. Patri nostro non placet, ut ista loquendi ratio in se ipsum usurpetur, cum in Societate nostra moris non sit, ut inferiores promissiones appellent a superioribus sibi factas, maxime in istis rebus ad Societatem regendam spectantibus; cum enim verba promissionem sonantia proferuntur, semper, etiamsi perspicue id non significetur, cum hac condicione proferuntur: Nisi forte maior Dei gloria maiorque salus publica aliud exigent. In isto tamen negotio semper nos scripsisse puto facturos nos, quantum possemus.

Monachium [etc., ut supra].

---

[1] Hae litterae perisse videntur. [2] Vide supra p. 682[3].

[3] P. Laurentius Magius (Maggi) S. J. (Card. *Steinhuber* l. c. I, 82).

[4] Vide supra p. 736.

[5] Praeclarum virum Petrum de Soto O. Pr. dicit; qui in universitate dilingana theologiam docuerat.

scholasticus est, aliquot scholastici mittendi sunt; quorum aliqui ex 12 Sociis ex Italia Augustam modo missis deligi possunt.

Jl cathechismo picholo non so se si mandara con questa, ma per che tiene poco da corregere se mandara presto se adesso non si manda.

La risposta che si domanda a certe cose adnotate sopra l' ufficio del sacristano, non si manda perche non uennero li talli anotationi [1].

Credo arriuara prima di questa il Padre Dirsio con gli compagni [2]. Qua in Roma li compramo 2. caualli, et li dessemo .50. scudi d' oro, et un credito per pigliar se fossi necessario piu in Bologna ouero in Padoua. et lui presse in Bologna .40. scudi d' oro. et anche in Padoua 10. ducati et non so che piu [3]. si ben li diceuano che non saria necessario, anzi che li auanzarebbeno li denari che al hora teneuano, penso che la intencion sua non sia estata mala, niente dimeno par mi conueniente che lui intenda, che non deueria hauer tanta paura che li mancassino denari, perche si ben fossi estato necessario uendere uno delli caualli, et anche domandar elemosyna, non saria estato cosa aliena di nostro modo di procedere, et pouerta conforme al nostro instituto. et penso bene che conuiene che stiano sopra di se li nostri a nonsi lasciar tropo slargare in queste cose, contrarie al amor della pouerta. V. R. li dica la suma di questo o li legga il capitulo medessimo, per informatione et instruttione di esso, pur non lo contristando. per che il fine è che sia auisato per l' hauenire, et quello

---

Nescio, num catechismum parvum cum his litteris istuc missuri simus; in quo cum pauca sint, quae emendatione indigeant, si nunc non mittetur, brevi mittetur.

Quod petitis, ut ad quaedam aeditui officio adnotata rescribamus, non rescribimus, quia adnotationes istas non accepimus [1].

Ante has litteras patrem Dyrsium cum Sociis ad vos adventurum esse puto [2]. Quibus hic Romae 2 equos emimus et 50 scutata aurea ac syngrapham dedimus, qua plus pecuniae, si opus esset, Bononiae vel Patavii sumere possent. Atque ipse Bononiae 40 scutata aurea et Patavii quoque 10 ducatos atque etiam plus — quantum, nescio — mutuatus est [3], quamvis ipsi dixissent id necessarium non esse, immo vero fore, ut ex pecuniis, quas iam haberent, aliquae ei superessent. Quae licet eum malo consilio fecisse non existimem, convenire tamen mihi videtur eum intellegere, se tantopere timere non debuisse, ne pecuniis destitueretur. Etiamsi enim necesse fuisset eos alterum equum vendere atque etiam stipem petere, id alienum non fuisset a nostra agendi ratione neque a paupertate instituto nostro congruente. Convenire certe censeo nostros homines cavere, ne in istis rebus paupertatis amori contrariis nimis relaxentur. R. V. vel huius rei summam verbis ei significet vel ipsum hoc caput ei legat, ut doceatur et instituatur, non ut contristetur. Scripta sunt enim haec, ut, quomodo in posterum sibi agendum esset, edoceretur. Nos, quae ipse

---

[1] Vide supra p. 692.

[2] Cum Dyrsio 11 Socii Augustam ire iussi erant; quibuscum aliquam itineris partem etiam quattuor illi confecisse videntur, qui Roma Treveros missi erant (vide supra p. 731—732. 734).

[3] De valore scutatorum et ducatorum vide *Can.* Epp. I, 162[11] et supra p. 94[2].

che lui ha presso noi lo pagamo benche con assai descommodita per la stretezza nella qual ci trobiamo de denari. Ci reccomandiamo tutti molto nelle orationj et sacrificij di V. R. et di tutti quelli che dilla si trouano. Di Roma li 19. d' Ottobre .1560.

---

mutua sumpsit, solvemus, quamquam propter pecuniae angustias, quibus premimur, id satis incommodum nobis est. R. V. et omnium istic degentium precibus et sacrificiis magnopere nos commendamus. Roma 19. Octobris 1560.

476.

FERDINANDUS I.,

imperator,

CANISIO.

Vindobona 20. Octobris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis, cui superscriptum est: „Jdem [Ferdinandus imperator] an doctor Canisien", quodque Ferdinandum Vindobona 24. Octobris 1560 ad „regimen" suum oenipontanum misisse ex eius litteris eodem die ad idem „regimen" datis (quae ponentur infra, monum. 197) constat. Exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Von der Kay. Mt. 1557—1560" (B 10) f. 627b—629b.

Canisium laudat, quod de collegio Oeniponte constituendo cum magistratibus consilia contulerit. His tamen postea visum esse alteram domum ei rei aptiorem fore quam illam, quam ipsi cum Canisio elegissent. Rogat Canisium, ut denuo Oenipontem veniat ea de re cum iisdem deliberaturus, simulque consultaturus, quomodo iuris civilis magister Oeniponte constitui possit. Se collegio omnia necessaria provisurum esse.

Ersamer gelerter, lieber andechtiger.

vnns hat vnnser oberösterreichische Regierung vnnd Camer[1], nach lenngs vnnderthenigclichen zuegeschriben, wes Sy vnnd du sambt Doctor Nicolao Lanayo auf ausgeganngen vnnsern gnedigen beuelch, von wegen der neuen Stifft vnnd Schuelgepeu, wo vnnd wie dieselben mit ehendisten erpaut, auch zu, vnnd aufgericht werden möchten, beratschlagt, auch vnns daneben wess sich die Zwaintzig deines ordenns, so zuerhaltung sölcher Schuel dahin verordnet werden, mit Jerlicher vnnderhaltung vernuegen lassen möchten .gehorsamlich angetzaigt[2], Tragen ob sölichem Eurem gebrauchten vnnd getreuen

---

Honeste, docte, dilecte, devote.

Regimen et camera nostra Austriae superioris[1] copiose et reverenter ad nos perscripserunt, quae ipsi et tu doctorque Nicolaus Lanoius, a nobis clementer iussi, de loco ac modo, quibus collegio illi et scholae nova aedificia quam primum exstrui, instrui, constitui possent, consilia contulissetis; iidem pie ad nos rettulerunt, quanto victu annuo viginti illi ordinis tui homines, qui ad scholam illam habendam eo mittentur, futuri essent contenti[2]. Nobis quidem singula-

---

[1] De his vide supra p. 663. 668. [2] Vide supra p. 663.

vleis. ain sonnder gnedigs wolgefallen, Vnnd nachdem vnns aber (wie du söliches zum pessten gesehen hast.) wan wir dass Collegium ye im Kreytterhauss, vnnserm Ersten vorhaben nach, furnemen vnnd Erpauen lassen solten, ain grossen vncossten brinngen wurde, vnnd das wir dagegen an anndern orten ansehenliche Traydt Cassten anstat deren so yetzo im Kreutterhaus sein, erpauen, vnnd dartzue erst sonndere heuser erkauffen lassen muesten, wie dann söliches nit vmbganngen werden mag. vnnd man pau dieselben Traydt Cässten, wohin man wöll. So werden Sy doch kain söliche gelegenhayt von wegen des Jnstrams nit haben mögen [1]. Derwegen hat Ernennte vnnser Regierung vnnd Camer, Letslich dahin bedacht. vnns were vil thuenlicher vnnd nutzlicher, dass wir der Grauen von Liechtenstain [2] Behausung, zu sölichem Collegio, keufflich angenomen darjnnen hetten die Jhennigen deines ordens, sambt den Lectores [a] auch allen anndern wonungen platz genueg, auch Garten vnnd Prunnen, nach notturfft, alda auch zuuor ain Capellen im Hauss verhannden, Dörffte alles weniger verennderung, Es möchten auch Jene Personen, zeitlicher dahin zu Jrem vorhaben komen, weder so aller erst dass Kreutterhauss erpaut werden sollte. Dann Sy fuersorg truegen, die furgenomen gepeu, wo die also bleiben; werden vor dreu oder vier Jaren. hart verricht werden mugen. So lassen wir vnns sölich vnnserer Regierung vnnd Camer guetbedunnckhen, aus den angetzognen vnnd beweglichen vrsachen. vor den anndern gnedigclichen wolgefallen,

---

riter gratum acceptumque est, vos adeo fideles diligentesque in ea re vos praebuisse. At optime cognovisti nobis, si quando collegium istud in domo herbarum — id quod primum nobis proposueramus — institueremus et aedificaremus, magnam pecuniam fore expendendam, atque ex altera parte necesse fore nos aliis locis magna granaria pro iis, quae nunc in domo herbarum sunt, exstruenda eiusque rei gratia proprias domos antea emendas curare. Id quod sane vitari non poterit; et ubicumque granaria illa aedificabuntur, commoditate, quae nunc ex Oeno flumine iis est, carebunt [1]. Qua de causa regimini et camerae illis nostris postremo visum est: Longe commodius utiliusque nobis fore, comitum lichtensteiniensium [2] aedes in collegii usum emere; in quibus sodalibus tuis cum magistris ceterisque omnibus satis spatii ad habitandum, hortus quoque et puteus suppeterent, quantum esset opus, atque etiam sacellum domesticum praesto iam foret; minoribus quoque omnium rerum immutationibus opus fore, et homines illos maturius eo immigrare laboresque aggredi posse, quam si omnium primum domus herbarum exstruenda esset; existimare enim se proposita illa aedificia, si prioribus consiliis staremus, ante tres quattuorve annos vix absolvi posse. Cum igitur eam regiminis cameraeque nostrae sententiam gravibus illis de causis, quas attulerunt, praeter ceteras clementer probemus,

---

[a] Lectoris *apogr.*

[1] Domus herbarum Oeno flumini, quo frumentum Oenipontem advehebatur, proxima fuisse videtur.

[2] Lichtensteinii ad nobilitatem tirolensem pertinebant. Domum hanc Margarita, comitissa de Helfenstein et Georgii comitis de Lichtenstein vidua, ac Constantinus filius eius (nondum sui iuris) habuisse videntur (*Hirn* l. c. I, 145. 146; II, 8).

Ersuechen dich demnach hiemit gnedigclichen begerendt. du wellest dich noch malen vnnd vnuertzogenlichen geen Jnsprugg verfuegen. vnnd alda mit Jnen nit allain angeregte der Grafen von Liechtenstain Behausung besichtigen, Sonnder auch alles vleis Erwegen vnnd beratschlagen helffen, ob vnnd wie die am fuegelichisten vnnd Ehendisten zu der Schuell nottwendig erpaut, vnnd zuegericht werden muge. etc.

Vnnd wouer nun solicher pau vnnd verenderung in Jarsfrisst (wie dann bey vnns zubeschechen verhoffenlichen ist.) zuegericht vnnd erpaut, auch Jene Personen deines ordens, dahin gebracht werden möchten, sein wir mit gnaden vrbittig, Jnen alsbald die Behausung, mit allem Hausrath der notturfft nach, staffiern, auch Jnen über sölichs die begert vnnd furgeschlagen vnnderhaltung der .1000. gulden sambt dem holtz volgen zulassen, vnnd über sölches alles geburennde verordnung zutuen, Derowegen so wirdestu dis Löblich vnnd guet werckh. auch vmb souil mer. (wie wir dann dir gnedigclichen wol zutrauen.) zubefurdern wissen,

Vnns ist auch Letstlich von merberuerter vnnser Regierung. diss nachuolgenndt bedennckhen. vnnderthenigist furgebracht worden, Dieweil die vom adl vnnd anndere personen im Lanndt vnnserer Furstlichen Herrschafft Tyrol[1]. sonnder zweifel vil Jrer Jugenndt dahin schickhen. damit dieselben in guetten Tugenden vnnd Leeren auferzogen werden. Dieweil sich aber Eures orden Profesion dahin nit erstreckht, das jr Jura profitiert oder lernet[2]. Derhalben so möchte

---

his litteris clementer abs te petimus, ut iterum idque statim Oenipontem proficiscaris ibique cum ipsis non solum aedes illas comitum lichtensteiniensium inspicias, sed etiam quam diligentissime cum iis deliberes et consultes, num et qua ratione in iisdem quam commodissime et quam primum schola, quantum opus erit, instrui et parari possit etc.

Quodsi intra annum aedificia illa (id quod futurum esse speramus) ita immutata constitutaque atque isti ordinis tui homines eo adducti erunt, clementer promittimus nos ilico sedem eorum omni supellectili necessaria instructuros atque etiam millenos, quos petistis nobisque proposuistis, florenos eorum alendorum gratia una cum lignis daturos, atque ut ea omnia ad effectum adducantur, conveniente modo praecepturos esse. Quo futurum esse probe confidimus, ut tu laude dignum piumque hoc institutum eo magis adiuves.

Novissime autem regimen illud nostrum, de quo compluries scripsimus, hoc consilium reverentissime nobis proposuit: Cum ex una parte dubium non esset, quin nobiles aliique principalis provinciae nostrae tirolensis[1] incolae multos adulescentes suos eo missuri essent, ad virtutes instituendos bonisque artibus imbuendos, cumque ex altera parte ab ordinis vestri instituto alienum esset ius tradere vel docere[2]: in eam scholam ornandam discipulorumque numerum augendum valde con-

---

[1] Tirolis a Maximiliano I. (caesare, † 1519) principe suo nomine „comitatus dignitate principali insignis" („Gefürstete Grafschaft") ornata erat.

[2] Ius civile significari verba sequentia ostendunt. Ius canonicum (praeter eam partem, quae „foro contentioso inserviret") a Sociis doceri posse *S. Ignatius* plane affirmaverat (Constitutiones S. J. P. 4, c. 5, n. 1. B; c. 12, n. 1; c. 14, n. 1. C).

zu aufnemung der Schuel vnnd meren discipulen vast guet sein, ob wir gnedigclichisten vnnd demselben vnnserm ganntzen Lannde zu gnaden dahin bedacht weren, etwa mit der zeyt ainen lectorem in Jure der allain Jnstitutiones[1] et prima fundamenta lernet, vnnd lese, dahin zuordnen, oder ob etwo ainer aus Eurem orden dartzuegetzogen, mit dem Sy hernach desto bass eintziehen vnnd fridlich beyeinannder lernen möchten.

Vnnd nachdem wir vnns aus ertzelten vrsachen, sölich Jr nachbedennckhen nit misfallen lassen, So ist vnnser verner gnediger beuelch. an dich. du wöllest, ob, vnnd wie dasselb gelegenlich angericht werden muge, sambt Jr vnnserer Regierung, neben den anndern sachen, in beratschlagung ziehen, vnnd vnns volgenndt, über das alles, auch deinen bericht Rat vnnd guetbedunnckhen mittailen, Das geraicht vnns von dir zu sonndern gnedigen vnnd angenemen gefallen. gegen dir mit gnaden zuerkhennen, Datum wienn den 20. octobris. anno 1560.

---

ducturum esse, si vel clementissime totius eiusdem provinciae nostrae utilitatem quaerentes tempore procedente unum aliquem iuris magistrum, qui solas Institutiones[1] et prima fundamenta doceret traderetque, eo mittendum curaremus, vel alicui ex sodalibus vestris id munus traderetur, quo commodius ipsi eo cum magistro in aedes immigrarent et tranquilla docendi societate iungerentur.

Cum igitur ex iis, quas protulimus, rationibus alterum hoc consilium eorum nequaquam nobis displicuerit, hoc quoque clementer tibi praecipimus, ut praeter cetera hoc quoque cum regimine illo nostro consultandum tibi sumas, num et quomodo eadem res ad effectum commode adduci possit, utque postea etiam, quidnam nobis in omnibus hisce rebus agendum esse censeas, ad nos referas ac perscribas. Quod si facies, rem facies nobis singulariter gratam acceptamque, cuius amplum tibi praemium tribuemus. Vindobona die 20. Octobris anni 1560.

477.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 25. Octobris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio“. Cod. „Germ. 1559“ p. 246.

Libri prohibiti. P. Victoria. „Consultores“ et „admonitor“. Liber precationum a Canisio editus. Censura librorum. Coquus.

Oenipontani optasse videntur, ut universitatem Ferdinandus in civitate conderet. Vide infra, monum. 197. 198.

[1] Notum est „Institutiones“ primam partem et quasi prooemium esse „Corporis iuris“, ab Iustiniano imperatore sub a. 533 editi.

Riceuemmo quelle di V. R. di 12. del presente[1], con altri de diuersi. Faro per le occupationi breue risposta.

Sta bene che si comunichi la gratia di legger li libri prohibiti al D. Cobilon al modo che fu communicata ad altri[2].

Al Padre Vittoria non si è potutto rispondere sopra l' impedimenti di sua professione[3] che lui scrisse per che non si è riceuutta tal lettera, et molte delle sue credo hanno mal ricapito. et de non lasciar de attendere al' ufficio suo per conto delle lectioni, è molto conueniente, et cosi se gli è scritto ben che la carestia di chi legga credo l' ha constretto apigliar tal assumtto[4]. *Monendus idem est, Michaëlem de Villa nuova, qui Venetiis 300 scutata Sociis dare debuerit, ibidem inventum non esse.*

Gli consultori potra V. R. pigliar de Ingolstadio[5] et per admonitore[6] il Padre D. Lanoi, poi che lo nomina in primo luogo.

Di quelle orationi che V. R. fece stampar in Thudesco mandi qua una copia[7], et per l' uenire guardi quel che nel institutto nostro si dice, di far prima il libro aprobar per il general che si stampi[8].

Perlatae sunt ad nos R. V. litterae die 12. huius mensis datae[1] una cum aliis a diversis ad nos missis. Propter occupationum multitudinem breviter rescribam.

Probatur nobis libros prohibitos legendi facultatem cum D. Cuvillonio ea ratione, qua communicata est cum aliis, communicari[2].

Patri Victoriae ad ea, quae de professionis suae impedimentis[3] ad nos scripsit, rescribere non potuimus, quia epistulam illam non accepimus; multas eius epistulas ad nos non perferri existimo. Magnopere convenit eum cavere, ne propter scholas officium suum neglegat; id quod ad eum perscripsimus; quem tamen magistrorum penuria munus illud suscipere coactum esse censeo[4]. *Monendus [etc., ut supra].*

R. V. consultores ex Ingolstadiensibus sumere[5] et patrem D. Lanoium admonitorem[6] constituere poterit, quia hunc primo loco nominavit.

Mittat huc R. V. exemplum precationum istarum germanicarum, quas typis exscribendas curavit[7], et in posterum observet, quae in instituto nostro dicuntur: Curandum esse, ut libri, antequam typis describantur, a praeposito generali approbentur[8].

---

[1] Hae litterae perisse videntur. [2] Cf. supra p. 733.

[3] Vide supra p. 708.

[4] Ex litteris *Polanci* 25. Octobris 1560 ad Victoriam datis (Cod. „Germ. 1559" p. 247) conicere posse nobis videmur P. Christianum Rivium, valetudine haud prospera utentem, a Victoria in theologia docenda adiutum esse.

[5] In *Constitutionibus* Societatis Iesu (P. 9, c. 6, n. 14) statuitur: „Los Prepósitos Provinciales, y Rectores de Colegios . . . tengan personas deputadas para consejo, con las cuales comuniquen las cosas que ocurren de importancia" (Constitutiones latinae et hispanicae p. 283). Canisii consultores constitutos esse patres Lanoium, Cuvillonium, Pisanum ex Canisii *litteris quibusdam ad provinciae suae rectores anno 1561 datis intellegitur.

[6] De hoc munere vide supra p. 737.

[7] Polancus precationes illas („Betbuch") dicit, quas Canisius una cum „Parvo catechismo Catholicorum" germanice verso hoc anno primum evulgavit; vide infra, monum. 207.

[8] Constitutiones S. J. P. 3, c. 1, n. 18; P. 4, c. 6, O; P. 7, c. 4, n. 11. Cf. *Can.* Epp. I, 474².

Jntanto che non ci è coco V. R. si puo agiutare della charita di qualche persona forastiera como lo fa [1]. ma trouandosi meglio sara hauer coco.

„Amicus“ quidam in rebus ad pietatem spectantibus adiuvandus est. Roma 25. Octobris 1560.

Nota: Una cum his litteris *Polancus* Canisio (ut videtur) alteras misit, eodem die a se datas et P. Nicolao Lanoio, collegii ingolstadiensis rectori, destinatas, in quibus de collegio dilingano scribit: „Circa la difficulta che nota la R. V. de impatronirsi la compagnia del collegio di Santo Gieronimo et delle poche habitationi che ui sonno, credo cesara, quando si ueda la copia del accordo fatto col Cardinale per che non restara nesuno in quel collegio se non posto per mano della compagnia“ (Ex *apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559“ p. 246).

Quamdiu coquus praesto non erit, R. V. externi alicuius caritate uti licebit, sicut nunc utitur [1]. Cum autem coquus suppetet, ipsam eius opera uti praestabit.

„Amicus“ quidam [etc., ut supra]. Roma 25. Octobris 1560.

478.

P. EVERARDUS MERCURIANUS S. J.,

Societatis Iesu per Germaniam inferiorem praepositus provincialis,

CANISIO.

Aschaffenburgo [?] mense Octobri [?] 1560.

Ex apographo epistulae Mercuriani 13. Novembris 1560 ad Kesselium datae, ab eodem *Kesselio* scripto. Cod. colon. „Kess.“ in a. 1560 f. 57ᵇ—58ᵃ.

De collegio Moguntiae condendo.

Mercurianus Confluentibus 13. Novembris 1560 ad P. Leonardum Kessel scripsit: Die 10. Novembris „M. Joh. Rethius et ego Confluentiam sani Dei beneficio appulimus. Absoluta Expeditione ad Archiepiscopum Maguntinum [2] et re feliciter peracta de Collegio Maguntiae exstruendo, quam rem ita vrget ille vt non contentus literis quas ad patrem nostrum praepositum scripseram et ad patrem Canisium, tanquam aduocatum in hac causa, dein ipsemet scripserit ad patrem praepositum magna cum instantia, scripsit et ad duos qui intercedant apud dictum patrem, nimirum ad Cardinalem Augustanum et ad Canisium.“ [3]

---

[1] Vide supra p. 710 et infra, monum. 187.

[2] Danielem Brendel a Homburg.

[3] Die 2. Novembris 1560 archiepiscopus et ad Lainium et ad Canisium scripsit; vide infra p. 755. 756.

479.

P. ALPHONSUS PISANUS S. J.

nomine Canisii

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum mense Octobri (sub medium?) 1560.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 254—255.

De sollemni professione.

Polancus P. Ioanni de Victoria, collegii vindobonensis rectori, Roma 16. Novembris 1560 scribit: „De Augusta scriue il Dottor Pisa per commission del padre Prouinciale che V. R. si scusaua della professione con dir haueua scritto a Nostro Padre alchuni impedimenti che teneua per non farla, qua non si è riceuuta tal lettera." [1]

480.

DANIEL BRENDEL A HOMBURG,

archiepiscopus moguntinus et romani imperii princeps elector [2],

CANISIO.

Aschaffenburgo 2. Novembris 1560.

Ex autographo (2°; 1 p.), in cuius suprema parte Canisius scripsit: „Manus Archiepiscopi propria ad Canisium". Cod. „G. Ep. I" f. 92.

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. p. 171.

Societatis homines brevi Moguntiam mitti cupit. Litteras Romam mittit.

— — Arbitramur pro veteri noticia tuum munus esse ut qui eruditione in nostro conatu multum possis et authoritate valeas apud superiores id efficere, ut pro necessitate labentis ecclesiae ita acceleretur quo societatis operarij ad minus ante tempus vernale et sic initio quadragesimae in vinea dominj adsint, sub idem enim tempus

---

[1] Cf supra p. 753.

[2] Pius hic prudensque vir anno 1555, tricesimum tertium aetatis annum agens, Sebastiano de Heusenstamm (de quo in *Can.* Epp. I, 176—181) in metropolitanam sedem moguntinam successerat. Ecclesiam suam dominatione, opibus, maxime vero pietate auxit. Sociis Moguntiae collegium (a. 1561) et domum convictorum constituit eosdemque Heiligenstadium in Eysfeldiam induxit. Cum Canisio a. 1559, cum comitiis imperii interesset, atque etiam, ut videtur, multo ante egerat. Obiit a. 1582 (*Petr. Merssaeus Cratepolius* O. Min., Electorum Ecclesiasticorum Catalogus [Coloniae 1580] p. 223—224. *G. Chr. Ioannis*, Volumen primum rerum Moguntiacarum [Francofurti ad Moenum 1722] p. 862—886. *Fr. J. K. Scheppler,* Codex ecclesiasticus Moguntinus novissimus I, 1. Abth. [Aschaffenburg 1802], xxxxv ad xxxxvi. 75—92). *G. J. W. Wagner,* Die vormaligen geistlichen Stifte im Grossherzogthum Hessen II [Darmstadt 1878], 491—495).

solent cultores vinearum easdem praescindere, quo vberiores tempore Authumnalj fructus proferre possint [1]. Quam consuetudinem (ne et hoc anno inculta relinquatur) vos obseruaturos confidimus, Et facietis in eo nobis rem gratam ac ecclesiae nostrae valde necessariam. Vale, et has literas [2] per postam extraordinariam ut vocant ad D. Cardinalem [3] amicum nostrum, et tuum Superiorem Romam quam citius perferrj cura, et tu quid sentias aut speres rescribe. Actum ut in literis.

Jdem qui supra Daniel Archiepiscopus
Moguntinus elector manu propria.

Daniel archiepiscopus ipsi Lainio eodem die 2. Novembris 1560 Aschaffenburgo scripsit: „Quum videamus, venerabilis pater, deuote nobis in Christo dilecte. Ecclesiam in hisce partibus duobus destitui, sine quibus commode subsistere nequit: nimirum vtilibus operarijs ac fideli iuuentutis institutione: cupiamusque vehementer pro nostra vocatione vtrique penuriae, quoad licet succurrere. Existimauimus tandem aliquid in eam rem, fauente Domino Societatis vestrae opera praestari posse. Quamobrem vt hac de re agere inciperemus. Initio cum Petro Canisio iam dudum communicauimus ipsoque auctore ex ipsa societate duos Eberhardum Mercurinum [*sic*] prouincialem inferioris Germaniae et Ioannem Rhetium Collegij Coronarum noui Regentem Colonia ad nos euocauimus, quibus propositum nostrum exposuimus" etc. (Ex *archetypo, quod archiepiscopus sua manu subscripsit. Cod. „G. Ep. I" f. 135 ad 136). Ad quae *Lainius* Roma 3. Decembris 1560 rescripsit „Accepi litteras quas 2ª nouembris ad me dedit d. t. Jllustrissima postquam cum Magistro Euerardo Societatis nostrae, per inferiorem germaniam, prouinciali praeposito ad se euocato (qui etiam ad me scribit) de collegio isthic erigendo egisset: et video quod . . . d. v. Reuerendissima vellet collegium 11 uel 12 hominum ex nostra societate ad se Moguntiam destinari inter quos vnus esset qui germanica lingua concionaretur et nonnulli qui humaniores litteras latinas et grecas docerent, alii praeterea sacerdotes quorum opera d. v. Jllustrissima, vti interdum etiam in aliis locis extra Moguntiam posset" etc. (Ex *commentario totius epistulae, a Polanco scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 258—259). Ac *Polancus* iussu Lainii Roma 14. Decembris 1560 „Coloniam Patri Euerardo [Mercuriano] uel patri Leonardo [Kesselio]" scripsit: „Alias accepimus literas eiusdem Reuerendissimi Archiepiscopi [moguntini] et quidem propria manu scriptas patri Canissio, ut ipse ad Cardinalem Augustanum dirigeret easdem, et uterque a Patre nostro Praeposito obtinere curarent duodecim de nostra societate, qui hoc ipso anno si fieri posset, Mogunciam se conferrent, ut Quadragessimo tempore quo uites putari solent, nostri in vinea Moguntina excollenda suam impendere operam inciperent". (Ex *apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 269—270.)

Ceterum Canisium iam anno 1559 de futuro, si ita dicere licet, collegio moguntino bene meruisse, ex litteris cognoscitur, quas Colonia 26. Decembris 1559 de rebus eo mense in eo collegio gestis ad Lainium dedit *Henricus Dionysius* S. J. Qui: „Inprimis", inquit, „non lateat, reverendissimum episcopum Moguntinensem vehementer Societati addictum esse, quod et facto comprobasse videtur. Nam dum regens noster [Ioannes Rethius] suasu p. Canisii ipsum literis suis compellasset ac gratificandi studium et operam in iuventute instituenda non obscure declarasset, ita gaudio animum perfudit, ut serio de sui episcopatus reformatione cogitare caeperit, nam e vestigio propria manu scriptas literas Coloniam misit, quibus animi sui

[1] Archiepiscopus petebat, ut Societatis homines tempore Quadragesimae (quod eo anno inter 28. Februarii et 13. Aprilis erat) Moguntinorum animos contionibus, catechesibus, sacramentorum administratione excolerent.

[2] Vide, quae post hanc epistulam dicuntur. [3] Augustanum.

sententiam nobis exploratam esse voluit, nempe ut nos inprimis quatuor adolescentes, de quorum fide et probitate securus esse posset, deligeremus ac ipsius sumptibus liberaliter alendos non minus pietatis quam literarum studiis ornandos susciperemus, quorum opera ac industria aliquando labefactatas ditiones ab haeresibus vindicare ac collapsas restituere possit. — Idem reverendissimus (ut ex literis cognovimus) scripsit, se de fundando collegio cogitare ac de reditibus et loci commoditate sollicitum esse. Spes affulget non vulgaris, hanc rem brevi pro votis nostris successum habituram". (Ex *Hansen* l. c. p. 339—340.)

481.

CANISIUS

ANTONIO BRUS,

episcopo vindobonensi et ordinis Cruciferorum cum rubea stella magistro generali.

Augusta Vindelicorum 4. Novembris 1560.

Ex archetypo, a Canisio subscripto (2°; $1^1/_2$ pp.; in p. 4 inscr. et pars sig.). Pragae in archivo archiepiscopali, Soc. Iesu Fasc. 3 n. 16. (Miscell.)

Gratias ei agit, quod Societati faveat, eumque rogat, ut, Oibini administratione suscepta, collegio pragensi alium reditum provideat. Ad religionis defendendae studium eum excitat. De messe augustana et de Phausero.

†

Pax christi nobiscum Reuerendissime in Christo Pater.

Accepi literas dignitatis tuae, quas D. Paulus [1] noster huc necessario euocatus reddidit. Ac redit ille quidem hoc tempore, confectis utcunque rebus et patrijs, et quas mecum conferre habuit. Lubens autem intelligo singularem erga nos beneuolentiam, et studium ingens praestantiae tuae, quod ut sit perpetuum a Deo precamur. Ego uero quam maxime possum, utrumque Collegium Viennae et Pragae nostrum Reuerendissimae P. T. commendo, ut nostris ubique Patronum quemadmodum hactenus, fideliter exhibere dignetur.

Quod ad monasterium Oybinnense spectat, utinam hac tam grauj sarcina liberemur tandem, undecunque nostri Pragae uiuant. Objicit mundus uaria hic impedimenta, quae nisi uincat dignitas tua, miseram profecto seruitutem seruire cogemur. Nam uix fieri posse putamus, ut Caesar commodiorem nobis ullum reperiat, in quem difficilis illarum rerum administratio conferatur [2]. Quare non solum sibi, sed etiam nobis hanc praestet operam pietas tua precamur, ut ex caesaris authoritate habeant aliunde nostri [a], unde Pragae sustententur, uelint nolint Zittauienses quibuscum litigare nollemus. Gaudeo interim hanc inspectionem accessisse, ut rectius norit Caesar uel nobis tacentibus, quam egregie pacta seruentur, nostrisque fides data seruetur. Dominus JESVS ad suam gloriam omnia.

[a] *Sequuntur verba:* quam ex oybino, *postea (linea inducta) deleta.*

[1] Hoffaeus; cf. supra p. 655. 709. 717—718. 735.

[2] Caesar Oibinum Cruciferorum valetudinario pragensi obtulerat (v. supra p. 655).

Cum plurimum ualeat authoritas uestra tum Pragae tum Viennae, non possum non admodum rogare Dominum meum Reuerendissimum ut religionis negocium utrobique tuerj ac uindicare pergat, praesertim aduersus tot lupos impune grassantes, qui nobis oues christi tam foede misereque perdunt. Opus est sane gubernatorum industria singularj, ubi tot undique tempestatibus nauicula concutitur, et altum plerique stertunt in summo discrimine. Dominus utrumque Principem[1] Ecclesiae suae ex animo seruientem nobis donet, mittatque nobis tum Theodosios, tum Ambrosios[2]. Ego in hac uinea non ociose uersor, et fructum praestat Dominus laboranti, ut non paucj mirentur, doleant uero aduersarij, quibus odiosa lux est[3] catholicae ueritatis. Jn Deo faciemus uirtutem, et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros[4]. Non procul hinc Phauserus tenet cathedram pestilentiae[5], sed non ualde gratus populo, ut audio[6]. Sed utinam plures pestes non habeat Austria, quam grauiter obscurari et opprimi a Sectarijs, ualde dolemus. Nostrum est interim afflictis Ecclesiae rebus non deesse, quin magno etiam zelo Christi causam aduersus mundi sapientes[7] tueri debemus, nihilque ducere pulchrius quam pro Christi et religionis amore iniuriam ignominiamque referre. Dominus JESVS omnes Ecclesiae Catholicae Pastores in ouium suarum curam et amorem excitet, reddatque optatam nobis tranquillitatem, aut certe quidem necessariam hoc tempore patientiam et sapientiam ad bene beateque uiuendum. Augustae 4. Nouembris 1560.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo P. D. Antonio Episcopo Viennensi Patrono comprimis [*sic*] honorando.

482.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 9. Novembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio“. Cod. „Germ. 1559“ p. 251.

---

[1] Ferdinandum I. caesarem et Maximilianum Bohemiae regem.

[2] Cf. *Can.* Epp. I, 178, et supra p. 228. 232. [3] Cf. Io. 3, 20.

[4] Ps. 107, 14. [5] Ps. 1, 1.

[6] Decanus Lutheranorum is tunc erat in oppido suebico Lauinga (Lauingen), Danuvio apposito et palatino duci neoburgensi tunc subiecto. *Cardinalis augustanus* 16. Novembris 1560 Hosio scripsit: „Scribitur mihi a nostris etiam, Phauserum iam infrequentem concionem habere“ (*Pogiani* Epistolae II, 156—157. *Weber* l. c. p. 50).

[7] 1 Cor. 1, 20. 27; 3, 19.

Helvetii collegium Societatis petunt. Cursus artium in collegio vindobonensi; cuius rector, quod non oboediverit, reprehenditur. Firmus reditus eiusdem collegii. Collegia augustanum et dilinganum. Contiones et monitiones contra fenerationem.

Questa settimana non hauemo lettere di V. R.[1] L'ultime sono di 19. del passato[2]. La carestia di operarij si uede esser grande come scriue la R. V. si per il collegio di Thilinga come per altri[a]. Anche dalli sguizari si fa instantia etiam apreso sua Santità per hauer un collegio de nostri et si desiderarebbe poterli agiutare[3]. mittat Dominus operarios in messem suam[4].

E Sociis ex Italia missis aliquot collegio vindobonensi concedendi sunt. Si era scritto non si cominciasi corso nuouo quest' anno[5], niente di meno non so come hanno interpretato le lettere, et gia pare l'hanno cominciato, et quantunche penso si mandarà una penitenza al Rettore per la interprettatione, tutta uia essendo cominciato il corso non pare si possa disfare, et trattarsi alpresente della dottation del collegio con intrate perpetue è ben respetto degno di consideratione per non sminuir la aparentia, ne anche la sustantia delli studij. ma tanto piu agiuto li è necessario[6].

Hac hebdomade litterae R. V. ad nos perlatae non sunt[1]. Novissimae, quas accepimus, die 19. mensis superioris datae erant[2]. Verum esse intellegimus, quod R. V. scripsit: magnam esse penuriam operariorum tum qui in collegium dilinganum tum qui in alia collegia mitti possint. Helvetii quoque ipsi etiam sanctitati suae instant, ut collegium aliquod nostrorum accipiant; quos certe adiuvare posse vellemus[3]. Mittat dominus operarios in messem suam[4].

Ex Sociis [etc., ut supra]. Cum Vindobonenses novum cursum hoc anno incipere per litteras vetuissemus[5], ipsi tamen, nescio qua ratione litteras illas interpretati, iam cursum illum incohasse videntur. Licet autem fore putem, ut rector interpretationis illius paenitentiam aliquam agere iubeatur, ipse tamen cursus iam incohatus dissolvi posse non videtur; et aequum certe est nos propter ea, quae nunc de collegio illo perpetuo reditu instruendo tractantur, cavere, ne litterarum studia in eodem minui videantur neve reapse quidem minuantur; sed tanto maioribus illi indigent subsidiis[6].

---

[a] altre *apogr.*

---

[1] Polancus hanc epistulam — atque etiam plerasque alias — sabbato in Germaniam misit; sabbatis enim tabellarii publici Roma in regiones septentrionales proficisci solebant (*Sickel* l. c. p. 81). [2] Hae non videntur superesse.

[3] Septem illae civitates liberae, quae in Helvetia catholicam religionem tenebant, in comitiis Badenae (Baden) 4. Decembris 1558 et 5. Februarii 1560 habitis constituerant, ut in aliqua ex ipsis illis civitatibus schola, ex qua sacerdotes docti etc. prodire possent, conderetur. Quae ut Friburgi institueretur, Friburgenses vehementer instabant (*J. Schneuwly* et *J.-J. Berthier* O. Pr., Projets anciens de hautes études catholiques en Suisse [Fribourg 1891] p. 17—21).

[4] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

[5] „Cursum artium" dicit, quem in collegio vindobonensi incipere volebant; cf. supra p. 706.

[6] „Eodem hoc anno" 1560, inquit antiquus ille collegii vindobonensis **historicus*, „ac die 24 April. Caesar Ferdinandus paterna Collegium indulgentia prosequens,

Del far il collegio in Augusta non uedo che se ne parli troppo caldamente qui[1], pur lo reputariamo assai conueniente et forsa piu che in Telingia. Andrea[2] puo ritener la R. V. come forastiero al modo che scriue. Del predicar contro[a] alle usure ò non V. R. faccia come li pare piu conueniente, benche con li particolari che fossino capaci, non bisognarebbe dissimulare[3].

A Sociis romanis pecuniae quaedam ex Germania mittendae cum magno desiderio exspectantur.

Al padre Pisa si potra rispondere il sabbato seguente. Di Roma li .9. di Nouembre .1560.

Nota: Fortasse ad Canisium quoque cum his litteris missae sunt regulae illae typis exscriptae (cf. supra p. 741), de quibus eodem hoc die 9. Novembris 1560 *Polancus* Victoriae scripsit: „Forsa si mandaranno etiam qui le Regule stampate comuni, et de sacerdoti, et de sacristani, et altre si mandaranno come siano stampate, accio si habbia una copia corretta". Atque *idem* eidem Roma 7. Decembris 1560: „Le Regule comune sono mandate con altre di sacerdoti et sacristani" (Ex *apographis harum litterarum, eodem tempore scriptis. Cod. „Germ. 1559" p. 252. 265). Editio haec regularum, quam ipsius collegii romani S. J. typis factam esse fere certum est, bibliographis usque huc ignota erat.

Non video nimis vehementer hic agi de collegio isto Augustae condendo[1]; quod tamen sat opportunum et fortasse opportunius quam dilinganum fore censemus. Andream[2] R. V. ut externum modo, quem in litteris exposuit, retinere potest. Quod ad contiones contra fenerationes habendas aut non habendas attinet, R. V., quod ipsi magis convenire visum erit, faciat; si qui tamen forte singulatim edoceri poterunt, apud eos res dissimulari non debebit[3].

A Sociis [etc., ut supra].

Patri Pisano sabbato sequente rescribere poterimus. Roma 9. Novembris 1560.

---

[a] *Altera manu correctum ex:* quanto.

---

iterum ad Aes annuum Collegij Octoginta taleros ex Salinis addidit. Cuius census Magister Laurentius [Trubl] Collegij Sacerdotum templi Cathedralis Decanus occasionem dedit. Js enim cum probus, et religiosus esset", 29. Martii 1559 Sociis vindobonensibus 800 florenos donavit (Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn." f. 7[b]).

[1] *Otto* cardinalis augustanus Hosio Roma 2. Novembris 1560 scripsit: „Ego quidem operam do, ut Dilingae Collegium instituatur Jesuitarum, item Augustae Collegij pars, quo diaboli insidias praeripiamus" (Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. august. „Registr." f. 40[a]—41[a]; etiam in *Pogiani* Epistolis II, 145—148, et apud *Weber* l. c. p. 43—46).

[2] Stör. Vide supra p. 710. 754 et infra, monum. 187.

[3] Augustae Vindelicorum multi insignesque mercatores et argentarii erant. Canisium ipso hoc anno 1560 de fenerationibus ad populum dixisse videbimus infra, monum. 170.

483.

CANISIUS

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

collegii vindobonensis rectori.

Augusta Vindelicorum sub mensem Novembrem a. 1560.

Ex *Victoriae* epistula autographa. Cod. „G. Ep. I" f. 66b.

Societatis regulae excudendae. Collegiorum paupertas.

Victoria Lainio Vindobona 1. Decembris 1560 scribit: „Le regole mandate adeso stampate voleua il Padre Prouinciale[1] *et piu volte ha scripto sopra di cio che si stampasino auanti che fossero stampate in roma benche V. Reuerentia mi haueua risposto che non si douesero stampare il che io li significai, adeso non so se se hanno à stampar qua. noi faremo volentieri per aiuto di questi collegij ma potra videresi la pouerta di quelli di sopra per lettere dil Padre Prouinciale la cui copia mando."*

484.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 15. Novembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canissio" et „Padre Dottor Canissio postscripta". Cod. „Germ. 1559" p. 253—255.

Collegia dilinganum, vindobonense, oenipontanum. Contionator Dilingam mitti nequit. Quidam ad contionandum excitandus. Alii Socii. Decretum est, ut concilium continuaretur. Domus noviomagensis. Precationes. Quomodo sacros sermones contra fenerationes Augustae haberi conveniat.

Romam allatae sunt Canisii litterae 1. et 2. Novembris datae[2] *cum litteris P. Pauli Hoffaei, qui ex patria rediit.*

Duodecim illi Socii novi per collegia bene distributi sunt. Cum collegii dilingani cura a Societate suscipietur, fortasse magistri ex aliis nationibus ei collegio assignabuntur.

Quanto al predicatore che si domanda per Tilinga non sento chel

---

Romam [etc., ut supra].

Contionatoris illius, quem pro Dilinga istic petunt, mentionem hic a cardinali fieri non audivi; R. V. istic ea, quam optimam duxerit, ratione se excuset.

---

[1] Canisius eas regulas sive officia (vide supra p. 760) typis ipsius collegii vindobonensis exscribi volebat; id quod anno 1561 factum est.

[2] Hae perisse videntur.

Cardinale faccia mencione di quello qua. Di la V. R. si scusara come meglio li parera.

Li .3. Doctori di Vienna credo hanno piu ocupationi in altre cose che in leggere Theologia per che pare che li .2. sono predicatori come sa V. R. et non estanno troppo sani [1].

Stephanus Liberius [2] *Vindobonae vel Romae philosophiae operam dare poterit.* Bene è che si procuri di animar il Padre Dirsio al predicare, che non so in qual altra cosa piu frutuosamente si possa essercitar in Alemagna.

Jl padre Bartholomeo si è reccomandato a Jddio N. S. a chi piaccia tenerlo nel Regno suo [3].

Hoggi si è risolutta nel consistorio la continuatione del Concilio Tridentino, sia a gloria de Jddio N. S. pare che li principi erano molto più inclinati a questo che a nuouo concilio, et molto ragioneuolmente et come forsa per altra uia sara V. R. auisato [4].

Optandum est, ut secura aliqua ratio inveniatur, qua P. Theodoricus Canisius domum illam noviomagensem Societati „in confidentia" quod dicunt, cedere possit [5].

Quanto alla andata de Jspruch per ordine della Magestat Cesarea sia in buon hora, uero è che per mandar gente bisognara che aspe-

---

Tres istos doctores vindobonenses magis aliis rebus quam theologia docenda occupari puto; duo enim ex iis contionatores agere videntur, id quod R. V. novit neque ita bene valent [1].

Stephanus [2] *[etc., ut supra].* Expedit vos patri Dyrsio ad contionandum excitando operam dare; neque enim scio, quid aliud maiore cum utilitate in Germania exercere possit.

Patrem Bartholomaeum Deo et domino nostro commendavimus, cui placeat eum in regno suo fovere [3].

Hodie in consistorio decretum est, ut concilium tridentinum continuaretur; id quod ad Dei et domini nostri gloriam proficere cupimus. Principum animi multo magis ad hoc, quam ad novum aliquod concilium propensi fuisse videntur, id quod rationi valde consentaneum erat et R. V. fortasse altera via referetur [4].

Optandum [etc., ut supra].

Probatur nobis R. V. caesareae maiestatis iussu Oenipontem ire; aliquantulum

---

[1] P. Lambertus Auer et P. Christianus Rivius; tertius theologiae doctor in collegio vindobonensi erat P. Ioannes de Victoria. Vide supra p. 753.

[2] Cf. supra p. 724.

[3] P. Bartholomaeum Kleindienst O. Pr., m. Octobri a. 1560 mortuum, dicere videtur; cf. supra p. 632 et infra p. 766.

[4] Vide *Sf. Pallavicino* S. J., Istoria del Concilio di Trento l. 14, c. 17, n. 1. 2. *Sickel* scribit caesarem et Galliae regem cum condicione tantum quadam et restrictione, ut concilium Tridenti haberetur, consensisse (l. c. p. 142).

[5] De hac domo vide supra p. 595. 720. Quaerendus igitur erat fidus aliquis homo, cui domus illa a Theodorico cederetur ita, ut ille se eam opportuno tempore Societati daturum promitteret.

tino un poco, se gia non si trouassino di la alcuni che potessino seruire per tal impressa in buona parte.

Le orationi che V. R. ricerca per se si fanno di qua doue spesse uolte è reccomendato a Jddio N. Signore et cosi anche noi ci reccomendiamo molto nelle orationi, et sacrificij suoi et del Padre Guigliermo. il quale habbiamo charo l' habbia ritenuto per agiuto suo. Di Roma li .15.[a] di Nouembre .1560.

Quanto al predicar contra le usure in genere pare a nostro Padre che V. R. lo faccia[1], et non descenda troppo a particulari, massime se non possedessi troppo bene la qualita delli contratti, che spesse uolte sono difficili d' intendere, òuero se si giudicasi troppo indisposta la gente per udir de tal materia, in modo che fossi (come scriue) mouere carinam[2]. pur spesse uolte si muoue alcuno che per errore et non per malitia staua in qualche usurario e illicito[b] contracto, quando si predica contra li errori suoi, et perho alle uolte è utile il tocar qualche particulare, faccia finalmente come li parera meglio in Domino ma li ho detto doue inclina nostro Padre.

---

tamen exspectent necesse erit, donec homines eo mittere possimus, nisi istic aliquot iam inveniantur, per quos ista res magna ex parte geri possit.

Precationes, quas R. V. pro se fieri cupit, hic facimus, saepe Deo et domino nostro ipsam commendantes. Nos quoque magnopere nos commendamus precibus et sacrificiis R. V. et patris Guilielmi, quem, ut R. V. adiumento esset, ab ipsa retentum esse gaudemus. Roma 15. Novembris 1560.

Quod ad sermones istos sacros attinet contra fenerationes generatim habendos, patri nostro videtur, eos a R. V. habendos esse[1], ita tamen, ut ad singula nimis non descendat, maxime si R. V. haud ita clare intellegat, quales pactiones faciant — id quod saepe difficile est intellectu —, vel si hominum animos ad ea audienda parum censeatis esse dispositos, ita ut de iis rebus dicere sit (sicut R. V. scribit) movere carinam[2]. Saepe tamen hominis alicuius, qui ex errore, non ex malitia in pactione aliqua feneratoria et illicita erat, commovetur animus, cum ipsius errores sacro sermone impugnantur; quare nonnumquam iuvat, ad condiciones singulas aliqua ratione sermonem converti. Attamen R. V., quae meliora fore in domino iudicaverit, faciat; ego, quam in partem pater noster se inclinaret, R. V. dixi.

---

[a] *Correctum ex:* .19. [b] è illiciti *apogr.*

---

[1] Lainius ipse et a. 1553/54 Genuae huiusmodi contiones habuit (*Polancus*, Chronicon IV, 33. *Boero*, Lainez p. 139), et „Disputationem de usura variisque negotiis mercatorum“ conscripsit, quam evulgavit *Hartm. Grisar* S. J., Jacobi Lainez Disputationes Tridentinae II (Oeniponte 1886), 227—321.

[2] *Καρίνη* = praefica. Carinam movere = verba frustra consumere, operam perdere.

485.

CANISIUS

FERDINANDO I.,

imperatori.

Augusta Vindelicorum vel Oeniponte mense Novembri (post medium) 1560.

Ex epistula *Victoriae* autographa. Cod. „G. Ep. I" f. 67a.

P. Victoria Lainio Vindobona 1. Decembris 1560 de Ferdinando caesare scribit: „Besognara adeso parlarli altra volta per darli certe lettere che il Padre Prouinciale li scriue et si diano in mano propria, non so de che cose."

Canisium maxime de collegio Oeniponte condendo ad Ferdinandum scripsisse ex huius litteris 20. Octobris 1560 ad Canisium datis (supra p. 752) facile colligitur.

486.

CANISIUS

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Augusta Vindelicorum vel Oeniponte mense Novembri (post medium) 1560.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 286—288.

De pecuniis ab altero collegio alteri dandis.

Polancus Victoriae Roma 11. Januarii 1561 scribit: „Si è uisto quel capitulo del Padre Prouinciale sopra li denari che si domandauano alli collegij, et se li scriue, che si tenga ratio datti et accepti. et quantunque possa prestar un collegio per charita ad un altro se ha commodita; et dar etiam qualche viatico tuttauia pare che ogni uno debbia ritenere il suo per usso delli suoi collegiali."

Polancus Victoriae scribit se his litteris ad ipsius litteras initio mensis Decembris Vindobona missas respondere; ad litteras enim 23. Novembris datas se iam antea rescripsisse; quae ostendunt Canisii epistulam ad Victoriam ante 23. Novembris perlatam non esse.

487.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 17. vel 23. Novembris 1560.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 267.

De stipe collegio romano mittenda.

Polancus Lainii nomine Roma 14. Decembris 1560 P. Ioanni de Victoria, collegii vindobonensis rectori, scribit: „Ci scriue il padre Prouinciale che si lamentaua il Paller de che li uoleuano far dar altri tanti denari in Roma, quanti riceueua in Augusta; seria ben si uedessi che non habbiano occasione di lamentarsi de noi, et di seruirci mal uolontieri questi talli."

Hanc Canisii epistulam (quae perisse videtur) 17. vel 23. Novembris datam esse ex iis conici potest, quae Polancus 14. Decembris 1560 ad Canisium scripsit; v. infra p. 777.

488.

CANISIUS

SOCIIS COLONIENSIBUS.

Augusta Vindelicorum 26. Novembris 1560.

Ex apographo, quod ipse P. *Kessel*, collegii coloniensis rector, ex archetypo descripsit et sic inscripsit: „Ex literis p. Canisij ad Colonienses". Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 59b.

Duas particulas posuit *Hansen* l. c. p. 368[1]. 373[1].

Cancellarii coloniensis filium commendat. De ecclesia S. Ursulae Sociis tradenda, collegiis moguntino, oenipontano, dilingensi etc. Catechismum suum archiepiscopo mittit.

— — Fuit apud nos Archiepis. vestri Cancellarius[1], cum ex Vienna redijsset, et rogauit, vt vobis eius filium, quem breui conuictorem offeret commendarem. Praeclare quidem de vobis et loquitur et sentit incusans nonnullos qui vobis templum illud quod ab Archiepis. petijstis denegare et inuidere videntur[2]. Ignoscat illis Dominus.

Scripsit ad me Moguntinus Archiepis., missis etiam in vrbem literis vt XI aut 12 ex nostris ad Collegium constituendum mitterentur[3]. Quod negotium illi cordi esse videtur, adeo instat diligenter vt[a] adsint mature, ac nominatim M. Rethium expetit. Sed quoniam Caesar suum nunc instituit Collegium Oeniponti, vbi his ego diebus versatus sum, Cardinalis vero Tilingae[b] Collegium aliud nostris parat, difficile fiet opinor, ut Archiepisco. Moguntino sic properanti fiat satis,

---

[a] et *apogr.* [b] Tilingensis *apogr.*

---

[1] Doctor Franciscus Burkard (*Hansen* l. c. p. 292[3]).

[2] Pervetustum illud et praeclarum templum S. Ursulae, cui nobilissimum quoddam „canonissarum" collegium — saltem comitissae hae esse debebant — coniunctum erat, Iustina comitissa de Lupfen, eiusdem collegii abbatissa, „cum animadverteret ob comitissarum paucitatem divinum officium collabi", tunc una cum reditibus Sociis coloniensibus tradere volebat; atque Kesselius rector ab archiepiscopo, ut id probaret, impetrare conabatur. Ita *Franciscus Hemerolus* S. J. in litteris quadrimestribus Colonia 5. Septembris 1560 datis, apud *Hansen* l. c. p. 367—368. Cf. *Reiffenberg* l. c. p. 99. [3] Vide supra p. 586. 755—756.

Dominus Jesus in suam gloriam omnia, qui societatem numero, virtute, et gratia semper augere dignetur ad nominis sui eternam gloriam.

Speramus Collegium Treuerense foeliciter inchoatum, et vtcunque institutum esse per dei gratiam.

Orate dominum pro germania quae nouis turbis et bellicis tumultibus implicari videtur [1]. Auguste 26 Nouembris.

orate pro D. Bartholomeo et Archiepiscopo Saltzburgensi defunctis [2].

Seruus in Christo P. Canisius.

mitto Cathechismum vna cum precationibus recens editum, quem aliquando promisi [3]. offeretis hunc librum Reverendissimo Archiepis. Coloniensi [4] vt munus hoc boni consulat meo nomine precantes, libenter a vobis admonebor si quae in recognoscendo mutanda vel addenda iudicaueritis.

489.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum ineunte mense Decembri (inter 1. et 7.) 1560.

Ex apographo eiusdem temporis (2°; 2¼ pp.).

[Relatio de rebus Germaniae.] Turbae. Principes lutherani monasteria exspoliant. Monachorum vitia. Monialium constantia. Lucae Steinbergensis horrendae haereses. Ivanus IV., Russorum imperator, in Livones crudelis, Poloniae regis sororem uxorem ducere cupit et fortasse catholicam religionem suscipiet. Dissidia et vitia apud protestantes. Duorum archiepiscoporum salisburgensium et Cythardi dominicani virtutes. Synodus. Calviniani ex Gallia emigrantes. In Helvetia catholici fidem acriter tuentur.

†

De rebus Germanicis.

Fuit hoc anno toto Germania sic satis tranquilla, nisi quod mensibus posterioribus nobiles quidam turbas excitare et milites cogere uisi sunt: sed incertum, quo authore et fine hi noui motus susciten-

[1] Cf. initium epistulae proximae.

[2] Bartholomaeus Kleindienst O. Pr. (cf. supra p. 78[3]) Vindobonae 8. Octobris 1560 et Michaël a Küenburg, archiepiscopus salisburgensis, 17. Novembris 1560 mortem obierant (*N. Paulus* in „Historisch-politische Blätter" CIX [München 1892], 493. *Ios., Franc., Paul. Mezger* O. S. B., Historia Salisburgensis [Salisburgi 1692] p. 591—602).

[3] Canisius germanicum illum librum significat, qui eius „Parvum catechismum" germanice versum et multas precationes („Betbuch") continebat vide supra p. 753, et infra, monum. 207.

[4] Ioanni Gebhardo a Mansfeld.

tur[1]. Non possunt sibi non timere Proceres ecclesiasticj, cum principum Lutheranorum cupiditatem in diripiendis et absumendis Ecclesiarum bonis expleri non posse experiantur. Ecclesiae nullus largitur, adimunt plurimi quaecunque possunt. Jtaque si quae extant monasteria in horum principum ditionibus, ueluti Harpyarum crudelitati patent, et partim ui, partim fraude oppressa atque distracta miserrime prophanantur. Jdque minore negotio perficere licet, cum passim in monasterijs exiguus sit numerus religiosorum, instituti autem monastici disciplina cernatur corruptissima, quam Praepositi et Abbates magis etiam dedecorant[2]. Verendum est admodum, ne paucos intra annos Monachorum status intercidat prorsus in Germania. Jnterim constantius agunt Monachae, seque in tanta oppugnatione gerunt rectius quam Monachi[3]. Horrendum dictu de nouo qui prodijt Haeresiarcha. Is sectarios omnes impietate facile uincit, dum (ut breuiter dicam) Deum alium fingit, Christum seruatorem oppugnat, Trinitatem negat. Quaedam ex Apostolico Symbolo, plura ex diuinis scripturis aut in dubium uocat, aut pernegat. Est Morauus ille, et a Caesare comprehendi iussus, de quo breui quidem plura et certiora intelligemus[4]. Pergit Moscus[5] Liuoniam diripere, et summam illic tyrannidem exercet, hoc excusationis addito praetextu, quod illi res sit cum Lutheranis syncerae et ueteris religionis desertoribus. Magistrum Liuoniae, qui primas tenebat, captum in arce cum captiuis alijs retinuit, nunc eundem abduxit in Moscouiam atque in Monasterium retrusit[6], ut quam nuper amplexi sunt illi falsam religionem, non sine disciplina dediscant. Praeterea sororem Regis Poloniae sibi petit vxorem, promittens per oratores amicitiam[7], Nec solum vxorem,

---

[1] Fortasse ab iis alienus non erat Guilielmus eques Grumbachius; de quo cf. *Janssen* l. c. IV, 240—255.

[2] Cf. *Janssen* l. c. IV, 101—105. 111.

[3] Quam fortiter eo tempore multae virgines Deo sacrae catholicam fidem tenuerint, ostendit *Janssen* l. c. IV, 41. 52—59. 203—204. Vide etiam *Ant. Steichele,* Das Bisthum Augsburg III (Augsburg 1872), 177—185.

[4] In *relatione de rebus Germaniae scripta, quam *Canisius* medio fere anno 1561 Romam misit et nos in tertio huius operis volumine ponemus, hic „Lucas apostata Sternbergensis“ vocatur et plura de eius doctrina narrantur. *Laur. Surius* O. Carth. eum „Lucam Sternbergerum“ vocat (Commentarius brevis rerum in orbe gestarum, . . nunc . . locupletatus [Coloniae 1568] p. 731—732). Cf. etiam *Janssen* l. c. V, 476[2].

[5] Ivanus IV., Russorum imperator.

[6] Guilielmus de Fürstenberg, ordinis teutonici, Livoniae magister („Herrmeister“), qui tamen eo tempore a negotiis publicis, Godehardo Ketteler in eius locum substituto, fere remotus erat, arce Fellin mense Augusto 1560 a Russis capta, Moscoviam cum aliis equitibus abductus est; postea, pago Ljubim, cuius reditibus sustentaretur, accepto, in Russia obisse videtur (*Balth. Russovv,* Chronica der Prouintz Lyffland [Bart 1584] f. 48. *E. Seraphim*, Geschichte des Liv-, Est- und Kurlands I [Reval 1895] 399—400).

[7] Catharinam, Sigismundi Augusti regis sororem, Ivanus frustra petebat (*Russovv* l. c. f. 64[a]. *Turba* l. c. III, 165[4]. *Th. Schiemann,* Russland, Polen und Livland bis ins 17. Jahrhundert II [Berlin 1887], 310).

sed regnum etiam ipsum (ut uidetur) Polonicum ambit. Judicant sapientes, ne recusaturum quidem esse, si procedat coniugium, ut cum Ecclesia Catholica sese coniungat. Caeterum quod ad Lutheranos doctores attinet, atrociter inter se illi pugnant, alijque incusant alios ob deprauatam Lutherj doctrinam, quae inter ipsos modo certa non est, et de sensu Confessionis Augustanae, quae praecipua doctrinae ipsorum Capita continet, hostiliter litigant, seque mutuo insectantur. Verum tanto plus tribuunt quietis ac otij Catholicis, vulgi autem odium et contemptum sibi magis magisque conflant.

Accedit quod latere non possint in Euangelicis istis exempla turpitudinis, ut minus loci modo relictum sit in abusus Ecclesiasticorum ex cathedra destomachandj. obijt his diebus praeclarus Antistes, et de re catholica bene meritus Archiepiscopus Salisburgensis qui Christo beate uiuat [1]. In huius locum successit vir bonus et prudens, qui lachrymis palam testatus est se ad hoc munus inuitum protrudi. Viennae Dominicanus quidam [2] Caesarj concionatur, et sane foeliciter, ut Aulae simul et Ciuitati consulat. Expectamus oppugnationem indicendae, aut fortasse iam indictae Synodi [3], nam sectarij qui tenebras studiose insectantur, tantum nouae lucis minime laturi uidentur. Sed si Deus pro nobis, quis contra nos [4] et aduersus ueritatis columnam semper inuictam Ecclesiam [5]? Caluiniani relictis Gallijs nescio quo studio et zelo plerique cum familijs migrant in Germaniam, adeoque Caluinus ipse breui Augustae fuisse dicitur [6]. Qui sunt apud Heluetios Catholicj (sunt autem permulti et praepotentes) sic Ecclesiae Catholicae iura tuentur, ut nulli fere Germani alij syncerius. Hi post uarios congressus multaque consilia conuenire non potuere cum altera Heluetiorum parte, quae rem tuetur sacramentariam, ac Zwinglianam doctrinam tot annis profitetur. Jtaque grauis est in utraque parte dissensio, quam neque sine armis componi posse putant: adeo incensi feruntur animj ad religionem suam utrinque sanguine uindicandam [7]. Dominus JESVS Concilium OEcumenicum prouehat, et Catholicae ueritatis splendore circumfusas sectariorum nebulas dissipet, ut Germania quoque matri uiuentium [8] Ecclesiae restituatur.

Apographo huius relationis, quo nos usi sumus, quodque ipso anno 1560 Romae scriptum esse omnino videtur, nec tempus quidem nec auctoris nomen ascripta sunt.

---

[1] In locum Michaëlis a Küenburg archiepiscopi, 17. Novembris 1560 defuncti, 26. Novembris 1560 Ioannes Iacobus Khuen de Belasy († 1586) electus est (*Ios., Franc., Paul. Mezger* l. c. p. 591—631).

[2] Mathias Cythardus (Esche).

[3] Die 29. Novembris indicta est (*Sickel* l. c. p. 146).

[4] Rom. 8, 31. [5] 1 Tim. 3, 15. [6] Rumor ille falsus fuisse videtur.

[7] Ea controversia, quae tandem anno 1564 sedata est, ex eo orta erat, quod in republica glaronensi (Glaris, Glarus) protestantes, quorum numerus maior quam catholicorum erat, hos contra pactum catholicae religionis exercitio spoliare volebant (*A. Ph. v. Segesser,* Ludwig Pfyffer und seine Zeit I [Bern 1880], 85—86).

[8] Gen. 3, 20.

Cum autem Polancus Roma 20. Decembris 1560 Lainii nomine Canisio nuntiaverit relationem de rebus religionis ab ipso scriptam Romam perlatam esse, nec Socios solum, sed etiam cardinales huiusmodi relationibus delectari, cumque alia Canisii relatio, quae ad id tempus spectet, non suppetat, et ipsae res novae, quae in litteris modo positis referuntur, ad exeuntem annum 1560 pertineant: dubitari non potest, quin hae litterae a Canisio ineunte mense Decembri (1.—7.; cf. supra p. 768[1] et infra, p. 783) a. 1560 ad Lainium datae sint; quarum archetypum fortasse apud aliquem ex cardinalibus vel apud ipsum summum pontificem (cf. supra p. 692) relictum est. Eas Ottoni Truchsessio cardinali augustano a Sociis romanis traditas esse ex eo nobis coniectare licet, quod hic Roma 4. Ianuarii 1561 Vindobonam ad Hosium scripsit: [Literae] „tuae mihi redditae sunt de sentina haereticorum, quae eiecta ex Gallia, ne in Austriam confluat, ex Canisij literis uerendum est. . . . Calvinum Deus a nostris prohibeat: de quo brevi certius aliquid habebo. . . . Dissidium istuc haereticorum, divinitus commotum, eorundem ruinas facile portendit“ (*Pogiani* Epistolae II, 199—201. *Weber* l. c. p. 57—58).

490.

ALIQUIS DE SOCIETATE [P. GUIL. ELDEREN?]

nomine Canisii, praepositi provincialis,

PP. IOANNI DE VICTORIA, PAULO HOFFAEO, NICOLAO LANOIO, THEODORICO CANISIO, S. J.,

collegiorum vindobonensis, pragensis, ingolstadiensis, monacensis rectoribus.

Augusta Vindelicorum 2. Decembris 1560.

Ex apographo eiusdem fere temporis, a duobus collegii ingolstadiensis Sociis scripto, quorum alter extremam tantum partem (incipiendo a „Quoniam posthac“) scripsit. Exstat in cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 18^b—19^a. Quo in codice (f. 18^a) proxime ante harum litterarum apographum alterius cuiusdam institutionis „collegijs prouinciae nostrae Germanicae“ destinatae apographum eodem fere tempore a tertio aliquo Socio ingolstadiensi scriptum positum est; quae institutio (cui tempus ascriptum non est) eodem fere tempore ac nostrae hae litterae conscripta esse videtur et, si rerum summa spectetur, cum iis omnino congruit, in singularibus vero quibusdam rebus ab iis discrepat; quarum rerum fere praecipuas in adnotationibus proponemus.

Quomodo litterae scribendae sint. Quae in Sociorum catalogis notari oporteat. Ad quae pietatis exercitia Socii bene instituendi sint. Qui libri a fratribus scholasticis maxime adhiberi debeant. De scholis, regulis, probationis domo. Pro quibus singulariter Deus orandus sit.

Jhesus

Obseruanda quaedam Rectoribus Collegiorum de Societate Jesu in Germania.

Jn scribendis posthac literis in quibus est situm plane plurimum Rectores eum sequentur modum. quem ex Vrbe nobis accurate praescriptum accepimus[1]. Vnde fiet proculdubio. ut quae ad horum Collegiorum. adeoque totius Prouinciae nostrae profectum spectant, rectius iudicentur, et maturius in Domino promoueantur a Superioribus.

---

[1] Vide supra p. 582[4].

Mittatur Augustam una cum quadrimestribus proxime Catalogus fratrum. annotatis etiam annis non solum aetatis cuiuslibet. sed etiam quibus in hac Jesu Societate uixerunt; Addatur qui et quot sint in Collegio Rectoris consiliarij [1], quis itidem sindicus [2]. An domestici omnes in spiritualibus exercitijs versati sint. et quousque in illis progressum fecerint. qui praeterea egere illis maxime [a] videantur, qui ad sacerdotium uel in numerum scholasticorum approbatorum promouendi uideantur [3], qui grauius insuper laborent ac praesertim in uocatione sua nutent [b], uel hinc etiam instituto parum habiles uideantur, qui demum ob aliquod mortale peccatum designatum in casus reservatos incidisse putentur [4].

Habeant rationem quoque Rectores, ut doceantur nostri sedulo de modo rite confitendi. communicandi. missam audiendi. et conscientiam examinandi. praeterea de ratione orandi, edendi [c] [?], spiritus discernendi et Catholice [d] de rebus fidei sentiendi, sicut constitutiones et exercitia nostra postulant [5].

Juuentur qui sacro missae officio necdum inseruire nouerunt. ut discant omnes, quoties est opus. sacris reuerenter assistere, et Angelorum uicem illic quodammodo subire.

Curent etiam Rectores libellum de imitatione Christi tribui singulis scholasticis. qui nonnunquam. festis praesertim diebus. in com-

---

[a] maximae *apogr.* [b] natent *apogr.*

[c] *Alteræ quoque institutio habet:* edendi*; at librarios hic lapsos esse, res ipsas ostendere dixeris; Canisium vero aut:* legendi *aut:* meditandi *posuisse puto; nam in Constitutionibus Societatis, quas ipse memorat, haec sunt: „Modus bene et cum fructu confitendi, communicandi, Missam audiendi et in eadem ministrandi, orandi itidem, meditandi et legendi pro captu uniuscuiusque tradatur" (P. 3, c. 1, n. 16).*

[d] Catholicae *apogr.*

---

[1] De „consultorum" munere vide supra p. 753. De iisdem S. Ignatius scripsit etiam in Constitutionibus P. 4, c. 10, n. 7.

[2] „Haya un Síndico en casa, cuyo oficio sea mirar por todos los particulares en lo que toca á la honestidad y decencia exterior, andando por la iglesia y casa, notando lo que no conviene, y avisando al Superior, ó al mesmo que falta, si tal autoridad se le da, para más ayudar en el Señor Nuestro": *S. Ignatius* in Constitutionibus S. J. P. 3, c. 1, n. 16 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 93).

[3] „Approbati" dicuntur illi Societatis fratres scholastici, qui, per biennium in tirocinio sive noviciatu probati, ad perpetuae paupertatis, castitatis, oboedientiae vota admissi sunt (*Constitutiones* S. J. P. 5, c. 4, n. 3; c. 1, n. 1—3 etc. Cf. *Can. Epp.* I, 653—654).

[4] Et ipsa haec verba, et ea, quae antecedunt, suadent eos significari, qui externa agendi ratione eam suspicionem commoverint. In *alteris illis *legibus* Canisius eos quoque recenseri sive notari iubet, qui „singularibus dei donis insigniti videantur."

[5] Vide supra, adnot. c. In „Libro exercitiorum" *S. Ignatii* praeter ea, quae de oratione et maxime de sacra meditatione in „adnotationibus" et „additionibus" atque aliis locis traduntur, modus „examinis conscientiae" faciendi, „tres modi orandi", „regulae ad motus animae, quos diversi excitant spiritus, discernendos", „regulae servandae, ut cum orthodoxa ecclesia vere sentiamus" proponuntur.

munibus Eckij locis. aduersus haereticos poterunt exercitarj[1]. sicut et in directorio P. Polanci uel Caietano ad casus conscientiae rectius intelligendos[2]. Praeterea communes regulas in libello suo descriptas habeant singuli.

Jn tempore statuant Rectores et admoneant .P. Prouincialem de libris et alijs rebus ad studiorum renouationem pertinentibus, et si quos forte fratres in aliud Collegium transferri expediat[3].

Sit domus propria nouitijs. ubi separatim habitare et probari possint. sicut constitutiones docent[4].

Frequenter inculcetur Fratribus. ut officij et gratitudinis ergo meminerint suis sacrificijs et precibus domino commendare totum hoc societatis nostrae corpus. eiusque[a] caput R. P. Praepositum. vna cum suis assistentibus[5]. Deinde prouinciam hanc nostram tot modis corruptam et sectis immersam. Specialiter uero concilium Oecumenicum. quod modo tridenti continuandum decreuit Summus Pontifex. Et cum permultum debeamus Jmperatori eiusque[b] domui Austriae[c] [?]. Deinde Principi Bauariae[6]. utpote Collegiorum nostrorum fundatoribus. erit[d] illorum quoque patronorum maemoria soepe ac multum nostris precibus deo commendanda, Tum quoniam Augustae nobis dominus messem amplissimam dedit, deprecemur eum enixe. pro huius praeclare Vrbis ad fidem catholicam conuersione. et pro spiritualis fructus in eadem nunc apparentis confirmatione atque incremento. Postremo sacrificantes et orantes meminerimus R. P. Hieronymi Natalis de hac Societate nostra bene meriti. ut illum dominus ex Hyspanijs in Ger-

[a] cuiusque *apogr.* [b] cuiusque *apogr.*
[c] *Sic apogr.; sed legendum esse videtur:* Austriacae. [d] *Vel:* est; et *apogr.*

[1] Doctoris Ioannis Eccii (Eckii, Mair), theologiae professoris ingolstadiensis, „Loci communes adversus Lutheranos" inter annos 1525 et 1576 fere quadragies quinquies prelum subisse feruntur.

[2] De „directorio P. Polanci" vide supra p. 717[3]. Thomas de Vio († 1534), cardinalis „Caietanus" O. Pr., „Summam de casibus" conscientiae, quam „Summam Caietanam" vocant, conscripsit. In *altera *institutione* haec lex sic conformata est: „Habeant singuli scholasticorum libellum de Jmitatione christi, plerique locos etiam communes eckcij. in quibus aliquando praesertim festis diebus exercitarj possent, ut contra haereticos fidem suam et Catholicam in familiaribus saltem cum externis colloquijs tueri possent. Singuli regulas etiam communes teneant in libello descriptas cum offitijs, si quae ipsis iniunxit obedientia."

[3] In *altera *institutione* dicitur, id „multis ante mensibus" faciendum esse. Studia fere sub menses Aprilem et Octobrem „renovari" solebant.

[4] In *Constitutionibus* (P. 1, c. 4, A) praescribitur, ut, si „domus primae probationis" separata esse non possit, curetur, ut in Societatis domibus „aliqua habitatio separata ad id designetur". *Altera illa *institutio* sic habet: „Habeat collegium destinatum locum aliquem. ubi nouitij primum excipiantur et probentur, ubi praeterea hospes aliquis tractarj possit."

[5] Lainii „assistentes" sive consiliarii tunc erant Hieronymus Natalis, Ludovicus Consalvius, Ioannes de Polanco, Christophorus Madridius (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 46; l. 8, n. 4). [6] Alberto V. duci.

maniam nobis adducat foeliciter[1], eiusque u i a s ad publicum[a] Societatis nostrae commodum d i r i g a t[b][2]. Augustae 2º Decembris Anno MDLX.

Ex Commissione R. P. N. Prouincialis.

Quoniam posthac, quando aliqui mutandi [erunt] de vno in aliud Collegium, nisi rationabilis causa aliud suadeat interim (tum ne studia tum ne ordo Collegiorum perturbetur) fiet ea mutatio communiter circa renouationes studiorum, propterea vellet Pater Prouincialis semper in tempore monerj a Rectoribus ante vnamquamque renouationem, qui ijs videantur alio mittendj, vel propter ipsorum vel collegiorum vtilitatem, quo minus perturbationis in studijs et alijs officijs accidere possit.

Jtem vt in singulis renouationibus ratio reddatur, quousque singuli praeceptores in suis lectionibus processerint, et vt ipsi lectores sciant, absoluendam esse periodum sibi praestitutam, Erit autem ea renouatione quae circa octobrem fit Prouincialis tam quoad mutationem personarum quam lectionum [monendus][3].

491.

IACOBUS LAINIUS,

praepositus generalis Societatis Iesu,

CANISIO CETERISQUE SOCIETATIS IESU PER GERMANIAM SUPERIORIBUS.

Roma 4. Decembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Superiori di Alemagna". Cod. „Germ. 1559" p. 264.

Commendonum, nuntium apostolicum, Societatis amantem, adiuvari vult, maxime addito, si quem petierit, interprete.

Jl portator della presente è il Reuerendissimo Vescouo Comendon[4], il qual manda sua Santità per legato suo alla M. del Jmperatore, et anche ad altri Principi de Alemagna etiam delli protestanti, per

---

Has litteras secum affert reverendissimus episcopus Commendonus[4], quem sanctitas sua rerum ad concilium generale spectantium gratia legatum mittit ad

---

[a] publicam *apogr.* [b] disigat *apogr.*

---

[1] Is paulo ante a Lainio ad Societatem in tota Europa visendam missus erat (*Sacchinus* l. c. l. 4, n. 23). [2] Gen. 24, 56. Ps. 5, 9 etc.

[3] Quae de „lectionibus" hic dicuntur, in *altera *institutione* prorsus desunt.

[4] Ioannes Franciscus Commendone (1523—1584), venetus, anno 1555 a Paulo IV. episcopus Zacynthi (Zante) et Cephaloniae nominatus, eum episcopatum ipso hoc anno (mense Maio, ut videtur) dimiserat. Is multas gravesque sanctae sedis legationes in Anglia, Lusitania, Germania, Polonia etc. obiit et a. 1565 a Pio IV. cardinalis creatus est.

le cose apertenenti al Concilio Vniuersale [1]. Et hauemo hauuto special consolacione conocendo la bonta, Doctrina et Zelo santo di questo Prelato. che sia fatta Election della persona sua per tal officio. se ocorrera che in cosa alcuna se li possa far alcun seruicio per li nostri in questa legatione sua io lo haueria molto charo, si per la affectione che lui ha uerso la compagnia nostra. et noi uerso di lui. si etiam per il seruicio che speramo si fara a Dio N. S. La R. V. se li offerisca uisitandolo in quello che potra seruirlo a gloria de Jddio N. S. et si domandassi sua .S. R. alcuno giouane delli nostri de la lingua Thudesca per usare del ministerio di esso nel parlar a qualchuno delli Principi che non intenda latino, o interpretar quel che li diranno si parlano Thudesco. Hauero piacer se li dia se comodamente pero si li potra dare, et perche di questa medessima lettera se possa seruire per altri delli nostri, doppoi che la hauerete uista la potrette serar et rendigliela. Me reccomendo molto nelle orationi Vostre, et prego Jddio N. S. a tutti conceda gratia de sentir sempre et adimpir sua Santissima uolonta. Di Roma li 4. di Decembre .1560.

---

caesaream maiestatem et ad alios quoque Germaniae principes atque etiam ad aliquos ex principibus protestantibus [1]. Nos praelati huius probitatem et doctrinam ac sanctum studium industriamque perspecta habentes singulariter gavisi sumus ipsum ad id munus delectum esse. Si igitur continget, ut ipsi in hac legatione officium quodcumque per nostros praestari possit, gratissimum id mihi erit tum propter caritatem, qua ipse in Societatem nostram et nos in ipsum ferimur, tum etiam quia nostros ea ratione Deo et domino nostro valde gratum facturos speramus. Reverentia igitur vestra eum adeat eique operam, quam ad Dei et domini nostri gloriam praebere poterit, offerat; et si forte dominatio sua reverendissima iuvenis alicuius ex nostris, germanicam linguam callentis, operam petierit, per quem alicui ex principibus latinae linguae ignaro loquatur, vel qui, quae ipsi germanice dixerint, sibi interpretetur, gratum mihi erit, si ipsi concessus erit, dummodo commode concedi possit; atque ut ipse iisdem his litteris etiam apud alios ex nostris uti possit, eas lectas obsignato eique reddito. Precibus tuis magnopere me commendo, et Deum ac dominum nostrum rogo, ut omnibus gratiam concedat, qua sanctissimam suam voluntatem semper et cognoscamus et exsequamur. Roma 4. Decembris 1560.

492.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 7. Decembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Canissio“. Hoc vocabulum et prima epistulae verba, usque ad „guiglielmo“ excl., ab ipso *Polanco* scripta sunt. Cod. „Germ. 1559“ p. 266.

---

[1] Pius IV. vehementer optabat, ut protestantes quoque principes theologos et oratores Tridentum mitterent.

Contionator in Hungariam mittendus. Collegio Moguntiae instituendo magistri aliquot a Canisio suppeditandi sunt. Spes est fore, ut universitates rhenanae per Societatem restaurentur. Collegium dilinganum.

Pax christi.

Le vltime de V. R. sono de primo et 2 de nouembre [1] et dopoi scrisse il padre guiglielmo [2] a 16. del medessimo, La causa crediamo sia l' andata in Jspruch [3]. et cosi poco accadera in risposta. Credo per Vngaria si contentaranno per adesso de Vno che prediche et senza dubio tanti asuntti come hanno in Vienna ricercano molta, et buona gente.

Per Maguncia si è accettato anche l' assuntto di mandar un Collegio come quello di Treuere l' anno che uiene [4]. Ci agiutaranno quelli di Colonia et anche la R. V. di qualche cosa specialmente de qualchuno della lingua Thudesca per le classi basse in luogo delli qualli de Colonia ò Roma, ci potranno mandar altri per classi superiori. et spero si fara assai frutto in quelle citta di Treuere et Maguntia, Dio N. S. ci mandi operarij, come manda la messe copiosa [5]. L' anno che uiene cio è uerso el septembre et non prima sara necessaria la gente per l' schuole, Ben che alcuni si mandino prima per preparare [a]. — — Lui [6] da tanto ò piu che quello di Treuere: et forsa

---

Pax Christi.

Novissimae, quas accepimus, R. V. litterae diebus 1. et 2. Novembris datae erant [1]; postea pater Guilielmus [2] die 16. eiusdem mensis nobis scripsit, id quod propter iter istud oenipontanum factum esse existimamus [3]; quare breviter respondere potero. Vos patronis in praesens satisfacturos esse existimo, si in Hungariam unum, qui contionetur, miseritis; certe tot tantaque munera, quanta Vindobonenses administrare debent, multos et idoneos homines exigunt.

Promisimus nos etiam Moguntiam collegium, quod treverensis simile esset, anno proximo missuros esse [4]. Qua in re Colonienses nos adiuvabunt, atque etiam R. V. opem aliquam feret, maxime aliquot germanicae linguae gnaris, qui inferiores scholas regant, eo mittendis, in quorum locum vel Colonia vel Roma alii, qui superioribus scholis praesint, istuc mitti poterunt. Spero fore, ut in civitatibus istis treverensi et moguntina sat multi pietatis fructus colligantur. Deus et dominus noster, sicut messem copiosam nobis mittit, operarios quoque mittat [5]. Proximo anno sub mensem Septembrem, non prius, homines, qui scholas illic regant, praesto esse oportebit; aliquot tamen prius, ut res praeparent, eodem mittentur [a]. — — Ipse [6] tantum, quantum treverensis archiepiscopus, vel plus nobis dabit; fortasse omnes

---

[a] *Hic in apographo (licet id in eodem nullo significetur signo) sententiam aliquam, in qua archiepiscopi moguntini mentio facta sit, omissam esse, verba, quae proxime sequuntur, suadent.*

---

[1] Hae perisse videntur. [2] Elderen.

[3] Vide supra p. 751. Canisius paulo post 3. Novembris 1560 Augusta Oenipontem profectus esse videtur; vide infra, monum. 198.

[4] Vide supra p. 755—756.

[5] Cf. Matth. 9, 37. 38. Luc. 10, 2.

[6] Daniel Brendel, archiepiscopus moguntinus; vide supra, adnot. a.

tutte quelle Vniuersita con un poco di tempo ueniranno in mano de la compagnia et si restauraranno per mezzo di quella [1].

Per Dilinga non ci dara tanta fretta il Cardinale hauendo massime di fabricar et cosi col tempo di la et di qua se mettera in ordine la gente per questi noui assuntti, oltro l' augmento delli gia pigliati.

De Monicho hauemo riceuuto lettere di .6. di nouembre. si rispondera un altra uolta.

Gia si fece risposta a quella del Padre Pisa.

Qui uanno alcune Quadrimestre et altre lettere, resta che tutti ci reccomendiamo molto nelle oratione et sacrificij di V. R. et del padre guglielmo. et non dico del padre D. Lanoy perche non penso estara la. Di Roma li .7. di decembre .1560.

---

istae universitates brevi in Societatis manus venient et per eam instaurabuntur [1].

Ad dilinganum collegium maturandum cardinalis tantopere nos non urgebit, praesertim cum aedificare debeat. Tempore igitur procedente et istic et hic homines parabimus, per quos, praeter collegiorum iam susceptorum augmentum, nova ista incohentur.

Monacensium accepimus litteras 6. Novembris datas; ad quas alias rescribemus.

Ad patris Pisani litteras iam respondimus.

Cum his litteris quadrimestres aliquot et alias epistulas mittimus. Superest, ut omnes R. V. et patris Guilielmi precibus sacrificiisque vehementer nos commendemus. Patris D. Lanoii preces non peto, quia eum istic fore non puto. Roma 7. Decembris 1560.

493.

CANISIUS

P. EVERARDO MERCURIANO,

Societatis Iesu per Germaniam inferiorem praeposito provinciali.

Augusta Vindelicorum 10. Decembris 1560.

Ex autographo (2°; $^1/_2$ p.), quod est in pagina altera folii, in quo eidem Mercuriano P. Nicolaus Lanoius, collegii ingolstadiensis rector, Ingolstadio 2. Decembris 1560 sua manu scripsit; cuius manu etiam huius epistulae inscriptio posita est; Lanoius litteras suas Canisio misisse videtur, ut hic auctoritate sua eas iuvaret. Cod. colon. „Litt. Epistt. var." f. 88 et sq. non sign.

Duos Socios ad se remitti vult. De concilio continuando et de indulgentia proposita gaudet. Summi templi treverensis decanum et scholasticum laudat.

†

Reuerende Pater. Impeditus hoc tempore paucis agam. De P. Hermanno [2] remittendo spero vos acturos quod postulat P. Lanoius grauibus de causis.

---

[1] Polancus universitates coloniensem, treverensem, moguntinam proxime significare videtur. [2] Thyraeo. Cf. supra p. 739.

Pont. Indulgentias promulgari iussit ob Concilij apud Tridentum continuandi certum decretum [1]. Deo gratia qui nos tam foelici nuntio recreat, et Ecclesiam suam vbique gentium consolatur.

Admonitum uelim P. Hermannum [2], vt in reditu querat M: Judocum [3] Moguntiae (ni fallor) aut in patria versantem, atque vtinam citra periculum eum nobis restituat domino cooperante [4].

Salutari cupio R. D. Decanum summae aedis et D. Scholasticum, quos puto non parum vobis fauere, sicut mihi fauerunt Vuormatiae [5].

Dominus IESVS uestri collegij [6] de quo scire auemus, primordia prosperet.

Archiepiscopum Saltzburgensem habemus uirum idoneum vt ferunt [7].

Oret pro me R. T. et pro hac nostra misera Germania tot sectis dissecta. Non licet nunc prolixe scribere. P. Martinus [8] huc saluus redijt, deo gratia. Augustae 10 Decemb. 1560.

Seruus in Christo P. Canisius.

Salutem fratribus et patrib. praesertim P. Jonae [9]. omnium precibus et sacrifitijs nos valde cupimus Domino commendari.

Jhesus. Al molto Riuerendo in cristo Padre Il P. Euerardo Mercuriano Preposito della Compagnia de Jesu in Alemagnia bassá, in Confluentia.

Has litteras a Mercuriano Treveros ad P. Thyraeum missas esse ex eo colligi potest, quod earum inscriptioni manu tertia (Mercuriani?) haec ascripta sunt: „Treuirj. R. P. D. Hermanno Thyraeo Theologo Societatis Jesv. apud Treuirenses. Cito. cito. cito“.

494.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 14. Decembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial“. Cod. „Germ. 1559“ p. 268—269.

---

[1] Vide *Raynaldum*, Annales ecclesiastici XXI. in a. 1560 n. 68. Otto cardinalis augustanus bullam huius „iubilaei“ mense Novembri concessi, litteris eodem mense Roma datis, in episcopatu augustano promulgari iussit et 23. Novembris 1560 Alberto V. Bavariae duci misit (*Pl. Braun*, Bischöfe von Augsburg III, 482. *Steichele*, Archiv l. c. p. 224). [2] Thyraeum.

[3] P. Iodocus Carcaeneus (Carcereus) spirensis tunc, ut videtur (vide supra p. 391), facultatibus se expediebat. [4] Marc. 16, 20.

[5] In colloquio a. 1557 Vormatiae de religione habito Iacobus ab Elz, summi templi treverensis decanus (qui postea, 1567—1581, archiepiscopus treverensis fuit), archiepiscopi sui nomine „assessorem“ egerat, Bartholomaeus autem a Petra (von der Leyen), eiusdem templi „scholasticus“ et ipsius archiepiscopi frater, ex „adiunctis“ assessorum fuerat (*Häberlin* l. c. III, 271). [6] Treverensis.

[7] Ioannem Iacobum Khuen de Belasi. [8] Stevordianus. [9] Adler.

Ex collegio oenipontano magnam utilitatem sperare licet. P. Rethius collegium moguntinum incohabit; quod, a Canisio commendatum, ab eodem adiuvandum est. Canisii librum precationum ecclesiastica auctoritate et cum nomine auctoris evulgari convenit. Eius catechismus a P. Sa et ab ipso Lainio emendabitur. Contionator quidam modestius dicere de sacerdotibus debet. Socii aliqui ad gradus academicos promoveri possunt. P. Victoria erga academicos vindobonenses mansuete se gerere nec quemquam in collegio ad gradus promovere debet. De pecuniis. Quando Socii in baptismis et confirmationibus sponsores agere possint. Collegium Pontis Vallis Tellinae, a Grisonibus vexatum, iisdem a Bavariae duce commendandum.

Riceuemo quelle di V. R. di .17. et 23. del passato [1] doppo la sua tornata de Jspruch, insieme col padre Dottor Lanoy, et quanto si apartiene al negocio del detto collegio staremo a uedere quel che respondera la Magestat cesarea, et albora si uedera quello che si potra fare, quanto al mandar della gente, perche c' è desiderio de compiacere alla .M. S. et pare che in quel luogo col tempo ce sera occasione de asai seruicio di christo N. S. et parte dilla parte di qua ci aiutaremo il meglio che potremo.

Quanto al collegio di Moguncia gia fu scritto alla R. V. che nostro Padre haueua accettato l' assumtto pel l' anno che uiene et anche si è scritto a Colonia di concedere al Reuerendissimo Arciuescouo per un tempo il Padre maestro Jo: Rezio, et forsa qui si scriuira un altra lettera doue se dira che potendosi dare presto auanti chel resto dil collegio si mandi, se li dia: accio si cominci a dar satisfacione al Arciuescouo et far qualche buon frutto in quella sua citta et preparar le cose per il collegio futuro. potra anche ritenersi di la il padre Jodoco [2] che pare sodisfaceua nelle prediche allo Arciuescouo et non è troppo necessario in Monico ò Ingolstadio. et poi che V. R. raccomanda tanto questa cosa (come in effetto l' importanza

---

Allatae nobis sunt litterae, quas R. V. diebus 17. et 23. mensis superioris, postquam cum patre doctore Lanoio Oeniponte rediit, ad nos dederat [1]. Exspectabimus, quae maiestas caesarea de collegii illius negotio rescriptura sit. Quibus lectis videbimus, quid praestare possimus, hominibus illuc mittendis; maiestati enim suae gratificari valde cupimus, et loco illo facultas tempore procedente nobis fore videtur Christi domini nostri gloriam valde augendi; partim igitur istinc, partim hinc, quantum poterimus, auxilium petemus.

Reverentiae vestrae iam scripsimus patrem nostrum promisisse se collegium moguntinum anno proximo instituturum. Colonienses quoque reverendissimo archiepiscopo patrem magistrum Ioannem Rethium ad tempus concedere per litteras iussimus; fortasse alteris litteris eos monebimus, ut, si mox, et antequam reliquum collegium eo mittatur, eum concedere Moguntinis possint, concedant, ut archiepiscopo gratificari et civitati illi eidem subiectae utilitatem aliquam afferre et futuri collegii res praeparare incipiamus. Retineri etiam illic poterit pater Iodocus [2], qui contionibus habitis archiepiscopo placuisse videtur nec Monachii vel Ingolstadii ita necessarius est. Reverentia autem vestra, cum hanc causam tantopere commendet (id quod eius gravitas revera exigit), auxiliis quoque, quae mittere poterit, ex sua

---

[1] Hae perisse videntur. Cf. infra, monum. 198.

[2] Iodocus Carcaeneus (Septi? *Hansen* l. c. p. 389. 394). Cf. supra p. 776.

di quella lo ricerca) bisognara che si contenti anchora di aiutare con quello che potra di sua Prouincia presuposto che anchora di Roma et d' altre bande si fara quel che si potra.

Quanto alle oratione Thudesche[1] non se ne cure la R. V. de mandarle qua, ma bastara che le uedano li Dottori di Jngolstadio, et cosi N. Padre si rimette a V. R. intesso il parer loro, et al tempo che si haueranno a stampare, sara bene interpona sua authorita il Vescouo ò uero il suo Vicario, et non pareria mal che si mettessi il nome del Authore al meno in qualche epistola che potria far el Vicario. per non andar contra quel decreto che proiuisce stampar libri incerto authore[2].

Jl cathechismo picciolo per l' ausencia del Padre Natal partito per spagna (il qual haueua fatto certe anotationi) si è differito di mandarlo, pur adesso si è datto ordine che 'l Dottor Manuel veda quelle dette anotationi et le uenga a conferir con nostro Padre[3] et cosi potendosi mandar la settimana che uiene si mandara. Sono tante le occupationi di qua che non si deue marauigliar V. R. della tardita in cose simili.

Gl' altre cose de agiongersi al cathechismo potra bastar che la R. V. le conferischi (come scriue) con li Dottori di Jngolstadio[4].

Aspetamo intendere la tornata del padre Hermano et Mar-

---

provincia mittendis eam adiuvare debebit, ea posita condicione, ut Romae quoque et aliis in regionibus, quantum possint, praestent.

Noli sollicitus esse, reverende pater, de germanicis istis precationibus[1] huc mittendis; satis erit eas a doctoribus ingolstadiensibus recognosci; itaque pater noster R. V. permittit eorum sententiis auditis ea de re constituere. Cum autem prelo submittendae erunt, expediet vel episcopum vel eius vicarium auctoritatem suam interponere, neque abs re fore videtur, auctoris nomen saltem litteris aliquibus, quas vicarius conscripserit, inseri, ne lex illa, qua libri incertis auctoribus vetantur typis exscribi, violetur[2].

Catechismum parvum istuc nondum misimus, quia pater Natalis (qui quaedam in eum adnotaverat) in Hispaniam profectus est. Modo tamen doctor Emmanuel adnotationes illas legere et cum patre nostro de iis consilia conferre iussus est[3]. Cum igitur hebdomade proxima eas res istuc mittere poterimus, mittemus. Tot negotiis hic occupamur, ut R. V. mirari non debeat huiusmodi res tardius procedere.

Satis erit R. V. (sicut nobis scripsit) de reliquis rebus catechismo addendis cum doctoribus ingolstadiensibus agere[4].

Litteras exspectamus, quibus certiores fiamus, istuc rediisse patres Her-

---

[1] Vide supra p. 753. 766.

[2] Vide, quae hac de re scribentur infra, monum. 207.

[3] „Parvum" igitur „catechismum Catholicorum" recognoscere iussus est idem ille P. Emmanuel Sa, qui „Summam" a. 1557 recognoverat; vide supra p. 97. 206.

[4] Significari maxime videntur „Testimonia Scripturae Sacrae contra haereticos in promptu semper habenda", „Preces horariae de aeterna Dei Sapientia", „Meditationes quotidianae" de Christi virtutibus; cf. supra p. 721, et *editoris* „Entstehung" etc." p. 123—125.

tino[1], il quale sara ben tratti meglio et con piu moderatione li pretti nelle sue prediche, poiche con quella si agiutaranno piu il che è fine della reprehensione[2].

Jl promouersi alli gradi il Padre Dyrsio, et anche il Padre Zeydel, et Thoma, et Morales[3] si potra fare come, et quando et doue parera a V. R. et per l'auenire si hauera questa aduertenza, de graduarli qua trouandoli idonei.

Si scriue al Padre Vittoria de diportarsi con quelli della Vniuersita di Vienna mansuetamente[4], et che non si procuri faculta di dar gradi nel Collegio nostro insin atanto che di qua otteniamo questa gratia fra altre che cerchiamo[5] ma piu presto procuri per uia di sua M. si sera necessario il suo mezzo che quelli della Vniuersita diano li gradi a nostri scholari domestici forastieri, si questo sara necessario prima che noi otteniamo il preuilegio.

Ex Germania pecuniae per syngraphas mitti possunt ad romanos Socios, etiamsi hi ea permutatione aliquid amittant[6].

---

mannum et Martinum[1], qui quidem in contionibus sacerdotes melius et maiore cum moderatione tractare debebit; ita enim magis illi in pietate proficient; id quod in reprehendendo nobis propositum esse debet[2].

Ad gradus academicos pater Dyrsius atque etiam pater Zeydel et Thomas et Morales[3] promoveri poterunt, prout et cum et ubi R. V. visum erit; in posterum autem cordi nobis erit, ut, qui idonei inventi erunt, hic promoveantur.

Patrem Victoriam per litteras monemus, ut erga academicos vindobonenses mansuetum se praebeat[4] neve graduum in collegio nostro conferendorum facultatem impetrare conetur, antequam hic eam gratiam cum aliis, quas quaerimus, impetraverimus[5], sed ut potius, interposita, si necessarium id erit, maiestatis suae auctoritate, efficiat, ut academici in scholasticos nostros et domesticos et externos gradus illos conferant, siquidem eos conferri, antequam nos privilegium illud impetraverimus, necesse erit.

Ex Germania [etc., ut supra].

---

[1] Hermannum Thyraeum et Martinum Stevordianum (Gotfridium) dicit.

[2] Multorum clericorum bavarorum mores in „visitationibus" a. 1558/59 habitis „inventi sunt tales, ut turpiores et foediores fingi non possent" (*Knöpfler* l. c. p. 84). Monachii, ubi P. Martinus Stevordianus contiones habebat, capituli Beatae Mariae Virginis decanus cum visitatoribus conquestus erat: „Jesuitae acerrime invehuntur in sacerdotes, incitantes populum contra illos, sibimet solis populi favorem conciliare studentes" (l. c. p. 64). Stevordianum postea ex Societate dimissum esse alio loco videbimus.

[3] De Io. Seidel, Thoma Hedl (Held ?), Gabriele de Morales v. supra p. 728—729.

[4] *Polancus* eodem hoc die 14. Decembris Victoriae scripsit: „Del rimandar a quelli della Vniuersita li poureti et principianti che loro mandano dalli nostri se qualche uolta per modo di minaziare si facessi sta bene, ma finalmente per esser poueri, et abandonati non se li ha a mancar dal nostro canto se pur si potra attendere a loro" (Ex *apographo huius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 267).

[5] Iulius III. et Paulus IV. Sociis facultatem tantum concesserant eos, qui de ipsa Societate essent, ac collegii romani scholasticos externos promovendi; vide supra p. 317. [6] Vide supra p. 765.

Non si responde ad altri particulari della informatione sopra il collegio di Jspruch, perche non è necessario, seruira pure detta informatione per il suo tempo.

Jl tener al baptesmo ò confirmacion li fanciuli lo potriano far li nostri, se non ci fossi altri catholici che lo facessino [1]. se pur ci fossino altri, non pare a nostro Padre lo debbiano far li nostri per l' obligationi che ci sonno et per l' abusso delli familiarita che sogliono seguitar di qua, et pero Vniuersalmente parlando la cosa non piace, ma in caso de necessita si permete.

Sociis venetis et patavinis viatica, quae Sociis Germaniam petentibus dederant, restituta sunt a romanis, qui aeris alieni pondus facilius ferre possunt, quam illi.

Salutandi amici. Sia christo N. S. nelle anime di tutti con abundante gratie. Di Roma li 14. di Decembre 1560.

Al collegio Nostro mandato in Ponte della Valtellina si è suscitata persecutione de parte delli Signori Grissoni che non sono catholici come sa V. R. [2] Ben che sono stati mossi de certi parenti del cauagliero Quadrio che si ben son catholici prettendeuano caciati li nostri del Dominio di Grissoni [3] per hauer loro la sucessione della heredita, pur è tanta affecionata tutta la Terra et anche gl' altre uicine al collegio nostro che han pacificato la cosa. niente dimeno si

---

Ad litteras, quibus de collegii oenipontani rebus singulatim edocti sumus, plura non rescribimus, quia opus non est; suo tamen tempore litterae illae nobis utiles erunt.

Nostri puerorum baptismo vel confirmationi sponsores interesse poterunt, si alii catholici, qui id praestent, deerunt [1]. Sin autem alii praesto erunt, pater noster id a nostris fieri non debere censet, idque et propter officia cum ea re coniuncta, et propter pravas familiaritates, quae ex ea consequi solent. Generatim igitur ea res non placet; cum autem necessitas adest, permittitur.

Sociis [etc., ut supra].

Salutandi amici. Christus dominus noster in omnium animis cum uberibus sit gratiis. Roma 14. Decembris 1560.

Domini Grisones, quos catholicos non esse R. V. novit, collegium nostrum Pontem Vallis Tellinae missum vexare coeperunt [2], incitantibus propinquis quibusdam equitis Quadrii, qui, licet catholici sint, nostros ex terris Grisonibus subiectis expelli volebant [3], ut hereditas sibi obtingeret; omni tamen illa terra atque etiam regionibus finitimis erga collegium nostrum optime affectis, ea res cum bona gratia composita est. Attamen convenire censemus, ut excellentissimus Bavariae dux

---

[1] Edicitur quidem in *Iure canonico:* „Non licet Abbati, vel Monacho de Baptismo suscipere filios" etc. (c. Non licet 103. de Consecr. D. 4). At theologi, num ea lege etiam religiosi „Mendicantes" comprehenderentur, inter se disputarunt; et *Rituale Romanum*, quo omnes regulares sponsores agere vetantur, ante a. 1614 universae ecclesiae publice propositum non est, neque eo anno ita propositum est, ut proprie lex esset omnes obligans.

[2] Vide supra p. 399[1]. 536. [3] Vel: quod.

giudica che nella dieta che faranno questi signori delle .3. lege[1] questo genaro (secondo che ci fu scritto) sarebbe conueniente che la Eccellentia del Ducka di Babiera per lettere sue raccomandassi a quelli Signori il collegio nostro, non facendo mencione pero de instituto Religioso, ma di collegio di persone dotte et costumate et utili al ben comune, che quest' anno si è fatto in Ponte della Valtellina. R. V. ueda de reccomendar questo ufficio a quel Principe per il mezzo che li parera. Al Padre Vittoria si è scritto dal Jmperator[2].

---

ad comitia a trium illorum foederum dominis[1] proximo mense Ianuario (ita ad nos perscriptum est) habenda litteras mittat, quibus collegium nostrum dominis illis commendet, ita tamen, ut non de instituto religioso, sed de collegio scribat hominum doctorum et honestorum et rei publicae utilium, hoc anno Ponte Vallis Tellinae condito. R. V. officium hoc principi illi ea, quam expedire censebit, ratione commendare studeat. Ad patrem Victoriam de imperatore scripsimus[2].

495.

CANISIUS

SOCIIS COLONIENSIBUS.

Augusta Vindelicorum 17. Decembris 1560.

Ex apographo huius partis epistulae, quod ipse P. *Kessel*, collegii coloniensis rector, ex archetypo descripsit et sic inscripsit: „Pater Canisius ad Colonienses, Augusta". Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 63[a].

Hanc partem (sententiis aliquot in „regesta" contractis) posuit *Hansen* l. c. p. 376—377.

Indulgentiam concilii causa propositam mittit. Eam Augustae magno cum fructu promulgatam esse. Concilii praesides. Orandum pro concilio.

— — Nunc mittimus indulgentias, quae auguste ac in hoc toto Episcopatu publicantur, vt bonorum mentes ad concilij causam precibus ardentibus Deo commendandam magis ac magis excitentur[3]. Idque factum est Augustae modo vtiliter admodum, quemadmodum multorum ad sacram confessionem et communionem accedentium pietas declarat[4]. Et fuit admirabilis hodie in publica et solemni processione conuentus hominum atque magnatum: nec minor deuotio visa in comprecantibus[5]. Non erit vobis difficile, vt speramus, vt idem isthic fiat, effec-

---

[1] Tria illa Raethiae foedera („Gotteshausbund", „Grauer Bund" [Grauenbund], „Zehngerichtenbund") a. 1471 in unam rempublicam coniuncta erant et a. 1521, praeter alia, Vallem Tellinam Mediolanensibus eripuerant.

[2] *Polancus* 30. Novembris 1560 Victoriam iusserat a Ferdinando caesare et a Maximiliano rege petere, ut Grisonibus per oratores, quos ad eorum comitia proxima missuri essent, collegium illud commendarent (Ex * apographo huius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 258).

[3] Vide supra p. 776. [4] Cf. infra, monum. 186.

[5] Canisius in contione die 8. Decembris, quae tunc Dominica secunda Adventus erat, Augustae in summo templo habita indulgentiam hanc „iubilaei" promulgans

tum reddere, imo per totam Ecclesiam Coloniensem, huiusmodi Indulgentiarum exempla spargi erit opere pretium. Audimus designatos Concilij[a] Legatos esse Cardinales duos Moronum et Puteum ac futurum etiam Cardinalem Episcopum Varmiensem, simulque tertium Legatum. Putant circa festum paschatis Synodum inchoandam esse Tridenti. Quod cum pium ac necessarium sit Ecclesiae institutum per nos etiam multis piorum precibus saepe multumque commendandum venit. Dominus tranquillet et reformet ecclesiam suam. — — 17 Decemb.[b] MDLX.

496.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 20. Decembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial". Cod. „Germ. 1559" p. 276.

De pecunia opportunissime Romam missa, stipe a caesare promissa, relatione de religione scripta. Qua ratione Canisius concilio cardinalis Ottonis vel caesaris nomine interesse possit. De Sociis quibusdam, thesibus vindobonensibus, litteris quadrimestribus.

Riceuemmo quelle di V. R. di .7. del presente[1] et dentro di una uenne la poliza per ricuperar .230. scudi tanto oportunamente che andauamo quel medessimo giorno cercando prestata una summa simile, et non riuscendo trouamo quest' altro agiuto che Dio ci mando per li presenti bisogni, Lui sia laudato et remuneri la charita di V. R. et di quelli che concorreno a dar tal subsidio. aspettaremo anche la

Epistulas a R. V. die 7. huius mensis ad nos missas accepimus[1]; quarum una syngrapham continebat, qua 230 scutata recuperare possemus; opportunissima haec nobis erat; eo ipso enim die quaerebamus, qui similem pecuniae summam nobis mutuam daret; quod cum frustra conati essemus, alterum hoc auxilium nacti sumus, a Deo ad praesentes necessitates sublevandas nobis missum. Ipsi sint laudes, et ipse caritatis huius praemium et R. V. et iis det, qui in hoc subsidium contulerunt.

[a] Consilij *apogr.* [b] Dicemb. *apogr.*

et commendans populum certiorem fecerat fore, ut ea „solemnis processio" a capitulo cathedrali institueretur (Ex huius sermonis *commentario a P. *Guilielmo Elderen* scripto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R." f. 186b. Eiusdem sermonis partem posuit *Riess* l. c. p. 279—280). Qui etiam sermone 13. Decembris 1560 in templo S. Ioannis habito (eius *commentarius in codice modo memorato f. 195b—199a exstat) atque fortasse etiam pluribus sermonibus (vide infra, monum. 169. 170) indulgentiarum naturam rectumque usum auditoribus exposuit.

[1] Canisii litterae superesse non videntur.

elemosina di Sua M. che V. R. dice presto sarebbe in Roma[1]. *Mercatores in pecuniis mittendis iacturam facere non oportet*[2].

Si è riceuuto l' auiso di V. R. delle cose della Religione[3], et non solamente noi, ma etiam questi signori Reuerendissimi hanno assai charo ueder simili auisi.

Si è uista la lettera del Cardinale[4] a V. R. sopra l' andare in suo luogo al concilio. Dize N. Padre che quella promessa si fece senza preiudicio della M. Cessarea. et in caso che la R. V. debbia andare potra sustituire nel ufficio del predicare uno di quelli che nomina, benche qua non si teme che si fara troppo in fretta questa cosa del concilio, et almeno fin alla Pasqua, pare non li accadera a V. R. sustituto per tal conto.

Circa Philippo Germano gia stampatore et Jacobo faccia la V. R. come li parera meglio liberamente.

Non sappiamo niente per qual causa si è restato il D. Hermano de uenir con maestro Martino[5], V. R. la potra essaminar de parte almeno del D. Hermano. Dio si degni di dar suo spiritu al maestro Martino accio uerbo et essempio sia de giorno in giorno piu utile instrumento per seruicio diuino et ben comune. Si essaminaranno quelle conclusione de Vienna[6], prima facie qua non pareuano hauer

---

Stipem etiam exspectabimus a maiestate sua promissam, quam mox Romam allatum iri R. V. scripsit[1]. *Mercatores [etc., ut supra]*[2].

Relationem de rebus religionis a R. V. scriptam accepimus[3]. Non solum nos, sed etiam domini hi reverendissimi huiusmodi relationes sat libenter legunt.

Litteras legimus, quibus cardinalis[4] cum R. V. egit, ut ipsa suo loco adiret ad concilium. Id quod pater noster ita dicit ei esse promissum, ut caesareae maiestati praeiudicium non fieret. Quodsi forte R. V. eo eundum erit, in contionandi munere aliquem ex iis, quos nominavit, sibi substituere poterit; nec tamen hic timemus, ne hae concilii res praefestinentur; saltem usque ad Pascha necesse fore non videtur, R. V.. quemquam ea de causa in locum suum substituat.

De Philippo Germano, qui typographus fuit, et de Iacobo R. V., quae optima fore censebit, libere agat.

Cur D. Hermannus una cum magistro Martino istuc venire omiserit, prorsus nescimus[5]. R. V., quae eius rei causa saltem in ipso D. Hermanno fuerit, cognoscere poterit. Deus consilia sua magistro Martino inspirare dignetur, ut et verbo et exemplo in dies utilius sit divini cultus et salutis publicae instrumentum. Conclusiones illas vindobonenses excutiemus[6]; quae primum intuentibus inepta continere

---

[1] De annua hac stipe vide supra p. 554. [2] Vide supra p. 765. 779.

[3] Vide supra p. 766—768.

[4] Ottonem cardinalem augustanum significat.

[5] De PP. Hermanno Thyraeo et Martino Stevordiano in Germaniam inferiorem profectis vide supra p. 739. Mercurianus, Germaniae inferioris praepositus provincialis, cum eos „cum quodam iuvene" ad Canisium redeuntes 10. Novembris 1560 Confluentibus offendisset, Stevordiano ad Canisium misso, Thyraeum „retinuit, ut ad menses aliquot primordia iuvaret Treverensis gymnasii". Ita P. *Ioannes Rethius* in litteris Confluentibus 11. Novembris 1560 ad P. Kesselium datis, apud *Hansen* l. c. p. 374.

[6] „Assertiones theologicae ex sacris bibliis horumque temporum controversiis, ex casibus item conscientiae, seu iure canonico ac ea quam scholasticam vocant

cose enconueniente. Trouandosi qualcuna si dara auiso a Viena al Rettor. Qui uanno alcune quadrimestre. V. R. dia auiso a quelli di sua prouincia che ci mandino per il meno sette ouero .8. copie delle sue Quadrimestre accio le mandiamo per le prouincie della compagnia et senza queste si douera mandar un altra di la alla Germania Jnferiore et se haueranno commodita anche a Francia. A tutti dia sua gratia christo N. S. per sentir sempre[a] et adimpir sua Santissima uolonta. Di Roma li 20 di Decembre .1560.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 19. Ianuarii 1561; quae litterae in tertio huius operis volumine ponentur.

---

nobis non videbantur; si quid autem huiusmodi in iis offenderimus, rectorem vindobonensem monebimus. Cum his litteris quadrimestres aliquot mittimus. R. V. provinciae suae Socios moneat, ut litterarum suarum quadrimestrium saltem septena vel octona exempla nobis mittant, quae in Societatis provincias mittamus; praeterea alterum earum exemplum istinc in Germaniam inferiorem, et si commode mittere poteritis, etiam in Galliam mittere debetis. Christus dominus noster omnibus nobis gratiam suam tribuat, qua sanctissimam ipsius voluntatem semper et cognoscamus et exsequamur. Roma 20. Decembris 1560.

497.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 28. Decembris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" p. 276—277.

Facultates ad ieiunii legem et ad „Indicem" spectantes. Inferioris Germaniae praepositus provincialis reprehendetur. Exercitia spiritualia. Socii quidam.

Riceuemmo quelle di V. R. di ultimo del passato et .14. del presente[1]. Alle precedenti si fece risposta a 14. di questo mese.

Perlatae sunt ad nos litterae R. V. ultimo mensis superioris die et die 14. huius mensis datae[1]. Ad superiores autem R. V. litteras die 14. huius mensis rescripsimus.

---

[a] semtir sempe *apogr.*

---

theologia desumptae: circa festum omnium sanctorum pro more disputandae in studiorum instauratione hoc anno 1560. in Ecclesia caesarei Collegii Societatis Jesu Viennae praeside Doctore Lamberto Auer, dictae Societatis Theologo. Viennae Austriae in Aedibus Societatis Jesu anno MDLX." (*Hartl-Schrauf*, Nachträge I, 31[13]). Eodem anno ibidem excusae sunt „Assertiones Trium Linguarum Latinae, Graecae et Hebraicae" et „Assertiones Logicae, Physicae, Mathematicae, Metaphysicae atque Aethicae etc. (*A. Mayer* l. c. I, 95). [1] Hae epistulae superesse non videntur.

Quanto alla dispensa che si desidera circa li diiuni in Monachio [1], et anche, circa la ampliatione della faculta di usar li libri prohibiti che si ricerca per monachio et per altri luoghi, si è pensato di far una nota ò memoriale doue si contengano dette faculta, et che 'l [a] Padre N. uol andar [b] a ueder quel che potra ottenere dal Papa. Quando questo uficio sara fatto si dara auiso.

Stephanus Liberius Romam mitti poterit.

Al Padre euerardo si scriuera che non fece bene a ritener il D. Hermano et che per l' uenire non faci cosa simile [2].

Al Padre Martino desideriamo che aporti molto frutto di zelo et di deuotione, quella ricollectione che fa in Jngolstadio [3].

Collegium dilinganum suo tempore instituetur.

Pater Natalis aliquos, qui in Germania litteras doceant, quaeret [4].

Curandum, ut P. Theodoricus Canisius facultatibus commode renuntiare possit.

Pecuniae exspectantur.

Quod Monacenses facultatem, qua ieiunii lex relaxari possit, sibi dari cupiunt [1], quodque petitis, ut et Monachii et aliis locis amplior in posterum sit facultas libros prohibitos usurpandi, hoc in mentem nobis venit: Commentarium vel libellum conscribemus, in quo facultates istae contineantur, et pater noster pontificem adibit, ut, quid ab eo impetrare possit, videat. Quod officium cum praestiterimus, vos monebimus.

Stephanus [etc., ut supra].

Patri Everardo scribemus eum haud recte egisse, quod D. Hermannum secum retinuerit, neque in posterum simili ratione agere debere [2].

In animo patris Martini Ingolstadii in sacris meditationibus se colligentis gloriae divinae augendae studium et pietatem magnopere crescere desideramus [3].

Collegium [etc., ut supra].

---

[a] et quel *apogr.*

[b] uol andar *altera manu correctum est ex:* uada.

---

[1] *Polancus* Canisio Roma 4. Ianuarii 1561 scribit: „Si procura licencia piu larga quanto alli libri prohibiti, et anche circa il delecto di ciui et diiuni, faculta di dispensar" (Ex *apographo huius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 280).

[2] Vide supra p. 775. 783.

[3] P. Martinus Stevordianus sacris S. Ignatii exercitiis operam dabat. „Hoc optabat agebatque Canisius, vt semper aliqui domi essent e Sociis, qui in illa se salutari palaestra exercerent: cum diceret, sicut Beatus Pater [Ignatius] per eas meditationes propriam illam quasi indolem sanctitatis ac formam hauserat, ita fore vt eius filiis, si accurate conquirerent, per eadem subsidia spiritus idem imperti-retur": *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 113.

[4] Is haud multo ante a Lainio cum summa potestate in Hispaniam et Lusitaniam missus erat.

Qui si scriue al Padre Lanoi, Padre Theodorico, et Padre Paulo [1]. V. R. potra ueder sue lettere et mandargliele. Non ho che dir altro in risposta se non che tutti ci reccomendiamo molto nelle orationi di V. R. etc. Di Roma li 28. di Decembre 1560.

Nota: Postremas, quas Canisius anno 1560 ad Lainium dedit epistulas, diebus 21. et 28. Decembris datas esse ex Polanci litteris Roma 4. et 11. Ianuarii 1561 ad Canisium datis, quarum apographa in cod. „Germ. 1559" p. 280. 286—287 supersunt, intellegitur; at perisse illae videntur.

His litteris epistulas adiungimus ad patrem Lanoium, patrem Theodoricum, patrem Paulum [1] datas. Quas R. V. lectas ipsis mittet. Neque aliud, quod rescribam, habeo, nisi nos omnes valde nos commendare precibus R. V. etc. Roma 28. Decembris 1560.

[1] Patres Theodoricum Canisium et Paulum Hoffaeum dicit.

VIII.

MONUMENTA CANISIANA.

A.

MONUMENTA RATISBONENSIA CANISII.

126.

6. Augusti 1556.

Ex Zimmermanni epistula autographa. Augustae Vindelicorum in archivo urbano, „Acta den Reichstag zu Regensburg betr. 1556—1557“.

Canisius, vir valde doctus, per Ratisbonam transiit.

De Canisio, qui exeunte mense Iulio a. 1556 Praga Ingolstadium profectus erat (Can. Epp. I, 646. 724), Doctor Marcus Zimmermann Ratisbona 6. Augusti 1556 Augustam Vindelicorum ad senatum urbis („Statpfleger vnnd gehaime Räthe“) haec, praeter alia, scribit: „Es ist auch vor zwayen tagen hie durch gezogen ain fast gelertter Man, Canisius genant, welcher der supremus ist in der societet der Ihesuiter, der von Prag herrauss nach Jngolstat gezogen, der sagt mir, vnder anderem, das der Erzherzog Ferdinandus von Prag wol mit 2000 pferdten nach wien verruckt wehre, vnd das vnser kriegsvolck sonderlich dess von Polweils Regament, in dem iungst geschechnen scharmizel vnnd angriff, viel mehr schaden genommen, weder dise andere Zeittung[1] meldung thon.“

A Canisio 4. Augusti 1556 per Ratisbonam transeunte clerum aliosque, ut Ingolstadio eodem ad contiones 15. et 16. Augusti habendas (de quibus supra p. 20) rediret, impetrasse coniecto.

127.

Inter mensem Novembrem a. 1556 et mensem Martium a. 1557.

Ex cod. „Liber Actorum et Conclusionum Venerabilis Capituli Cathedralis Ecclesiae Ratispon: De Anno domini 1556“ (cuius folia numeris signata non sunt). Ratisbonae in archivo capituli cathedralis.

„Actis“ hisce usus est *Riess* l. c. p. 190; ex quo etiam dies 6. et 15. Decembris, quos infra ponam, transcripsi; hi enim, cum a. 1888 Ratisbonae codicem ipsum inspicerem, me fugerunt.

---

[1] Relationes de bello turcico scriptas significat, quas una cum epistula mittit. Cf. *Can.* Epp. I, 771.

Canisius, dum Ratisbonae summi templi contionatorem agit, in „parochi cathedralis" domo habitat et ex episcopi aula cibum accipit. Capitulum salarium ei dare statuit.

In actis cathedralis capituli ratisbonensis haec sunt:

Dominus Delicasius

sol zu meinem gnedigen Fursten vnd Herrn von Regennspurg[1] geen, vnd seinen furstlichen gnaden vnderthenigklich anzaigen. Wie das der Herr Canisius die Cosst Jm in die Thumbpfarrn zuschickhen begere. nachdem es seiner gelegenhait in ain Cost vil vber die gassen zegeen nit sey so khönden meine Herrn Jme die nit bequem bekomen noch bestellen. Sol Jr furstlich gnaden biten das sie Jme die Cosst von Hoff schickhen lassen. . .

[15. Decembris 1556:]

Delicasius

Thuet Relation von wegen des Canisij so er bej meinem gnedigen Herrn, der Cosst halb ausgericht. das hat mein gnediger Herr zubedacht genomen, so Jme mein gnediger Herr die Cosst gibt. sol man Jme vom Einkomen der Predicatur Wein, Holtz, vnnd andere notturfft [geben.] Jn Consilio Decanus[2], Senior[3], Aham, Delicasius. . .

[1557:]

Januarius

. . . . Domino Canisio

Wollen meine Herrnn Heerrnn ain Vererung thun fur sein gehabte muhe der Predicaturn halb, vnd damit man kain spot aufhebe sol Dominus Lucretius[4] Consulirt werden. Wieuil man Jm geben soll actum [*sic*].

Codicem quidem nostrum primum intuenti videtur m. Ianuario a. 1557 a capitulo constitutum esse, ut Canisio salarium quoddam daretur; at cum in illo codice temporis ordo semper diligenter servatus esse non videatur, non dixerim esse improbabile, id mense Martio a. 1557, cum Canisius Ratisbona discessurus esset, factum esse. Cf. supra p. 80—82.

Domus parochialis S. Udalrici („Dompfarrhof"), in qua Canisius a. 1556 et 1557 Ratisbonae habitavit (cf. supra p. 39—40), hoc saeculo destructa est (*Hugo Graf v. Walderdorff*, Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart [4. Aufl., Regensburg 1896] p. 481). Superest vero in ecclesia cathedrali sacer ille, ex quo Canisius dicebat, suggestus; qui sub a. 1482 saxis excisus est (*Walderdorff* l. c. p. 150).

128.

Initio anni 1557.

Ex libro „Postilla. Das ist Predig vnd Ausslegung nach Catholischer lehre, aller Sontäglichen Euangelien mit etlichen den fürnembsten Festen . . . Durch . . .

---

[1] Georgius de Pappenheim, episcopus ratisbonensis et imperii princeps, significatur. [2] Ioannes Christophorus a Parsberg, ut videtur; cf. supra p. 20—21.

[3] Ioannes de Parsberg, ut videtur; cf. supra p. 21.

[4] Ioannes Albertus Widmanstadius; vide supra p. 18—19.

Herren *Michael Weylandt Bischoffen zu Mersenburgk* geprediget . . . [De Tempore, Wintertheil] Meyntz . . . M.D.LXVIII". f. LI[a].

Contiones a Canisio Ratisbonae habitae laudantur.

Michaël Helding, episcopus merseburgensis et romani imperii princeps, cum comitiis imperii Ratisbonae exeunte anno 1556 et initio anni 1557 habitis interesset, in exordio contionis Dominica prima post festum Epiphaniae (10. Januarii 1557) ibidem (in summo templo) habitae de Canisio haec dixit: „Jch kan wol gedencken, das jr der meynung hierein kommen seidt, eweren vorigen Prediger N. zu hören, den Gott zum Predigampt mit solchen gaben aussgerüstet hat, das ich jn billich auss diesem orth, den er viel besser verwesen köendte, nicht verdringen solte, vnd möchten jhr vielleicht verdriess vnnd vnwillen gegen mir fassen, . . . weil aber die Römische Königliche Maiestat . . . auch disen dienst allergnedigst von mir gefordert, das ich alhie etliche Predig thun solte, so hat mir vnderthenigst zu gehorsamen gebůren wöllen." . . .

Canisium contionatorem illum fuisse, quem contionis huius editor littera „N." notavit, ex eo patet, quod Canisius ab ineunte mense Decembri a. 1556 usque ad Martium a. 1557 ordinarium summi templi ratisbonensis contionatorem agebat; v. supra p. 34. 40. 82. Idem sentit, qui Heldingii biographiam nuper conscripsit, Dr. *Nic. Paulus* („Der Katholik". 74. Jahrg. II [Mainz 1894], 490[3]). Dubitari non potest, quin Helding ex episcopis illis fuerit, quos Ratisbonae contiones suas audire Canisius initio anni 1557 ad Lainium rettulit (v. supra p. 40), atque laudes Canisio ab eo tributae tanto maioris sunt momenti, quod ipse Helding ex celebratissimis illius aetatis sacris oratoribus erat (cf. *Paulus* l. c. p. 412—422. 481—498).

Nota: Oportebat quidem hic aliqua etiam notari de colloquiis quibusdam, quae mense Februario anni 1557 Ratisbonae inter Canisium, Urbanum Austriacum (episcopum gurcensem), Paulum Scalichium, Nicolaum Gallum (Lutheranorum ratisbonensium superintendentem), Casparum de Nydpruck etc. de caelibatu, de spuria illa S. Udalrici episcopi augustani epistula etc. habita esse feruntur (*Riess* l. c. p. 200. [*W. E. Tentzel,*] Monatliche Unterredungen [Leipzig 1694] p. 296—323. *J. W. Schulte*, Beiträge zur Entstehungsgeschichte der Magdeburger Centurien [Neisse 1877] p. 108—109). Attamen hac de re in alio quodam huius operis volumine referam.

B.

MONUMENTA VORMATIENSIA CANISII.

Prooemium.

Nomine „Monumentorum vormatiensium" non solum ea, quae ad ipsum colloquium Vormatiae a. 1557 de religione habitum pertinent, sed etiam ea, quae ad eiusdem praeparationem aliqua ratione spectant, comprehendimus. Colloquii illius acta publica sive monumenta illa, quae a. 1559 imperii ordinibus exhibita sunt, compluribus locis supersunt, v. g. Heidelbergae in bibliotheca universitatis, Cod. Pal. Germ. 75. Eadem anno 1624 ex antiquo quodam codice typis exscribenda curavit pius ille et perdoctus vir *Fridericus Fornerus* (Förner), theologiae doctor et episcopus suffraganeus bambergensis: „Historia hactenus sepulta, Colloquii Wormatiensis, auctoritate Ferdinandi I. Romanorum Regis, ex decreto omnium Imperii Statuum, inter veteris Catholicae Ecclesiae, et Augustanae Confessionis Theologos, Anno .M.D.LVII, insti-

tuti, in quo praeter eximios alios Theologos, R. P. Petrus Canisius, Societatis Iesu, Philippo Melanchthoni, Confessionis Augustanae Architecto, et sociis eius comministris, oppositus, sic montes tetigit, ut fumigarent; eorum omnium bono, qui suam hucusque, salutem, Augustanae Confessioni crediderunt, ut errore ad oculum demonstrato, resipiscant, e codice manu scripto, fide integra, transcripta, evulgata, et notis exegeticis, Tam praecedaneis, quam Marginalibus illustrata; a Friderico Fornero, Episcopo Hebronensi, Suffraganeo Bambergensi, SS. Theol. D. etc. Ingolstadii, Typis Gregorii Haenlin. Anno M.DC.XXIV." (4^{0}; pp. 171, et 13 non sign., addita titul.). Ex iis, qui postremis duobus saeculis de hoc colloquio vormatiensi scripserunt, vel nemo vel perpauci librum hunc adhibuerunt[1]; qui quidem nunc valde rarus est; exempla eius exstant in bibliothecis regiis monacensi et berolinensi. In historia huius colloquii enarranda usi sunt: *Salig* (l. c. III, 290—341) monumentis tum publicis tum privatis Guelpherbyti in bibliotheca ducum brunsvicensium depositis; *Bucholtz* (l. c. VII, 369—396), ut videtur, tabulis Vindobonae in archivo aulae caesareae positis; *Heppe* (l. c. 1, 157—230) et „actis", quae vocamus, colloquii ipsius, et litteris legatorum hassorum; *Riess* (l. c. p. 201—227) exemplo illo actorum, quod olim episcopi et principis augustani erat, et litteris Vormatia a Simone Thaddaeo Eck ad Albertum V. Bavariae ducem datis; *Gustavus Wolf* monumentis, quae Dresdae, Vimariae, Francofurti ad Moenum asservantur (Zur Geschichte der deutschen Protestanten 1555—1559 [Berlin 1888] p. 75—109). Nos, quia ipsi Canisio de rebus in ipso colloquio gestis silendum erat (v. supra p. 131), ex aliis fontibus vel manu scriptis vel typis vulgatis aliqua ad idem colloquium spectantia proferemus, quibus Canisii epistulae vormatienses et tabulae chronologicae vitae ipsius partim illustrentur, partim compleantur.

129.

15. Februarii 1557.

Ex „Leben, kleinere Werke und Briefwechsel des Dr. Wiguleus Hundt . . . von Dr. *Manfred Mayer*" (Innsbruck 1892) p. 222.

Wiguleus Hundt, Alberti V. Bavariae ducis consiliarius, ex comitiis ratisbonensibus 15. Februarii 1557 Alberto duci scripsit: Ad colloquium Vormatiae de religione habendum ex catholicis delectos esse Heldingium, Pflugium, Gropperum [cf. supra p. 80] „vnd D. Canisius, wiewol die Confessores den Iesuiten nit gern dabey werden sehen, Vnnd vileicht auch etlich von den katholischen, Sonder D. Staphilum oder Witzelium lieber haben wurden."

130.

Sub mensem Februarium a. 1557.

Ex apographo a *Riess* scripto.

De catholicis, qui Vormatiam ad colloquium de religione habendum mittendi sint.

*P. Flor. Riess S. J. sub a. 1860 inter comitiorum imperii Ratisbonae a. 1556 et 1557 habitorum monumenta, quae olim Ottonis cardinalis augustani erant et nunc Monachii in archivo regni bavarici asservantur, *catalogum repperit Canisii (ut ipse Riess l. c. p. 211[2] affirmat) manu scriptum, in quo proponuntur ii, quos Vormatiae in colloquio de religione habendo catholicorum nomine collocutores, auditores etc. esse*

---

[1] *Agricola* eius mentionem facit l. c. I, Dec. 2, n. 72.

conveniat; quem catalogum — auctorem eius non novi — hic, quia cum ceteris catalogis multum discrepat, propono; nec tamen eum explicare vacat:

Colloquentes 6.

Decanus Lovaniensis Gropperus praepositus Sonnius Lovaniensis	Si accedent Episcopi duo, cedant duo posteriores et ex adjunctis fiant.
Crescenicus Ducalis Doctor Martinus Lovan. Lindanus Dillingen.	vel Lector [Concionator?] ordinarius Caesaris.

Adjuncti 6.

Suffraganeus Bamberg.
Doctor Armbruster.
Ioannes Delfius.
Staphylus.
Gerardus Mogunt. lic.
Sedelius.

Auditores ex Statibus.

Lucretius.
Chunradus Brunus } Jure periti.
Barth. Latomus
Masius.
Paceus.
Thannerus.

Supernumerati.

1. Suffraganeus Augustan.
2. Georgius Lic. Mog.
3. Alexander Brixin.
4. Professor Friburgensis.
5. Professor vel Lic. al. Colon. ut P. Calcar ord. Praed.
6. Ex Minoritis aliquis. Rogentur Electores spirituales, si quos habeant praecellentes viros. Inquirantur docti et accersantur, undecumque haberi possint, in supplementum praedictorum hominum aut absentium vel refutantium oblatam in colloquio conditionem.
7. Doctor Symon August.
8. Wicelius.

Nomine „lectoris [contionatoris?] ordinarii caesaris“ fortasse Canisius, qui universitatis vindobonensis professor tunc erat, significatur. Cf. supra p. 80.

131.

FERDINANDUS I.,

Romanorum rex,

IACOBO LAINIO,

vicario generali Societatis Iesu.

Ratisbona 15. Martii 1557.

Ex commentario (2°; 1 p.), quod Vindobonae exstat in archivo aulae caesareae, Romana 1557, 18.

Epistulam (ex archetypo?) evulgavit *Franc. Sacchinus*, Can. p. 122—123; eandem italice vertit *Boero*, Can. p. 154—155, gallice *Daurignac* l. c. p. 168, contraxit *Python* l. c. p. 122; particulam eius germanice reddidit *Riess* l. c. p. 196.

A Lainio petit, ut Canisium et Goudanum in colloquio de religione habendo operam sibi navare iubeat.

Ferdinandus etc.

Honorabilis deuote nobis dilecte[a].

Notum tibi esse volumus, quod habita in his Comitijs cum Ordinibus et Statibus Sacri Romani Jmperij matura deliberatione de inuestigandis modis quibus concordia sacrae religionis nostrae tentari queat, decreuerimus et conuenerimus rursus colloquium utriusque partis instituere, et quia inter alios doctos viros Catholicae religionis ad id delectos, ex ista quoque Societate tua nominis Jesu duo viri deputati sunt, nempe honorabiles docti deuoti, nobis dilecti Petrus Canisius et Nicolaus Gaudanus sacrae Theologiae Doctores. Te proinde[b] benigne requirimus ut non modo assentias quod huiusmodj colloquio intersint, verum etiam serio illis iniungas ut operam suam nobis et Statibus Jmperij in re tam honesta et sancta[c] quae ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et sanctae religionis nostrae ac totius Christianitatis commodum pertinet, haud grauatim praestent. Jn quo facies rem piam et aequam, nobisque valde gratam, erga te et societatem tuam omni benignitate regia recognoscendam. Datum Ratisponae[d] 15 Martij 1557.

Honorabili docto deuoto nobis dilecto magistro Jacobo Laynes societatis nominis Jesu Vicario generalj[e].

132.

Inter menses Augustum et Decembrem a. 1557.

Qui in colloquio Vormatiae a. 1557 de religione habito una cum Canisio „collocutores" fuerint, qui iis „adiuncti". Aliqua a catholicis scriptoribus de Canisio collocutore haud recte asserta.

In colloquio inter catholicos et protestantes exeunte anno 1557 Vormatiae de religione habito „collocutores" fuerunt e catholicis: 1. Michaël Helding, vulgo Sidonius, episcopus merseburgensis 2. Ioannes Delphius, episcopus suffraganeus argentoratensis 3. Iodocus Ravesteyn, vulgo Tiletanus, professor universitatis lovaniensis 4. Martinus Rithovius, doctor et ipse lovaniensis 5. B. Petrus Canisius 6. Fridericus Staphylus, Ferdinandi I. consiliarius. E protestantibus autem: 1. Philippus Melanchthon, professor universitatis vitembergensis 2. Ioannes Brentius (Brenz), praepositus stugartiensis 3. Ioannes Pistorius, superintendens niddanus (Nidda, magniducatus Hassiae oppidum) 4. Georgius Karg, superintendens onoldinus (Ansbach, nunc Bavariae urbs) 5. Iacobus Rungius (Runge), superintendens gryphiswaldiensis (Greifswald) 6. Erhardus Sneppius (Schnepf), professor universitatis ienensis.

---

[a] *Haec 6 verba non sunt apud Sacch.*

[b] *Deest apud Sacch.*

[c] *Verba* nobis *usque ad* sancta *in margine addita sunt.*

[d] in nostra, et Imperii Civitate Ratisbona *Sacch., vixque dubium est, quin ita in archetypo scriptum sit.*

[e] *Inscriptio haec non est apud Sacch.*

„Adiuncti" erant catholicis collocutoribus: 1. Franciscus Sonnius (van den Velde), doctor lovaniensis 2. Georgius Vicelius (Witzel) „senior" 3. P. Nicolaus Goudanus S. J., professor universitatis vindobonensis 4. P. Ioannes Gressenicus O. Pr., contionator ducis Bavariae 5. P. Mathias Cythardus (Esche) O. Pr., contionator aquensis (Aachen). His putabant accessurum Gerardum Ising, canonicum S. Petri moguntinum; accessit autem 6. Ioannes Silvanus, contionator herbipolensis. Alterius partis collocutoribus „adiuncti" erant: 1. Henricus Stolo, contionator heidelbergensis; quo mortuo, in eius locum successit 2. Michaël Diller, contionator electoris palatini 3. Ioannes Marbach, superintendens argentoratensis 4. Erasmus Sarcerius, superintendens mansfeldiensis 5. Ioachim Mörlin, superintendens brunsvicensis 6. Victorinus Strigel, professor ienensis 7. Ioannes Stössel, aulicus contionator vimariensis (Weimar).

Notandum est nomina haec in catalogis non eodem semper ordine poni. Attamen Canisius inter collocutores catholicos paenultimo loco poni solet. Nonnumquam Sonnius Staphyli loco inter collocutores ponitur, et Staphylus „adiunctis" annumeratur, v. g. in ***catalogo* illo „Praesentium in Colloquio", Vormatiae ipsius colloquii tempore ab aliquo protestante conscripto, cuius apographum, ipso saeculo XVI. scriptum, exstat Monachii in bibliotheca regia, cod. lat. 936, f. 31. At Staphylum collocutorem fuisse asseritur etiam in catalogo collocutorum etc., quem Sonnius ipse Vormatia 12. Septembris 1557 Viglio van Zwichem misit (*Francisci Sonnii* ad Viglium Zuichemum epistolae, ed. *P. F. X. de Ram* [Bruxellis 1850] p. 29). Ac Canisium idem affirmantem audivimus supra p. 129—130.

Sacchinus, Socher, Schmidl, Dorigny, Python, Boero etc. errant, cum affirmant etiam Mathiam Flacium Illyricum et Henricum Bullingerum huic colloquio interfuisse. Labitur etiam *Raderus* (Can. p. 69) scribens Canisium Vormatiae cum Nicolao Ambsdorfio et Nicolao Gallo congressum esse. Qui error ortus esse videtur ex verbis quibusdam *Laurentii Surii*, a Radero haud recte intellectis; cf. *Surii* „Commentarium brevem rerum in orbe gestarum" etc. (Coloniae 1586) p. 501.

133.

29. Augusti 1557.

Primae contioni, quam Canisius Vormatiae in summo templo habet, Pflugius et Heldingius episcopi atque Eberus lutheranus intersunt. Hic, quid de ea sentiat, aperit.

Canisius Lainio Vormatia 2. Septembris 1557 scripsit: Se prima die dominica, postquam Vormatiam ad colloquium illud de religione habendum advenisset, sive 29. Augusti 1557 in ecclesia cathedrali e capituli eiusdem ecclesiae voluntate „ad concionandum prodisse in magna certe et insolita hominum turba", e quibus „catholici plerique non fuissent" (supra p. 125—126). Inter hos autem Canisii auditores non solum duos episcopos catholicos eosque perdoctos, Iulium Pflugium, naumburgensem, et Michaëlem Helding (vulgo „Sidonium"), merseburgensem antistitem, sed etiam Paulum Eberum (Eber), universitatis vitembergensis professorem lutheranum (qui in eo colloquio protestantium nomine „notarium" agebat [*Häberlin* l. c. III, 274]) fuisse *Eberi* litterae ostendunt, Vormatia 1. Septembris 1557 ad Georgium Maiorem collegam datae, quas evulgavit *Bernh. Frid. Hummel*, Epistolarum historico-ecclesiasticarum seculo XVI. a celeberrimis viris scriptarum semicenturia (Halae 1778) p. 23—25. Sic enim Eberus scribit:

„Audivimus eodem die per ignorantiam tantum, astantes proximi Sidonio et Iulio episcopis, in summo templo concionantem Canisium et dicentem initio generalia satis convenientia verae doctrinae, quae in nostris ecclesiis traditur; postea negabat sola fide iustificatum

publicanum, sed acceptum fuisse deo etiam propter humilitatem, sicut Pharisaeus propter superbiam abjectus fuerit. Nec tanta ex illa saltem concione eluxit vel eloquentia vel eruditio, quantam ab aliquibus praedicari audivi." [1]

Sacer suggestus, ex quo Canisius in pulcherrimo illo summo templo vormatiensi (quod nunc cathedrale non est) ad populum dicebat, illic superesse non videtur. Certe is, quem nunc ibidem usurpant, suggestus saeculo XVIII. exstructus est (*E. Wörner*, Kunstdenkmäler im Grossherzogthum Hessen. Provinz Rheinhessen, Kreis Worms [Darmstadt 1887] p. 190).

134.

Inter menses Septembrem et Decembrem a. 1557.

Ex cod. vindob. „Hist. coll. Vienn." f. 4ᵇ.

Pecunia a Ferdinando I. Canisio et Goudano Vormatiam missa.

Venit Roma, inquit *antiquus ille collegii vindobonensis historicus*, Vindobonam „P. Joannes Victoria, allatum consolationem afflicto Collegio propter quorundam ad veritatem vocationis suae non ambulantium importunitatem, et ad cognoscendum Collegij statum, remedium adhibiturus, si quapiam in re, eo opus esset, et postmodum abiturus Pragam. Quo priusquam discederet procurauit 300 florenos pro P. Canisio et Gaudano, qui in colloquio Wormaciensi . . . . occupabantur, eosque per Stephanum et Gabrielem studiosos vna cum duobus equis Wormatiam pro rerum necessariarum sumptu transmisit."

Dubitari nequit, quin a Ferdinando I., e cuius voluntate Canisius et Goudanus colloquio illi intererant, ea pecunia data sit. Canisius Vormatia 29. Septembris 1557 Lainio scripsit: „Viuimus hic sumptibus Regiis" (supra p. 139).

135.

11.—16. Septembris 1557.

Quo tempore colloquii sessiones habitae sint. „Index articulorum controuersorum" a Canisio scriptus. Catholici communem „normam" esse volunt Scripturae canonem integrum et interpretationem concordem constantemque. In V. sessione Canisius protestantibus, catholicos paulo ante insectatis, respondet ab iisque, ut errores cum augustana confessione pugnantes perspicue condemnent, postulat. Melanchthonem in eadem sessione consensum patrum reicientem et ecclesiam vehementer lacessentem Canisius in VI. sessione graviter vituperat eique lites omnes ex sola Scriptura dirimi non posse demonstrat. Qui a Melanchthone lacessitur, et a protestantibus in conventu 8. Octobris habito maledictis vexatur. Vormatiae a protestantibus multi rumores falsi de Paulo IV., de catholicis gallis etc. sparguntur.

In colloquio sermones latina lingua habebantur vel potius ex scripto legebantur, quod postea notariis tradebatur (*Heppe* l. c. I, 181). Canisius in „Testamento" suo sacro: „Mihi", inquit, „tunc prouincia

---

[1] Ex his verbis concludi potest ecclesiam vormatiensem ea die dominica — erat autem, si nostro sive romano modo numeratur, „XII. post Pentecosten" — legisse evangelium Luc. 18, 9—14 de publicano; quod nunc ab ecclesia romana Dominica X. post Pentecosten legitur. In Dominica XII. idem evangelium positum est etiam in postilla doctoris *Ioannis Eccii:* „Christenliche ausslegung der Euangelien" 2. Th. (Tübingen 1531), f. CXLVIII.

contigit, ut nomine Catholicorum scripto et uiua uoce, responderem aduersarjis quorum princeps aderat Philipus Melanchton iam utcunque senecta confectus" (*Can.* Epp. I, 49). Sessiones habitae sunt: 1ª 11. Septembris, 2ª 13., 3ª 14., 4ª 15., 5ª 16. Septembris, 6ª 20. Septembris; postremae duae hora 2ª postmeridiana, ceterae hora 7ª matutina inceptae sunt.

Pace inter protestantes aegre conciliata Melanchthon in prima sessione professus est: Protestantes omnes pio consensu amplecti confessionem augustanam, anno 1530 Carolo V. exhibitam, neque ab ea discessisse nec discessuros esse, reicere autem omnes errores cum ea pugnantes, „et nominatim decreta impia facta in Tridentina synodo" (*Fornerus* l. c. p. 16. *Heppe* l. c. I, 177ª. *Riess* l. c. p. 213). In tertio vero conventu Michaël Helding episcopus merseburgensis monuit: Cum in „recessu" comitiorum ratisbonensium statutum esset, ut colloquium tantum inter catholicos et eos, qui confessionem augustanam a. 1530 traditam vere sequerentur, institueretur, a protestantibus eam confessionem perspicue sanciendam et, quaecunque praeter ipsam a catholica doctrina abhorrerent, reicienda esse; catholicos vero eam proponere doctrinam, in quam olim ac vel ante quadraginta fere annos omnes christiani convenissent; si quid autem in ea protestantibus displiceret, id proferri posse.

Quod quo melius posset fieri, episcopus merseburgensis in eodem conventu Melanchthoni „indicem articulorum controuersorum" tradidit; qui quidem 23 et eodem fere ordine, quo confessionis augustanae capita, dispositi erant. Superest hic „index", **Canisii** manu conscriptus et a quattuor colloquii notariis subscriptus, Vindobonae in archivo aulae caesareae inter illa colloquii vormatiensis monumenta, quae olim archiepiscopi moguntini, romani imperii „archicancellarii", erant, cod. „Rel. A 5ª" parte 2. monum. H. Typis eum descripserunt *Fornerus* l. c. p. 29—30, *Salig* l. c. III, 305—306, *Häberlin* l. c. III, 287—288 (hic et Salig n. 20 falso posuerunt „vom Kelche" loco „vom Culte" vel „von der Verehrung"), *Heppe* l. c. I, 281, *Riess* l. c. p. 214[1] (qui haud recte n. 7 loco confirmationis posuit confessionem).

Episcopo merseburgensi protestantes responderunt in sessione quarta scripto, quod Georgius Kargius omnium nomine recitavit: Evangelicos reicere opiniones omnes cum confessione augustana pugnantes, velut doctrinas Serveti, Thameri, Anabaptistarum, Schwenkfeldii, profanatorum sacramentorum etc. Apostolorum autem aetate ignota fuisse, quae postea comparuissent: „venales missas pro mortuis", „mercatum indulgentiarum", „carnificinam confessionis et satisfactionum", „enthusiasmos hominum, qui perciti furore, ad statuas concurrerunt, ut in orgiis Bachi furores hominibus immissi sunt", „merita monachorum aliis vendita" etc. (*Fornerus* l. c. p. 32—33. *Riess* l. c. p. 215. *Heppe* l. c. I, 183). Ad quae cum catholici se postea responsuros dixissent, episcopus merseburgensis de primo

„articulo controverso“ sive de peccato originis disseruit; inprimis autem a protestantibus postulavit, ut veritatis inquirendae et confirmandae ac controversiae dirimendae normam et iudicem acciperent canonem sacrae Scripturae integrum atque illam Scripturae interpretationem sive „intellectum“ qui a Christo apostolis traditus et ab his per legitimos successores per totum orbem propagatus, in libris patrum et doctorum ecclesiae exstaret (*Fornerus* l. c. p. 33—39).

In sessione quinta, quae die 16. [*Fornerus* haud recte: 18.] Septembris est habita, a **Canisio** „recitata“ est „responsio collocutorum veteris religionis“, qua „ad postremum scriptum doctissimorum virorum“ alterius partis notabat, catholicos „parum modestas et amarulentas concertationes“ nunquam probaturos esse. „Quod, si boni et amici viri, aduersae partis, pari cum propensione, vitare voluissent, certe opus non fuisset, in hoc primo congressu[a] [?] colloquij, in abusibus Ecclesiasticis, alijsque vt dicemus, intempestiue commemorandis, diutius commorari.“ Abusus illos etiam a catholicis reprobari. Verum a protestantibus „inter abusus ea etiam numerari, quae ad doctrinam fidei pertinent“, cum e. g. quaereretur, num sancti colendi essent, num Christus in eucharistia adorandus, „an Missarum priuatarum, vt vocant, cum reuera nulla Missa sit priuata, recens vsus“ esset necne etc. De his rebus catholicos suo tempore et eo ordine, qui per indicem „articulorum“ propositus esset, acturos. Et quoniam confessio augustana ab ipso auctore Melanchthone ex prima forma, quam anno 1530 habuerat, saepe atque etiam in gravissimis capitibus, ut in eo, quod de cena domini est, in aliam formam conversa et variata erat, Canisius: „Adijcimus,“ inquit, „quod ad . . purae Confessionis Augustanae attinet doctrinam, nos petere, sicut et ante petiuimus: Quia doctrina, in Ecclesijs, quae Confessionem hanc profitentur, admodum variat, atque interim etiam pugnat, cum grauissimis Confessionis articulis, vt ijdem omnia, in quibus ipsi a nobis non dissentiunt, et tamen contraria sunt Catholicae veritati, quam nos defendimus, nobiscum etiam, diserte et perspicue damnare, minime grauentur; idque vt fiat, petimus, Reuerendissimi[b] Domini Praesidis et inclitorum Assessorum eius authoritatem interponi.“ Haec ex *Fornero* deprompsi, qui l. c. p. 39—42 integrum Canisii responsum posuit; eiusdem summaria posuerunt *Salig* l. c. III, 308—309, *Häberlin* l. c. III, 292, *Heppe* l. c. I, 187—188, *Riess* l. c. p. 215—216; autographum (2^{0}, 6 pp.) Canisii, a quattuor colloquii notariis subscriptum, exstat Vindobonae in codice moguntino supra (p. 795) descripto, parte 2. mon. L.; cum quo tamen Forneri librum conferre non potui.

Post Canisium cum pauca dixisset Melanchthon, Kargius responsionem protestantium recitavit ad ea, quae in ultima sessione episcopus merseburgensis dixerat. Asserebant, praeter alia: Verbum Dei ob-

[a] *Sic Forn.;* ingressu? [b] Reuerendissimam *Forn.*

scurum non esse: veteres autem patres saepe inter se dissentire. „Gregorij aetate . . . Barbaries multas superstitiones secum aduexit, et secuta est magna caligo, tunc et inuocationes hominum, et Missae pro mortuis, et leges Caelibatus, contra verbum Dei, et antiquitatem receptae sunt. . . . . In hac postrema aetate dominati sunt Pontifices, qui impias leges condiderunt, et defenderunt, et sacrificuli [et] Monachi, qui doctrinam nouam genuerunt, vt libri ostendunt, et superstitiones valde cumularunt: Manifestum est enim, doctrinam de poenitentia, de Iustitia fidei, et de multis alijs articulis, in doctrina Thomae, Scoti et similium corruptam esse. . . . Quare non recipimus conditionem propositam, vt nostrae controuersiae iudicentur, ex promiscuis veterum scriptorum dictis, et ex Pontificum decretis, et ex recentibus labyrinthis Theologiae Monachorum, sed iudicari eas volumus ex scriptis Propheticis et Apostolicis" etc. (*Fornerus* l. c. p. 42—50: summaria posuerunt: *Salig* l. c. III, 309—310. *Häberlin* l. c. III, 293—294. *Heppe* l. c. I, 188—189. *Riess* l. c. p. 218).

Die 20. Septembris sexta sessio habita est, in qua **Canisius** catholicorum nomine ad ea respondit, quae in sessione quinta a Melanchthone per Kargium prolata erant: Protestantes monuit, ut recordarentur, se Vormatiam missos esse „non certe ad calumniandum, sed ad pie, docte, et amice colloquendum. Desinant igitur, si sapiunt, in Magistratus[a] Ecclesiasticos, in Patres, in omnes fere Catholicorum ordines esse contumeliosi. . . Causam qui malam habet, conuertitur ad conuitia. quantum praestaret argumentis et scripturis, rite allegatis, et intellectis rem ipsam agere, et nos inuicem, modestia praeuenire? quanquam et nobis esset in promptu, si vellemus retorquere probra, conuitia pensare conuitijs, ac pari arte, Doctrinam hanc, et mores alienos traducere, sed facessat calumnia, nutrix dissensionum, accedat autem, per Iesum Christum oramus, qui pacis Author et amator est, accedat inquam, conciliatrix animorum, Euangelica charitas, quae non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa."[1] Deinde Canisius sermonem convertit ad principia causis religionis tractandis et componendis necessaria. „Quoties scriptura in se clara, et perspicua est, testimonio eius libenter acquiescimus, nec insuper aliam authoritatem vllam, nullum aliud, requirimus testimonium. . . Verum, sicubi super obscurioris loci dubia intelligentia, lis oriatur . . ., pro vero intellectu, ad concordem sanctorum Patrum interpretationem recurrimus, non vt sine scriptura, Ecclesia nos doceat, sed vt verum et orthodoxum scripturae sensum, nobis ostendat." Huiusmodi enim lites sola Scripturarum collatione semper dirimi non posse, Canisius exemplis ipsorum protestantium

[a] Magistratum *Forn.*

[1] 1 Cor. 13, 4.

probat: in verbis cenae dominicae „Hoc est corpus meum" a quibusdam „corpus" accipi „pro vero et proprie dicto corpore Christi, ab aliis pro signo corporis tantum"; aliquos duo, aliquos tria, alios quattuor, alios plura recensere sacramenta; Illyricum et Gallum opera bona ab ambitu aeternae salutis excludere; alios ea includere. Addit Canisius: „,In fundamento', inquiunt, ,consentientes et concordes sumus'; si hae dissensiones de fundamento Christianae doctrinae, ac fidei non sunt, fatemur nos, quod Christianae et Catholicae doctrinae, et fidei fundamentum sit, non intelligere. quid multis? tam diu, de summis fidei rebus, dimicari, ac irreconciliabiles pugnas in Germania vigere necessum, quam diu suum cuique iudicium permittitur, et ad solam scripturam, sic prouocare licet, vt tamen scripturae interpretationem, sibi reseruet. Superba de se praesumptio, de alijs vero, inuidiae et malignitatis plena, aestimatio, suam vnius interpretationem probare, damnare aliorum omnium, alios vti homines contemnere, se se vt dijs genitos, efferre." Tandem Canisius, postquam Scripturae et Patrum sententias atque exempla a Melanchthone proposita singulatim excussit et catholicis nihil officere, immo eorum sententiam confirmare ostendit, orationem concludit, denuo auditorio „adeoque toti mundo" testans, litem inter catholicos et protestantes haudquaquam in eo esse, quod hi Scripturae testimoniis, illi hominum sententiis nitantur; nam catholicos quoque prophetica et apostolica sequi testimonia; „sed hoc quaerimus, vbi inter nos de scripturae intellectu ambigitur, nec de vero eius sensu, nobis ipsi, aut nos ipsis cedere volumus, tunc et ipsi cessent suam interpretationem nobis obtrudere, quemadmodum nos ad interpretationem nostram illos obligare nolumus, sed vtrique ad concordem vetustissimorum et probatissimorum sanctimonia et eruditione Clarissimorum Patrum interpretationem, et perpetuum Catholicae Ecclesiae consensum, pro inuestiganda vera et orthodoxa interpretatione, recurramus." His a Canisio dictis Helding episcopus, invocata ipsius praesidis auctoritate, a collocutoribus protestantibus postulavit, ut clare et nominatim enuntiarent, num Zwinglianos quoque et Calvinianos, Osiandristas et Illyricianos ac Picardos ab augustana sua confessione excluderent. Canisii et Heldingii verbis protestantium ira vehementer accensa est. Audistis, inquit Melanchthon, Canisium significans, „nobis esse immissum satis grandiloquum Oratorem, quod si volunt isto modo nobiscum certare, nos abunde eum remunerabimur; Expectabamus aliam rationem colloquendi; haec non est via, vel ad veritatem inquirendam, vel ad mutuam conciliationem" etc. Respondet episcopus merseburgensis: „Clarissimi Domini, nos antea testati sumus, de nostra voluntate, quod nolumus descendere ad contentionem, nisi eo pertrahamur, et putant nostri Collegae, nobis causam esse praebitam, sed inposterum libenter acquiescemus, si liceat nobis per alteram partem." Replicat Melanchthon: „Nos largiter vos remunerabimur,

ne dubitetis." Et sic finita est haec sessio, quae huius colloquii postrema fuit. Orationes integras typis descripsit *Fornerus* l. c. p. 51—63; summaria posuerunt: *Salig* l. c. III, 310—311. *Häberlin* l. c. III, 294—296. *Heppe* l. c. I, 190—191. *Riess* l. c. p. 219—223.

„Remunerationem" illam a Melanchthone promissam theologi protestantes, qui Vormatiae supererant (v. supra p. 141. 164[4]), catholicis praestiterunt in conventu 8. Octobris 1557 habito, in quo ad Canisii orationem haec, praeter alia, responderunt: „Cum proxima oratio alterius partis multa congesserit aliena ab instituto, et multa atrocia conuitia miscuerit, iustissimum erat, opponere longam refutationem, sed erimus breuiores et modestiores. . . Causae veritas obruet conuitia, quae extra causam petulanter asperguntur. . . Architectus orationis nuper exhibitae . . falso vociferatur, nos de Patrum authoritate detrahere. . . Speramus Senatum Imperij, haec vestra insidiosa, et sophistica postulata, non probaturum esse. . . Desinite itaque fingere sophisticos praetextus, ad confirmandam diabolicam legem [coelibatus]... Magnum igitur scelus est, confirmare legem [coelibatus]. . . Aliud sophisma de dicto Epiphanij prorsus insulsum fuit. . . In sequenti cauillatione malitia potius, quam insulsitas conspicitur. . . Contra vero dicimus non esse verae Ecclesiae ciues illos, qui multas blasphemias, aduersus Deum, et falsa dogmata, et Idola scientes retinent, et sunt defensores Parricidiorum, et faedarum libidinum, hanc responsionem opponimus illi maledicto epiphonemati declamatoris nostri, qui ait, nos superba praesumptione et inuidiae et malignitatis plena existimatione, vt dijs genitos efferri. . . Crudelis sarcasmus est, dicere, nos efferri veluti dijs genitos." Commemorantur etiam „recentium temporum idola, ethnica prophanitas", „impia colluuies sacrificulorum et monachorum", tyrannis pontificia etc. Totam orationem posuit *Fornerus* l. c. p. 89—96, brevem eius summam *Salig* l. c. III, 318.

Quomodo fieri potuerit, ut Vormatiae catholicorum et protestantium animi tantopere inter se discreparent et concitarentur, partim ex rumoribus quibusdam cognoscitur, quos protestantes contra catholicos tunc disseminabant. Quorum rumorum exempla aliqua hic pono, ex fontibus, quod equidem sciam, nondum editis hausta.

Kalendis Octobribus a. 1557 *Fridericus von der Thann*, qui nomine Philippi, Hassiae landgravii, colloquii „auditorem" agebat, eidem Vormatia *scripsit: „Es sol auch der Bapst [Paul IV.] geköppft haben, den Cardinal Hieronimum Moronum, Episcopum Mutinensem, propter Lutheranismum". (Ex autographo, quod est Marburgi in archivo regni borussici, Religionssachen, Convol. „Colloq. Wormat. 1557".

Sub idem tempus *protestans quidam* amico cuidam (Georgius Cracovius Georgio Maiori in „Postscripto" epistulae Vormatia 30. Septembris 1557 ad eum datae?) scripsit: „Lutetiae nuper mortuus est Canonicus Parisiensis Bicardus, cuius nomen satis est celebre; nam valde magnam in Lutheranos saevitiam exercuit. Eius emortui cadaver erectum in publico est, ad quod confluentia uno die circiter 50 millia hominum pedes ei deosculati sunt; ii vero, qui remotiores fuerunt, pileolis et vestibus eminus contigerunt carnem cadaveris, atque ita illas deosculati vestes sanctiores sese crediderunt. Tandem exemptum cor sacro inclusum est ciborio, non aliter, quam solet sacrata includi hostia, et nomen ipsius in litaniam Parisiensem relatum est. ‚Sancte Bicarde, ora pro nobis!' Quidam Germanus, quod intimationem

istam blasphemam abripuisset ex publico, in qua scriptum fuerat, ipsum Deum Parisiensem esse mortuum, in magno fuit periculo. — Hoc anno in Anglia effossa sunt ossa Martini Buceri et aliorum atque combusta, suadente hoc Cardinali Polo, crudelissimo homine". (Ex *apographo eiusdem temporis, quod est Guelpherbyti [Wolfenbüttel] in bibliotheca ducali, cod. „7. 9. Aug. fol." f. 491.)

Nuntius ille Vormatiam fortasse allatus est per legatos a protestantibus gallis eo missos: Guilielmum Farellum, Theodorum Bezam, Ioannem Budaeum „iuniorem", Gasparum Carmelum (*Salig* l. c. III, 319. *Heppe* l. c. I, 235). De his certe *Paulus Eber,* professor vitembergensis, qui Vormatiae ex „notariis" colloquii erat, Ioanni Bugenhagen, Lutheranorum vitembergensium „pastori", Vormatia 8. Octobris 1557 *scripsit: „Gallici legati significarunt, Pontificem Romanum [Paulum IV.], cum premeretur a copiis Albani Ducis, misisse regi Galliae gladium [a] tanquam defensori Ecclesiae et simul nobilissimum et bellissimum totius Italiae scortillum, quod D. Philippus [Melanchthon] ita versibus interpraetabitur, ut illa venusta saltatrix significet Herodiadem, quae sua bella saltatiuncula delinitura sit regem, ut hoc gladio Pontificio Johanni hoc est multis piis confessoribus verae doctrinae caput amputet". (Ex apographo huius epistulae, saec. XVI. scripto, quod est in codice guelpherbytano supra memorato f. 431. Alterum apographum, eodem saeculo a protestante aliquo scriptum, exstat Monachii in bibliotheca regia, cod. lat. 936 f. 33[a]—34[b].)

Haec qui legerit, haud ita difficulter Flacio Illyrico credet affirmanti, eodem tempore Vormatiae de Canisii pudicitia famam illam percrebuisse, de qua proxime scribemus.

136.

1557—1612.

Protestantes Canisium, multis fabulis sparsis, infamant. Lutherani quidam scribunt eum (Vormatiam euntem) Moguntiae cum abbatissa quadam stuprum fecisse.

Flacius Illyricus, „Centuriatorum magdeburgensium" caput, anno 1559 Ienae evulgavit librum, quem inscripsit: „Vonn der grewlichen Vneinigkeit, Zwitracht, Secten vnd Rotten der Bepstischen Religion vnd Kirchen, Jtziger zeit sehr nützlich zu lesen: Durch Matth. Flacium Jlliricum" (Ihena 1559. 4⁰). In quo libro (f. CIII[a]*) asserit:* Der Jesuwider fürnemster Stiffter ist der Canisius, von welches heiligkeit vnd keuscheit, man dennoch viel schöner Historien erzelet, Sonderlich die mit der Abtissin zu Meintz.

Quae autem moguntina haec historia fuerit, clarius cognoscitur ex altero eiusdem Flacii libro, in quo hic scribit: Iesuitarum praecipuus author, aut certe instaurator et propagator est Canisius ille, de cuius sanctitate et castitate multae praeclarae historiae circumferuntur: inter quas non postremum locum obtinet illa, quae Moguntiae anno 1557, cum abbatissa cognomento Catella accidit. a qua cum lauto hospitio exceptus esset, postquam poculis exhilarati sunt, ex communi Canis cognomine amicitia contracta, caninas nuptias celebrarunt. Ea fabula tunc in Vuormaciensi colloquio fuit toto notissima coelo: *De sectis,*

---

[a] *In apographo guelpherbytano huic vocabulo verbum* aureum *in margine rubro liquore ascriptum est. Quod in apographo monacensi non cernitur.*

dissensionibvs, contradictionibvs et confvsionibvs doctrinae, religionis, scriptorum et doctorum Pontificiorum Liber: Authore Matthia Flacio Illyrico (Basileae 1565) p. 77.

Refutatione haec fabula non indiget. Canisius anno 1557 Moguntiam numquam accessit, neque ulla illic in ullo coenobio abbatissa cognomine Catella erat; id quod ex ipsis „antistitarum moguntinarum syllabis“ se cognovisse *Matthaeus Raderus* testatur. Qui haec adnotat: „Potuit fabula traxisse originem a quadam Hundia, ministra Coenobij, quam subpriorissam vocant, quae oblita suae nobilitatis et religionis, cum vili ministro Coenobij . . . clam profugit, et Francofurti . . . in haeresi infelicem animam exhalauit: De vita Petri Canisii (Monachii 1614) p. 60—61. Ipsi etiam protestantes hanc calumniam reprobarunt; nam inter plurimos illos saeculorum XVI. et sequentium scriptores protestantes duo tantum usque huc inventi sunt, qui eam repeterent, atque hi solum testem producunt Illyricum: *Ioannes Wolfius*, iurisconsultus lutheranus (Lectionum memorabilium et reconditarum centenarii XVI. [Lauingae sumtibus Autoris impressit Leonardus Rheinmichel Typogr. Palatinus anno 1600] T. 2. Cent. XVI. p. 707), et Magister *Hermannus Empsychovius*, qui Tremoniae ad S. Nicolai pastorem Lutheranorum agebat (Apologia orthodoxae doctrinae contra Pontificios [Giessae 1612] p. 672—673).

137.

21. Novembris 1557.

P. Salmeron S. J. Canisio adhortante ex Lainio quaerit, utrum catholicos Vormatiae colloquii abrumpendi occasione per protestantes sibi oblata uti expediat necne.

Canisius Vormatia 6. Decembris 1557 Romam ad P. Jacobum Lainium, Societatis Iesu vicarium generalem, scribit (supra p. 175): „Scripsit idem pater Alphonsus [Salmeron], cum hic esset, me hortante, litteras de statu colloquij huius, easque per Augustanum Cardinalem ad uos credo perlatas esse.“

Has litteras, partim hispanice, partim latine scriptas, primus typis evulgavit P. *L. Delplace* S. J. in „Précis historiques“ XL (Bruxelles 1891), 411—412. Quae certe gravissimae sunt eo quod clare ostendunt, catholicis atque etiam ipsi Canisio nequaquam statim, ac lutherani illi theologi a collegis exclusi sunt, certum ac deliberatum fuisse, hac colloquii abrumpendi occasione uti, immo diu eos ancipites haesisse.

Scribit igitur Salmeron Lainio Vormatia 21. Novembris 1557, se et P. Ribadeneiram a Pflugio, Heldingio („el qual es muy docto y prudente hombre“), theologis lovaniensibus amice exceptos ac de schismate inter protestantes exorto certiores factos esse. Ferdinandum regem a catholicis consultum, utrum colloquium continuandum an abrumpendum esset, neutrum praecepisse; „potius tamen videtur inclinare ut catholici promotioni colloquii dicti insistant. Hinc est gravis scrupulus catholicis iniectus qui in re tanta quo se vertant non satis vident cum utriusque partis rationis consilia expendunt. Nam ex dissolutione hujus colloquii merito multa pericula timeri debent, et praecipue ne principes protestantium aliquid novi contra tranquillitatem publicam meditentur et ita ecclesiasticos principes

perturbent: ad haec viderentur catholici si essent auctores hujusmodi dissolutionis lucem fugere et detrectare certamen, quasi doctrinae suae diffiderent et religioni veteri quam profitentur. Sperari etiam posset per progressum hujus colloquii multa posse detegi quae adversarii affingere catholicis solent in variis articulis; quae cum comperta essent principibus protestantium, fortassis non tantam illis fidem praestarent. Solutionis vero haec commoda sequi possent primum: quod catholici nunquam alias tam pulchram et justam colloquii solvendi rationem habere potuerunt ac modo habent; deinde quod in ea re non solum pontifici maximo sed et piis omnibus consuluisse videbuntur, quum omnes nihil boni imo plurimum etiam mali exspectare ab hac ineundae concordiae per colloquium hujusmodi ratione videantur, sicut experientia hactenus docuit in tot colloquiis ob hanc causam coactis. Adhuc non mediocre momentum habere debet quod, ut audio, illi qui praesidi assistunt ex parte haereticorum quasi assessores videntur in multis tyrannice et per vim agere et omnia pro voluntate sua eo quo volunt deflectere; quas vires catholici assessores non habent; verum timendum est ne haeretici ut ex aliis omnibus ita ex hoc colloquio majores progressus in sua religione faciant. Haec mihi scribenda ad Tuam Paternitatem esse multis verbis egit D. Petrus Canisius, quae raptim et currente calamo sunt scripta. Expectant nostri Fratres a V. P. aliquid solidum quod sequi debeant consilium, quod non gravabitur cumprimis reddere etsi nostri valde timeant ne illa pars quae colloquii processum desiderat interim vincat."

Ex his verbis etiam concludi posse videtur Vormatiae tunc nondum adfuisse (si tamen umquam adfuit) doctorem illum, quem *Pallavicinus* Roma a Paulo IV. eo missum esse contendit, addens: „Gli fu comandato ancora il denunciar vietamento di quel trattato come d' illecito in materia di fede senza la precedente volontà del pontefice"; atque in margine adnotat: „Il tenore di questa proibizione sta nell' archivio vaticano": Istoria del Concilio di Trento l. 14. c. 6. n. 2. Ed. *Fr. Ant. Zaccaria* III (Roma 1833), 168.

138.

Exeunte a. 1557 vel initio a. 1558.

Ex apographo, saeculo XVI. a protestante aliquo scripto, quod nunc exstat Monachii in bibliotheca regia, cod. lat. 936 f. 79. Cum in eo apographo notae, quibus verba distinguantur, fere desint, ego ea interpunxi.

Carmen probrosum: Canisium, id quod eius nomen significet, canem esse, qui contra Iesum latret et religionis colloquium latratu turbaverit.

In Canisium Iesuitam.

Si quem forte iuuat doctorem nosse Canisium[a] [?],
  Qui proprium et verum de cane nomen habet,

[a] *Ita librarius noster scripsisse videtur; versificator vero ipse fortasse scripserat:* Caninum.

Dignetur tempus numeris impendere nostris;
Forsitan hic aliquid quod probet ipse leget.
In Cane sunt oris rictus foedusque latratus,
Errantesque oculi, turpe uoraxque caput.
Omnia conueniunt; distorto lumine spectat
Canisius, similis rictus et oris adest.
Attribuit falso Sanctum sibi nomen Iesu,
Contra quem sparso saepius ore latrat;
Atque canum rabies non raro infestat euntes:
Illius rabiem sic pia turba timet.
Hanc uultus prodit curuus[a] dentesque minaces;
Soeuitiam innatam plurima signa probant
Sensibus; hic[b] [?] illum dico turbasse latratu[c]
Congressus placidos, colloquiumque pium.
Si sapis ergo, procul, canis impurissime, curre;
In coetu hoc rabidos non decet esse canes.

Posterior carminis huius probrosi pars sat clare prodit ipsum inter colloquium vormatiense vel proxime post illud compositum esse. Huiusmodi scripta fortasse Canisii animo obversabantur, cum 1. Februarii 1558 Lainio scriberet se suosque a protestantibus ignominia affici (v. supra p. 189). Cum contumeliis hisce conferri oportet ea, quae Canisius de ratione, qua contra protestantes scribendum esset, Lindano scripsit, supra p. 72—73. 77.

Nota: Canisius etiam libello, quibus de causis colloquium vormatiense diremptum esset, exposuit; de quo v. infra, monum. 203.

C.

MONUMENTA COLONIENSIA CANISII.

139.

A 29. Octobris ad 6. Novembris 1557.

De Canisio Coloniam, ut de gymnasio montano Societati tradendo ageret, evocato.

P. Henricus Simonius (Simonis) S. J., historicus coloniensis (de quo v. Can. Epp. I, LIII), in collegii coloniensis historia haec scribit (Cod. colon. „Hist. coll. Col." in a. 1557):*

„Quod ex P. Leonardi [Kesselii] commentarijs constat, tanta fuit R. D. Matthiae Cremerij, Montani Regentis de Societate opinio, vt decursa iam aetate Gymnasium suum Nostris tradere percuperet, ageretque ea de re serio cum Ioanne Rethio: iamque ad negotium felicius transigendum Canisij aduentum, qui tum Colloquio Wormatiensi, Caesaris iussu intererat, praestolabantur; aiebat enim idem Cremerius Regens, nemini se alteri tuta id conscientia deferre posse. Hac igitur ac similibus permoti causis Canisium magnopere Colloquio absoluto Coloniam nostri euocarunt."

Adnotat autem P. Iacobus Boyman S. J. (de quo vide Can. Epp. I, LX), gymnasii trium coronarum coloniensis historicus (Cod. „Hist. gymn. tr. cor." f. 43):*

---

[a] *Sic legendum prorsus videtur;* coruus *ap.* [b] *Sic ap.;* hinc*?* [c] latratum *ap.*

In iis, quae ad gymnasium montanum spectabant, „nihil quidquam cum Academicis confici posse prudenter vidit Canisius, adeoque ne de conventu quidem ullo eam in rem habito Rethij Ephemerides meminerunt, alias in ejusmodi rebus accuratissimae".

Ceterum Cremerius (vide de hoc *Can.* Epp. I, 163. 248 etc., ac de gymnasio montano ibidem p. 17. 38 etc.) iam die 12. Novembris 1557 mortem obiit (*Hansen* l. c. p. 292[1]).

140.

A 29. Octobris ad 6. Novembris 1557.

Ex apographo huius partis „Ephemeridum" Rethii, ante medium saeculum XVII. scripto. Cod. colon. „Reth.", Ephem. f. 12[b]—13[a].

Typis hanc relationem, aliquot sententiis omissis, primus exscripsit *Hansen* l. c. p. 292—293; usus erat eadem *Reiffenberg* l. c. p. 58.

Canisius Coloniam venit. A Groppero et Mansfeldio invitatur. In summo templo praeclaram contionem habet. Ad moniales, Carthusianos, litterarum studiosos dicit. A senatu honoratur eique operam suam offert. Collegium adiuvat.

P. Ioannes Rethius S. J., qui ab a. 1557 ad 1574 gymnasii trium coronarum coloniensis „regens" erat, in eiusdem gymnasii „Ephemeridibus" notavit:

4. Calend. Novemb.[1] venit ad nos ex Vormatiensi Colloquio D. Petrus Canisius cum fratre Joanne Thomasio Lotharingo, quem hinc pro famulo ipsi Wormatiam miseramus.

3. Calend. Novemb. ad prandium vocatus fuit a Domino Joanne Groppero Scholarcho aedis S. Gereonis[2], et a . . .[a] Comite de Mansfelt[3] et Archiepiscopi Vicario[4]. Sed quia a Groppero prior vocatus fuit, ad eum ivit.

Pridie Calend. Novemb. convenit D. Franciscum . . .[b] Reverendissimi Archiepiscopi nostri Cancellarium[5], effecitque ut nobis potestas fieret concionandi apud S. Vrsulam . . [*sic*] praeterea effecit ut Joanni Rhetio, si quando opus esset via pateret ad Archiepiscopum. Eodem die vocatus secundo pransus est apud Comitem de Mansfeldt, qui et promisit se cum Archiepiscopo acturum ut nobis committeretur officium concionandi apud S. Vrsulam, et petiit ut D. Petrus Canisius in festo omnium sanctorum Concionem haberet in summo templo: sed

[a] *Sic ap.; supplendum est:* Joanne Gebhardo; *cf. infra, adnot. 3.*

[b] *Sic ap.; supple:* Burcardum; *cf. infra, adnot. 5.*

[1] Die 29. Octobris 1557; cf. supra p. 142[1].

[2] Praeposito bonnensi, summi templi canonico etc. Cf. supra p. 122—124.

[3] Ioannes Gebhardus a Mansfeld metropolitanae ecclesiae „chorepiscopus" et subdecanus ac collegialis ecclesiae S. Georgii praepositus erat; postea archiepiscopus coloniensis (1558—1562) electus est.

[4] Idem Mansfeldius significari videtur; qui Antonii de Schauenburg archiepiscopi vicarius „in temporalibus" fuerit; eiusdem vicarius „in spiritualibus" generalis fuisse videtur Ioannes Pennar O. Min.

[5] Doctor Franciscus Burkard 1556—1584 id munus administrabat (*Hansen* l. c. p. 292[3].

quia id recusabat eodem hoc die bis duos Canonicos ad Collegium misit, donec Canisius promitteret se id facturum. . .[a] Calendis Novembribus ipso festo omnium Sanctorum mane celebravit P. Canisius, et concionatus est in monasterio S. Ignatij [1]. Meridie vero concionem habuit in summo templo hora duodecima, in qua fuerunt aliquot millia hominum, licet per nullos fuisset significatum Canisium concionaturum, et ea hora in concione esse soleant admodum pauci. affuit Comes de Mansfelt ipse, Officialis [2], Sigillifer [3], tres Concionatores ordinarij summi templi, Doctor Roboreus, D. Sudermannus [4], Eberhardus Suderman Senator, et multi alij magnates, omnes lectores Bursae Laurentianae, et ingens numerus studiosorum. Fuit tam frequens, et tam docta ac artificiosa concio, atque non fuit Coloniae intra multos annos. Cum egrederetur, populus non secus concurrebat ad videndum eum, atque si Imperator aut Rex aliquis fuisset. Illi etiam, qui postridie praesentabantur ad examen, licet alterius essent Bursae, non tamen satis eum potuerunt commendare.

4 Nonas Novemb. [5] Senatus illi per apparitorem misit signa, quibus ut et vino solent honorare Principum legatos et alios magnos Dominos[b]. . . . Eodem die hoc pransus est D. Canisius et concionatus est apud Carthusianos tam bene, ut Prior illi pro Collegio nostro daret 200 daleros, et die sequenti adhuc nobis mitteret chirographum, ut et Neomagij sublevaremus centum daleros[c]. . .

Tertio nonas Novemb. [6] pransus rursum est apud Gropperum; vesperi vero hora 4ª ex tempore latine in schola nostra dialectica oravit de studijs liberalibus, et quamvis nos tantum indicaremus studiosis nostris, et paucis alijs, tamen tam multi etiam externi accesserunt, ut schola quamvis magna vix eos caperet. Inter quos fuit Joannes Volsius Theologiae Licentiatus [7], Joannes Isaak publicus linguae Hebraicae professor [8] etc.

Frequenter ante abitum, D. Canisium invisit D. Joannes Hardenrath, per quem obtulit operam suam D. Constantino Liskirchio coss. [9]

---

[a] *Sequuntur alia quaedam, quae ad Canisium non spectant.*

[b] *Sequuntur aliqua, quae ad Canisium non spectant.*

[c] *Sequuntur iterum alia, ad Canisium non spectantia.*

---

[1] Virginum id erat tertii ordinis S. Francisci; cf. *Can.* Epp. I, 290. 391.

[2] Dr. Ioannes Kempis (*Hansen* l. c. p. 292[4]).

[3] Dr. Ludgerus Heresbach (*Hansen* l. c. p. 292[5]).

[4] Hermannus Sudermann, Sociorum fautor singularis (*Polancus*, Chronicon II, 582. *Hansen* l. c. p. 209. 279), vel Henricus Sudermann, iurisconsultus et syndicus hanseaticus (*Hansen* l. c. p. 230).

[5] Die 2. Novembris.

[6] Die 3. Novembris.

[7] Rector monialium conventus S. Maximini: de quo v. *Can.* Epp. I, 126[4]. 167[6]. 424.

[8] De docto viro Ioanne Isaac, ex iudaismo ad fidem catholicam converso († 1577). eiusque scriptis vide *Hartzheim*, Bibl. Col. p. 182—183.

[9] Constantinus Lyskirchen senator plurimum eo tempore Coloniae valebat (*Hansen* l. c. p. 247).

quod[a] [?] si quid forte ipse aut senatus fieri vellet per eum apud Regem Romanorum aut alios principes Germaniae. qui grato animo suscepit, et se cum senatu etiam de hac re agere velle dixit. Quid senatus peteret, scribendum illi Wormatiam fuit per D. Joannem Hardenrath.

8 Idus [Nov.][1] Navigio Wormatiam redijt.

Ferunt Canisium in metropolitana aede coloniensi ex eo dixisse suggestu, qui nunc quoque ibidem usurpatur (cf. *Alph. Bellesheim,* Kleine Nachfolge der Heiligen I [Köln 1879], 233). Huic certe annus 1544 incisus est, et operis forma aetati congruit.

141.

A 29. Octobris ad 6. Novembris 1557.

Ex *Hansen* l. c. p. 294; qui apographo saeculo XVII. scripto usus est.

Canisius cum magna et Sociorum et sua consolatione Coloniae moratus.

P. Leonardus Kessel, collegii coloniensis rector, Colonia 12. Novembris 1557 ad P. Iacobum Lainium, Societatis Iesu vicarium generalem, haec, praeter alia, scripsit: „Rev. p. Canisius per dies octo nobis adfuit non sine omnium nostrum magna consolatione in domino. Vidit modum nostrum agendi in hoc novo collegio nec fuit, quod in praesentiarum mutandum vide[re]tur. Magnam concepit de hoc collegio in domino spem, ut latius P. V. p. Canisii literis intelliget.“ [2]

142.

A 29. Octobris ad 6. Novembris 1557.

De sacris suggestibus coloniensibus, qui Canisii opera Sociis traditi esse feruntur.

Rei quidem actae modum excedere videtur „*Anni secularis*“ auctor, cum scribit Canisii „auctoritate effectum, vt B. Vrsulae, SS. Lupi, Mauritij, Summae denique aedis Cathedrae eiusdem instituti hominibus, vno tempore, vna in Vrbe, fuerint commissae“ [3]. Certum tamen est exeunte anno 1557 a Mansfeldio et Groppero archiepiscopi et capituli nomine contionum in parochiis SS. Lupi et Mauritii habendarum munus ad tempus Societatis hominibus traditum esse. Ac Mansfeldius cum mense Iulio anni 1558 archiepiscopus electus esset, paucis diebus post Societati contionem in summo templo hora 7. matutina haberi solitam obtulit (*Cod. „Hist. gymn. tr. cor.“ f. 44[a]. 56[a]. *Hansen* l. c. p. 289. 296—297. *Reiffenberg* l. c. p. 64. *Bianco* l. c. I, 884. 887). Atque hac in re Canisii quoque operam aliquam intercessisse verisimile dixeris.

---

[a] *Sic apogr.; at hoc* quod *omittendum esse videtur.*

---

[1] Die 6. Novembris.

[2] Has vide supra p. 153—160.

[3] Annus secularis Societatis Iesu adumbratus ex anno temporali a gymnasio tricoronato Vbiorum ([Coloniae] 1640) p. 55.

143.

Ineunte mense Novembri 1557.

Num Canisius a. 1557 Colonia Noviomagum profectus sit.

P. *Henricus Simonius* S. J., postquam res a. 1557 Coloniae a Canisio gestas brevi narratione perstrinxit, sic concludit: „Verum cum [Canisius] octiduum circiter hic hesisset, et Neomagenses suos quasi per transennam semel aspexisset, vix ad eos consalutandos spatio sumpto, in Germaniam quam potuit citissime reuolauit" (*Cod. colon. „Hist. coll. Col." ad a. 1557). At cum et Canisius ipse et ceteri testes aequales de noviomagensi hac Canisii excursione prorsus sileant, immo vix tempus locumque eidem relinquant, dubitari non potest, quin Simonius hoc iter coloniense Canisii cum illo confuderit, quod is exeunte anno 1565 suscepit; tunc enim Colonia Noviomagum ad breve tempus eum excurrisse compertum est; cf. *Raderum,* Can. p. 223; *Sacchinum,* Can. p. 221; *Riess* l. c. p. 348—349.

Nota: De Canisii catechismis annis 1557, 1558, 1559 Coloniae excusis et de Hosii confutatione prolegomenorum Brentii ac Stephani Agricolae apologia Societatis Iesu Coloniae, Canisii opera interposita, annis 1558 et 1560 evulgatis vide infra, monum. 202. 204. 219.

D.

MONUMENTA STRAUBINGENSIA CANISII.

144.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinali et episcopo augustano [1].

Monachio 28. Februarii 1558.

Ex commentario (2°; $2^1/_3$ paginae dimidiatae); in fine: „An Cardinal von Augspurg". Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 76. 77.

Straubinga cum et parochus et contionator, haeresi disseminata, aufugissent, Canisium a duce rogatum esse, ut errantes oves illas in viam reduceret. Dux a cardinali petit, ne per longius tempus eum retineat. Quaerit etiam, quid effectum sit Romae in negotio collegii Societatis Monachii apud Augustinianos instituendi.

Besonder lieber herr freundt vnd geuatter, wir haben den wurdigen vnd hochgelerten vnsern besonder lieben Petrum Canisium verschiner täg alher ettlicher beweglicher vrsachen halben zue vns erfordern[a], vnd vnder anderm mit Im dahin handlen lassen, das Er dise vassten bei vnser Stat Straubing, allda dan ietzt[b] gar khein pfarrer noch prediger ist[c], (nach dem die zween gar newlich[d] ver-

[a] *Sequitur* lassen, *postea oblitteratum.*
[b] *Sequuntur verba:* grosser mangel vnd abgang, *oblitt.*
[c] *Sequitur* dan *aut* den, *oblitt.*
[d] *Verba* gar newlich *in margine ascripta sunt.*

[1] Haec epistula et sequentes dialecto bavarica tinctae sunt.

fuerischer vnd Irrischer leer halben auss vnserm furstenthumb[a] flichtigen fuess gesetzt vnd aussgetretten)[1] den predig Stuel mit allen vleis versehen vnd das arm volckhel zum theil In vnser allten vnaren Catholischen Religion[b] confirmiren vnd zum theil die abgefallnen muglichs vleis wider bekhern soll, wie wir nit zweiffeln Er Canisius werdt vil nutz vnd guets an dem ort aussrichten mögen. Wie wol Er sich nun mit vilen hochwichtigen gescheffften sonderlich aber das Er zue[c] E. L. vnd ft.[2], ghen Dillingen zekhomen versprochen[3] Enntschuldiget, Jst es Im doch durch vns abgeleint vnd das wir E. L. vnd ft., seiner halben schreiben wellten, gnediglichen[d] zuegesagen, So hallten wir nun darfur E. L. vnd ft. werden vernunfftiglich erwegen khunnen wie hoch vns[e] an disem Christlichen[f] guethen vnd nottwendigen werckh gelegen. vnd demnach frunthlich nachgeben das wir ietzt also den Canisium dahin gebrauchen, Dan vns zweifflet gar nit wo wir E. L. vnd ft., In disem vnsern obligen ersuecht hetten, sy wurde vns auch nit gelasten[g] [?], haben gleichwol[h] gedachtem Canisio mit gnaden zuegeben[i] das Er mög E. L. vnd frent. von Inglstat auss drej oder vier täg heimbsuechen, doch das[k] Er sich also furder damit er zum Ehisten[l] ghen Straubing khum vnd dise vassten die armen verlossen zerstreiten[m] vnd verfuerten Schefel widerumb zuesamen vnd auf den rechten weg bring, Jst demnach an E. L. vnd ft., vnser freunthlich gesinnen sy wellen vilgedachten Canisium daran nit verhindern oder lenger[n] vnd vber die obgemellt zeit[o] auffhallten. Vnd nach dem wir bei der selben dess Augustiner closters alhie halben ettlich mal angehallten die sachen zue Rom[p] auf das furgeschlagen werckh zu dirigirn[4], wie vns E. L. vnd ft. In dem guethe vnd freunthliche vertröstung gethan, Sich aber ietz die sachen ob schon zwen[5] von Rom khumen also bei dem haushaben der Augu-

[a] *Verba* auss vnserm furstenthumb *in margine addita sunt.*
[b] *Sequuntur verba:* mit seiner leher, *oblitt.*
[c] *Supra versum scriptum.*
[d] *In margine ascriptum.* [e] *Sequuntur verba:* der notturft nach, *oblitt.*
[f] *Supra versum.* [g] *Vocabulum obscure scriptum.*
[h] gelasten, haben, gleichwol *comment.* [i] *Correctum ex:* Erlaubt.
[k] *Quae sequuntur usque ad* Straubing khum vnd *incl. in margine ascripta sunt.*
[l] *In comm. correctum ex:* furderlichsten. [m] *Supra versum.*
[n] *Quinque verba sequentia supra versum scripta sunt.*
[o] *Sequitur:* nit, *oblitt.*
[p] *Quattuor verba sequentia in margine ascripta sunt.*

[1] Vide supra p. 215[2]. [2] Id est: Ewer Lieb vnd freunthschafft.
[3] Cardinalis Canisium de collegio dilingano Societati tradendo secum agere cupiebat. Praeterea per aliquod tempus eius opera uti volebat in sacris exercitiis peragendis. Vide supra p. 183. 202. 204.
[4] Albertus Monachii in eo monasterio collegium Societatis cum „paedagogio“ sive gymnasio instituere volebat. Cf. supra p. 139. 186. 192. 218.
[5] Duo fratres illius ordinis.

stiner ansehen lassen das nichts meer dan grösser[a] vnd gefahrlicheer Ergernus[b] dan vor nie zugewarten, Eben auss denen vrsachen wie E. L. vnd ft. zum andern mal von vns aussfuerlichen vnd schriftlichen[c] bericht Enntpfangen, So wolten wier Ie gern wussen was doch zue Rom[d] auf E. L. vnd ft. furgewendten vleis verricht oder Endtlich zuhoffen were, [domit wir][e] vns on lengers vergeblichs Ia auch hochschedlichs auffziehen darnach[f] zerichten hetten. Das alles seihen wir vmb dieselb in ainem meerern mit allem freunthlichen willen zubeschulden gantz wol genaigt vnd verpottig. Datum In vnser stat Munchen den letzten Februarij Anno 1558

Epistula haec et duae sequentes fortasse ab Henrico Schweickero, ducis secretario, compositae sunt. Quas Canisius ipse a duce petierat; vide supra p. 216.

145.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

WOLFGANGO DE KLOSEN,

episcopo passaviensi.

Monachio 28. Februarii 1558.

Ex commentario (2°; $^1/_2$ p.); in fine: „An Bischoue zue Passaw." Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 78.

Canisium a se rogatum esse, ut Straubingensium curam susciperet. Dux ab episcopo, ut ei sacro ministerio fungi permittat, petit.

Besonder lieber freundt. E. ft.[1] werden on Zweiffel bericht sein wie der pfarrer vnd prediger vnser Stat Straubing[g] von dannen weg vnd alls fluchtig auss vnserm furstenthumb zogen, Weil wir dan anders nit erachten khunden dan sy wussten sich Jrrischer verfuerischer leer schuldig. Darumben sy weitter daher zekhumen nit gedenckhen mochten: Domit aber das arm pfarr volckhel dise heilige zeit der vassten mit ainem stattlichen prediger vnd seelsorger der Notturfft nach versehen seihen haben wir den wurdigen vnd hochgelerten vnsern lieben getrewen Petrum Canisium Jesuitam[h] dahin biss nach verscheinung der ostern verordnet[i] vnd gedenckhen mitler zeit andere taugliche vnd geschikhte Catholische personen dahin

[a] *Duo verba sequentia in margine sunt.*
[b] *Tria verba sequentia supra versum sunt.*
[c] *Verba* vnd schriftlichen *in margine sunt.*
[d] *Quae sequuntur usque ad* vleis *incl. in margine sunt.*
[e] *Haec supplenda esse videntur. Quae sequuntur usque ad* zerichten hetten *incl. in margine sunt.* [f] *Sequitur* wussten, *oblitt.*
[g] *Sequuntur verba:* on alle vrsach, *oblitt.*
[h] *Sequitur:* verordnet, *oblitt.* [i] *In margine ascriptum.*

[1] I. e. Ewer freunthschafft.

zubekhomen. Demnach ist an E. f. vnser freunthlich bit vnd begern sy wellen alls Ordinarj Jme Canisio sollich[a] sein predigen vnd Curam animarum, Darein Er sich selbs kheinswegs Eindrungen, sonder auf vnser gnedigs[b] vnd beharrlichs anhallten, zue vnderthenigen gehorsam dahin begeben, von vnserte wegen auch freunthlich zuegeben vnd gestatten[c]. Auch daneben .E. ft. denselben[d] alls ainen frumen gelerten Exemplarischen Catholischen man mit gnaden lassen beuolhen sein, das wellen wir gegen E. ft. gantz freunthlich vnd nachperlich in ainem meerer beschulden. Datum In vnser statt Munchen den letzten Februarj Anno 1558.

Iam notatum est supra p. 220, has litteras potius episcopo ratisbonensi (Georgio de Pappenheim) inscribendas fuisse, cum ad hanc dioecesim, non ad passaviensem Straubinga pertineret.

146.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

OFFICIALIBUS SUIS STRAUBINGENSIBUS[1].

Monachio 28. Februarii 1558.

Ex commentario (4°; $^1/_2$ p.); in fine: „An das Regiment zue Straubing." Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 79.

Canisio praesidium, victum, servum, viaticum subministranda esse. Eundem urbis senatui et sacerdotibus serio esse commendandum.

Albrecht etc.

Lieben, getrewen. Nach dem der pfarrer vnd prediger bej Euch muettwilliger freuenlicher weiss on aller vnser [?] vrsach[e] vnd derwegen[f] mit[g] grossem verdacht[h] Jrrischer, verfuerischer leher[i], die sj bissher vnser declarationen zugegen[k][2] getriben, auss vnserm furstenthumb fluchtigen fuess gesetzt vnd aussgetretten. Damit dannoch[l] dise heilige Zeit der vassten[m] biss nach verscheinung der ostern der gotts-

[a] *Quae sequuntur usque ad* dahin begeben *in margine addita sunt.*
[b] *In comm. correctum ex* Ernstlichs.
[c] *Verba* vnd gestatten *supra versum sunt.*
[d] *Verba* .E. ft. denselben *supra versum sunt.*
[e] *Verba* on aller vnser vrsach *in margine addita sunt. Utrum* vnser *postea oblitteratum sit necne, clare non apparet.* [f] *In comm. correctum ex:* derhalben.
[g] *In comm. correctum ex 2 vel 3 verbis, quae oblitterata sunt nec iam legi possunt.*
[h] *Sequuntur verba:* Irer bisher geübter, *oblitt.* [i] *Sequitur* hatten, *oblitt.*
[k] *Verba* vnser declarationen zugegen *in margine sunt.*
[l] *Supra versum scriptum.* [m] *Quinque verba sequentia in margine sunt.*

[1] Cf. supra p. 216.
[2] Albertus annis 1553, 1556, 1557 professus erat se in vetere et catholica religione permanere nec permissurum, ut alia dogmata per ducatum suum spargerentur (*Knöpfler* l. c. p. 4—5. 21—25).

dienst sonderlich aber der predig Stuel wol versehen vnd verricht werd, haben wir den wurdigen hochgelerten vnsern L. g.[1] Petrum Canisium Zeigern dieser[a] dahin verordnet[b], Jn dem allem seinen muglichen vleis furzekheren vnd die Seelsorg Christenlich zuuerrichten, vnd ist derhalben[c] vnser Ernstlicher will vnd meynung das Jr Im Canisio von vnnsern wegen guethen Schutz vnd Schirm halltet, Auch alle nottwendige vnderhalltung, mit ainem diener wie sich ainem sollichen man gebuert vnd wol zimbt, bestellet, vnd zu seinem abzug notturfftige[d] zerung verornden[e] lasset, vnd[f] dem Burgermaister vnd Rath bej euch[g] solliches auch anzaiget vnd stattlich dahin handlet damit Er Canisius[h] von niemandt in seinem ambt vnd Beuelh verhindert werdt[i]. Dessgleichen soll mit den andern briestern vnd Cäplän auch beschehn vnd denselben Durch Euch Ernstlich Einnpunden werden das Sy Ir auf sehen vnd merckhen auf Ine Canisium haben. An dem etc.[2]

Datum Munchen den letsten Februarj Anno 1558.

147.

14. Martii 1558.

Ex „*Sammelblätter* zur Geschichte der Stadt Straubing" Nr. 45 (Straubing 1882) p. 177—178.

Urbis straubingensis senatus impedire conatur, quominus Canisius ibidem per Quadragesimam diebus Iovis contionetur.

In codice actorum senatus straubingensis, qui annos 1556—1559 complectitur, haec scripta cernuntur: „Montag nach Oculi[3] 1558. Predicatur. Nachdem vnnser gnediger Herr Doctor Canisien die Vasten zu prädiciren alhir geordennt, vnd an gester auf der Canntzl sich vernemen lassen, Er wölle den Erchtag vnd Pfinztag[4] auch predigen, Soll Herr B.[5] Prew etlich Herrn zu sich nemen, die F.[6] Regierung alhie desswegen zu ersuchen, die Predig am Pfinztag zu underlassen vnd einem Ersamen Rat kain Verhinderung an deren

---

[a] *Verba* Zeigern dieser *in margine sunt.*

[b] *Quae sequuntur usque ad* zuuerrichten *incl. in margine sunt.*

[c] *Supra versum.*

[d] *In comm. correctum ex:* nott . . . *[iam legi non potest].*

[e] *In comm. correctum ex:* zuestellen. [f] *Sequitur* mit, *oblitt.*

[g] *Quattuor verba sequentia in margine sunt.*

[h] *Supra versum.*

[i] *Sententia sequens usque ad* Canisium haben *in margine est.*

---

[1] Id est: Lieben getrewen.

[2] Significatur ponendam esse clausulam solitam; quae fuisse videtur: „An dem beschicht vnnser haissen"; cf. infra, monum. 151.

[3] I. e. die 14. Martii. [4] Diebus Martis et Iovis.

[5] B. = Bürgermeister. [6] F. = Furstliche.

Lehren[a] [?] zethun. sein geordent B. Prew, Hofmeister, Schwartz, Sigersreiter vnd Statschr[eiber]." [1]

Agricola (l. c. I, Dec. 2, n. 80) asserit senatum affirmasse ius contionatoris in diem Iovis constituendi penes se esse.

148.

WOLFGANGUS VIEPECKH,

cancellarius praefecturae straubingensis,

ALBERTO V.,

Bavariae duci.

Landishuto 31. Martii 1558.

Ex autographo (2°; 7 pp.; in p. 8 inscr. et sig.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 83—86.

Epistulae summarium (parte etiam ad verbum descripta) proposuit *Riess* l. c. p. 243—244; particulam ex Riess deprompsit *Janssen* l. c. IV, 410.

Canisius, ducis voluntati obsequens, Straubingae leniter ac placide contionatur, vir doctus, modestus, pius. Idem, ut Straubingae diutius maneret, rogatus, respondit se ad id paratum quidem esse, sed in caesaris esse potestate, Societatis collegia visere debere, Romam evocari. Cum autem Canisius urbi locisque vicinis, si contionari pergat, multum profuturus sit, nec similis eloquentiae gratiaeque contionator cito ei substitui possit, officiales straubingenses ducem rogant, ut, caesaris auctoritate interposita, eum retineat.

Durchleuchtiger, hochgeborner furst. E. fl. Gn.[2] sein mein ganntz vnnderthenig gehorsam willig dyenst yeder tzeydt[b] mit höchstem vleyss zuuor Gnediger herr. Als ich dise täg zue Straubing gewest, vnd dye pflicht tzum Cantzler ampt geleist[3], wie ich mich dan sonst auch mit allen sachen tzum auftzug geschickht. hab ich daneben hern petro Canisio den befelch, so mir E. fl. Gn.[c] iungstlich tzu Munchen in meynem abschiedt aufgeladen, muntlichen entdeckht. als nemblich, dyewheill woll tzubesorgen, dye gmain tzu Straubing, sey durch der fluchtigen vorgwesten predicanten anweysung wider Catholische cristliche lehr in vill weg nit allein abgefurt sonnder auch gar vast exasperirt vnnd verpidtert, das Er Canisius der wegen sich in seynen predigen guettiger vnnd sanfftmuettiger vermanung vnnd widerweysung gebrauchen wollte (wye Er dan vernunfftiglich woll tzethun wisse:), auf das derselb pefel zue annemmung rechtgeschaffnen vnnderrichts

---

[a] *Sic Samm.* Rechten?

[b] *Olim saepe scribebant:* tzu, tzukunft *etc.: Deutsche Reichstagsakten I (München 1867), LXXII—LXXIII.*

[c] *Tria verba sequentia in margine ascripta sunt.*

---

[1] Is erat Andreas Staudenmair (*Sammelblätter* l. c.).

[2] Id est: Ewer furstlichen Gnaden.

[3] Viepeckh Straubingae cancellarii munus initurus sacramentum dixerat.

vnnd haylsamer bekherung destoeher tzubewegen, vnnd reuocirt werden mug etc. Welcher meyner befolhnen anmhanungen, dye Jme dan hievor auf meyn tzuschreyben, durch herrn vitzdomben tzu Straubing[1] auch angetzaigt, Er sich nit allain ganntz vnndertheniglich bedanckht, sonnder tzum hochsten erpodten, derselben allen müglichsten vleyss nachtzekhomen, mit angehengten vermelden das er bisher, dye klain tzeidt er daselb tzu Straubing den predigstuell versehen, auf vorgedachts herrn vitzdombs ansprach, sonnderbare guette achtung darauf[a] geben hette.

Nachdem ich aber auf meyn ankhonfft tzu Straubing, von herrn vitzdomb vnnd anndern, verstanden, wie woll herr Canisius ettlich wenig predig, khurtze halben der tzeidt, gethan, hab Er doch damit bej meniglich aynen tzimblichen tzuegang vnnd gehör erlangt, allso das aus solchem tzuegang, auch sonst aus ettlichen anndern antzaigen, sich gantz verhofflich zugetrösten. wo Er, als ain gar gelertter beredter man, vnnd der sich sonnderlicher vnnd loblicher beschaydenhaidt auf der Cantzl gebraucht, noch ain tzeydtlang alda verharren, vnnd im predigampt allso furfaren möcht, das sich ayner schier vnuerhofften bekherung des Volckhs vnnd auferpaung cristlichen lebens zugetrösten, hab ich Jne neben anndern röden, angesprochen, Ob Er nit willens, oder tzubewegen wär, ain tzeydtlang alda tzu Straubing ain geduldt tzehaben vnnd tzebleyben, Darauf ich sovill verstanden das Jme sölchs seyner person halber vjlleicht[b] nit zuwider, aber Er hatt mir nachvelgunde verhinderungen angetzaigt, als Erstlich das Er fur sich selb nichts tzubewilligen, sonnder muesst der Rho: Kay: Mt.[2] vnnsers allergnedigisten herrn wjllen vnnd gefallen, wohin Jne dyeselb Jr kay. Maiestet verordnen, ghorsamist gleben, Zum anndern, sey Er prepositus ettlicher aufgerichter Collegien seines ordens, dye geburen Jme gleicher massen, vnnd sonnderlich in Behem, tzu uisitiren: welche visitation er den diser tzeidt am glegensten vnnd auch der notturfft nach tzuuerrichten hette. Tzum dritten wär Er[c] in Jtaliam vocirt vnnd berueffen aynen generall ires ordens zu eligieren, vnnd Jme[d] hierinnen befolhen vor endung des Maij daselbs in Jtalia tzesein. Aus welchen ertzellten[e] vrsachen er ye nichts entlichs schliessen[f], zuesagen, oder vertröstung thun khondte. Doch wo Er diss ordts tzu Straubing vill guetts schaffen khondte, wye ich Jme dan ettlich vmbstende der halber angetzaigt, sey Er darzue willig etc.

Dyewheill dan gnediger furst vnnd herr, zue widerbringung villfeltiger eingerisner ergeruss vnnd verfuerung, auch anrichtung gar

---

[a] *Supra versum scriptum.* [b] *Sequitur* noch, *oblitt.*
[c] *Sequuntur verba* vom ob, *oblitt.* [d] *Supra versum scriptum.*
[e] *Supra versum.* [f] *Sequitur* noch, *oblitt.*

---

[1] Burchardum a Schellenberg. Cf. supra p. 244[4].
[2] Id est: der Rhomischer Kayserlicher Maiestet.

erloschner andacht bey dem gmaynen man, nichts nutzlichers noch furdersamers sein khan, dan solche frumme Erbare vnergerliche gelertte vnnd bescheydenliche prediger. Zum anndern, wo gott der Almechtig, wye on tzweyffl geschechen wirdet, sein gnadt gibt, das tzu Straubung [*sic*] als ayner E. Fl. Gn. hauptstadt [1] was guetts ausgericht, vnnd voriger, durch gweste predicanten wider dye allt Catholische Khirch eingebildter wohn vnnd calunnia, bey denselben Jnwhonern wider abgelaint, gestillt, vnnd dye leutt tzu bössern vnnderricht gebracht, sölchs nit allein daselbs zue Straubing zue auferpaung Cristlichen wesens gedeuen, sonder sich auch villmer in den ganntzen Regimentsgetzirckh [a], vnnd anndern vmbligenden ordten so mit der pfaltz gränitzen [2], dahin sölches erschollen wirdet, auspraydten, vnnd zweyffls on yederman desselben warnemmen wirdett. Furs dritt, das auch hierunder nit wenig tzubedenckhen, Ob herr Canisius seynen yetzigen antzaigen nach, so gar khurtz von dannen verruckhen, das so baldt khain so tauglicher vnnd geschickhter predicant an sein stadt nit zubekhomen, vnnd do ain solcher gleich vor der hanndt, wölcher doch, wye ich Jne tzu tzwayen mal auf der Cantzl gehördt, nit leichtlich tzufinden sein wirdet, ist doch tzubesorgen, Es werde auch ain [b] tzeydt bedurffen, bis derselb gleiche authoritet glauben vnnd gehör bey dem volckh bekhomme. allso das auch dye mutatio vnnd verenderung der predicanten diser gfarlichen tzeydten vnnd bey so schwirigem volckh ganntz mislich. vilmer aber tzubesorgen [c], wo nit sein statt allsbaldt mit so tauglichem, wye er ist, ersetzet [d], das sein geschaffter nutz, baldt wjder verlorn, vnnd tzu vorigem abfall des volckhs vrsach geben werden möcht [3].

Dem allen nach hab ich aus yetzgehordten vrsachen, sonnder getreuer vnnd cristlicher wolmaynung, meyn gehabte conuersation mit Jme herrn Canisio, E. Fl. Gn. Regierung daselbs tzu Straubing furgetragen, von dero ich befelch entpfangen. E. Fl. Gn. das alles vnndertheniglich antzubringen, vnnd in irem namen antzutzaigen, das Jr vnderthenig bedenckhen, wo E. Fl. Gn. durch mugliche mittl fursehung thun khondte vilbemellten herrn Canisium [e] noch ain tzeidt vnnd wo nit lenger, doch nur bis auf pfingsten tzu Straubing tzubehallten. Das daraus vill guetts ervolgen, vnnd cristlicher verstandt

[a] *Novem verba sequentia in margine ascripta sunt.* [b] *Supra versum.*
[c] *In margine additum.* [d] *Sequitur* tzubesorgen, *oblitt.*
[e] *Supra versum scriptum.*

[1] Ducatus Bavariae ex quattuor constabat praefecturis („Rentämter"); e quibus erat praefectura straubingensis; cf. supra p. 223[5].

[2] Palatinatum superiorem dicit. Otto Henricus, elector palatinus, mense Martio anni 1556 edixerat, ut omnes sibi subiecti protestantium doctrinam amplecterentur (*Janssen* IV, 40).

[3] Hunc timorem vanum non fuisse, eventus ostendit.

vnnd Religion verhofflich zue meniglichs pösserung angericht werden möcht. Dyewheill ich dan erst in diser stundt erfaren das dye Rho: Kays: Maiestet bey E. Fl. Gn. an gestern ankhumen heutt dises tags tzu Jnglstadt verharren soll. vnnd den wye obstett herr Canisius sich furnemblich auf Jr Kay: Maiestet referirt dero gnedigisten wjllen tzu gehorsamen, hab ich aus vnndertheniger gehorsamer wolmaynung disen eylenden podten von hieaus tzu E. Fl. Gn. abfertigen, vnnd derselben solches alles wye obertzellt, antzaigen wöllen, dye werden irem hohen furstlichen verstandt nach hierinn weydter[a], was tzu disem hochnottwendigen werckh furdersam sein mag. gnediglich tzuuerordnen, vnnd furtzenemmen wissen.

mit ganntz vnndertheniger bitt, mir diss meyn eylendt vngeschickht schreyben mit gnaden auftzunemmen, dan solch eyll in sonnderhaidt aus der vrsachen gebraucht, ob villeucht E. Fl. Gn. gnediglich bedacht dye hochstvermellte Kays: Maiestet, von merers ansehens wegen, selb persondlich des herrn Canisij halber antzusprechen. thue mich derselben E. Fl. Gn. hiemjt ganntz vnndertheniglich beuelhen. Datum tzu Lanndsshuett vltima Martij Anno MDLviij

E. Fl. Gn.

vnndertheniger

Wolffgang viepeckh.

D.[1]

DEm durchleuchtigen Hochgebornen Fursten vnnd herrn, herrn Albrechten pfaltzgrauen bey Rhein, hertzogen in Obern vnnd Nidern Beyern etc. mein gnedigen herrn.

Inscriptioni huius epistulae altera manu eiusdem temporis adnotatum est: „Herr Canntzler von Straubing. schreibt des Herrn doctor. Canisij halber . etc. Hierauf hat vnnser gnediger Furst vnd Herr . etc . die Rö. kay: maiestet ytz alhie Jn Jnglstat desswegen anbegert, vnnd ist allso gedachtem Herrn Conisij [*sic*] von Jrer kay. Maiestet geschriben worden, vermög hie Innligender Copei. welchs dem Cantzler mit einsliessung einer abschrift des kaiserlichen Briefs der Ime auch zugesant . ain wissen gemacht worden ist. Actum Jnglstat den 1 tag April 1558.“ Vide supra p. 237—238.

149.

A die 25. Martii ad 7. Aprilis 1558.

Canisius Straubingae de Beata Maria Virgine, passione Christi, altaris sacramento contionatur. Queritur Germanos de rebus fidei quam maxime dissentire.

In codice canisiano „Scripta B. P. Canisii X. M“ (4°; ff. 89 non sign.), in quo complures fasciculi, iique diversis temporibus scripti, sine ordine conglutinati sunt, tres supersunt contiones a Canisio

[a] *Sequuntur verba:* vnnd tzu, *oblitterata.*

[1] Id est: Doctor.

feriis III. et IV. hebdomadae maioris et mane „feria V. in Coena Domini“ de altaris sacramento habitae, quibus, quae ecclesia de sacramentorum natura, de Christo in eucharistia praesente et in eadem adorando, de consecratione, de sacra communione sub panis tantum specie laicis danda etc. docet, proponuntur et contra protestantes defenduntur. Has Canisius socio cuidam vel famulo suo germanico sermone fere ad verbum dictavit et postea ipse recognovit, multis rebus partim germanice, partim latine ascriptis et emendatis. Quibus sermonibus cum annus ascriptus non sit, eos Straubingae a Canisio habitos ideoque diebus 5., 6., 7. Aprilis 1558 assignandos esse haec verba ostendunt, quae in secundo sermone leguntur (l. c. f. 75ᵇ—76ᵃ): „Ein jder wil sich des gutten schemen, den gots dienst lassen mir ye lenger ye mer abghen wie offenlich vnd mercklich hie zu straubigen grosse verenderung geschehen sein in kurtzen Jaren. We denen die schultig daran sein. man sicht am pfingstag [1] wol in der Procession, was vor glaub vnd andacht hie zu straubingen sey.“

In exordio contionis 5. Aprilis 1558 habitae Canisius asserit, et sibi, et aliis multis visum esse, Christi passione ad tempus omissa, iam de altaris sacramento agendum fore.

In contione mane „feria quinta in Coena Domini“ habita dicit, se ad passionem domini eodem die vespere rediturum esse. In eodem sermone Canisius, postquam primorum Christianorum „cor unum et animam unam“ fuisse ostendit, sic in dicendo pergit: „Wie aber jtzund bey vns? Do ist bey den Christen kein enigkeit . . ., einer wil hie auss der dort, Ein yder wil weisser sein dan der ander, keiner weichet balt, so vil derffer vnd marckte, so vil glauben, sie wellen alle disputiren vnd zancken vom glauben, dem einen wil fasten nit gefellig sein, der ander streit wider die beicht, der drit wil gott allein beichten, der vierte hat mangel an der mess, der funffte mochte zwey, drey, oder vier sacrament, Darneben bey einem ygleichen Sacrament hat er sein eigen beduncken, Der sechte der verendert so offt seinen glauben so offt er newe bucher list, vnd newe prediger hᵒrt. Summa ich halts darfur das vnder der sunnen kein leichtfertiger, vnbestendiger, vnd wanckelmutiger volck sey ytzunder [a] dan mir vollen vnd dollen Deutschen, vnd ye lenger ye onchristenlicher rotten, secten, vnd schwirmer annemen, was aber vns meer zu fleischlicher freyheyt vnd dem alten adam gemesser ist, das heist vns gottes wort vnd das Euangelium.“

---

[a] *In comm. iterum:* vnder der sonnen.

[1] Pfinztag = feria quinta, dies Iovis (*J. A. Schmeller,* Bayerisches Wörterbuch I [2. Ausg., München 1872], 437—440). Canisii librarius in margine: „Die Jouis.“ Haec Canisii verba ostendere videntur Straubingae tunc morem fuisse, ut sacra eucharistia feriis quintis (Quadragesimae vel totius anni) in „processione“ circumferretur.

In eodem codice pars contionis, quam Canisius „Dominica Palmarum“ (3. Aprilis) anni 1558 Straubingae habuit, superest; atque etiam sermones in festum diem „Annuntiationis Beatae Mariae Virginis“ et in „Dominicam Passionis“, in eiusdem codicis primis foliis scripti, ad eundem annum spectare ac proinde 25. et 27. Martii 1558 Straubingae habiti esse videntur; prior sermo (prima pars deest) de evangelio diei, Beatae Virginis dignitate, salutatione angelica pie recitanda est; in alterius sermonis priore parte evangelium diei exponitur; altera pars deest, nisi hanc partem ea constituunt, quae in codice nostro de paenitentia ac maxime de sacra confessione (eadem manu, de qua supra p. 816, scripta, longe tamen a priore illa parte disiuncta) exstant.

150.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

ANDREAE PREW,

straubingensis fisci sui quaestori et consiliario suo.

Monachio sub 22. Aprilis 1558.

Ex commentario, cui in fine adnotatum est: „An Renntmeister zue Straubing.“ Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I.“ f. 75.

Mandat, ut Canisio Straubingae diligenter et prospere contionanti 50 aurei honorarii nomine dentur.

L. getr. [1]

Nach dem der wurdig hochgelert vnser lieber andechtiger Petrus Canisius dise vassten vnd noch biss auf pfingsten schirist das Predigambt bej vnser statt Straubing Christenlich, mit allem vleis vnd wie wir bericht, mit guethem frucht versicht, vnd Er nach verscheinung der Pfingsten, oder wo Er mitler weil[a] ghen Rom abgefordert wurde, hinweg ziehen wurdet, damit Er diser seiner mühe vnd arbeit gebürliche Ergetzlicheit Enntpfahe Ist vnser beuelh das Du Im zue ainer gnedigen vereerung von vnsert wegen zue stellest vnd gebest 50 goldt Cronen[b]. Die sollen dir in deiner ambts Rechnung gegen furlegung dises vnsers beuelhs fur ain richtige aussgab auffgehebt vnd guet gemacht werden.

An dem etc. Datum A. 1558.

Ex epistulis Canisii 28. Aprilis 1558 ad Schweickerum et 29. Aprilis 1558 ad Albertum ducem datis patet has ducis litteras sub diem 23. Aprilis Monachio Ingolstadium ad Canisium, qui eas Straubingam afferret vel mitteret, esse missas, ab ipso autem Augusta Vindelicorum 29. Aprilis duci remissas esse eo, quod nullum laboris praemium a duce accipere vellet; vide supra p. 266—267. 270—271.

[a] *Duo verba sequentia in margine ascripta sunt.*
[b] *Correctum ex:* thaler.

[1] Id est: Lieber getrewer.

151.

ALBERTUS V.,

Bavariae dux,

ANDREAE PREW,

quaestori suo straubingensi.

Monachio 16. Maii 1558.

Ex archetypo (2°; 1 p.; in p. 4 sig.; ea folii alterius pars, in qua inscriptio posita erat, abscissa est). Cod. monac. „Scriptt. coll. Ing." f. 68.

Epistula usus est *Riess* l. c. p. 250.

Canisium pecuniam pro laboribus suis accipere nolle. Carmelitis, quae pro ipso expenderint, rependenda esse.

Albrecht Herzog etc.

Lieber getreuer, Wir haben dir verschiner täg beuolhen, dem Wirdigen hochgelerten. vnnserm lieben andechtigen Petro Conisio. [*sic*] von seiner müe. vnnd Arbait wegen, in vnnserm namen fünfftzig Golt Cronen zuuereren.

Weil er aber dieselben nit annemen will, vnnd vnns derhalben ein ausfüerliche enntschuldigung zugeschriben [1], lassen wirs dabej bleiben, Aber damit dannoch der vncosten. so auf gedachten Canisium zu Straubing in vnnserm Carmeliten Closter mit der vnnderhaltung aufgeloffen, enntricht vnnd betzalt werd. wie billich, Jst vnnser mainung. dass du mit dem Prior [2] dess Closters abrechnest. vnnd dich mit Jme nach gebürlichen dingen vergleichest. solchen vncosten enntrichtest, vnnd bezalest. der soll dir widerumb in deiner Ambtsrechnung guetgehaissen, vnnd aufgehebt werden, an dem beschicht vnnser haissen, Datum München. den XVj. May. Anno M.D.Lviij.

152.

22. Iulii 1558.

Ex apographo eiusdem temporis, a Sociis ingolstadiensibus ad Lainium misso.

Straubingae bonus parochus constituitur et haeretici compescuntur.

Henricus Schweicker, ducis secretarius, P. Thomae Lentulo S. J., collegii ingolstadiensis rectori, Monachio 22. Iulii 1558 haec, praeter alia, scripsit: „Straubingensibus iam pastor est designatus uir ualde doctus exemplaris et catholicus, qui Episcopo Ratisponensi [3] erat a contionibus: illis etiam et omnibus alijs subditis sub seuerissimis poenis mandatum est ne ad alia sacra extra Ducatum, aut suam parochiam

---

[1] Cf. supra p. 270—271.

[2] P. Leonardo Gamma (Gamman); vide supra p. 233. 265.

[3] Georgio de Pappenheim.

conueniant etc. Sunt illi de Ciuitatis consilio praecipui et haeresum authores huc uocatj, ut officij ab ipso Illustrissimo principe admoneantur, pastor etiam consilio principis ascriptus ut maiorem authoritatem habeat."

Cf. supra p. 242[7]. 268—272. 282—285. Anno 1558 parochus straubingensis constitutus est magister Paulus Windisch, e Schwandorf ortus et Ratisbonae sacris initiatus (*L. Westenrieder,* Historischer Calender für 1801 [München 1801] p. 213 ad 215).

153.

Aestate (mense Augusto vel Septembri?) a. 1558.

Ex *Sacchino,* Can. p. 146; qui epistula archetypa usus esse videtur.

Canisii abitu res religionis Straubingae in deterius commutatae sunt. Canisii virtus.

„Ingolstadianus Rector" P. Thomas Lentulus S. J. Ingolstadio aestate (mense Augusto vel Septembri?) a. 1558 Sociis romanis scripsit: „Miseri Straubingenses nunc decipiuntur abrepto a nobis Patre Canisio, qui non mediocrem laudem apud Deum, et homines illic emeritus est, Haereticorum malleus, Firmamentum Catholicorum; portus, praesidiumque Germaniae, quem doleo abesse ab illa Ciuitate, cuius casum, et interitum lugent omnes, qui Germaniae tranquillitatem, pacemque exoptant, et precantur."

Complures Straubingenses post Canisii profectionem ad Lutheranismum redisse testatissimum est (*Fr. Wimmer,* Probestellen aus einer Geschichte Herzog Albrechts V. von Bayern, in „Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte" VII (München 1846), 51.

E.

MONUMENTA VINDOBONENSIA CANISII.

154.

FERDINANDI I.

DIPLOMA, IN GRATIAM CANISII CETERORUMQUE SOCIORUM DATUM.

Vindobona 6. Septembris 1558.

Ex apographo, quod cum archetypo collatum a se esse et omnino concordare, „in Caesareo Societatis Jesu Collegio Prage die 13 Maij Anno 1.5.74" nomine subscripto et sigillo apposito testatur „Nicolaus Diuina gratia Abbas Monasterij B. Mariae Virginis, ac Sancti Caroli in Noua Ciuitate Pragensi canonicorum regularium Diui Augustini." Apographum hoc eodem anno 1574 Romam ad praepositum Societatis generalem missum est; nunc autem exstat in cod. „Aust. Fund. Coll. II." f. 159—160.

Alterum apographum est Oeniponte in archivo caesareo (Statthalterei-Archiv), „Jesuiten-Acten", cod. „Urbar. Docum. lit. A." f. 50—51; quod apographum cum

archetypo consonare Christophorus Ebnerus, notarius et cancellariae aulicae oenipontanae registrator, Oeniponte 5. Februarii 1597 testatur.

Tertium apographum, quod eodem tempore atque ipsum archetypum factum esse videtur, exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae (Haus-, Hof- und Staatsarchiv), cod. „Ferdinandi I. Privilegia ab a. 15 de Anno 1548 usque 1558 incl.: 7" f. 297.

Litteris hisce usus est *Socher* l. c. p. 70.

Ferdinandus omnibus sibi subiectis praecipit, ut P. Canisium et P. Victoriam atque omnes, quos ipsi miserint, Socios in omnibus ecclesiis sinant libere, sicut a sancta sede ipsis concessum est, contionari, sacramenta administrare, alia caritatis opera exercere. Societatem religioni iuvandae et imprimis iuventuti erudiendae insignem operam navare.

FERDINANDVS Diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae, etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc. Marchio Morauiae etc. Comes Tyrolis etc.[a] Recognoscimus, et notum facimus tenore praesentium vniuersis. Quod cum honorabiles, religiosi, deuoti, nobis dilecti .N. fratres Societatis nominis IESV nobis exhibuissent certas quasdam literas et priuilegia aliquot Summorum Pontificum, per quae illis erat concessum, vbique terrarum et locorum concionari, Sacramenta administrare, et alia pia atque charitatis opera exercere[1], humilime nobis supplicando, vti[b] huiusmodi literas et priuilegia dignaremur clementer ratificare, et approbare[c] ita quod iuxta eorundem concessionem in nostris quoque Regnis et Prouincijs, adeoque non modo in hac Ciuitate nostra Vienna et in Ciuitate nostra Pragensi, vbi iam collegia instituta habent, verum in alijs etiam Ciuitatibus, terris et locis nostris officio suo Ecclesiastico fungi valeant, tam concionando quam Sacramenta administrando, aliaque charitatis opera exercendo. Nos sane animaduertentes eiuscemodi humilia et pia postulata fratrum dictae societatis spectare ad gloriam ac[d] laudem diuini nominis, et ad perpetuam fidelium nostrorum subditorum salutem, quam nos omni loco et tempore promouere et propagare decet, non potuimus equidem tam pia atque salutaria dictae societatis instituta benigno nostro fauore destituere, praesertim cum omnino sperandum videatur, eandem[e] societatem sanitate doctrinae suae, ac honestae uitae exemplo imposterum quoque in vinea Domini non minorem fructum aedituram, quam hactenus aedidit, consyderato singulari eius ad iuuandam religionem ardore, atque eximia fide, cura ac sollicitu-

[a] *Apogr. vind. habet tantum:* FERDINANDVS etc.
[b] vt *apogr. oen.* [c] *Apogr. vind. om.:* et approbare.
[d] et *ap. oen.* [e] dictam *ap. vind.*

[1] Litteras apostolicas certe exhibuerunt, quas Paulus III. Roma 3. Iunii 1545 et Iulius III. Roma 22. Octobris 1552 dederunt (*Institutum* Societatis Iesu I, 10 ad 11. 28—31).

dine in erudienda iuuentute in bonarum literarum, virtutis et pietatis studijs. Quocirca mandamus atque committimus per praesentes firmiter ac serio vniuersis et singulis Praelatis, Comitibus, Baronibus, Militibus. Nobilibus et Jgnobilibus, Locumtenentibus, Prouincialibus[a], Capitaneis, Praesidibus, Vicegerentibus, Marescalcis, officialibus, Magistris ciuium, Judicibus, Consulibus, ac[b] quorumcunque locorum et communitatum Rectoribus, ac quibuslibet demum subditis nostris ac fidelibus dilectis, praesertim ijs, qui magistratum gerunt. et uel nostro nomine ac loco iuris et[c] iustitiae administrationem exercent, vel propriam iurisdictionem habent, vt permittant et sinant non modo Prouincialem dictae Societatis per Germaniam et Bohemiam honorabilem, religiosum deuotum nobis dilectum Petrum Canisium Sacrae Theologiae Doctorem aut substitutum eius Doctorem Victoriam, verum etiam quoscunque alios eiusdem societatis fratres eius rei a superioribus suis facultatem et literas patentes desuper[d] expediendas[e] habituros, passim in omnibus Regnis ac[f] Prouincijs nostris haereditarijs libere, tuto, secure et absque ullo impedimento seu molestatione in quibuslibet Ecclesijs verbum dei concionari, sacrosancta sacramenta administrare, pueros et pauperes docere, et reliqua omnia pietatis officia exercere, sicuti[g] dicta societas pie vbique facere consueuit, nullo pro huius modi laboribus a quoquam praemio accepto, dummodo tamen hac occasione iura aliorum collegiorum, parrochiarum, et Ecclesiarum nullo modo turbentur, molestentur, aut opprimantur, quae scilicet eis salua et illaesa permanere debere per praesentes statuimus, decernimus, et pronunciamus. Quas dedimus manu nostra subscriptas et sigilli nostri impressione munitas in ciuitate nostra Vienna[h], die sexta mensis Septembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo octauo, Regnorum nostrorum Romani, Vigesimo octauo, aliorum vero Trigesimo secundo.

Ferdinandus. Ad mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium

Vidit Jonas[i]. M: Singkhmoser.

Has Ferdinandi I. litteras Maximilianus II. imperator rogatu collegii vindobonensis et „attendens eiusdem societatis syncerae deuotionis affectum, et laudabilem Vitae, ac Religionis obseruantiam", ac „praecipue ob diuini cultus augmentum. qui in eadem societate continue peragitur", litteris Vindobona 20. Septembris 1568 datis denuo confirmavit; quarum *apographum paulo post ipsas scriptum penes Societatem exstat.

---

[a] *Suppletum ex app. vind. et oen.; in ap. nostro haec vox legi vix potest.*

[b] et *ap. vind.* [c] et *suppletum est ex app. vind. et oen.*

[d] *Sic app. vind. et oen.;* super *ap. nostr.* [e] expediandas *ap. nostr.*

[f] et *ap. oen.* [g] quae sicuti *ap. vind.*

[h] *In ap. vind. sequuntur verba:* die .6. Septembris Anno 1.5.58°, *reliqua omnia omissa sunt.*

[i] *Haec duo verba ex ap. oen. descripta sunt; in ceteris app. desunt.*

155.

Anno 1558.

Ex libro „Encyclopaediae, seu Orbis disciplinarum, tam sacrarum quam prophanarum, Epistemon: *Pauli Scalichii* de Lika, Comitis Hunnorum, et Baronis Zkradini, S. T. Doct.“ etc. (Basileae 1559) p. 681—684.

Scalichius docet: Dominicanos, Iesuitas, Canisios apud pontificem inquisitores et delatores agere. Canisium a Maximiliano rege, ut in protestantes inquireret, petisse atque et regem et Phauserum, contionatorem eius, calumniatum esse. Iesuitas eorum, quibus „exercitia spiritualia“ tradiderint, peccata omnia, nisi hi eorum Societatem ingrediantur, patefacere. Canisium eiusque sodales episcopatus recusare, ut maiores assequantur honores opesque. Eos iam caesari, ducibus, episcopis imperare.

Paulus Schalich de Lika, croata, paulo postquam sacerdotio et ipsa fide catholica abiectis Vindobona Tubingam ad Lutheranos aufugit, inde 24. Iulii 1558 „Epistolam ad Romanum Antichristum“ dedit, qua, praeter alia, haec ad summum pontificem (Paulum IV.) scribit:

Ecclesia Astaroth[1], seu Diaboli, qui est Princeps defluens, et corruens, suoque inclusus ergastulo[2], regitur criminatoribus et exploratoribus. Ista ecclesia est tibi ualde communis. nam habes inquisitores Dominicanos illos monachos, Iesuitas, Canisios, Staphylos, et reliquam turbam: quae nihil est quod ad te perfecte non deferat. . . .

Deinde simulata haec tua sanctitas scatet in nouis istis tuis hypocritis, quos Iesuitas nominas. Sic enim importuni sunt, adeoque temerarij, ut et eam causam quae tota tua est, sua imprudentia potius detegant, quam abscondant. Quid enim profuit, quod Petrus Canisius Iesuita, magna temeritate apud Principem illum Christianissimum MAXIMILIANVM, Regem Boemiae, et summa importunitate institit, pro inquisitione facienda in Christianos? quasi rem magnam ille esset praestiturus, si Christianos persequatur: cum MAXIMILIANVS nil aliud quam Christum sapiat[3]. Qui cum renuisset suum patrocinium, Canisius tunc Augustam ad parentem pii Regis scripsit, et multa tum de pio principe MAXIMILIANO, tum de Phausero concionatore dignissimo, iniquissime sparsit. An non hac ratione, o Antichriste, omnia statim innotescunt? quae postquam innotuerunt, ab omnibus respuuntur: haec omnes uitant. . . .

---

[1] Cf. Iud. 2, 13; 1 Reg. 12, 10 etc. „Astaroth“ in „interpretationibus nominum hebraicorum“, quae veteribus „Vulgatae“ editionibus additae sunt, sic exponitur: „ovile vel factura exploratorum“.

[2] „Diabolus defluens uel deorsum: grece autem dicitur criminator aut clausus in ergastulo“: „Interpretationes“ etc. in „*Biblia* impressa Venetijs per Franciscum renner de hailbrun .M.CCCC.LXXXIII.“ f. T 5ᵃ.

[3] Haec si vere scripta sunt, dicendum erit Canisium sub initium anni 1555, cum iam dioecesis vindobonensis administrator a Iulio III. ad tempus constitutus esset, Maximilianum, ut a protestantibus et maxime a Sebastiano Phausero, contionatore suo lutherano, caveret eorumque conatus reprimeret, vel coram vel per litteras monuisse. Cf. *Can.* Epp. I, 524—530.

Illud quoque in ista secta tua Iesuitana aduertendum est, quod illa quae uocat exercitia, singulis concredunt: id sane non nisi occulte et prouectioribus fidendum est. Cum enim ordiuntur haec ipsa exercitia, praemittunt Dominicam orationem, et salutationem angelicam, ut uideantur Christiani. Deinde per aliquot dies postulant scripta omnia peccata, a cunis commissa, quae tandem per octiduum examinant: tum demum scenam incipiunt. a partu Christi, et ad mortem ipsius usque procedunt, omnesque daemones dies noctesque contemplandos proponunt. Postremo suadent et persuadent, ut exercitatus (ut vocant) assumat societatem Iesuitarum. Quod si quis renuerit, statim peccata conscripta opponunt, seque omnibus ea patefacturos minantur: atque ita pauci sunt, qui exaggeratione illa peccatorum, praesertim si grauiora fuerint, in istam tuam societatem non pertrahantur: et qui emanent, perpetuo diffamantur, ubicunque fuerint, ac pudore quodam et uerecundia perpulsi, aut redeunt petituri gratiam, et societatem recepturi: aut perpetuo latitant, et conspectum hominum plane fugiunt. Eam imposturam quidem instituisti per Ignatium, praepositum istius comoediae tibi commodissimum. Tuum tamen est, ut eos moneas, et instituas cautius hac nequitia uti. multi enim ex hac scena histrionica prosiliunt: et dum patefiunt peccata ipsorum per tuos istos Atlantes, proprie ipsa impostura Templariorum ostenditur, et risui atque cachinnis omnium exponitur. Itaque haec impostura est illis patefacienda duntaxat, qui eam perferre possunt: et pro diuersitate ingeniorum diuersae artes adhibendae, et omnes commoditates indagandae, quibus tua turba augeatur. Nec dubito quin ultima sit haec tua secta Iesuitarum, qua sub nomine CHRISTI, ipsos Christianos decipis, et ad tartarum tecum trahis. ita hunc ordinem uigere sola hypocrisi et adulatione oportebit. Item operaeprecium est, ut parua fugiant, quo maiora consequantur.

Quid est, si Episcopatum quis ex istis ambiat? quid inter tantos? contemnat potius has exiguas dignitates [1]. Hic enim est uerus ordo, haec est uera uia, qua ad suprema fastigia huius seculi conscenditis. Nam conciliabitis uobis sanctitatem, et simulatam pietatem, uitaeque integritatem fictam apud homines: qua non modo in uestram sententiam pertrahentur, uerumetiam patientur se a uobis regi et gubernari, ac omnes ex uestro consilio pendebunt. Quem tu alium modum putas, quo Antichristianismus emersit, quam hunc? hunc certe totius Papatus fundamentum esse assero . hac enim ratione Principes deuincti, bona multa tuae Ecclesiae donarunt, ac una suam ipsorum libertatem

[1] Scalichius P. Claudium Iaium, qui a. 1546 episcopatum tergestinum a Ferdinando I. sibi oblatum recusavit, maxime autem Canisium significat, qui ab eodem rege, ut vindobonensem episcopatum acciperet, ter expostulatus (1553 ad 1556) constanter renuit (*Polanci* Chronicon I, 179—181. *Can.* Epp. I, 47. 332. 756—760).

amiserunt, gladioque proprio iugulati sunt. Non dissimili ratione haec tua secta Iesuitarum ad magnos honores deuenit. Pauci enim anni sunt, quod tuo iussu ab Ignatio instituta sit: nec uigesimum excedit, quod Romae mendicando uixerit. At quaeso uideas ubi nunc sit?

Ab ista regitur Pius Caesar. Nam si quid seuerius exercet in Christianos, non ex se, sed ex hac tua secta habet: ab ipsa Cusmannus et Ionas, ab intimis consilijs boni Caesaris, pendent[1]: ab ista Episcopi, Archiepiscopi, et tota rasa tua cohors gubernatur: istius autoritate Staphylus tuus seruus effectus est. Hic, o Antichriste, aduertas, quod tertio te iam deceperit: nec aliam ob causam Christianos deseruit, quam quod apud te optima deprehendit mundi oblectamenta, ipsa nimirum tela ultima tuae prouinciae. Nam quos non potes aliter pertrahere in tuam sententiam, opimis beneficijs allicis. Caue igitur, ne rursus tibi imponat: sed una cum reliqua caterua Sodomitarum et Gomorraeorum, autoritate huius tuae sectae detineatur: ab hac enim et plurimi Duces pendent. Videas ergo, o Antichriste, quorsum isti ex puluere euecti sint? ut et Caesari et Regibus plurimis, et Ducibus, Regnis atque Prouincijs et ciuitatibus imperent. . . .

Scalichio fidem nullam adhiberi posse, utpote qui non solum catholicorum spem fefellerit, sed etiam multis protestantibus, et maxime Alberto, Borussiae duci, turpiter imposuerit, nunc omnes fatentur. Quem tamen ante mortem resipuisse videri iam notavimus in *Can.* Epp. I, 471[1].

156.

(Inter annos 1559 et 1562.)

P. GEORGIUS SCHERER S. J.[2]

P. FERDINANDO ALBER S. J.,

collegii vindobonensis rectori.

Lentia (Linz, Austriae superioris) 29. Novembris 1604.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 2 inscr. et particulae sig.).

Epistula usus esse (haud ita tamen accurate) videtur *Boero*, Can. p. 401. Quem secutus esse videtur *Riess* l. c. p. 515.

Canisius Vindobonae in precatione cum Deo luctatur. Conscientiam diligenter perscrutatur. A Ferdinando I. consulitur. Magni habetur.

---

[1] Martinus Gusmanus (Guzmán) regio cubiculo praepositus, Iacobus Ionas consilii aulici vicecancellarius erant (*Can.* Epp. I, 427. 473. 474. 483. 620—621. 748 etc. *Turba* l. c. III, 22. 25 etc.).

[2] De praeclaro hoc viro vide supra p. 559. P. Ferdinandus Alber, cum annis 1585—1600 Societatis praepositus provincialis primum per Germaniam superiorem, deinde per Austriam fuisset, anno 1608 Claudio Aquavivae, praeposito generali, „assistens" pro Germania adiunctus est.

Reuerende pater

Pax Christi

Quod ad Patrem Petrum Canisium piae et sanctae memoriae, attinet, agitur iam, ni fallor, quadragesimus quartus annus [1], quod Viennae in Collegio cubiculi ipsius curam habuerim, Sed diuturnitate temporis pleraque memoriae exciderunt. Hoc unicum semper haesit in corde meo et adhuc haeret, quod uidelicet semel curiosius per foramen serae cubiculum ipsius introspiciens, ut scirem quid sibi uellent clamores, qui personabant in auribus meis, uidi et audiui patrem Canisium flexis genibus instar Patriarchae Abraham cum Deo in oratione feruenter et cum uocis contentione colloquentem, clamantem et disputantem [2], imo tanquam Iacob cum Angelo luctantem [3]. Tunc ego tacitus mecum loquebar: in hanc litem siue controversiam, quae patri Canisio cum Deo est, ego me non intromittam, ipsi component rem absque me, sic ego tunc iuuenis iuueniliter discurrebam. Inde tamen Conjecturam sumere licuit, Canisium non solum fuisse coram hominibus magnum Oratorem in saeculari eloquentia, sed etiam magnum Oratorem et Exoratorem coram Altissimo.

Incidi etiam in chartas quasdam, in quibus diligenter Canisius notauerat etiam cogitationes suas quas toto die habuit, qua in re ostendit summam diligentiam in examinanda conscientia.

Inueni etiam literas multas Caesaris Ferdinandi, quibus ipsum Canisium in negotijs grauissimis consulebat, imo deferebat ipsi magna instantia Episcopatum Viennensem, nescio an etiam Labacensem [4]. Praeterea ipse Canisius fuit Viennae et in tota Austria in magna existimatione et authoritate. Sed haeretici eum cane et angue peius odio habuerunt. Datum Lintzii in vigilia S. Andreae an. 1604

Georgius Scherer.

Reuerendo in Christo patri p. Ferdinando Albero Collegij Societatis Iesu Rectori Viennae.

---

[1] Haec ostendunt ea, quae sequuntur, fere inter annos 1559 et 1562 acta esse. Constat Schererum exeunte a. 1559 Societati Iesu nomen dedisse (*Cod. „Annal. Vienn.“ f. 9^a; cf. supra p. 559). Canisius mense Maio anni 1560 Vindobonae morabatur (vide supra p. 637).

[2] Cf. Gen. 18, 20—33. [3] Cf. Gen. 32, 23—30.

[4] Sedem labacensem Urbanus Textor ab anno 1544 ad 1558 et Petrus a Seebach a 12. Octobris 1559 ad annum 1571 tenuerunt (*Gams,* Series Episc. p. 283). Ea igitur sedes, si Canisio a Ferdinando I. oblata est, inter a. 1558 et 1559 oblata est; cum autem eius rei vestigium in monumentis eiusdem temporis non appareat, Schererum memoria lapsum esse censeo.

F.

MONUMENTA POLONICA CANISII.

157.

P. THEODORICUS AEMSTERODAMUS S. J.

P. LUDOVICO CONSALVIO,

praepositi generalis S. J. pro Lusitania „assistenti".

Ariminio[1] 29. Augusti 1558.

Ex autographo (2° min.; 2 pp.; in p. 4 inscr. et particulae sig.). Cf. supra p. 302.

Iter, quo nuntius apostolicus, in Poloniam destinatus, Canisio et Aemsterodamo comitibus, ex Italia in Germaniam tendit. Nuntius Canisium diligit eique peccata confitetur. Canisius eucharistiam ad aegrotum defert. Amici Societatis. Eiusdem constitutiones typis descriptae. P. Natalis. Socii germani in varias regiones profecturi.

.... Septem dierum equestre iter Pisaurum[2] vsque, duodecim dierum quiete resarcijt nobis Dominus, atque ita rectissime Laus Deo valemus omnes. Dum literas Roma expectamus, ipso S. bartholomaei festo, (quod Pisauri etiam 25 Augusti celebratur)[3] familiae suae V.[4] Eucharistiam porrexit ipsemet Reuerendiss. Episcopus[5], Reuerendi P. Canisij instinctu, qui mirum in modum illi gratus est et familiaris, et ob hoc diligentissime curatur, quod in causa spero fore vt quam optime valeat semper. Exceperat Reuerendiss. confessionem Reuerendus P. Canisius, Magister domus confessus erat mihi, reliqui autem aliunde sibi confessarios quaesierant, sed tempus veniet in Germania vt omnes nobis confiteantur, et quidem frequenter vt confido, saltem in menses singulos. Eodem die P. Petronij Pater Fredericus Petronius confessione peracta cum R. P. Canisio, etiam de manibus ipsius V. Eucharistiam domi suae suscepit, quippe qui gutta (vt vocant) laborans domi se semper contineat. . . . Quia frustra expectabamus literas Pisauri, Ariminum nauigio profecti sumus[6] festo S. Augustini[7], commodius illic expectaturi in aedibus cuiusdam Joannis Antonij, qui est in nostro comitatu: caeterum Dominus voluit, vt hodie Romanus nuncius omnia adferret, adeo vt crastino die nauim simus fauente Domino conscensuri. Arimini multum populum Societas nostra habere videtur. Jnprimis M. Joannes baptista Modestus Canonicus qui Romae

---

[1] De Theodorico Gerardi sive Aemsterodamo et de civitate „Rimini" vide supra p. 301. 303. 309. [2] Pesaro; v. supra p. 301. 302.

[3] Festum S. Bartholomaei apostoli Romae 25. Augusti, in reliquis ecclesiis fere 24. Augusti agitur. [4] I. e.: Venerabilem.

[5] Camillus Mentuati, episcopus Satriani et Campaniae, a Paulo IV. in Poloniam missus; vide supra p. 295. 301.

[6] Per mare hadriaticum. [7] Die 28. Augusti.

in familia Reuerendiss. Tranensis[1] degebat, totus noster est. Febribus laborantem inuisimus, et plurimum se Reuerendo P. Praeposito, uobis, et toti adeo Societati commendari exoptat. Nostros omnes huc venientes benignissime excipit, et porro pergentibus, Pisauri assignat pro hospite Fredericum Petronium apud quem diuersentur. . . Summo autem studio [Reuerendus P. Canisius] contendit a te Reuerende P. et ego quoque, vt quam ocijssime impressas Constitutiones Societatis ad nos transmittas, et frequentibus tuis literis saepe nos in Germania et Polonia consolari et confortare digneris. . . . Duo praecipue scire cupit P. Canisius ex proximis[a] [?] literis paternitatis tuae: Primum quando in Germaniam venturus sit Reuerendus P. Natalis quod quam citissime fieri cupit et sperat. Alterum vero, qui et quot cum Patribus nostris in Portugaliam et Hispaniam ituri sunt ex Germanis, quos quidem quam plurimos esse exoptat, vt eo plures mox e Germania missi Romae substitui queant. . . .[2]

158.

FERDINANDUS I.,

imperator,

SIGISMUNDO AUGUSTO,

Poloniae regi.

Vinbobona 6. [?] Octobris 1558.

Ex commentario (2^0; $2^1/_2$ pp.), quod ab *M. Singkhmosero* secretario scriptum esse videtur; eadem manu superscriptum est: „Regi Poloniae." Vindobonae in archivo aulae caesareae, „Polonica" fasc. 5., 1558.

Canisium et universam Societatem Iesu laudibus extollit. Regem hortatur, ut catholicam ecclesiam serio tueatur et Societatis collegium Cracoviae condat.

Ferdinandus etc. Serenissimo etc. Cum honorabilis religiosus deuotus nobis dilectus Petrus Canisius de societate nominis Jesu sacrae Theologiae Doctor nobis humiliter ostendisset, sibi una cum Sanctissimi D. N. nuncio[3] ad Comitia quae Serenitas vestra propediem Petricouiae celebratura fertur, proficiscendum fore, ut ibi una cum illo ea iuuaret promouere, quae ad conseruandam stabiliendamque propagandamque in eo Serenitatis vestrae regno sacram catholicam et orthodoxam religionem nostram pertinent[4], et propterea magnopere desyderasset se una cum Societate sua Serenitati vestrae per nos

[a] *Vel:* primis.

[1] Ioannis Bernardini cardinalis Scoti, O. Theat., archiepiscopi tranensis; cf. supra p. 287.

[2] Societatis fratres scholasticos significare videtur, qui in terris illis studia litterarum absoluturi erant, postea in Germaniam remittendi.

[3] Camillo Mentuati, episcopo Satriani et Campaniae.

[4] Cf. supra p. 295^3.

commendari, Nos sane qui non modo eiusdem Doctoris Canisij summam eruditionem pietatem[a] ac singularem iuuandae religionis ardorem probe cognitum et perspectum habemus, verum etiam experti sumus quanto studio et conatu uniuersa ista Societas nominis Jesu in vinea Domini laboret, non potuimus committere ut is idem Doctor Canisius ad Serenitatem vestram sine literis nostris veniat, in quibus Serenitatj vestrae tum animi nostri propensionem ac benignitatem quam erga eum et societatem illam religiosam gerimus paterne declararemus tum etiam eundem Serenitati vestrae commendatum redderemus, Quae quidem Serenitas vestra eundem et nostrj intuitu[b] et propter ipsius in sacrosanctam religionem praeclara merita fauore ac benignitate sua regia complectetur. Causam vero ob quam hoc iter suum suscepit non putamus Serenitati vestrae pluribus esse commendandam, Cum enim Serenitas vestra hucusque laudem et nomen Catholici et pij Regis obtinuerit, non dubitamus eam in posterum quoque nihil eorum intermissuram vel neglecturam, quae ad laudem ac gloriam Dei omnipotentis ac conseruandam promouendamque religionis nostrae catholicae et orthodoxae[c] unitatem spectare videbuntur, adeoque in hac re voluntatem et animum suum cum nostra paterna voluntate et sententia prorsus coniuncturam, posthabitis et spretis conatibus omnium eorum qui gloriam Christi obscurare, et in republica Christiana dissidia et scismata excitare et fouere connituntur[1]. Hoc tantum voluimus pro paterno nostro erga Serenitatem vestram amore Serenitati vestrae beneuole significare, nos existimare ad conseruandam religionem catholicam in regno Poloniae non leuiter profuturum si Serenitas vestra (quod ipsimet in regnis ac prouincijs nostris compertum habemus multum profuisse) collegium aliquod Societatis istius nominis Jesu in eodem regno suo maxime Cracouiae institueret, siquidem ibi fratres societatis illius doctrinae suae sanitate et probatae vitae exemplo uberrimos fructus edere poterunt. Quod reliquum est Serenitatem vestram recte foeliciterque ad multos annos valere ex animo optamus. Datum Viennae 2 [*sic*] Octobris 1558.

Falso his litteris diem 2. Octobris in commentario nostro ascriptum esse suspicor. Nam Canisius ante 3. Octobris Vindobona non discessit (vide supra p. 309); hae vero litterae, postquam Canisius inde profectus est, scriptae neque ante 18. Octobris Cracoviam perlatae sunt (vide supra p. 311. 321). Cum autem litteris harum simillimis, quas Ferdinandus ad Catharinam Poloniae reginam dedit, in eorum commentario dies 6. Octobris ascriptus sit (vide infra p. 829), et cum Canisius Lainio scripserit Ferdinandum simul et ad regem et ad reginam litteras missurum (vide supra p. 321), has quoque litteras 6. Octobris datas esse merito dixeris.

[a] *Sequitur* sanctimoniam, *oblitteratum.*
[b] *Sequuntur verba:* tum etiam ob eius virtutes, *oblitt.*
[c] *In comm. correctum ex:* religionis nostrae Christianae.

[1] Sigismundus Augustus rex Catharinam, Ferdinandi I. caesaris filiam, in matrimonio habebat.

159.

FERDINANDUS I.,

imperator,

CATHARINAE,

Poloniae reginae.

Vindobona 6. Octobris 1558.

Ex commentario (2°; 2 pp.), quod a *M. Singkhmosero* secretario scriptum esse videtur; eadem manu superscriptum est „Reginae Poloniae". Vindobonae, in archivo aulae caesareae, „Polonica" fasc. 5., 1558.

Eiusdem fere argumenti atque litterae proxime praecedentes.

Ferdinandus etc. Serenissimae etc.

Cum honorabilis religiosus deuotus nobis dilectus Petrus Canisius de societate nominis Jesu sacrae Theologiae Doctor nobis humiliter ostendisset sibi una cum Summi Pontificis Nuncio ad Comitia, quae serenissimum Principem Dominum Sigismundum Augustum regem Poloniae magnum Ducem Lithuaniae ac Russiae Prussiae Masouiae Samogetiaeque etc. Dominum ac haeredem: filium et consanguineum nostrum charissimum propediem celebraturum audiuimus eundum fore, ut ibi una cum illo ea promouere iuuet, quae ad conseruandam stabiliendam propagandamque in regno illo sacram catholicam religionem nostram pertinent, et praeterea vehementer desyderauisset, se una cum societate sua non solum praefato Serenissimo regi Poloniae filio nostro charissimo, verum etiam Dilectioni vestrae per nos commendari, Nos sane qui non modo eiusdem Doctoris Canisij summam eruditionem pietatem ac eximium iuuandae religionis ardorem probe cognitum ac perspectum habemus, verum etiam experti sumus quanto studio et conatu uniuersa ista societas nominis Jesu in vinea Dominj assidue laboret, non potuimus equidem praetermittere quin etiam Dilectioni vestrae dictum Doctorem Canisium cum Societate sua per hasce literas nostras paterne commendaremus, prout eum Dilectioni vestrae commendatum esse valde cupimus. Causam vero ob quam illuc proficiscitur non est quod Dilectioni vestrae multis commendemus, cum Dilectionis vestrae pietatem satis cognitam et perspectam habeamus. Jd tamen nolumus Dilectionem vestram caelare nobis qui id ipsum in nostris regnis ac prouincijs comperimus ita videri, quod ad catholicam religionem in regno Poloniae conseruandam et propagandam plurimum esset profuturum, si Serenissimus Rex Poloniae filius noster charissimus in regno isto suo maxime Cracouiae collegium aliquod Societatis istius institueret, Quare factura est Dilectio vestra rem cum pietati suae conuenientissimam, tum nobis quoque gratissimam, si praefatum Doctorem Canisium cum societate eius nec non negocio cuius causa illuc proficiscitur nostri intuitu commendatum habuerit, Et cum his Dilectioni vestrae prosperam valetudinem et omnem foelicitatem optamus. Datum Viennae 6 Octobris 1558.

160.

P. DOMINICUS MENGINUS S. J.[1]

P. IOANNI DE POLANCO,

secretario Societatis Iesu.

Piotrcovia 15. Decembris 1558.

Ex autographo (2°; 2 pp.; in p. 4 inscriptio, quam Canisius sua manu posuit, et reliquiae sig.).

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 150—153 et Historia S. J. II, l. 2, n. 122. Partem epistulae polonice versam posuit P. *Stanislaus Zalenski* S. J. in „Przegląd Powszechny" (cf. supra p. 318) LI, 170—171.

De legatione polonica, quam Pauli IV. iussu Mentuatus, Canisio et Mengino comitibus, obibat. Societas Polonis commendata. Canisii catechismus in eorum scholis usurpatur. Canisius Cracoviae ad proceres dixit, similiter Piotrcoviae dicturus. Archiepiscopi gnesnensis humanitas. Comitia; conatus haereticorum; populi religio. Puer instruitur. Clerici reformati. Hosii „Dialogus" a Canisio correctus.

†

Jhesus

Pax Iesu Christi suauissima Reuerende pater.

Ratio temporis exigit, vt relicta longa taciturnitate mea, ad tuam r. paternitatem breues litteras mittam. In Polonia[a], cum reuerendo p. prouincialj[2] bene ualeo[b] [?] (deo laus). Cracouiae per mensem egimus, spero non sine magno animarum fructu: multi enim tunc nostrae Societatis claram habuerunt cognitionem, licet antea ipsis penitus incognita esset. Frequenter egit Reuerendus pater cum nobilibus et viris doctis, quj se se vt amici et fautores nostri insinuarunt, ac jnter caeteros Reuerendissimus Episcopus eiusdem locj[3], vir sane potens, quj Societatem multum juuare potest: Ipse curat vt paruus catechismus quem composuit reuerendus pater imprimatur in vsum polonorum, licet iam ibi in scholis praelegatur, nobis tamen nescientibus[4]. Eo tempore in eodem loco, orationem habuit latino sermone

[a] *Sequitur* ego, *ab ipso Mengino (ut videtur) postea deletum.*

[b] *Vel:* ualemus. *Vocabulum obscure scriptum.*

[1] Dominicus Mengin, lotharingus, ex dioecesi „tullensi" ortus, „a. 1550" Societatem ingressus, per aliquot annos inferiorum scholarum magister fuit, Vindobonae et Ingolstadii „praefuit conuictoribus", Monachii „Praefectus novitiorum" fuit (* *Catalogus* collegii monacensis, Kalendis Ianuariis 1565 conscriptus, in cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 376[a]). Postea per tria paene lustra collegium monacense ac 25 fere annos Guilielmi V. Bavariae ducis et Renatae Lotharingae, eius coniugis, conscientias moderatus, obiit Monachii mense Aprili a. 1595 (*Ign. Agricola* S. J., Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris, Pars secunda [Augustae Vindelicorum 1729], Dec. 6, n. 357—361).

[2] Petro Canisio. Vide supra p. 303. [3] Andreas Zebrzydowski.

[4] Utrum „minimus" ille Canisii catechismus in Polonia tunc usurpatus sit an minor sive „parvus", equidem nescio. Editus certe est paulo post Canisii „Parvvs |

pater prouincialis quae quidem oratio mirum in modum (vt saepe ab ipsis accepi) placuit viris doctis, quorum multj cupiebant vel illam manu scriptam habere, vel in lucem edj [1]. Aderant cum recitata est Reuerendissimus D. Legatus apostolicus [2], Item Reuerendissimus Dominus Episcopus Cracouiensis, et primus nobilis vir Palatinus [3], quibus vt retulit D. Legatus abunde satisfactum est: neque minus aliis nobilibus, doctoribus, et literarum studiosis quorum tanta erat multitudo, vt a multis vix potuerit intelligi. Jllinc profecti sumus Louicium ad Reuerendissimum Archiepiscopum Gnesnensem [4], vbi magna equitum multitudine praemissa, ad honorem exhibendum Reuerendissimo D. Legato, summa cum humanitate et beneuolentia sumus receptj, atque tractatj quamdiu illic egimus. Jpsi Reuerendissimo archiepiscopo antea fuerat nostra societas commendata, tunc etiam a D. legato, et a r. patre. Is bonus senex multa pollicetur, et vtprimum de societate nostra cum rege fuerit hic collocutus, speramus per eum collegium aliquod breuj instituendum esse.

Nunc sumus Petricouiae inter permultos Ecclesiae sanctae aduersarios, qui omnes nostros conatus destruere non parum contendunt: Sed dominus Jesus aderit spero.

Studium reuerendi patris prouincialis est multis subuenire tum pauperibus tum nobilibus qui sua negocia apud Reuerendissimum expedienda, primum illi commendant, et nonnunquam frequentj accessu suo non parum nos interpellant atque molestant. Aliqui petunt defensionem pro acceptis iniuriis ab hereticis: Alij Ecclesiae protectionem: nonnullj beneficia Ecclesiastica, vel liberationem ab excommunicationibus et huiusmodj multa saepe incidunt, ac de illis non cessat bene mererj.

Hic populus ex parte est valde pietati deditus qui sacra fere quotidie audire solet, nobisque ad altare frequenter pecuniam obtrudit: quidam indignatione commotj quod haec munera refutaremus statim e templo foras proripuerunt. Videntur etiam multi jam intelligere tempus quo sacra quotidie peragimus, quibus libenter etiam ante lucem interesse solent.

Reuerendissimus D. Legatus cupit vt rursus sermonem Latinum hic habeat r. pater, coram regia maiestate, praesulibus et toto senatu. Materia est illj assignata de missae sacrificio, idque propter sacramentarios, quorum hic non paucj adsunt, tantum de concionandi tempore nunc deliberatur.

Catechis mvs Catholi | corvm. Cracoviæ, | Cum Gratia et Privilegio, La | zarus Andreæ excudebat. M.D.LX.“ 8°; 28 ff. Dedicatus est lectori a Nicolao de Schadek, canonico et academiae cracoviensis rectore (*Theod. Wierzbowski*, Bibliographia Polonica XV ac XVI ss. III [Varsoviae 1894], 82).

[1] Cf. supra p. 326. [2] Camillus Mentuatus.

[3] Stanislaus Tenczyński, palatinus cracoviensis; cf. supra p. 319.

[4] Nicolaum Dzierzgowski. Cf. supra p. 334.

Jdem Reuerendissimus nobis puerum quendam commisit instruendum pietate et literis, is antea licet totus fere in moribus corruptus [esset], nec quicquam minus quam orare sciret aut vellet, iam sua sponte bis quotidie genibus flexis suas preces memoriter recitat, et nobis quotidie sacrificantibus inseruit, nostroque gaudet contubernio, ac studet tempore illj praescripto.

Duo praeterea sunt inter nostros aulicos, qui cum beneficiis Ecclesiasticis fruantur hactenus horas recitare canonicas omiserunt, nunc eo sunt a nobis inducti vt officium breuiarij coeperint nobiscum persoluere. Jtem pro Comitiorum huius regni felicj successu, pater incepit 13 sacra facere, quae missae gratiarum dicuntur, et Innocentio 4 pontificj tribuuntur [1]. Eadem aliis etiam sacerdotibus commendauit, et in his etiam Reuerendissimo Legato, quj cum primam missam dixisset ad regem abiens, valde illum inuenit tractabilem, ac bene dispositum ad religionis causam iuuandam.

Praeterea Reuerendissimus Dominus Warmiensis dialogum edidit de communione sub vtraque specie, et de coniugio sacerdotum, cuius librj cum non extarent exemplaria, pater eundem relegit atque correxit diligenter, vt iterum prelo subijciatur [2].

Deus iuuet suorum conatus: ad quod rogamus tuam r. paternitatem omnes item r. patres, et chariss. fratres, (quos omnes ex animo salutamus) vt velint nos in his partibus pene deiectis, suis orationibus sanctis adiuuare quo tandem confecto huius vitae itinere, ad portus securitatem peruenire possimus. Plura non scribo, quae paternitas tua intelligere poterit literis r. patris prouincialis. Literas t. r. cum desiderio expectabimus. Vale.

Etiam atque etiam oro reu. tuam, vt licet jndignum filium plurimum reuerendo patri nostro praeposito me totum commendare, eiusque pro me preces impetrare dignetur.

Petricouiae .18. cal. Janua. 1558.

T. R. P. Indignus Filius
Dominicus mengin. Lothoringus.

Reuerendo in Christo patri meo, M. Joanni Polanco, Secretario societatis IESV. Romae.

---

[1] Nescio an Menginus loco Innocentii IV. Innocentium VI. (1352—1362) ponere debuerit. *Marcus a Monte S. Mariae* O. Min. in libello „Tabula della Salute" a. 1486 Venetiis scripto et a. 1494 Florentiae excuso „Missam pro peste" ponit, asserens: „Nota quod illa die in qua homo dicit vel audit infrascriptam missam, recipiet gratiam singularem ab omnipotenti deo, sicut revelatum fuit Innocentio Pape VI" (*La Civiltà Cattolica* Ser. XVI, Vol. IX [Roma 1897] p. 539—540).

[2] Anno 1560 Dilingae hic Stanislai Hosii dialogus iterum editus est; vide infra, monum. 206.

G.

MONUMENTA AUGUSTANA CANISII.

161.

Diebus 23., 24., 25. Martii 1559.

Quattuor sermones de passione Christi a Canisio anno 1559 Augustae tribus diebus habiti. Primi sermonis exordium modestia plenum.

Canisius Augusta Vindelicorum 28. Martii 1559 Lainio scribit, se ibidem „tribus diebus quatuor habuisse conciones de Christi Passione" (v. supra p. 378). Ex his priores tres (ut videntur; annus iis non est ascriptus) a Canisio partim propria manu scriptae, partim alteri dictatae et postea recognitae, exstant in cod. „Scripta B. P. Canisii X. M" [1].

Primam Canisius „feria V. in Coena Domini", quae eo anno dies 23. Martii erat, eamque, ut videtur (v. supra p. 378), post prandium habuit. Quam sic exorsus est:

„Seitenmal vir gut angesehen, vnd mir von der öberkait auffgelegt ist worden. etwas von dem hailigen leiden v: L. H. J. C: [2] hie zumelden vnnd E. L: zu predigen, wie es dann auch die hailige zeit erfordert vnd die alte loblich vnd christliche gewonhait mit sich bringt. So ist das die mainung. Jn namen des almechtigen gottes, vnd Christo JEsu vnsern gecreutzigten herrn allein zu lob itzunder die hailige gehorsam zulaisten, vnnd auss christlichen threuen vnnd eifer nit zuuerschweigen was ich in diesem fal schuldig bin nit allein im hertzen zugelauben, sunder auch mit dem mund offentlich zubekennen [3] vnd meinen lieben nechsten mit zu thailen, vnnd das zuwar kainem zu leid, sonder allen Christlichen zuherern als meinen geliebten brüdern vnd schwestern zu gutem zu nutz trost hail vnd seligkait." *Postea promittit, se Christi passionem 4 sermonibus comprehensurum esse ita, ut ipso „Coenae Domini" die de passione universa, et nominatim de rebus nocte illa gestis, usque ad Caipham, sacro „Parasceves die" de altera parte, quae a Pilato usque ad Christi crucifixionem sit, dicat, eodem die post prandium Christum e cruce pendentem et morientem, „Sabbato sancto" eiusdem sepulturam enarret. Deinde pergit:* „Wie wol nun aber ich erkenne, ja auch offentlich bekennen wil vnd muss mich zu swach zu gering vnd vngeschicht zu sein diese hochtreffliche historie zu handeln und her fur zu brencken, kan mich auch vol errinneren wie gefarlich vnd seltzam es zugeth mit dem predigambt in diesen bosen tzeiten yedoch dass alles nit angesehen wil ich nur fort faren mit gutem verthrauen gegen dem gutigen lieben almechtigen got vnd das Euang. netz ausswerfen im namen des herren [4] der mitten seine vil bey degenen, die in

[1] De hoc vide supra p. 815. [2] I. e.: vnsers Lieben Herren Jesu Christi.
[3] Rom. 10, 9. 10. [4] Luc. 5, 5.

seinem namen [das netz ausswerfen.] Verhoffe auch gentzlich E. l. und andagt werde on allen verdruss zu horen diese — —[a] [und es] werde die guthertichen zuhorer solchen einfeltigen arbait im gutem ausslegen."

Iam anno 1555 „bis", ut ait *Polancus* (Chronicon V, 255), „concionatus" erat „P. Canisius Augustae, dum ibi fuit, et cum placeret non mediocriter catholicis ejus praedicatio, voluissent diutius eum Augustae manere". Cf. infra, monum. 162. 163.

162.

20. et 28. Aprilis 1559.

Ex cod. monac. „Augsb. Domk." p. 2.

Cathedrale capitulum augustanum Canisium in summo templo contionatoris munus obire cupit. Quod is, dummodo Lainius consentiat, obire paratus est.

In actis cathedralis capituli augustani haec leguntur: „Als die predicatur Jm Thum nach absterbenn D. Johann Fabrj ein zeittlang vacirt hebenn baide mein genedigster Herre[1] vnnd ein E.[2] Thum Capitul mit Christlichem vleis nach einem fromenn gelerten Theologo getrachtet, vnnd vff den 20ten Aprilis Anno Domini 1559 Jn Capitulo verlassen[3] mit meinem genedigsten Herren zu reden vnnd handlen vff vorgehend ansprechen Meiner Herren Thumdechants[4] vnnd Herren Probst Remen[5] etc. Das Jr F. genaden wölten helffen befurdern darmit der Herr Canisius zu der predicatur Jm Thumb bewegt vnnd bracht werden möchte.

Volgents alls er Canisius vff beschen ansprechen fur sein person guttwillig befunden vnnd anzaigt Das er vonn seinem Obersten Consensum haben must ist Jme vff den 28ten Aprilis gesagt das er selbst ein Concept an seinen obersten stellen möcht."

163.

CAPITULUM CATHEDRALIS ECCLESIAE AUGUSTANAE

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu[6].

Augusta Vindelicorum 9. Maii 1559.

Ex *Sacchino,* Can. p. 163—164. Ex eodem epistulae partes transcripserunt vel epistulam in alias linguas verterunt *Dorigny, Mangold, Riess, Boero* etc. Epistula usi sunt *Agricola,* alii.

---

[a] *Sequuntur duo vocabula obscura.*

[1] Otto cardinalis Truchsess, episcopus augustanus. [2] I. e.: Erwirdiges.

[3] Verlassen = verabredet. (*J. A. Schmeller,* Bayerisches Wörterbuch I [2. Ausg., München 1872], 1518). [4] Christophori a Freyberg; vide infra p. 836.

[5] De Wolfgango Andrea Rhem vide supra p. 397[2].

[6] Ex epistula Canisii, Augusta 29. Aprilis 1559 ad Lainium data, colligendum

Ioannem Fabri O. Pr., priorem contionatorem suum, magnopere laudant. Contionatorum, qui docti simul et probi sint, parvum esse numerum. Lainium obtestantur, ut Canisium toti Germaniae notissimum sibi concedat contionatorem.

R. in Christo Pater et Domine nobis obseruande.

Cum anno elapso R. D. Ioannes Fabri sacrae Theologiae Doctor, et noster in Ecclesia Cathedrali concionator, qui per plures annos praedicando, et scribendo munus suum non segniter, sed summa cum laude apud nos exercuerat, non sine nostrorum, ac bonorum omnium moerore diem obiisset suum [1], Nos vero tali egregio verbi Dei praecone destituti cerneremus reliquias Catholicae plebeculae in hac celeberrima Germaniae Ciuitate, ceu oues pastore suo destitutas [2], ac palantes non in modico periculo oberrantium passim luporum versari: nihil magis necessarium duximus, quam vt primo quoque tempore alium, qui defuncti ipsius Fabri locum, et prouinciam pari laude, et successu sustineret, nancisceremur. Talium autem virorum apud nos hac praesertim tempestate, vbi pleraque omnia Haereticorum fermento corrupta sunt, eo minor est numerus: quod si qui eruditione, et doctrina non contemnenda praediti reperiantur, illis tamen non statim publice docendi prouincia tuto demandari potest: cum experientia didicerimus quanto versemur hoc tempore in periculo a falsis fratribus [3]. Quam igitur circumspecte, et prouide in re, tam ardua, vbi de religione Catholica, ac animarum salute agatur, nobis agendum sit perpendentes, eam ob causam, vt securos ex omni parte nos esse liceret, et vt virum populo Augustano inclyto exhiberemus, qui non tam doctrina orthodoxa eum salubriter pascere, quam etiam exemplo inculpatae vitae saginare posset: ea, qua potuimus contentione, et studio, et diligentia apud R. doctissimumque virum D. Petrum Canisium precibus nostris institimus, vt ipse hoc munus ad Dei laudem, et Ecclesiae eius vtilitatem subire vellet: tandemque effecimus, vt laborem, et conditionem non detrectaret, si id sibi per te Praepositum sui Ordinis superiorem liceret. Cum itaque Reuerende, ac modis omnibus colende Domine Praeposite intelligas, quam in hac inclyta, et celeberrima totius Germaniae Ciuitate messis sit copiosa [a], et vberrima [b] materia de religione Christiana bene merendi, et hoc praecipuum vestri Ordinis studium sit, vt vbique terrarum necessitatibus Ecclesiarum per vos occurratur: certe nostro quidem iudicio rem magis piam, Deoque gratiorem, ac vtiliorem Ecclesiae Catholicae praestare vix poteris, quam si nobis nobilem istum tuum fratrem, doctrina,

[a] copiosae *Sacch.* [b] vberrimae *Sacch.*

esse videtur has litteras a Wolfgango Andrea Rhemio, qui tunc summi templi canonicus et ecclesiae S. Mauritii praepositus erat, conceptas esse: cf. supra p. 409.

[1] De praeclaro hoc Dominicano vide *Can.* Epp. I, 50. 469. 711—712.

[2] Cf. Matth. 9, 36. Marc. 6, 34. 1 Petr. 2, 25. [3] 2 Cor. 11, 26: cf. Gal. 2, 4.

vitae sanctimonia, ac omnium[a] [?] virtutum genere toti Germaniae notissimum Petrum Canisium hic apud nos morari, ac Concionatoris officium subire patiare. Id quod nos summis abs tua humanitate precibus hisce nostris literis contendimus, et vt impetremus enixe rogamus. Ita enim fiet, vt eo pacto et apud Deum optimum Maximum gratiam ineas, et nos tibi, ordinique tuo perpetua obligatione obstringas. Ex Augusta 9. die Maii, anno 1559.

Christophorus a Freyberg, Decanus[1], totumque Capitulum Ecclesiae Augustanae[2].

164.

IACOBUS LAINIUS,

praepositus generalis Societatis Iesu,

CAPITULO CATHEDRALIS ECCLESIAE AUGUSTANAE.

Roma 30. Maii 1559.

Ex apographo eodem fere tempore scripto, quod est in cod. monac. „Augsb. Domk." p. 3—5; inscriptio epistulae in apographo primo loco posita est.

Commentarium (ut videtur) epistulae, idque ab ipso *Polanco* correctum, exstat in cod. „Germ. 1559" f. 10[b]; subscriptio („DD." etc.) et inscriptio desunt.

Gratum sibi fore, si Canisius Augustanis in contionandi munere aliisque rebus deserviat. Attamen cum cardinali agendum neque Societatis institutum neglegendum esse.

Reuerendi Domini in christo obseruandiss:

Gratia et pax Domini nostri Jesu christj sit semper in cordibus nostris. Amen.

Accepi DD. VV. literas Nona Maij ad me datas, quibus in optimi ac religiosissimi concionatoris sui demortui locum, subrogari Doctorem petrum Canisium societatis nostrae in Germania praepositum prouincialem, gratum sibi fore significant. Et quidem omnino aequum[b] est, vt Dominationibus Vestris qui in medio Hereticorum constitutj, fidem ac Religionem catholicam inconcussam[c] ac sinceram tam strenue retinent, et alijs etiam pijs ac fidelibus viris non paucis, quos Augustae superesse nouimus, Consolationem spiritualem omnes catholicj, et quoduis auxilium exoptemus. Et sane minima nostra societas, peculiari[d] quodam affectu praestabit semper, quod pro tenuitate virium suarum

[a] *Sic Sacch.; sed legendum esse videtur:* omni.
[b] *In commentario* omnino aequum *correctum est ex:* iustissimum.
[c] in concussam *apogr.* [d] peculari *apogr.*

[1] Hic decani munus annis 1555—1573 tenuit; quo se abdicavit, cum praepositus et princeps elvangensis electus esset (*Plac. Braun*, Die Domkirche [zu Augsburg] und der hohe und niedere Clerus etc. [Augsburg 1829] p. 238—240).
[2] Praepositura huius ecclesiae tum vacabat; v. supra p. 409[2].

ad id prestare poterit[a]. Quod attinet igitur ad Doctorem petrum Canisium fratrem nostrum charissimum quamuis eius opera alijs etiam in locis, pro officij[b] quod gerit ratione, sit necessaria, gratum tamen erit nobis. vt DD. VV. ac populo Augustano[c] in concionandj munere, et in re alia quauis iuxta nostri institutj formam deseruiat. Sed cum oporteat omnino in huiusmodi negotio Jllustrissimj ac Reuerendissimj Cardinalis Episcopi Augustanj rationem habere, DD. VV. cum ipso hoc negotium transigant et si eiusdem in hac parte fuerint sententiae eidem ego subscribam. Jn modo autem subeundi[d] ac gerendi munus hoc, non dubito gratum fore DD. VV. vt ita Ecclesiae Augustanae suam operam et obsequium D. Canisius impendat[e], vt institutj nostri ratio non negligatur. Qua de re et alijs, ipsemet Doctor Canisius quod oportuerit verbotenus dicere poterit. Jnterim optamus ex animo DD. VV. ac toti Ecclesiae Augustanae faelicitatem aeternam: Et Deum altiss: precamur vt gratiam vberem ad eam consequendam largiri dignetur. Romae XXX. Maij Anno etc. 1559.

DD. VV.

Seruus in Christo iesu
Jacobus Laynez[f].

Reuerendis Dominis Domino Decano et Canonicis Ecclesiae Augustanae mihi in christo obseruandiss:

Eodem illo die 30. Maii 1559 *Lainius* Roma ad Ottonem cardinalem augustanum *epistulam misit italicam, in qua scribit se de Canisio iam antea ad cardinalem scripsisse. Epistula haec archetypa exstat Augustae Vindelicorum in archivo curiae („Ordinariat") episcopalis, „Plac. Braun'sche Slg." Fasc. „Orig. Manuscr. d. 16. Jahrh." De epistula, qua Otto, ut Canisius Augustanis contionator concederetur, a Lainio petierat, vide *Sacchinum*, Hist. S. J. II, l. 3, n. 63.

165.

14. et 24. Iunii 1559.

Quo die Canisius in cathedrali ecclesia augustana munus contionatoris sibi demandatum administrare coeperit.

Canisius litteris Augusta 1. Iulii 1559 ad Lainium praepositum datis testatur se in cathedrali ecclesia augustana contionatoris munus sibi demandatum iam administrare coepisse (vide supra p. 469). Quo autem die coeperit, historici non concordant. Eum primam contionem die 14. Iunii habuisse, asserunt *Ignatius Agricola*[1], *Maximus Mangold* (qui a. 1770—1773 provinciae Germaniae superioris prae-

---

[a] *In comm. haec correcta sunt ex:* peculiari quodam affectu pro tenuitate uirium suarum quicquid poterit ad id praestare libentissime faciet.
[b] officio *apogr.* [c] *In comm. correctum ex:* catholico.
[d] *Ita comm.;* scribendi *apogr.*
[e] *In comm. correctum ex:* praestet. [f] Laynetz *apogr.*

---

[1] Historia Provinciae S. J. Germaniae Superioris I, Dec. 2, n. 120.

positus fuit)[1], *Felix Ioseph Lipowsky*[2], *Placidus Braun*[3], *Franciscus Eugenius de Seida*[4], *Florianus Riess*[5]. At *Franciscus Sacchinus*, scriptor certe diligentissimus: Canisius „dicendi", inquit, „felix auspicium posuit ex Augustano Ambone beati Ioannis Baptistae natali die"[6], qui 24. Iunii est. Atque hoc Sacchinus fortasse didicit ex litteris P. Victoriae, qui Augustae tunc degebat, vel etiam ex epistula ipsius Canisii 25. Iunii 1559 Romam missa, quae non superest[7]. Certe dies S. Ioannis eo tempore per totam ecclesiam non solum festus de praecepto, ut dicunt, sed etiam valde sollemnis erat ideoque longe magis conveniebat in auspicia e sacro suggestu ponenda, quam dies 14. Iunii, qui neque festus de praecepto[8], neque illo anno dominicus erat. Historici autem illi in errorem inducti esse videntur iis, quae in **Historia* manu scripta collegii augustani narrantur: Canisium a cardinali Ottone „in Aede Virginis maxima Ecclesiasten 14. Junij 1559 pronunciatum" esse[9]; quae ex eadem historia etiam transcripta sunt in **Codicem diplomatum* eiusdem collegii[10]. Notandum autem est in eam historiam tempus illud („14. Junij 1559") manu ipsius P. Theodorici Canisii insertum esse, qui ex Petro fratre fortasse illud acceperat. Potest fortasse res ita componi: Die 14. Iunii cardinalis edixit litterisve pronuntiavit Canisium contionatorem futurum, vel canonici eum iurare iussum in eo munere constituerunt; die autem 24. Iunii Canisius munere fungi coepit. At magis mihi quidem probatur Theodoricum Canisium errore quodam memoriae vel calami diem 14. loco 24. posuisse.

Inter *codices*, in quibus Canisius per plurimos annos contiones suas modo germanice, modo latine vel ipse adumbrabat vel ab aliis scribendas curabat, exstat *unus (signatus „Scripta B. P. Canisii X. N."), qui ab ipsa contione 24. Iunii 1559 habita incipit; quae manu alterius integra fere (desunt pauca in initio et complura in fine) germanico sermone scripta et ab ipso Canisio diligenter correcta latinisque adnotationibus illustrata est (l. c. f. 1^a—11^b); Canisius, cur ecclesia natalem Ioannis cum sollemnitate et gaudio celebret, exponit et historiam illam evangelicam ad vitae usum confert, monens fideles, ut, quae ecclesia proponat, credant, ut in calamitatibus auxilium divinum patienter exspectent, ut proximos iuvent, ut liberos bene educent etc.; quae quidem ita proponit, ut complures protestantium doctrinas magis minusve aperte refellat.

Ceterum ex epistula Canisii 30. Septembris 1559 ad Lainium data (supra p. 524) atque ex codice contionum modo memorato liquet Canisium non mense Iunio, sed Octobri huius anni quasi solum vel praecipuum ecclesiae cathedralis contionatorem agere coepisse atque sermone Kalendis Octobribus anni 1559 habito munus contionatoris proprie sollemniterque auspicatum esse seque apud auditorium illud quasi introduxisse. Vide infra, monum. 166.

[1] Origo collegii Societatis Jesu ad Sanctum Salvatorem (Augustae Vindel. 1786) p. 4.

[2] Geschichte der Jesuiten in Schwaben I (München 1819), 43.

[3] Geschichte des Kollegiums der Jesuiten in Augsburg (München 1822) p. 3.

[4] Augsburgs Geschichte II (Augsburg 1826), 456.

[5] „Am 14. Juni trat der neue Domprediger sein Amt an" (Can. p. 274).

[6] De vita Canisii p. 168. Sacchinum sequitur *Boero*, Can. p. 214.

[7] Vide litteras Polanci ad Canisium, 8. Iulii 1559 datas, supra p. 472.

[8] Cf. antiquum dioecesis augustanae kalendarium, quod vulgavit *Ant. Lechner*, Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern (Freiburg i. Br. 1891) p. 247—257.

[9] Cod. friburg. „Hist. coll. Aug." p. 3. Apographum huius et aliquot aliarum huius historiae particularum, saeculo XVII. vel XVIII. scriptum, exstat Augustae Vindelicorum in archivo urbis, „Kath. Wesensarch. I, 17^4."

[10] Cod. „Abschrifften oder Copien der Vornemmeren Original-Brieffen . . . dess Collegij Societatis Iesu in Augspurg . . . extrahieret anno .1725." f. 1^a. Augustae in archivo urbano.

166.

Inter 29. Iunii et 1. Octobris 1559.

Sermones sacri a Canisio Augustae inter menses Iunium et Octobrem a. 1559 *habiti. Qui 1. Octobris 1559 proprie sollemniterque contionatoris munus in summo templo auspicatur. Exordium sermonis eo die ab eo recitati: Demittit se; Ioannem Fabri O. Pr. laudat; contionatoribus multos obtingere censores et calumniatores affirmat; ab auditoribus interrogari monerique cupit.*

In *codice contionum *Canisii* modo memorato (supra p. 838) sermonem die festo S. Ioannis Baptistae (24. Iunii) 1559 habitum proxime sequuntur contiones a Canisio anno 1559 Augustae in summo templo habitae: Diebus festis SS. Petri et Pauli (29. Iunii), S. Mariae Magdalenae (22. Iulii), S. Iacobi apostoli (25. Iulii), S. Laurentii martyris (10. Augusti), Assumptionis Beatae Mariae Virginis (15. Augusti), S. Bartholomaei apostoli (24. Augusti), Nativitatis Beatae Mariae Virginis (8. Septembris), S. Matthaei apostoli (21. Septembris), Dedicationis S. Michaëlis archangeli (29. Septembris). Praeterea „Dominicis XI. et XII. post pentecosten" qui erant dies 30. Iulii et 6. Augusti 1559, Augustae sermones sacros habuit; e quibus posterior et ipse in cathedrali ecclesia, prior fortasse alio loco (cf. supra p. 500) est recitatus (Cod. „Scripta B. P. Can. X. N." f. 1a—104b). Canisius contionibus illis, quid singulae sollemnitates sibi vellent, explicabat, et evangelium diei, quod dicimus, ita interpretabatur, ut modo protestantium doctrinam refutaret, modo catholicos ad mores emendandos studiose adhortaretur: explicabat hominis iustificationem, commendabat paenitentiam, ieiunium quattuor temporum, cultum sanctorum et maxime Beatae Mariae Virginis, oboedientiam magistratibus civilibus et sacris debitam, propugnabat primatum S. Petri etc.

Usque ad exitum igitur mensis Septembris anni 1559 Canisius in summo templo festis potissimum diebus contionabatur; dominicis vero alter quidam illo munere fungebatur (Michaël Dornvogel, cardinalis Ottonis episcopus suffraganeus, id praestitisse videtur; vide supra p. 632). Pridie autem Kalendas Octobres anni 1559 Canisius Lainio scripsit: „Nunc incipio solus concionari" (supra p. 524). In codice supra memorato contionem 29. Septembris habitam proxime sequitur sermo Dominica XX. post Pentecosten, quae tunc Kalendae Octobres erant, a Canisio habitus [1], cuius hic ponitur exordium, quia hoc ipso Canisius munus suum proprie auspicatus est [2], et quia ex eodem apparet, quanta modestia et prudentia in sacro suggestu usus sit:

„Jn der nechsten süntägklichen predig, so vor acht tagen hie gethon [a], hat ewer andacht verstandten, wie das ich fürhin [b] alle Sontage das predigampt verrichte, vnd dieser kantzel des morgens

[a] *A C. correctum ex* „geschehen ist worden", *quae librarius scripserat.*

[b] *Ante et post hoc vocabulum a librario positum erat* auch; *quod postea deletum est.*

[1] Sermo hic partim a Canisio ipso scriptus est, partim (Canisio dictante, ut videtur) ab altero; cuius scriptum Canisius multis locis correxit (Cod. „Scripta B. P. Can. X. N." f. 105a—110).

[2] Canisius sermonem, quem anno 1560 Dominica XX. post Pentecosten Augustae in summo templo habuit, sic exorsus est: „In principio contionis huius, priusquam ad Euangelium me accingam, non possum indictum relinquere, quod nunc precise eben primus annus praeterijt, quod ego indignus Thumbprediger hoc loco cepi singulis Dominicis praedicaturam expedire" (Ex *Commentario huius sermonis. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R." f. 115a).

ausswartten sol, vnd das auss guttem willen vnd befelch der ordlichen vnd geystlicher öberkeytt hie zu augspurg, Dan sunst wherde es mir vnd auch keinem anderen woll gezimmen sich in solchem würdigen vnd hochwichtigen ampt einzulassen on wissen vnd willen deren, welche von gott vnd der kirchen gewalt vnd authoritet haben, die prediger[a] Gotliches worts einzusetzen vnd zubestetigen, wie dan auch Paulus leret vnd gebeut, das niemandt sich der Ehren annemen soll, er sey dan ordenlich darzu berufft wie Aaron[1] etc.

Diese vorrede brauch ich nun derhalben da mit ich allerley argwon sovil mügklich entgegen komme, vnd die lautter warheyt anzeyge, nit allein zu meiner entschultigung, sondern auch zu nutzen vnd warnung aller guthertzigen zuhörer, wil dieselbigen ich ein mal gebetten vnd in dem Herren ermandt haben, sie wellen vor ghut ansehen vnd gunstlich auffnemen, mein gutwilligen Dienst vnd arbeyt: in diesem fhurnemen[b], vnd mehr auff die ordnung vnd einsetzung Gottes dann auff die person achtung geben, Jst warlich die meinnung nit das ich mich selber wolte[c] auffwerffen erhohen vnd darfur aussgeben als das ich etwas bessers, trefflichers vnd herlichers kundte vnd wolte mit Gottes Wort verschaffe, dan bisher gesahen von dem vorigen hochwirdigen fast gelehrten[2] vnd wol beredten Thumbprediger, wie euch allen dan wol bekant ist. Ja ich bekenne offentlich, es sey solche geschichligkeyt ubung vnd erfarung in mir nit. darumb dan etliche sich beklagen wirden mugen, als das sy haben ainen newen prediger nit also verstendlich vnd gescicht wie zuuor. wil ytzunder schweygen wie seltzsam vnd geferlich es zugeht mit dem predigen besunder in diesen zanckischen vnd vnzelichen zeytten, do innen man finnet nit weniger Censores obseruatores vnd reprehensores dan auditores vnd wie das heut[ig] Euangelium mitbringt wenige rechte junger vnd schiler aber vil phariseer lesterer vnd verachter welche ainem nit allein die gute meinung sondern auch das werck quod in se bonum est verkeren et in malum uertunt, das man mher

[a] *Duo verba, quae sequuntur, a C. ipso ascripta sunt.*

[b] *Verba, quae sequuntur usque ad finem huius sententiae (*achtung geben*), a C. ipso in margine addita sunt.*

[c] *Quae hic sequuntur usque ad finem, a C. ipso scripta et his librarii verbis substituta sunt, quae C. oblitteravit:* erhohen vnd auffwerffen, dan ich weyss wol vnd bekenne offenlich. mein onvolkomklicheyt vnd vngeschicklichkeyt in reden vnd predigen, kan auch nicht verheyssen etwas bössers so vil, wie bissher an dem ort von dem forigen predigern (got sey lob) geleystet ist worden. Versehe auch mich nit. Hab mich ia nit einmal besorgt, es würde mir vbel geradten vnd vilen auch zuwider sein, wen ich mich zu einen thomprediger annemen liess.

[1] Hebr. 5, 4.

[2] Adverbium „fast" (vast) iuxta adiectiva positum saeculo XVI. significabat: valde (*Jakob und Wilhelm Grimm*, Deutsches Wörterbuch III [Leipzig 1862], 1348 ad 1349). Canisius his verbis laudat Ioannem Fabri O. Pr.; de quo supra p. 835.

vndancks weder danck verdienet, vnd zu mal alle gutte müg vnd arbeyt verlieret wie gut man es auch meinet. Es sey nun aber mit dem wie es wil, Gott im Himmel ist mein Zeyg das ich weder gelt, gunst, Ehr, noch einigen zeytlichen gewin ansehe vnd suche mit diesem meinem furnemen sunder wil vnd mag es mit der warheyt zeygen das ich lautter got zu Ehren vnd zu gemeinnem nutz diss predig ampt angenommen vnd auch mit forchten itzunder angefangen hab, weyss mich in dem fal nicht besser zutrösten dan das ich mit dem heyligen Petro mein hoffnung in Christo setze und sage Domine et magister[1] in te domine speraui non confundar[a][2], was mir auch daruber wiederfare, versehe mich aber auch darneben, die ghuthertzigen zuhörer werden mit irer gedult, liebe vnd gebet erstatten, was sunst an mir mangelt vnd zu wenig ist vm meiner zwacheit willen[b]. Alter alterius [onera portate][3]. Allein[4] wil ich das vor bedinckt haben, vnd begers ernstlich von allen vnd iden, welche mich vorhin hören werden, das sie vmb gottes willen frey zu mir kommen, redt vnd antwort von mir forderen, vnd mein meinung recht vnd grundtlich versthen, ehe das sie meine wort verkheren oder sunst zum ärgesten ausslegen, verdatelen, vnd verdammen, haben sie sunst einigen mangel oder missverstandt an meinen predigen, werden sie auch mir ein danck daran thun, das sie mich freündtlicher weyss ermanen, wil mich gegen den zelben zu aller tzeit erzaigen wie S. Petrus gebeut[5], vnd das sol geschehen mit aller freuntlichkeit liebe und bescheidenheit nach dem so S. Paulus sagt, Seruum Dei[c] [non oportet litigare; sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati][6]. Das ist nun eins."

Exordio sic finito petit ab auditoribus, ut boni consulant, si deinceps in contionibus primum quidem evangelium dominici vel festi diei exponat, deinde autem de praeceptis decalogi sermonem faciat.

[a] *Sic C. ipse in margine correxit; librarius scripserat:* in Christo setze vnd in seinem namen das Euangelische netze ausswerff.

[b] *Sic C. ipse in margine correxit; librarius scripserat:* erstatten, was ich sunst auss mir selber nit vermag vnd villeicht vnderlassen werde.

[c] *Sic C. in margine correxit; librarius scripserat:* . . . freündtlicher weyss ermanen, so wil ich mich auch mit aller lieb vnd guttigkeit hergegen innen erzeygen vnd sie wan es von nötten ist christlich vnderweyssen, nach apostolischer regel: Seruum Dei.

[1] Io. 13, 13. [2] Ps. 30. 2. [3] Gal. 6. 2.

[4] Maxime notanda sunt, quae sequuntur.

[5] 1 Petr. 5, 1—4. [6] 2 Tim. 2, 24. 25.

167.

Mense Iulio a. 1559.

Ex epistula *Mundtii* autographa eiusque sigillo munita, quae exstat Londini in archivo regio (Public Record—Office), Foreign, Elizabeth, June—July 1559 Vol. V. 509.

Epistulam anglice versam ex eodem fonte evulgavit *Jos. Stevenson*, Calendar of State Papers, Foreign Series, of the Reign of Elizabeth 1558—1559 (London 1863) p. 395.

Canisium de Elisabetha regina et Carolo archiduce nuptiis inter se iungendis quaedam spargere.

Christophorus Mundt, legum doctor, qui Anglorum negotia in Germania et maxime Argentorati procurabat, ex Germania (Augusta Vindelicorum, ut videtur) 19. Iulii 1559 ad Guilielmum Cecil, consilii publici Elisabethae reginae scribam, haec, praeter alia, scripsit: „Canisius quidam Jesuita, natione Italus, qui Ingolstadij docet, spargit Papam consensisse in matrimonium conficiendum inter Angliae Reginam et Carolum, modo spes sit, eam ad catholicam religionem persuaderi posse."

Quae Mundt de „Italo, qui Ingolstadii docet" scribit, potius Francisco Zoanetto bononiensi, qui tunc Ingolstadii ius docebat (*Mederer* l. c. I, 291—292), quam Canisio conveniunt, qui eo tempore Augustae summi templi contionator erat. At cum Canisius et in Italia a mense Martio a. 1547 usque ad Octobrem a. 1549 ac per breve tempus etiam annis 1557 et 1558 fuisset (*Can.* Epp. I, 246—296, et supra p. 84. 274—301), et Ingolstadii a. 1549—1552 et 1555 theologiam docuisset (*Can.* Epp. I, 296—398. 589. 592), fieri poterat, ut Mundt eum italum ac professorem ingolstadiensem esse opinaretur. Canisium sub id tempus de nuptiis inter Elisabetham et archiduces Ferdinandum vel Carolum ineundis compluries Romam scripsisse vidimus supra p. 381. 564. Neque incredibile est Canisium a Ferdinando caesare, Augustae tunc morante, ea de re consultum esse, et aliqua eius dicta a Mundtio, qui tunc Angliae res in comitiis imperii procurasse videtur, plus minusve accurate excepta esse. Petrum Canisium ab eo significari censet etiam Stevenson (l. c. „General-Index"). De conatibus, quibus Elisabetham modo Ferdinando archiduci, modo Carolo eius fratri matrimonio iungere studebant, multa narrantur apud: *Stevenson* l. c.; *Marqués de la Fuensanta del Valle*, Colección de documentos inéditos para la Historia de España XCVIII (Madrid 1891), 59. 64. 65. 78—79. 87—91. 103—106; *Turba* l. c. III, 81. 97. 98. 113 etc.; *Friedr. Hurter*, Geschichte Kaiser Ferdinands II. und seiner Eltern I (Schaffhausen 1850), 35—47; *Aug. Schlossberger* in „Forschungen zur deutschen Geschichte" V. (Göttingen 1865), 3—68 etc.

168ª.

Aestate et autumno anni 1559.

De victu, domo, altari Canisio summi templi augustani contionatori assignatis. De Iacobo Seklero, quem Augustae primum eius socium fuisse ferunt.

P. *Matthaeus Raderus* S. J. in *Historia collegii augustani sub finem saeculi XVI. conscripta: „Cardinalis Otto", inquit, Canisio in summo templo contionatori pronuntiato (cf. supra p. 838) „nummos

seu florenos in victum, vsumque vitae quadringentos assignat[1]; domum 27. Septembris 59., illam quidem et abiectam et angustam, sed vnde amplissimus pietatis fructus extitit, Ludimoderatoris cuiusdam habitandam conducit, rem diuinam ad D. Bartholomaei altare, quod est in summo templo, ab eo fieri iubet. socium . . . . ad vsum habuit domesticum Jacobum Seklerum" (Cod. friburg. „Hist. coll. Aug." p. 3).

Notandum est autem verba „27. Septembris 59." manu ipsius P. Theodorici Canisii, Petri nostri Canisii fratris ex patre, addita esse.

Quae Raderus de domo illa scribit, ex parte confirmantur ***actis cathedralis capituli augustani*, in quibus haec sunt: „Vff denn 27ten Septembris Anno 1559 ist beschaiden die behausung darinnen Canisius vnnd Schulmeister wonen sollen zuunderschaiden also das Jr Jeder sein aigne abgesonderte habitation, ein vnnd ausgang haben möge" (Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 6). Ceterum v. supra p. 524.

Altare illud S. Bartholomaei, in quo Canisius sacrum faciebat, ad „beneficium" sanctorum Bartholomaei et Pancratii pertinuisse videtur. Cum anno 1656 ecclesiam cathedralem „renovare" et genere architecturae antiquo, quo illa aetate uti solebant, decorare instituissent, altaribus gothicis amotis, anno 1657 a latere evangelii medii templi ad tertiam pilam beneficio illi novum exstructum est altare, in quo „visitatio" Beatae Mariae Virginis a Schönfeldio depicta est (*Plac. Braun*, Die Domkirche [zu Augsburg] und der hohe und niedere Clerus an derselben [Augsburg 1829] p. 36 ad 38). Nunc (summo templo post medium saeculum XIX. iterum refecto et ad antiquam formam reducto) apud pilam illam altare non exstat. De Iacobo Seklero, quem Canisii socium fuisse Raderus tradidit, P. *Carolus Grim*, collegii vindobonensis minister, medio fere anno 1559 ad Lainium *scripsit: „Jacobus Sekler Enipontanus annorum est 23, societati se regendum tradidit anno 55., uota emisit 57., huic Templi nostri atque Sacristiae cura commissa est" (Cod. „Austr. Fund. III" f. 161b). In catalogo autem collegii vindobonensis a. 1561 typis descripto refertur „Jacobum Sekhler Tyrolensem" „hoc semestri proximo" ex eo collegio in pragense missum esse (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. C 4a). Anno autem 1562 vel 1563 ipse „Secler" P. Hieronymo Natali affirmavit se „quatuor minores" ordines habere, Vindobonae per 6 annos sacristanum, Pragae procuratorem et „in secunda classe per medium annum" magistrum, Augustae „ministrum" fuisse (Ex apographo recenti *„responsorum" Sekleri). **Annalium* porro vindobonensium scriptor asserit „P. Iacobum Secklerum", cum anno 1579 Vindobonae „socius procuratoris" et „superintendens sacristiae" et a. 1582—1587 collegii vindobonensis procurator fuisset, 22. Decembris 1590 in coenobio S. Bernardi, Moraviae propinquo et paulo ante collegio vindobonensi attributo, vita cessisse (Cod. „Annal. Vienn." f. 30a. 47a). Errant igitur *Agricola, Mangold, Braun, Riess* etc., cum scribunt Seklerum, cum anno 1559 Augustae Canisii socium ageret, sacerdotio ornatum fuisse. Canisius ipse Augusta 30. Septembris 1559 ad Lainium, nulla Sekleri mentione facta, scribit: „Est nunc mecum P. Iodocus [Carcaeneus] sacerdos Ingolstadiensis" (supra p. 524). Quem nescio an cum Iacobo illo Seklero scriptores confuderint.

---

[1] Fridericus a Zollern, episcopus augustanus, anno 1505 in eccleisa cathedrali „beneficium praedicaturae" fundaverat ea lege, ut contionator in summo templo singulis diebus dominicis et festis post prandium ac praeterea, cum propter communes necessitates etc. sacra pompa ducenda esset, et singulis Quadragesimae diebus ac per sacrum „Adventus" tempus ter singulis hebdomadibus, nisi nimis molestum ei id esset, sacrum sermonem haberet (*Braun*, Bischöfe III, 129—133).

168[b].

30. Iulii 1559.

Canisius Augustae coram Ferdinando I. caesare contionatur. Mathiam Cythardum O. Pr. laudat.

Canisius 6. Augusti 1559 Lainio scripsit sibi „superiore septimana“ „concionandi munus apud Caesarem obeundum fuisse“ (supra p. 500). Contionatus autem est die 30. Iulii, quae tunc „Dominica XI. post Pentecosten“ erat. Nam contionis „Dominica. 10.“ [post octavam Pentecostes] habitae exordium his verbis conclusit: „Demnach hab ich yetzunnd mir firgenommen von disem Euangelischen text [Luc. 19, 41—47] nit zu weichen, sonder darbei nur anzuzaigen wie christus seine gütigkait vnd gerechtigkait hie recht gibt zuerkennen, zu dem wie alle christen sie seien des nidersten oder des öbersten stands ir notige warnung vnd ermanung reichlich finden, bei derselbigen Histori. Bin gutter verhoffnung, die gutthertzigen vnd ginstigen zuherer werdens mir nitt zum ergsten auslegen, das ich auss lautter gehorsam und mit einfeltiger meinung yetzunder mich vnderstehe diss hochwichtig predigampt zuuerwalten. Last vns nur gott den almechtigen bitten er gebe seine gnad vnd gesundtheit dem rechtferordneten vnd hochgelerten Hoffprediger, damit er selbe sein statt vertrette, in disem Euangelischen ampt wie bissher segenlichsten [seliglichsten?] fortfare vnd nutz schaffe in dem weingarten des Herren“ (Ex *commentario huius contionis, ab ipso Canisio correcto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. N.“ f. 43[a]). Haec etiam ostendunt Canisium hoc tempore officio contionatoris aulici, quod apud Ferdinandum I. habuerat, iam liberum fuisse. Aegrotus autem ille contionator aulicus, cuius eo die Canisius vices gessit et virtutem laudavit, prorsus videtur fuisse Mathias Esche, vulgo Cythardus, O. Pr., de quo supra p. 793 scriptum est.

169.

1559 et 1560.

De contionibus a. 1559 et 1560 a Canisio habitis. Codices, in quibus scriptae sunt. Canisius sermones diligenter parat. Eorum numerus. Praeter eum alii contionantur. Decalogum, „novissima“, maxime autem sacrorum dierum evangelia exponit, erga auditores valde modestus.

Sacri sermones, quos Canisius inter diem 24. Iunii 1559 et 13. Novembris 1560 habuit, in quattuor supersunt codicibus, qui „Scripta B. P. Canisii X. N, X. O, X. Q, X. R“ (4⁰; ff. 160 non sign., 95 sign. [e quibus tamen 6 prima desunt], 144 sign., 202 sign. cum 1 non sign.) signati et aliquam quidem partem ab ipso Canisio, maximam vero ab aliis, Canisio dictante, scripti sunt ita, ut saepe eiusdem sermonis unam partem Canisius, alteram alius aliquis scriberet. Librariorum manus in iis 5 vel 6 comparent, e quibus una

(prima aut secunda) Andreae illius Stör, iuvenis litterarum studiosi (de quo infra, monum. 187 dicetur), esse videtur; alia P. Theodorici Canisii est (v. supra p. 560[1]), alia P. Guilielmi Elderen, quae quidem inter 28. Ianuarii et 13. Decembris 1560 saepissime cernitur, alia fortasse Wendelini Volckii S. J. (de quo supra p. 308). Canisius, quae ceteri scripserant, multis rationibus immutavit et auxit. Nonnumquam sermonum summaria tantum sive adumbrationes quaedam per summa capita factae comparent; plerumque vero ipsi sermones conspiciuntur, ita tamen, ut raro integer prorsus sermo positus sit; nam extremae maxime partes saepe aut breviter tantum adumbratae sunt aut omissae. Interdum etiam eiusdem sermonis vel eiusdem saltem exordii etc. duo vel plura ponuntur commentaria, e quibus alterum altero emendatius est. Maxima contionum pars sermone latino — interpositis tamen vel ascriptis partibus, sententiis, verbis germanicis — concepta est. Canisius, cum omnia diligenter recognosceret corrigeretque, singulari studio exordia componebat; contionis argumentum sive „propositionem“ semper clare enuntiat simulque orationem in praecipua membra (2, 3, 4) dispertit; alias etiam eius partes saepe notat verbis quibusdam in margine appositis, velut „Excusatio“, „Transitio“ [1], „Applicatio“ [2].

Codex quidem, in quo Canisius sermones inter diem 13. Decembris 1560 et 19. Decembris 1561 habitos litteris consignavit, perisse videtur. Attamen, quotiens et quando ipse inter dies 13. et 31. Decembris 1560 Augustae contionatus esset, ex codicibus supra memoratis et ex iis, quibus posteriores eius contiones augustanae continentur, facili coniectura assequi et in huius voluminis tabulam chronologicam referre licuit.

Ex his igitur fontibus eruitur Canisium Augustae anno 1559 plus quam 40, ac 9 fere mensibus illis, per quos anno 1560 ibidem morabatur, 90 contiones in ecclesia cathedrali et in templo S. Ioannis eidem contiguo habuisse [3]. Quibus autem diebus eas habuisset, ex

---

[1] *Canisius*, cum die festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis (8. Septembris) 1559 pronuntiasset se primum de ipsa illius diei festi ratione, deinde de evangelio eo die legi solito dicturum, priore sermonis parte absoluta ad alteram hanc fecit „transitionem“: „Ja sprichstu nun wolt ich auch vom Euangelio gern etwas horen. wollan zu wol ichs dir sagen yedoch in allen kurtzen. riespert euch nur eynmal. Das heutig Euangelium“ etc. (Ex huius sermonis *commentario, partim autographo; verba, quae protulimus, a *Canisio* ipso scripta sunt. Cod. „Scripta B. P. Can. X. N.“ f. 88b).

[2] In brevi quadam Canisii *biographia*, manu scripta et Romam ad Societatis praepositum generalem missa, quae sub medium saeculum XVII. (post annum 1610) a *Socio* aliquo (P. Gregorio Roseffio [† 1623]?) composita esse videtur, haec, praeter alia, de Canisio narrantur: Ad contiones habendas „uix dici potest quanta cura, ac praemeditatione, quot fusis ad Deum precibus, quanta afflictatione corporis sese compararet“ (Ex *archetypo [fasc. in 8° mai.] p. 3 non sign.).

[3] *Canisius* sermonem Augustae inter 1. et 4. Decembris 1560 habitum exorsus est: „Spero quod nullus in sinistrum rapiet quod seponam et intermittam ad tempus

iisdem fontibus in huius voluminis tabulas chronologicas relatum est, ascriptis etiam plerumque earum argumentis.

Hoc loco haec tantum adnotanda esse videntur: Canisius anno 1559 sacro Adventus tempore singulis hebdomadis ternas, anno 1560 per Quadragesimam atque etiam, ut videtur, per Adventum singulis hebdomadis quaternos sermones sacros habuit. Quamquam autem ipse proprie contionatoris munus in summo templo tenebat et administrabat, simul tamen etiam alios in eodem vel in ecclesia S. Ioannis contionatos esse ex Canisii sermone 25. Februarii 1560 habito intellegitur, in quo ipse pronuntiavit: Sequente Quadragesima cotidie sermonem habitum iri [1] ita, ut Michaël quidem Dornvogel, episcopus suffraganeus, contionaretur, quibus vero diebus hic suggestum non ascenderet, ipse Canisius ex eodem diceret (Cod. „Scripta B. P. Can. X. O" f. 93ª). Ac cum Canisium singulis diebus sacris semel tantum dicere solitum esse constet, ipsum in sermone 20. Octobris 1560 habito audimus asserentem: „Bis hic praedicatur singulis festis" (Cod. „Scripta B. P. Can. X. R" f. 115ᵇ).

Canisium 24. Iunii 1559 auditoribus promisisse se in posterum, evangelio diei exposito, decalogi praecepta explicaturum, iam vidimus supra p. 841. Ac de decalogo quidem disseruit mensibus Octobri et Decembri a. 1559 et Quadragesima anni 1560, ita tamen, ut evangeliis semper multum tribueret temporis. Qua de re se quasi purgare conatus est in sermone 22. Martii 1560 (feria sexta post Dominicam III. Quadragesimae) habito, quem sic exorsus est: „Jn principio huius Concionis me excusatum uolo, quod tardius procedo in materia quae incepta est de decalogo, de exteriori et interiorj cultu dej illic contento, Vbi nos impediunt Euangelia tempori congrua quae sunt tam egregia et ponderosa et digna quae declarentur in illis punctis de quibus tantopere disputatur, ut non possit ad ea omnino tacerj" (Ex *commentario huius sermonis a P. *Guilielmo Elderen* scripto et a Canisio ipso recognito. Cod. „Scripta B. P. Can. X. Q" f. 63ª). Cum vero initio mensis Aprilis a. 1560 decalogum exponere omnino cessasset, sermone 20. Octobris 1560 habito ad eum rediit

explicationem et ausfurung der h. 10 gebot, nam cum ijs diebus festis in templo b. Virginis [cathedrali] uolo pergere, quantum dominus concesserit. ‚Jn omnibus operibus tuis memorare nouissima tua et in aeternum non peccabis. Eccl. 7.' Hanc unicam sententiam mihi proposui tractandam für vnd fyr per hunc aduentum quoties in hebdomada hoc loco concionabor Deo duce" (Ex *commentario huius sermonis, partim a *Canisio* ipso scripto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R." f. 171ᵇ). *Idem* in sermone Dominica II. Adventus (8. Decembris) Augustae in summo templo habito: „Mihi reseruabo", inquit, „materiam de Iudicio, de qua cras et die mercurij apud D. Joannem non attenta paucitate [auditorum dicam] . . . Qui vult autem habere pleniorem informationem vom ablass, et quid de ea sentiendum sit . is ueniat die ueneris ad S. Joannem nec contemnat uel rideat, quod forte nunquam intellexit." (Ex *commentario huius sermonis a P. *Guilielmo Elderen* S. J. scripto et a Canisio correcto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R." f. 187ᵇ. 186ª). [1] Cf. supra p. 843[1].

his verbis: „Jam scitis omnes meam opinionem, quod hoc exacto anno [1] praecipue in omnibus praedicationibus laborauerim haerere circa Euangelium, et optima ex illo puncta et doctrinas proponere, ut simplices etiam melius intelligere et retinere possent. Praeter Euangelium autem promiseram[a] docere de Decalogo et hoc ex grauibus causis, quas nunc non repetere necesse est, sed putaui primo anno ad Euangelia dominicalia declaranda tempus mihi defuturum[b], et populo displicere longas praedicationes, et quod uellem expectare meliorem commoditatem talem materiam de decalogo prosequendi[c]. Nunc omnino conclusi, quod[d] in omnibus contionibus uolo aliquid meminisse et docere de 10 praeceptis, et eo breuius tractabo de Euangelio 1° quia bis hic praedicatur singulis festis. 2 quia saepe audistis eadem Euangelia, 3 multi habent domi postillas, in quibus legunt expositionem Catholicam. Vt autem nemo queratur Euangelium de die uel festo non praedicari hoc loco secundum veterem morem, semper legam textum sicut hactenus. 2 contraham textum in capita et summarias doctrinas. praecipue vt discamus ex Verbo Dei confirmationem fidei spei et charitatis erga Deum et proximum. et hoc breuiter, ut plus temporis acquiramus ad declaranda praecepta Dei, quae ante omnia sunt utilia, salutaria et necessaria nobis“ (Ex *commentario huius exordii a *Canisio* ipso scripto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R“ f. 115[b]). Sacro tamen Adventu a. 1560 diebus tantum dominicis de decalogo, per hebdomadam de „quattuor novissimis“ rebus et de indulgentiis dixit (Cod. „Scripta B. P. Can. X. R“ f. 171[b]—199[a]). Unde factum est, ut annis 1559 et 1560 tantum de decalogo universe et de primo eius praecepto (de fide, sacra Scriptura, traditione, sacris caerimoniis, sanctorum cultu et invocatione etc.) dissereret.

Quae Canisius sermonibus praemittere solitus sit, ex *commentario contionis die festo „Dedicationis S. Michaëlis archangeli“ (29. Septembris) 1559 in summo templo ab eo habitae cognoscitur, cuius praefationem ipse sua manu (Cod. „Scripta B. P. Can. X. N“ f. 101[a]) sic scripsit: „Die gnad vnd barmhertzigkeit almechtigken Gottes des hymmelischen Vatters die weisheit vnd verdienst JESV Christi vnsers hailands vnd seligmachers[e] die liebe auch vnd gnade des hailigen gests sey[f] vnd bleibe mit vns bis zu der letsten stund. [2] — Ehe[g] das wir aber weiter zu dissem Euangelium kommen[h], lassen

[a] *A C. correctum ex:* ceperam. [b] *A C. correctum ex:* fore breue.
[c] *Vel:* persequendi.
[d] *Sequuntur verba:* cum isto nouo secundo anno, *a C. ipso deleta.*
[e] *Sequitur* sam, *a C. ipso deletum.*
[f] *Sequitur* mit vns, *a C. deletum.*
[g] *Antecedunt verba:* Welche nun, *a C. deleta.*
[h] *Sic C. correxit ex:* Ehe das wir weiter diss Euangelium horen.

[1] V. supra p. 839[2]. [2] Hic fortasse „textum“ sermonis proferebat.

vns got den almechtichen bitten sein gottes[a] gnad vnd beystand von hertzen begheren[b] fur vns vnd die vnsere erstlich fur ain krancke person[c] in sonderhait 2. fur allerleij anliggen der gantzen h. Christenhait: Demnach fallen nider vnd sprechen mit[d] mjr alle samptlich[e] [1]. — Sagent darauff andagtlich ain Vatter vnser vnd Aue Maria. — Horend liebe Christen das H. Euangelium so man auff s. Michels tag list vnd braucht[f]."

Plura de rebus, quas Canisius e suggestu augustano proponebat, et de modo, quo eas proferebat, in sequentibus voluminibus dicentur; hic hoc monuisse sufficiet: Eum ex una quidem parte protestantium, quos „novos Christianos", „novum mundum" vocare solebat, erroribus refellendis magnam operam dedisse, collatis eorum dogmatis et fructibus ex iis ortis cum iis, quae in Scriptura et in Patrum libris tradita et superioribus saeculis sancte gesta essent, ex altera vero parte eum catholicis ad morum emendationem et ad paenitentiae, misericordiae, pietatis opera incitandis vehementer institisse.

Canisium erga auditores valde modestum blandumque se praebuisse ea, quae posita sunt supra p. 833. 839—841 (cf. etiam supra p. 844, et infra p. 858), ostendunt. En alterum eius rei exemplum: Canisius, cum imperatoris et praepositi generalis iussu ab ineunte mense Maio usque ad ineuntem mensem Iulium anni 1560 Augusta abfuisset (vide supra p. 637—669), die 2. Iulii, Visitationi B. M. V. sacro, ad summi templi augustani sacrum suggestum rediens, sic (germanico tamen sermone) exorsus est: „Jam tempus est et plus quam tempus, ut intermissum[g] praedicandi munus recipiam et obeam. Sed opus non puto multis excusare me propter longam absentiam cum sine dubio multi uestrum norint[h], quod proficisci[i] debuj non ex propria uoluntate, neque ob leues occasiones vnd gescheffte[n], sum alioqui paratus[k] profecto quam diu Dominus uitam et sanitatem dederit, in hac uinea domini Augustae laborare, quamquam positus hic sum exiguus et ineptus praedicator, Et semper apud me reperietur bona uoluntas[l] ein bestendige guetwilligkayt omnes et singulos Augustae instruendj

[a] *A C. super versum scriptum.*
[b] *Quinque verba sequentia a C. supra versum scripta (addita) sunt.*
[c] *Duo vocabula sequentia a Canisio in margine ascripta sunt.*
[d] mit mit *autogr.*
[e] *A C. haec correcta sunt ex:* So sprechen mir. Darumb sprechen alle vnd yde mir nach dis gemein gebet. [f] *A C. correctum ex:* gebraucht vnd list.
[g] *C. superscripsit:* lang vnderlassen.
[h] *A C. correctum ex:* nam scio multos non latere.
[i] *Superscriptum a librario:* verreissen.
[k] *C. superscripsit:* Sunst aber die Warheit zu saghen.
[l] *A C. correctum ex:* Nihil apud me reperietur aliud quam bona uoluntas.

[1] Hic certe Canisius precationem illam „communem" („gemein gebet"; cf. supra, adnot. e) interposuit, de qua supra p. 695—699 scriptum est.

siue in hac cathedra siue in domo publice et priuatim, quomodocunque et ubicunque aliquis me et opera mea uti uelit. Quod si hactenus munerj meo non satisfecj siue in uiuendo siue in docendo, cum etiam me peccatorem agnoscam et indignum sacerdotem[a] et doctorem, uolo post hac tanto esse diligentior per gratiam omnipotentis et per[b] communes preces uestrae charitatis" (Ex huius sermonis *commentario, a P. *Guilielmo Elderen*, ut videtur, scripto et a Canisio ipso correcto et aucto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R" f. 1[a]. Partim typis exscriptum a *Riess* l. c. p. 295[3]).

170.

1559 et 1560.

Canisius Augustae e sacro suggestu clerum, cuius vitia non dissimulat, ad mores reformandos, populum ad reverentiam et oboedientiam clero praestandam hortatur. In haec populi vitia maxime invehitur: Quod de rebus sacris temere iudicent, nec dies sacros, nec templum colant, non ieiunent, delicate vivant, ebrietati, impudicitiae, avaritiae addicti sint, fenerentur.

Sequuntur aliqua ex Canisii contionibus annis 1559 et 1560 Augustae habitis, quae typis exscriptae non sunt, excerpta, quod et ad eius dicendi rationem illustrandam aliquid conferre videbantur, et ad aetatis illius hominum, maxime augustanorum, mores cognoscendos utilia censebantur; in quibus ponendis non temporis, sed rerum ordo servatur.

a) *Canisius Augustae 30. Iulii 1559, cum ad aulam Ferdinandi I. caesaris, qui tunc comitiis imperii ibidem praeerat, sermonem sacrum haberet, inter alia:* „Welln wir", *inquit,* „gottes tempel rainigen[1] es muss ein rechter Ernst da sein, dass man kainen ansicht, sonder nur auss gottes eiffer gewegt vnd getriben werden, wie Moyses, wie Vengies[2], Paulus getriben wurden .2. Muss man mit gesunder lehr die schefflin wol waiden[3], vnd die klainen nit hunger sterben lassen[4], vnd das ist nun wider die stummen hundt[5] wider die plinden fierer[6] vnd welche irem ampt nach, dem predigstul nitt ausswarten sonder lieber am tisch schwetzen, spilen fressen vnd sauffen wellen dan Christi exempel bedencken" *(Ex *commentario huius sermonis, a Canisio ipso correcto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. N" f. 51[a]). Similiter in sermone 21. Septembris 1559 in summo templo habito:* „Warlich in vil hundert Jaren ist nije ain solcher mangel an guten priestern gesehen wie itz vor augen allenthalben, ist on zweifel

[a] *Duo verba sequentia a C. ipso inserta sunt.* [b] *C. superscripsit:* in kraff.

[1] Cf. Luc. 19, 45. 46. In evangelio huius diei, quae erat Dominica XI. post Pentecosten, haec lecta erant.
[2] Phineen sacerdotem dicit; cf. Num. 25, 7. 8. 1 Macch. 2, 26 etc.
[3] Tit. 2, 1. Ier. 3, 15. 1 Petr. 5, 2 etc. [4] Cf. Thren. 2, 19; 4, 4 etc.
[5] Is. 46, 10. [6] Matth. 23, 16.

eyn erschrechelich geissel vnd plag Gottes." *Et in sermone ibidem 29. Septembris 1559 habito:* „Wir . . ergern . . offt vnseren nechsten, die geystlichen mit irem irreformirten vnd ongeystlichen wesen, die ältern ärgern ire kinder" *etc. (Ex *commentario. L. c. f. 96ᵇ. 100ᵃ). Atque 8. Octobris 1559 ibidem in postrema sermonis parte varios hominum ordines exhortans:* „Jr geistlichen", *inquit,* „lassend euch das Euangelium befollen seyn, non quod putetis habere uestem nuptialem cum estis induti Chorklaidt [1], sondern gedenckend quod [sit] signum munditiae interioris et inculpatae conuersationis, ut sitis luminaria lucentia nationis [a] prauae [2] jmo et angeli . qui stola induti leguntur [3]. Jnduentes Chorock cogitate Mundamini qui fertis vasa domini [4]. Vide ut ministerium tuum impleas [5]. Esto exemplum fidelium in fide in charitate in castitate [6]" *(Ex *Canisii autographo. L. c. f. 117ᵃ). Iterum 15. Octobris (Dominica XXII. post Pentecosten) 1559 in epilogo sermonis sacri, quem in summo templo augustano habebat, singulos hominum ordines compellans, primo loco:* „Vos", *inquit,* „spirituales instruite in spiritu mansuetudinis [7] exemplo Christi Rom. 14. Semper curate promouere in fide, tam uita quam doctrina. Sic sanabitis non simplicem sed principem, non unum sed multos, et totam domum [b]. Oues uobis comissas [c] pascite [8] diligenter et aedificate in fide non uerbo tantum sed et exemplo, non exemplo tantum sed et verbo. Cepit Christus facere et docere [9]. Estote Ambrosij, non deerunt Constantini Theodosij Carolj" [10] *(Ex *commentario. L. c. f. 130ᵇ). Kalendis autem Ianuariis a. 1560 Canisius ex eodem suggestu, cum dixisset:* „Vetus et Christianus mos est vt hodie Christiani sibi precentur, et vt etiam concionatores suis auditoribus nuncient et donent nouum annum", *ad singulos auditorum ordines se convertens primum:* „Vos", *inquit,* „spirituales tenete Simeonem iustum, et timoratum [11] senem, sit reformator vester, sequamini illius exemplum .1º vt sitis in templo non in mundo et foro, Nemo enim militans Deo [12] [etc.] .2º vt cum Christo agatis quae Simeon, qui solum suum gaudium et consolationem ponit in Christo, illum desiderat, illum quaerit, et expectat redemptionem Jsrael [13], non suam vtilitatem .3º vt Christum praedicetis, laudetis, honoretis, vt nomen Domini non blasphemetur [14], sed honoretur in vobis. Et nisi sitis Simeones, non

---

[a] *Sic; legendumne* nationi?
[b] *Quae sequuntur, a C. ipso in margine ascripta sunt.* [c] comisse *autogr.*

---

[1] Clericorum vestem, quam „superpelliceum" vocant. [2] Phil. 2, 15.
[3] Marc. 16, 5; cf. Luc. 24, 4. Io. 20, 12. [4] Is. 52, 11.
[5] 2 Tim. 4, 5. [6] 1 Tim. 4, 12. [7] Gal. 6, 1. 1 Cor. 4, 21.
[8] Io. 21, 17. 1 Petr. 5, 2 etc. [9] Act. 1, 1.
[10] Cf. *Can.* Epp. I, 178, et supra p. 228. 232. 758. [11] Luc. 2, 25.
[12] 2 Tim. 2, 4. [13] Luc. 2, 25. [14] Is. 52, 5 etc.

habebitis pacem, non gaudebitis, venient reformatores, et incipiet iudicium a domo Dei[1]. Si enim sal infatuatum fuerit" [2] [etc.] *(Ex *commentario a P. Theodorico Canisio scripto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. O" f. 54^a). Clarius etiam in sermone die 2. Februarii (festo „Purificationis B. M. V.") 1560 ibidem recitato:* „Discite spirituales a Simeon, quomodo uos in templo et diuino cultu habere debeatis. Id est: Venit in spiritu in templum[3], et haec uera praeparatio. Non uenietis in spiritu in templum, si domi non Spiritui sancto sed malo seruitis crapulando, inanibus studijs, mundi curis, carnis uoluptatibus. Et quomodo seruauit se Simeon in templo? o quam deuote Christum tractauit, quam reuerenter de illo dixit et cantauit, quam deuote illum laudauit[4]. Jn templo habuit suum paradisum, Christus illi vita tantum[5]. tantum consolationis habuit, quantum omnes principes et diuites huius mundi habere non possunt" *(Ex *commentario Canisii autographo. L. c. f. 78^b).*

In sermone 21. Aprilis („Dominica in Albis") 1560 Augustae habito Canisius, cum de sacerdotum dignitate et potestate egregie dixisset, addidit: „Haec dico de statu, non de personis, non excuso uel defendo indignos vngeschikte carnales etc. Jmo dico cum Christo Si sal infatuatum fuerit[6] [etc.]. Sed status interim est ordinatio dej, nec potest abolerj. Et est necessarius" *(Ex huius sermonis *commentario, a P. Guilielmo Elderen scripto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. Q" f. 136^b—137^a). Et in contione 7. Iulii 1560 in summo templo habita:* „Non deberemus iudicare Superiores[a] uiuos et mortuos, quibus debemus reuerentiam et obedientiam, etiamsi non mereantur[b], sicut et filius parentibus malis debet. Nonne turbamus ordinem cum oues de pastoribus iudicamus? et gaudemus de illis audire et uidere mala[c], sicut Cham uidendo nuditatem Patris[7]. Hoc facit Papa, hoc Cardinales, Episcopi, Praelati, monachi. Vnde nosti? Scriptum est ex Vrbe, dictum in foro, auditum in Prandio, ergo uerum et euangelium" *(Ex huius contionis *commentario. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R" f. 10^a). Ibidem iam aliquanto ante (5. Aprilis 1560), cum Christum pontificibus iudaeis, quamvis malis essent moribus, honorem exhibuisse dixisset, haec addidit:* „Applica [haec] ad Pontifices et Episcopos nouae legis. Non requirit a te Deus quomodo ipsi uixerint et satisfecerint officio suo sed requiret qualis ouis fueris sub tuo Pastore, cuj debes reuerentiam et obedientiam Hebr: 13[8]. Si est

---

[a] *Sequentia tria verba a C. ipso addita sunt.*

[b] *C. in margine ascripsit:* Non est murmur eorum contra me *[sed contra Dominum. Ex. 16, 8].*

[c] *C. in margine ascripsit:* Non uos abiecerunt sed me *(1 Reg. 8, 7).*

---

[1] 1 Petr. 4, 17. [2] Matth. 5, 13. Marc. 9, 49 etc. [3] Luc. 2, 27.
[4] Cf. Luc. 2, 28—35. [5] Cf. Phil. 1, 21.
[6] Matth. 5, 13 etc. [7] Cf. Gen. 9, 20—22. [8] Cf. Hebr. 13, 17.

bonus, tanto magis rationem reddes, si non sequeris uitam et doctrinam [eius,] non ambulas et sequeris Pastorem. Si est malus, immo si est Judas uel Caiphas, tamen debes eius doctrinam non contemnere sed Christum in illo audire et honorare. Et tanto gratior obedientia Deo, dum non respicis personam et merita, sed ordinationem Dej[1]. Et nosti esse subiectus non tantum bonis sicut et Turcae et gentes, sed etiam discolis[2] propter Christum[3], quod est proprium Christianorum" *(Ex *commentario, ab Elderen scripto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. Q." f. 102b).*

b) *Canisius Kalendis Septembribus a. 1560 de iis, qui sacras ecclesiae caerimonias reprehenderent et contemnerent (protestantes maxime significat), haec praeter alia dixit:* „Ey estne Jst es nitt ein vneuangelischer freuel, vnnd ein vnchristliche, stolze, ybermüttige vnsinnigkeytt? quod nouus mundus, jmo ein schwarzer schmid, ein grober Maurer, ein vngelertter vngeschicktter handwercker, taglöner, baur, stalbub sich vndterstett zu vertaylen, jmo damnare, ridere, blasphemare, quod nescit et ignorat, et ita volunt esse curiosi, in rebus sacris, vbi vix sciunt legere, et saepe ignorant Pater noster, Decalogum, quem maxime scire debet omnis Christianus, Si quis plura velit, veniat ad me et sinat se doceri, Nunc plura non licet" *(Ex *commentario. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R" f. 68b).*

c) *Die festo S. Laurentii (10. Augusti) 1560 Canisius ex ecclesiae cathedralis suggestu conquestus est:* „Viae antiquae[4] ... nunc passim in obliuionem imo etiam in contemptum ueniunt, praesertim in obseruatione Festorum. Vnde uidemus hodie, quod multi laborent, et quod pauci hoc Festum celebrent" *(Ex *commentario. L. c. f. 38a). Et die S. Iacobo („maiori") apostolo sacro (25. Iulii) 1560:* „Tantus abusus passim inualuit, vt Deus nunquam magis quam in Festis peccando irritetur, et vt blasphemetur nomen Dej propter nos apud infideles[5] Iudaeos et Turcas, qui rectius et honestius sua festa colunt, quam nos Christiani" *(Ex *commentario. L. c. f. 23a). Similiter die festo S. Bartholomaei apostoli (24. Augusti) 1560 (*L. c. f. 60).*

d) *De modo, quo homines in templis se gerebant, 25. Iulii 1560 notavit:* „Nos neque ad Christum nisi raro venimus, oraturj. Et melius esset non uenire in templum, quam ita indebite et prophane nos gerere. Alij fabulantur. Alij obambulant, quasi implere uelint scripturam[a] In circuitu impij ambulant[6], Alij non solum non orant, sed etiam turbant orantes, quod non ferrent in domo sua, id audent in templo, garriendo, ridendo, iurando, digniores Iudaeis quos

[a] *Quattuor verba sequentia a C. ipso ascripta sunt.*

[1] Rom. 13, 2. [2] 1 Petr. 2, 13. 18. [3] Cf. Eph. 6, 5.
[4] Ier. 6, 16. [5] Is. 52, 5. Rom. 2, 24. [6] Ps. 11, 9.

Christus expellat ex templo" [1] *(*L. c. f. 26a). De iisdem obambulationibus et confabulationibus Canisius conquestus est etiam in contione 18. Augusti 1560 habita, affirmans:* „Nostra templa non sunt betthauss [2], sunder predighauss, klaffhauss [3], gwerbhauss, Stalhausse, tanzhauss, kauffhauss etc." *(Ex *commentario. L. c. f. 55b). Ac 25. Augusti 1560 iterum eiusdem rei mentionem fecit, addens:* „Vtinam mea admonitio posset habere locum apud eos qui volunt esse Catholici et sciunt talem abusum esse contra Deum, contra Proximum" *etc. (Ex *commentario. L. c. f. 56b).*

e) *Canisius in contione 5. Aprilis 1560 Augustae habita queritur de iis, qui in sacra confessione* „nihil dicant aliud" quam „peccauj contra Deum, Non obseruaui neque maximum neque minimum praeceptum. Deum et proximum non dilexi, es ist mir alles leyd, gibt mir die absolution" [4] *(Ex *commentario ab ipso Canisio recognito. Cod. „Scripta B. P. Can. X. Q" f. 104a).*

f) *Ex Canisii sermone, die festo Annuntiationis B. M. V. (25. Martii) 1560 Augustae habito, cognoscitur eo tempore in illis regionibus morem nondum exstitisse, in „salutatione angelica" recitanda evangelicis illis verbis precationem „Sancta Maria" etc. addendi. Canisius enim, postquam eam salutationem auditoribus commendavit:* „Sed dices," *inquit,* „Non est oratio, sed tantum laus Mariae, nec ullum esse uerbum quod ad orationem spectet. Fatemur uerba non sonare quasi essent oratio. Sed . . . nonne oramus Psalmos? Sed in his quam multi sunt in quibus nihil petatur sed Deus tantum laudatur. . . . Vis habere orationem. Adde cum Ecclesia romana: Sancta Maria mater Dej etc." [5] *(Ex *commentario a P. Guilielmo Elderen S. J. scripto et a Canisio recognito. L. c. f. 75a).*

Similiter Canisius iam anno 1558 (ut videtur) eodem die festo Straubingae de salutatione evangelica dixerat: „Jha sprichstu ists doch kein Gebet. Warum sol man das dan sprechen? Antwurt, Nein mein bruder du bist nit allein schultig zu betten sunder auch zu loben, vnd preisen got, und nit allein got in im selber sunder

---

[1] Matth. 21, 12. Luc. 19, 45. Io. 2, 15 etc.

[2] Is. 56, 7. Matth. 21, 13 etc.

[3] Klaffen = schwatzen (garrire); in Germania superiore saepe = im Reden ausgelassen sein, unehrbare Reden führen (effrenate loqui, turpia dicere): *J.* und *W. Grimm,* Deutsches Wörterbuch V (Leipzig 1873), 893—896.

[4] Similiter *Polancus:* „Hoc constat: tantam confessariorum bonorum fuisse inopiam Viennae [anno 1554], ut nihil aliud poenitentes agerent, quam confessionem generalem apud eos pronunciare, et consolationem verbi Dei petere; et sine ulla inquisitione vel particulari peccatorum declaratione absolutionem impendebant." „Latissime per totam Germaniam abusus ille in genere confitendi [patuerat]" (Chronicon IV, 241; V, 231). Ac P. *Nicolaus Lanoius,* collegii vindobonensis rector, in eiusdem collegii litteris quadrimestribus, Vindobona 28. Augusti 1555 datis: „Omnes passim se probe confessos arbitrantur, et absòlutionis beneficio dignos, si dixerint perfunctorie dumtaxat se mille modis diuina praecepta esse transgressos uel aliquid huiusmodi. Et . . . inueniunt ipsi sacrificos, qui sic confitentibus manum dicto citius imponant" (*Litterae quadrimestres* III, 564). Cf. *B. Duhr* S. J., Reformbestrebungen des Kardinals Otto, in „Historisches Jahrbuch" VII (München 1886), 381.

[5] Cf. *Th. Esser* O. Pr., Geschichte des Englischen Grusses, in „Historisches Jahrbuch" V (München 1884), 88—116; *editoris* Entstehung . . . der Katechismen des sel. P. Canisius p. 88—90; *Steph. Beissel* S. J., Die Verehrung U. L. Frau in Deutschland während des Mittelalters (Freiburg i. Br. 1896) p. 118—119.

auch in seinen heiligen." *(Ex *commentario huius sermonis, a Canisio ipso recognito. Cod. „Scripta B. P. Can. X. M." f. 8ª). Fideles ad „salutationes evangelicas" recitandas tunc in ea regione campanarum sonitu bis tantum cotidie invitatos esse — id quod nunc ter cotidie ubique fieri solet*[1] *—, his Canisii verbis significari videtur, 2. Iulii 1560 e suggestu augustano prolatis:* „Ecclesia Mariam colit . . . quotidie per campanam bis ad Aue Maria." *(Ex huius sermonis *commentario [de quo supra p. 849] f. 5).*

g) *Eodem die festo „Visitationis Beatae Mariae Virginis" (2. Iulii) 1560 Canisius:* „Nostrae", *inquit,* „Augustanae [mulieres] uix pedem e domo proferunt, quin adesse debeat currus et equus, et sic uehuntur ut Duxissae, et sinunt grauari se multis sumptibus ut tantum seruiatur . . corpori. Non est consuetudo in alijs ciuitatibus, sed diuitiae nobis pariunt tales fructus ut uix sciamus quam delicate uelimus uiuere" *(Ex eodem *commentario. L. c. f. 4ª).*

h) *Die 16. Septembris 1560:* „Unde tantus neglectus et contemptus ieiunandj? quia non discimus puerj, et quare? quia non admonemur[2]. Qui deberent docere, nihil ipsi ieiunant. Jta fit ut nunquam incipiamus et discamus. Vnde uix ex centum vnus satisfacit praecepto jeiunandj, imo putant se non posse. Posset autem si lucraretur aliquot florenos, sed propter christum et salutem nihil possumus nisi quod uolumus" *(Ex huius sermonis *commentario. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R." f. 82ᵇ).*

i) *28. Iulii 1560:* „Nostri maiores", antequam cibum sumerent, Deum precabantur; „nunc pueri retinent vmbram veteris pietatis, maiores pudet id facere publice, et fidem profiteri. . . . Nunc nullum est peccatum inebriari, et idem dicitur, quod gaudere. Quot occidunt se crapula? Quam pauci senes?" *(Ex huius sermonis *commentario. L. c. f. 29ᵇ. 30ª.)*

h) *25. Augusti 1560:* „Vincimus Iudaeos in vsuris, Turcas crapula et ebrietate, gentiles auaritia et iniquitate, bestias luxuria et lasciuia, non sumus fideles in coniugio, sed h a b e m u s cor et o c u l o s p l e n o s a d u l t e r i j[3], promptos et paratos ad omnem libidinem . . . vix cogitamus in mense, vt semel Die Veneris abstineamus[a], et vix tota vita Quadragesimam seruamus. Non damus decimas, sed libenter

[a] abstineremus *comm.*

[1] De huius moris origine et progressu vide *I.* Card. *Hergenröther,* Conciliengeschichte VIII (Freiburg i. Br. 1887), 97—98.

[2] Canisius in sermone 7. Ianuarii (Dominica I. post Epiphaniam) 1560 in summo templo habito: „Quis", inquit, „modus reformandae Ecclesiae nisi per iuuentutem, quid magis necessarium quam disciplina puerorum, Quid magis nocet Christianismo quam negligentia parentum" etc. Alias quoque e suggestu parentes ad filios bene educandos exhortatus est, e. g. 15. Octobris 1559 et 25. Iulii 1560 (Ex horum sermonum *commentariis. Codd. „Scripta B. P. Can. X. O". f. 61ª, „Scripta B. P. Can. X. N" f. 130ᵇ—131ª, „Scripta B. P. Can. X. R" f. 25ᵇ—26ª).

[3] 2 Petr. 2, 14.

auferimus quicquid ad Ecclesiam spectat" *(Ex huius sermonis *commentario. L. c. f. 59[a]).*

i) *Compluries Canisius Augustae eos vehementer vituperavit, qui pauperibus stipem non darent et iniustis modis pecuniam sibi compararent. Ita in sermone 7. Iulii 1560 in summo templo habito:* „Ludendo perdis centum ducatos, et grauaris 4. 5. florenos dare illi qui non habet panem? Proponis 30 fercula[a] propter unum hospitem et tot amicos Christi [negligis]. . . . Ve nostris mercatoribus et omnibus qui falsa mensura utuntur, Ve usurarijs et deceptoribus et mendacibus in emendo et uendendo. Peccatum illis non remittitur sine restitutione" *(Ex *commentario. L. c. f. 10[b]). Et in sermone die festo S. Matthaei apostoli (21. Septembris) 1560 ibidem habito singula persequens:* „Nonne multos Mathaeos[1] habemus Augustae? Sedent non solum in telonio, sed etiam in curia in magnis officijs, in der screybstub. tota terra plena matheis et publicanis et usurarijs, et illis, qui uarijs practicis grauant pauperes et populum exactionibus nouis mit erdachten zöllen nouis et insolitis impensis[b], die geen ouff die rechtshandel, auff tag satzung auff das Wachs vnd Zigel, von allen dingen macht man ein vogelherdt, ein ider wil sein narung von seinem ampt haben, etiam ex minimis laboribus, vt omnia sint emenda in iudicio et extra. Nonne Mathej sunt, qui in omnibus suis negociationibus tantum lucrum spectant?[c] grauantes proximum in emendo et uendendo, mutuando et accipiendo ultra summam capitalem vber das haupt goet in krafft des layen. Accipiunt post annum sex uel 10 fyr dem gewin, nolunt amittere, sed certam habere summam, centum florenorum, licet damnum patiatur pauper. Non[d] accipiunt pecuniam die Kaufherren vnd ober der geselschafft zu gewin und verlust. Jtem quando mutuant, sibi reseruant quod suam pecuniam das hauptgoet possint[e] iterum exigere seines[f] gefallens. Jtem mutuant, vt possint consequi officium ein phlege, quod sperant. Der geltswerdt ist auss krafft des layens. Accedunt[g] noui concionatores[h] [2], et augent hanc licentiam ut peccent Mercatores sine ulla conscientia, ut . . . nullus restituat, ut damnetur integra familia, propter iniusta acquisita, uel diuitias[i] ex usura" [3] *(Ex *commentario a. P. Guilielmo Elderen scripto. L. c. f. 93[b]).*

---

[a] *Librarius superscripsit:* gericht.
[b] *Duo verba sequentia a C. ipso inserta sunt.*
[c] *C. in margine ascripsit:* Vsurarij.
[d] *Vocabulum a C. ipso insertum.* [e] possent *comm.*
[f] *Sic; fortasse legendum:* reines. [g] Accedit *comm.*
[h] *C. in margine:* Lutherani die suckerprediger. [i] diuites *comm.*

---

[1] Matthaeus, cum a Christo vocaretur, „publicanus" erat, „sedens in telonio" (Luc. 5, 27. Matth. 9, 9 etc.). [2] Protestantes; vide supra adn. h.

[3] Haec verba ostendunt Canisium, damnatis iis, qui ex ipsa solaque pecunia mutuo data lucrari vellent, pro illorum temporum condicione certum definitumque exegisse titulum („lucri cessantis", „damni emergentis" etc.), cur fenus percipi posset.

171.

13. Novembris 1559.

Ex libro „Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe. Herausgegeben von der historischen Commission der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften". III. Bd., bearb. von Dr. *Gustav Turba* (Wien 1895), p. 120.

Canisii contiones valde frequentantur.

Iacobus Soranzo († 1599), qui a mense Septembri a. 1559 usque ad ineuntem Decembrem a. 1561 Venetorum legatione apud Ferdinandum I. caesarem fungebatur (Turba l. c. III, XIII), Vindobona 13. Novembris 1559 Hieronymo Priuli, Venetorum duci, scripsit:

. . . D' Augusta s' intende che alla predica catholica vi è maggior concorso di gente che vi sia stato già molto tempo. . . .

172.

30. Decembris 1559.

Ex apographo, quod P. *Ioseph. Eugenius de Uriarte* S. J. sub annum 1885 exscripsit ex cod. „Varia Historia" (cf. *Can.* Epp. I, 102) II, 44, in quo, ut videtur, huius epistulae vel potius partis epistulae apographum, anno 1560 Romae ex archetypo exscriptum indeque ad Socios hispanos missum (cf. supra p. 784), exstat.

Religio Augustae Canisii contionibus instaurata. Hic collegia iam constituta confirmare quam nova instituere mavult.

P. Theodoricus Canisius S. J. [Sociis romanis?] Augusta Vindelicorum[1] *30. Decembris 1559 scribit:*

— — Augusta meliorem etiam videtur faciem induisse concurrentibus iam quam plurimis ad contiones R. P. Provincialis D. Canisii. Dicuntur multi haereses deseruisse: multi qui ob zelosi contionatoris absentiam in fide catholica languere coeperant, convalescunt; adeoque primarii etiam huius civitatis viri insolitam quamdam erga ceremonias ecclesiasticas devotionem ostendere incipiunt, non sine singulari catholicorum omnium consolatione . . . Magnam ego spem de Germaniae conversione concepi quod viderim etiam in civitatibus infectissimis quosdam Domino relictos qui non curvaverunt genua ante Baal[2]. Expectantur plurimis in locis nostri, sed P. Provincialis hac potissimum ratione oblata collegia acceptare non audet, quod non habeat qui messem tam amplam excolere possint; et satius putat fundata iam collegia confirmare et promovere quam nova imperfecte constituere. — —

173.

3. Februarii 1560.

Ex apographo epistulae integrae (saeculo XVI. scripto), quod est in cod. monac. „Augsb. Domk." p. 6—12.

[1] Cf. supra p. 560[1]. [2] Rom. 11, 4.

Canisii contionibus augustanis et catholicos in fide confirmari et multos protestantes ad eam reduci.

Christophorus de Freyberg, cathedralis ecclesiae augustanae decanus, capituli illius nomine Danieli Brendel, archiepiscopo et principi electori moguntino, Augusta Vindelicorum 3. Februarii 1560 de contionatoris munere, quo Canisius in ecclesia illa tunc fungebatur, haec scribit:

... Wir haben auch bisher nicht anderst gespurtt dann das solich Ampt mit allem fleis vnnd grossem nutz des Catholischen Magistratts vnnd volckhs in diser Statt vnnd vnser Thumkirchen geschechen, vnnd sonderlich haben wir bis anher erfaren, erfaren es auch noch täglich das gemeldter D. Canisius vnnser Thumprediger bey beiden dem Magistratt vnnd volckh der Statt bisher vnnd in so kurtzer zeitt ein treffliche vnnd vnuerhoffte frucht gepracht hatt. Dan durch Jne nit allein das Catholisch so vnder[a] souill secten diser Statt noch vberigenn bleiben [*sic*], durch sein predigen gesterckht vnnd bestetigt, Sonder auch vill der einfeltigen durch die Secter betrogne personen widerumb herzugebracht werden, Vnnd khomen noch teglich deren vil zu denen man sichs nit versehen hette. . . .

174.

Vere anni 1560.

Ex apographo huius litterarum partis, quod eodem fere tempore, atque ipsae litterae, scriptum et a P. Leonardo Kessel, collegii coloniensis rectore, asservatum est; inscriptum est (eadem manu): „Quaedam excerpta ex literis P. Wilhelmi Elderen ad P. Gaudanum." Cod. colon. „Kess." in a. 1560, f. 19[b].

Canisius Augustae multos animarum fructus colligit.

P. Guilielmus Elderen S. J., Canisii socius et adiutor augustanus, Augusta (mense, ut videtur, Aprili) 1560 P. Nicolao Goudano S. J. scribit:

— — Pater noster prouincialis in ampla et iucunda Augustana messe amplissimo cum fructu versatur. Pisces capiuntur nec pauci ij sed magni et crassi plurimi. Dubio procul alia nunc facies Augustae visitur, quid igitur in posterum futurum erit? benedictus ille a quo cuncta bona procedunt christus Dominus.

Versor ego cum patre nostro prouinciali Augustae. Duobus pagis nec exiguis ijs opella mea satisfacere cogor — —.

175.

1. Aprilis 1560.

Ex sermonis huius commentario a P. *Guilielmo Elderen* S. J. scripto et a *Canisio* ipso recognito. Cod. „Scripta B. P. Can. X. Q." f. 94[a]—95[a].

---

[a] *A librario antiquo correctum ex:* vnnser.

Canisius ministros quosdam protestantium augustanorum doctrinam suam palam conviciis incusantes ad colloquium invitat et, ne contentiose agant, rogat, catholicos ad fidei constantiam exhortans.

Canisius Augustae 1. Aprilis (feria 2. post Dominicam Passionis) 1560 sic exorsus est sermonem sacrum:

„Jn principio Concionis huius uolo et debeo aliquid dicere quod non libenter dico, Sed uidetur mihi quod non debeo tacere, Jn praeteritis Concionibus ita tulit materia, ut tractaremus de diuersis materijs, de quibus nunc ualde disputatur inter doctos et indoctos. Vnde putaui mej esse muneris ut ad dej gloriam et utilitatem audientium assignarem ex uerbo dej et consentienti[a] doctrina ueteris Ecclesiae quid esset credendum et tenendum in istis contentiosis temporibus. 2⁰. adiecj si cui non satis fieret uel cuperet meliorem informationem ut is ueniret ad me, et amice mecum conferret, me paratum fore ad reddendam rationem de mea fide et catholica religione[1]. 3⁰[b] darauff hat sich nun begegnet quod quidam nescio ex quam bono spiritu siue praesentes siue absentes mea uerba non intellexerint uel intelligere nolint schmehen schelten vnd schenden offentlich ut[c] plus sibi quam mihi noceant [et] etiam apud suos parum gratiae mereantur[2], Audent dicere quod hic uolumus Sanctos pro deo colere, et docere quod Sancti nos iustificare et saluare debeant. Omitto reliqua conuitia et contumelias. Mea responsio est 1⁰. ut propter Deum oretis pro talibus amicis quia nesciunt quid faciunt[3], et obligati sumus etiam amare Jnimicos. 2⁰. quod ad meam personam [attinet] rogo illos propter Deum, et[d] tanquam fratres, ut deponant hostiles animos et fraterne mecum agant, siue ad docendum siue ad discendum[4]. talem me exhibebo ut nunquam possit eos paenitere colloquij. 3⁰ si nolunt uenire ad me propter Deum rogo, ne peruertant mea uerba, neque aliter referant quam acceperint. Scriptum est enim ex uerbis tuis iustificaberis et ex uerbis tuis condemnaberis[5]. In qua mensura[6] [etc.]. 4⁰. Admoneo ex christiano zelo ut cogitent sibi et mihi uetitum esse agere seditiose, et contentiose apud populum[7]. Scriptum est enim Seruum dej non oportet litigare[8], quod si zelum amarum habetis et contentiones sint in cordibus uestris, nolite gloriari et mendaces esse aduersus ueritatem,

[a] consentiendi *Eld.* [b] 2⁰ *Eld.*
[c] *Quinque verba sequentia a C. ipso inserta sunt.* [d] ut *Eld.*

[1] Cf. Act. 22, 1; 26, 1 etc.
[2] Dubitari vix potest, quin ministri aliqui lutherani e suggestibus suis Canisio oblocuti sint. [3] Luc. 23, 34 etc.
[4] In margine manu Eldereni adnotatum est: „Ad Gal. 6". Cf. Gal. 6, 1.
[5] Matth. 12, 37. [6] Matth. 7, 2. Marc. 4, 24 etc.
[7] In margine manu P. Eldereni adnotatum est: „ne schandalisent Math. 18". Cf. Matth. 18, 6—10. [8] 2 Tim. 2, 24.

non est enim ista Sapientia desursum descendens a patre luminum sed terrena, animalis, diabolica[1] 5⁰ uos omnes admoneo per passionem Christi ne circumferamini omni uento nouae et falsae doctrinae, uelutj paruulj fluctuantes[2], Sed estote sapientes sicut serpentes et simpl. sicut columbae[3], Semper cogitantes, quomodo[a] Paulus conclusit Epistolam ad Romanos. Rogo uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones et offendicula praeter [doctrinam] quam uos didicistis faciunt et declinate ab illis. Per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra autem obedientia in omni loco diuulgata est[4].

Nunc tempus est, ut Euangelium audiamus *etc.*

In sermone autem 20. Octobris 1560 ibidem habito, de contionibus suis loquens: „Semper", inquit, „inueniuntur inter auditores censores et obseruatores momj pharisej lesterer und spotter" (Ex exordii eius sermonis *commentario, a *Canisio* ipso scripto. Cod. „Scripta B. P. Canisii X. R." f. 125.)

176.

11. Maii 1560.

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 13 sqq.

Capitulum augustanum petit, ut Canisius, qui contionibus suis etiam protestantibus placere coeperit, brevi Augustam redeat neve facile inde avocetur.

Capitulum ecclesiae cathedralis augustanae cardinali Ottoni Truchsessio de Waldburg, episcopo suo, Romae moranti, Augusta 11. Maii 1560: Canisius canonicos certiores reddidit, se a cardinali et a praeposito suo generali Vindobonam proficisci iussum esse[5]*; quando autem inde Augustam rediturus sit, nescitur; nec quisquam in eius locum substitui potest, qui plebeculam illam famelicam interim tam dulcibus iucundisque verbis et doctrinis nutrire ac continere tuerique possit* („das hungerig volckle mittlerweill mit solchen suessen vnnd angenemen wordten vnnd lere speisen[b] vnnd bey einander[c] erhalten kinde"); *ipse enim probe, fideliter, diligenter laborando* („durch seinen guethertzigen getreuen vleis") *religionem magnopere adiuvit, neque iis solum, qui in catholica fide adhuc perstiterunt, sed etiam iis, qui sectis nomina dederunt, placere* („den Leuthen nit allain so bisher Catholisch, sonder auch denen so denn Secten angehangenn angenem zu werden") *coepit. Quare capitulum a cardinali petit, ne tam facile Canisium Augusta avocet vel a praeposito Societatis avocari sinat, utque efficiat, ut ille Vindobona brevi redeat eiusque absentis vicem in summi templi suggestu episcopus suffraganeus*[6] *gerat.*

[a] quomo *Eld.* [b] speise *apogr.* [c] einanander *apogr.*

[1] Iac. 3, 14. 15; 1, 17. [2] Eph. 4, 14. [3] Matth. 10, 16.
[4] Rom. 16, 17—19. [5] Vide supra p. 610. 617. 623. 637.
[6] Michaël Dornvogel, episcopus titularis adramytinus; vide supra p. 839. 846.

177.

25. Maii 1560.

Ex epistula Ottonis archetypa et ab ipso subscripta; quae est Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis („Ordinariats-Archiv"), Fasc. „Dompraedicatur. Corresp. d. Card. O. Tr. d. Dompr. P. Can. betr."

Apographum eiusdem fere temporis exstat in cod. monac. „Augsb. Domk." p. 13—22.

De Canisii itinere vindobonensi et de collegio Societatis Augustae condendo.

Otto cardinalis et episcopus augustanus capitulo suo cathedrali Roma 25. Maii 1560:

Ipse, quominus Canisius Augusta Vindobonam proficisceretur, impedire voluit, sed, cum is rei publicae christianae causa eo abire deberet („dieweil die sach seines verraisens gemaine Christenhait betroffen"), *non potuit; et, quia Canisius in ipso contionatoris officio suscipiendo id sibi excepit et caesar eundem Vindobonam venire voluit* („auf der kayserlichen Mt. begern"), *eam profectionem concedere debuit. Quia autem Canisius ad concilium proxime habendum et a caesare et a generali praeposito suo saepius Augusta evocabitur, neque summi templi augustani suggestum contionatore carere licet, ipse cardinalis Societatis collegium Augustae condere in animum induxit; in quam rem quid capitulum conferre paratum sit, quaerit, non dubitans, quin interim Canisii absentis vicem episcopus suffraganeus pro officio suo sit gesturus*[1].

178.

Mensibus Maio et Iunio 1560.

Ex apographis (eodem fere tempore scriptis) epistularum cardinalis Ottonis, quae sunt in cod. august. „Registr." f. 17[a]. 20[a]—21[a].

Quae sub a) ponuntur, typis descripta iam sunt a *Cypriano* l. c. p. 90, *Lagomarsinio,* Pogiani Epistolae II, 70—71, *A. Weber* l. c. p. 25.

Canisio Augustam redeundum esse.

a) *Cardinalis Otto Roma 11. Maii 1560 Vindobonam ad Stanislaum Hosium, pontificis legatione apud caesarem fungentem, de Canisio, qui ibidem tunc morabatur (v. supra p. 637), scribit:* „Canisius in magna Reipub. causa, ut nunc est, occupatus, ad suum pensum redibit."

b) *Idem ad eundem Roma 8. Iunii 1560* (*Canisio Vindobona Pragam profecto*)*:* „Canisium desiderat res Augustana, uel potius flagitat, quem grauissimo hoc eius Ciuitatis tempore, si non id[a] prorsus istic incommode fit, eodem remittas, uehementer uelim."

---

[a] *Ita et Cypr., qui epistulam archetypam describere videtur, et Lagom.;* si id non *cod. aug.*

---

[1] Michaël Dornvogel. Cf. supra p. 859.

179.

7. Iunii 1560.

Ex fonte augustano supra, p. 860, monum. 177, commemorato.

Capitulum augustanum cardinalis Ottonis litteras considerare et aliquem, qui Canisio loco contionetur, quaerere statuit.

Cardinalis Ottonis litteris Roma 25. Maii 1560 ad cathedrale capitulum augustanum datis (v. supra p. 860) hoc manu (ut videtur) notarii ascriptum est:

Jst Meins gnedigsten Herrn schreiben ex Urbe verlessen, vnd darauss Jr F. G. intention des Canisij halben, vnd was Jr F. G. bedencken, angehört, vnd daruss verlassen, den sachen ferner statlichen nachzugedencken, vnd soll nichts desto minder in mitels nach dem Provincial Barfüsser ordens von Freyburg[1] laboriert werden, desgleichen soll dem Prior von Plaupeuren[2] auch nachgefragt werden.

Decretum in Capitulo
den 7n. Junij 1560.

180.

16. Iunii 1560.

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 23—29. Apographum alterum vel commentarium exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Dompraedicatur. Corresp. d. Card. O. Tr. d. Dompr. P. Can. betr." n. 5.

Capitulum, etsi Canisium contionatorem retinet, Augustae collegium condi non probat; Sociis dilingense collegium tradendum est.

Capitulum ecclesiae cathedralis augustanae cardinali Ottoni, Augusta 16. Iunii 1560:

Praestaret quidem, cum Canisius Augustae continenter contionari non possit, alium aliquem, qui assidue contionetur, summo templo provideri; quia vero difficile est, idoneum ad id hominem invenire, canonici Canisium missum facere („uerendern") *nolunt, et cum condicionibus, quibuscum eum receperunt, in posterum quoque retinebunt, atque ipsi et Canisius inter se patienter ferent* („mit einander gedult tragen"). *Ut autem Augustae collegium S. J. condatur, capitulo non placet, scienti, plerosque Jesuitas nec linguam superioris Germaniae nec contionandi*

---

[1] Dubitari vix potest, quin Friburgum Brisgoviae significetur, ubi tunc conventus fratrum „Minorum Observantium" provinciae argentinensis exstabat; in qua „ministri provincialis munus" 1557—1560 administrabat P. Ioannes Textoris († Monachii 1563), vir doctus atque eloquens (*Parth. Minges* O. S. Fr., Geschichte der Franziskaner in Bayern [München 1896] p. 86).

[2] Abbatiae burensis sive blabyrensis (Blaubeuren), O. S. B. (in Wurtemberga), anno 1648 suppressae, prior tunc Bertholdus Herst fuisse videtur (*Konr. Rothenhäusler*, Die Abteien und Stifte des Herzogthums Württemberg im Zeitalter der Reformation [Stuttgart 1886] p. 143).

artem callere, ac timenti, ne magistratus et cives augustani, maximam partem haeretici, ei instituto vehementer obsistant. Civitas vero, quae catholica et cardinali etiam in civilibus rebus subiecta sit, huiusmodi collegio apta esse videtur; ex quo Jesuitae et Augustam et alio mitti poterunt. „Vnnd dieweyl dann[a] Efgn.[1] ain Collegium zu Dillingen hatt, welches mit ainem zimlichen einkhomen versehen, möcht vnnsers erachtens nit vnrathsam sein, vnnd ane Efgn. kosten beschen, Das solich Collegium der geselschafft der Jesuitern eingegeben vnnd durch sie alda Theologia Philosophia vnnd andere Ehrliche vnnd Löbliche kunsten gelesenn vnnd gelertt, vnnd nach Jrem gefallen andere mitthilffen zu solchem werckh besteldt wurden, vnnd solich Collegium mochte mit dem einkhomen des Collegij vberflussig vnnd woll erhalten, vnnd also bey Jnen auch die Jugent vom Adell vnnd anderer Ehrlichen Leuth kindern in bonis et honestis studijs et[b] ad pietatem auffgezogen werden.“ . . .

181.

30. Iulii 1560.

Ex apographo huius litterarum partis, eodem fere tempore a Socio aliquo coloniensi scripto et sic inscripto: „Ex litteris Doctoris Couillonij ad Doctorem quendam“. Cod. colon. „Kess.“ in a. 1560 f. 20[a].

Augustae a Canisio multi ad fidem reducuntur. Sociorum „mater“.

P. Ioannes Cuvillonius S. J., theologiae professor in universitate ingolstadiensi, Augusta 30. Iulii 1560 doctori alicui Societatis Iesu (P. Nicolao Goudano, Coloniae tunc degenti?) scripsit:

— — Tantum dicam de Augusta, vbi quotidie per conciones R. P. Prouincialis deficiunt multi a Lutheranismo redeuntes ad castra Ecclesiae. . .

Est quaedam Comitissa mire Societatem et vt mater filios diligens[2],

magna commotio animorum[c] quotidie fit, vt bona spes sit magna ex parte redituros Augustanos ad fidem. — — Augustae 30 Iulij Anno 1560.

182.

16. Septembris 1560.

Ex actis archetypis, quae sunt in cod. monac. „Augsb. Domk.“ p. 30. Primum vulgatum in *editoris* „Entstehung“ etc. p. 3—4.

---

[a] *Ita exemplum aug.;* Vnnd dann *apogr. mon.* [b] et *deest in apogr. mon.*
[c] amicorum *apogr.*

---

[1] I. e.: Ewer furstliche gnaden.
[2] Ursula Fugger significari videtur; cf. supra p. 676. 680.

Canisii aedibus conclave, in quo pueri instituantur, additur.

In actis cathedralis capituli augustani haec notata sunt:

XVI. Septemb. Anno etc.
.60.

Denn .XVI. Septembris hatt herr Canisius gebetten Jme in seinen hoff noch ain stublin fur die knaben zu bauen und ist Jme bewilligt.

Haec explicantur iis, quae *Canisius* Augusta 20. Septembris 1561 ad Ottonem cardinalem augustanum scripsit: Cotidie consules et aliquot alios in Sociorum domum, quamvis angusta ea esset, filios mittere doctrina christiana imbuendos (Ex *apographo antiquo huius litterarum partis).

183.

Mense Septembri a. 1560.

Ex apographo eiusdem temporis, a Socio aliquo coloniensi scripto et sic inscripto: „M. Joannes Berkellius ad Colonienses", quod est in cod. colon. „Kess." in a. 1560, f. 53, et ex *Hansen* l. c. p. 377[1].

Catholicos colonienses pietate vinci ab augustanis. Canisii frequentissimum esse auditorium. Comitissam quandam et alios saepe ad sacram mensam accedere.

Ioannes Berkelius (Berkel) S. J., buscoducensis, qui 2. Septembris 1560 ex collegio coloniensi Romam profectus erat (Hansen l. c. p. 320[2]. 367[3]), Augusta Vindelicorum sub finem m. Septembris 1560 ad Socios colonienses scripsit:

Reuerende Pater[1], quamquam vix satis otij mihi supersit scribendi, non possum tamen silencio praeterire huius ciuitatis, augustanae gentis religionem, quam summopere admiratus fui. Et certe tanta mihi fuit admirandi data in hoc medio haereticorum occasio, ut res scriptu et scitu sit dignissima. Nunc primum Coloniensium perspicio in religione teporem vel defectum potius. Vidi hic non paucos per totum sacrum nudae humo incumbere, et non erant certe inferioris tantum conditionis homines: sed profecto etiam haud exigua praediti dignitate et magnificentia. Vix Coloniae tempore eleuationis tantum videmus genicularì, aut etiam vix alteri genui insidere. Tum etiam hodie secundam Domini R. P. Canisij audiui concionem[2], in qua obseruaui etiam maximos quosque in vtrumque genu procumbere in tanta auditorum frequentia, quae omnino maxima [?][a] et summopere admiranda. Nobiles etiam hoc ipsum facere non verentur, et tamdiu procumbentes manent, donec

[a] *Vel* maxime*; id quod Hansen posuit.*

[1] Leonardum Kessel, collegii rectorem, dicere videtur.

[2] Berkelium primam Canisii contionem audivisse puto die 21. Septembris, quae Sancto Matthaeo apostolo sacra est, alteram postridie, quae eo anno Dominica XVI. post Pentecosten erat. Quarum *commentaria a P. *Guilielmo Elderen* scripta et a *Canisio* correcta exstant in cod. „Scripta B. P. Can. X. R." f. 84[a]—94[a].

D. Canisius orationem absoluerit[1]. His accedit, quod in summo templo etiam tempore summi sacri dominus Guilielmus[2] publice sacramentum eucharistiae administrauerit. . . . Pene praeterieram silencio, quod maxime dictu[a] [?] oportuit, Patres hic habere singulis septimanis communicantes, inter quos est Comitissa[3] quaedam cum tota familia.

Cum hac Berkelii relatione conferenda sunt, quae P. *Matth. Raderus* S. J. in *Historia collegii augustani scribit: Quo tempore Canisius Augustam advenerit, ibidem vel ipso sacro „Parasceves" die non plus quam 50 homines contionem catholicam audivisse nec plus quam 20 die festo „Corporis Christi" „processioni" eucharisticae interfuisse (Cod. friburg. „Hist. coll. Aug." p. 5). Protestantibus augustanis 12 contionatores tunc fuisse scribit *Agricola* l. c. I, Dec. 2, n. 118. Augustae „vix pars decima", inquit *Sacchinus*, „Catholicorum censebatur" (Hist. S. J. II, l. 3, n. 63).

184.

Autumno a. 1560.

Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto, quod est in cod. august. „Registr." f. 40a—41a.

Exstat etiam in *Pogiani* Epistolis II, 145—148, et apud *Weber* l. c. p. 43—46.

De rebus a Canisio praeclare gestis.

Otto cardinalis augustanus Roma 2. Novembris 1560 Stanislao Hosio episcopo varmiensi et pontificis apud caesarem nuntio scripsit:

. . . De Canisio percrebescit illud idem, quod multo ante tuas literas cognoueram, quem spero maiores, et mirabiliores res indies effecturum esse illo et auctore, et adiutore, cuius uis tempore non imminuitur. . . .

185.

Anno 1560 vel 1561.

Ex *Pogiani* Epistolis II, 196.

De Canisii virtute.

Otto cardinalis augustanus Roma sub annum 1560 vel 1561 universitatis dilinganae magistris et discipulis scripsit:

---

[a] *Sic ap. et Hans. Sed corrigendum esse videtur:* dictum.

---

[1] De contionibus, quas Canisius inde ab anno 1559 Augustae habuit, *Paulus Drews,* protestantium minister, nuper, praeter alia, haec scripsit: „Seine Predigten sind oft mehr abhandlungsmässig, aber durch die stete Beziehung auf die Gegenwart immer interessant. Seine Polemik ist sehr massvoll, ja, wenn irgend möglich, passt er sich der evangelischen Anschauung an. Ohne Scheu gesteht er schwere Schäden und Missbräuche auf katholischer Seite zu und hofft auf Reform. . . Man kann begreifen, dass in einer Zeit, wo die ursprüngliche Kraft reformatorischer Anschauungen sich mehr oder weniger verlor, solche Predigten, die mit voller Ueberzeugung und mit geschultester Beredsamkeit gehalten wurden, nicht ohne Erfolg bleiben konnten": Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit (Halle 1892) p. 93—94 [Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte Nr. 38].

[2] P. Guilielmus Elderen S. J.

[3] Ursula Fugger, ut videtur; vide supra p. 862.

. . . Quantum in unius hominis, Canisii nostri, doctrinae vitaeque integritate, ponderis ac momenti sit, summa mea piorumque omnium voluptate, Romae audio, vos propemodum Dilingae videtis, utinam modo plures aliquando sint illius similes operarii, qui in Christi domini horreo uberes animarum fructus reponant! . . .

186.

Exeunte anno 1560.

Ex apographo eiusdem temporis, Coloniae a P. *Leonardo Kessel* S. J. scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 67[b].

Augustae per Canisium pietas mire augetur.

P. Guilielmus Elderen S. J. Augusta Vindelicorum 31. Decembris 1560 sacerdoti cuidam Societatis Iesu, Coloniae degenti, scripsit:

. . . Pertranseo quoque singularem hic populi in diuinis rebus deuotionem et sedulitatem. bonorum fonti[a] omnium gloria, qui per sui Verbi ministrum P. nostrum Prouincialem mirabilia operari dignatur. Verbo dicam, Non exiguam nobis spem conuersionis praebet haec nostra Augustana Ciuitas . . . Auguste pridie Calendas Januarij.

187.

1559—1561.

De Andrea Stör litterarum studioso, quo Canisius Augustae simul et scriptore utebatur et coquo.

Polancus quidem Lainii nomine Roma 26. Augusti 1559 Vindobonam ad P. Victoriam, collegii rectorem, scripsit: „Hauiamo caro che la R. V. possa aiutar con coadiutori altri collegi et spetialmente dando un scrittore al Padre Prouinciale" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 34[a]—35[a]). At *Canisius* huiusmodi fratrem Societatis laicum a Victoria accepisse non videtur; nam Augusta 29. Septembris 1561 Coloniam ad P. Ioannem Rethium S. J. scripsit: „Petimus aliquid rescribi per hunc puerum, antea meum famulum, cui successit Andreas Stor, quem mihi commendaueras" (Ex *epistula archetypa, quae est in cod. colon. „Rhet." f. 134). *Polancus* nomine Lainii praepositi generalis Roma 31. Augusti 1560 Augustam Vindelicorum ad Canisium: „Se si trouassi alcun coco buono seria meglio seruirse de lui che de Andrea. ma intanto che si troua potra V. R. seruirsi di lui, como d' una persona che non è della Compagnia, dica glielo ò non como li parera" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 219—220). Atque *idem* eiusdem Lainii nomine Canisio Roma 25. Octobris et 9. Novembris 1560: „Jntanto che non ci è coco V. R. si puo agiutare della charita di qualche persona forastiera como lo fa. ma trouandosi meglio sara hauer coco." „Andrea puo ritener la R. V. come forastiero al modo che scriue" (Ex *apographis eiusdem temporis, l. c. p. 246. 251). Item *Petrus Burgundus* S. J. Augusta 20. Octobris [1561] Socios romanis: „Il padre Canisio ha bisogno di alcunj coadiutorj come di Cuoco et Sartore, in perche lo trouamo solo in tantj occupationj, et bisogna che adoperj vn suo studioso il qual sta con lui a far Cucina et ogni altra Cosa" (Ex *epistula autographa, quae est in cod. „G. Ep. II" f. 124[b]). Et P. *Carolus Grim* S. J. Lainio.

---

[a] funti *Kess.*

Oeniponte 1. Novembris 1561: „Ego solus sum hic cum quodam Iuuene Andrea nomine qui diu R. D. Canisio Prouinciali inseruiuit" (Ex *epistula autographa. Ibidem f. 84[a]). P. *Nicolaus Lanoius* S. J. P. Christophoro Madridio, collegii romani superintendenti, Augusta 14. Januarii 1563: Existimare se, carissimos fratres Ludovicum etc. Romam iam advenisse „con Andrea scrittore del P. Prouinciale"; praeterea Everardum quoque Augustanum in collegium germanicum venturum esse (Ex *litteris autographis. Cod. „G. Ep. IV" f. 127[b]). In antiquissimo autem, qui superest, collegii germanici **catalogo* manu prima scriptum est: „Andreas Stör Mazopolensis[1] Germanus ingressus est in Collegium die 3. Januarij 1563"; altera manu antiqua adnotatum est: „Discessit" (Cod. rom. „All. coll. germ." p. 17).

188.

Anno 1560.

Ex cod. friburg. „Hist. coll. Aug." p. 7.

Antonius Fuggerus, Canisii egregios conatus cernens, Augustae collegium Societatis Iesu condere statuit.

P. Matthaeus Raderus S. J. in historia collegii augustani manu scripta haec refert:

. . . Antonius Fuggerus Augustae natus, vir inprimis clarus et copiosus, summaque apud omnes auctoritate et dignitate, Carolo Imperatori percharus et familiaris[2] . . . cum . . . egregios Canisij conatus . . . cerneret, primus omnium de Collegio Augustae excitando cogitationem suscepit . . . Literas ad Societatis moderatores Romam componit, petitque vti sibi planior Instituti Nostri ratio perscribatur, ad quam aedificandi domicilij, templi, Gymnasijque consilium accommodare possit; amare se Societatem, cuius vim virtutemque in Canisio agnoscat, sperareque magnum ex ea re, si domus nobis extruatur, impensae fructum referri posse. Haec meditantem, iamque omnia quae scire desiderauerat per literas . . . edoctum, importuna Mors oppressit. . .

Tradunt Antonium in consilio collegii Societatis Augustae condendi eo maxime confirmatum esse, quod Sibyllam, Marci filii sui uxorem, cui ipse frustra octoginta se aureorum milia, si a protestantismo ad fidem catholicam rediret, daturum promisisset, Canisii opera ad eandem reductam videret; neque enim Antonium melius aureos illos a se impendi posse existimasse (cf. *Agricolam* l. c. I, Dec. 3, n. 62—72; *M. Mangold*, Origo collegii Societatis Jesu ad Sanctum Salvatorem

[1] Maxstadt Lotharingiae, Matzenheim Alsatiae vicus est. An fortasse Marxheim vel Mattsies significatur? Qui duo vici nunc ad Suebiam bavaricam pertinent.

[2] Antonius I. Fugger, natus anno 1493, ab Erasmo, Cochlaeo, aliis viris doctis celebratus, de patria augustana, maxime tempore belli smalcaldici, optime meritus, a Carolo V. ob egregia officia domui austriacae praestita comes anno 1530 creatus, in pauperes valde beneficus, 14. Septembris 1560 obiit, cum per plus quam 30 annos Fuggerorum negotiationibus praefuisset (*Fr. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana VII [Augustae Vindelicae 1791], 51—64. *C. v. Stramberg*, „Fugger" in „Allgemeine Encyklopädie der Wissenschaften und Künste," herausgeg. von *J. S. Ersch* und *J. S. Gruber*, 1. Sect. A—G, 50. Th. [Leipzig 1849], 449—454. *Rich. Ehrenberg*, Das Zeitalter der Fugger I [Jena 1896], 120—170).

Augustae Vindelicorum [Augustae Vindel. 1786] p. 5—8. *Fel. Jos. Lipowsky*, Geschichte der Jesuiten in Schwaben I [München 1819] p. 44. *Plac. Braun*, Geschichte des Kollegiums der Jesuiten in Augsburg [München 1822] p. 4—5). Qua de re plura in tertio huius operis volumine scribentur, cum de conversione illa Sibyllae Fuggerae anno 1560 incohata et ineunte anno 1561 palam et prorsus absoluta dicetur.

II.

MONUMENTA MONACENSIA CANISII.

189.

Ineunte et medio anno 1557.

Albertus V. dux, Socios Bavariae magnam utilitatem afferre expertus, Monachii, Landishuti, Straubingae monasteria quaedam e pontificis auctoritate in Societatis collegia convertere vult. Eius procurator romanus in facultate monasterium Augustinianorum monacense in eum usum convertendi petenda Canisii opera utitur.

Albertus V. Bavariae dux anno 1557 (ineunte, ut videtur) Augustino Paumgartner consiliario suo ad Ottonem cardinalem et episcopum augustanum profecturo „*instructionem“ dedit; in qua scribit: „Wir finden ie lenger ie mer, das die Patres von der Societet mit iren fleis grossen Nuz in unsrem lande schaffen, das auch jr Societet aus den Gnaden Gottes an gueten Leuten von Tag zu Tag wachst und zuenimbt: da hergegen andre Orden schier all abnemmen, derwegen wir nit ungeneigt weren mit zulassung der Bäpstl: Heylichkeit und der ordinarien iedes orts jnn mer Clöster in unsrem Land einzugeben;“ cum autem Societatis homines contionando, confessiones audiendo, scholas habendo multo maiorem utilitatem in urbibus quam ruri afferre possint, se a summo pontifice tria monasteria petere velle, quae in praecipuis tribus ducatus sui urbibus sita sint: Monachii, Landishuti, Straubingae; atque horum monasteriorum primum esse ordinis augustiniani, secundum dominicani, tertium carmelitani; „dann in deren yeden wenige Leut seyn, und unter jhnen schier gar keiner, der vil Nuz schaffen könne;“ [1] cardinalem igitur Ottonem a Paumgartnero familiariter interrogandum esse, num et qua ratione haec a pontifice petenda sint. Atque iam die 3. Aprilis 1557 *Albertus* Monachio Romam ad procuratorem suum Hieronymum Buslidium, „Praepositum Albanensem et Canonicum S. Angeli in Urbe“, *litteras misit, quibus ei mandavit, ut „omnem moveret lapidem“, in auxilium vocatis, si opus esset, Societatis hominibus, ad impetrandam sibi facultatem, qua monacensi augustiniani ordinis monasterio „ad certum aliquod tempus“ uti posset ad paedagogium Societatis Jesu instituendum atque in ea ecclesia aliquem de Societate contionatorem posset constituere.

---

[1] *Gothein* (l. c. p. 712) haud recte scribit Albertum tres abbatias („drei Abteien“) petisse.

Ex *litteris autem *Buslidii* Roma 4. Septembris 1557 ad Albertum V. datis intellegitur Buslidium ducis nomine a sede apostolica petisse facultatem „amovendi duos aut tres duntaxat extantes Fratres Senes et Valetudinarios“ ex monasterio Eremitarum ordinis S. Augustini monacensi „illosque ad aliqua alia Ordinis S. Benedicti Ducatus sui Monasteria transferendi, et interim quousque dictus Ordo Divi Augustini in primo dicto Monasterio restitui posset, inibi Scholam pro ejusdem oppidi et aliis ad illam confluentibus pueris instituendis, erigendi.“ Ac de ipsa „supplicatione“, qua haec facultas petebatur, *Buslidius* in iisdem litteris scribit: „Mutata fuit, postquam D. Canisius illam viderat [1]; in primo enim [exemplo?] fiebat mentio de Iesuitis, quod videlicet ipsi dictam scholam regere, et inibi pueros instituere deberent, quod tandem consilio D. Episcopi Pharensis [2] propter bonos respectus deletum fuit, et illius loco positum, quod dicta schola regi deberet per aliquos viros doctos Catholicos, quando quidem ipsi Jesuitae per hoc non excludebantur, quominus ipsi Scholam hujusmodi regere, et pueros inibi instituere possent.“ In *„informatione“ autem, quam *Buslidius* Romae „praesidi congregationis tradidit“, de hoc monasterio affirmatur: Duos tantum vel tres in eo fratres degere, eosque senes, debiles, indoctos; atque his nec stipem sufficientem dari, nec novicios accedere; ideo a Guilielmo IV. et Alberto V. ducibus contionatores eis provisos esse vel ex clero saeculari vel ex alio aliquo ordine religioso; Wolfgangum vero Sedelium, monachum benedictinum, qui modo ex pontificis concessione id munus administret, „senio confectum“ et „multis morbis detentum“ suggestu cedere et in monasterium suum tegurinum reverti statuisse.

Pauli IV. animus inclinasse videtur, ut praestaret, quod *Albertus* petebat; hic enim Monachio 27. Augusti 1557 ad Ottonem cardinalem *scripsit [3] eam potestatem esse „von der Bäpstl: Heyl: ye ainmal auff unser wolgegründts warhafftigs Anzaigen, wie uns der hochgelehrt und andechtig in Gott, Petrus Canisius etc. bericht, genedigist bewilligt“ (Ex apographis instructionum et epistularum illarum, quae exeunte fere saeculo XVIII. ex archivo Societatis Iesu monacensi, „P. I. fol. 1.“, „P. III. fol. 4.“, „P. III. fol. 8.“ exscripta, nunc exstant Monachii in archivo regni bavarici „Iesuitica München Fasc. 88 nr. 1776“, et ex apographo epistulae Buslidii, saeculo XVIII. scripto, quod est Monachii in bibliotheca regia, cod. lat. 1382 f. 59—60).

De Canisio *Georgius Tanner* Vindobona, ubi graecas litteras tradebat, 7. Novembris 1556 ad Basilium Amerbachium, iurisconsultum basiliensem, scripsit: „Tu-

[1] Cf. supra p. 293. Canisius ad facultatem pontificiam ipsius ordinis consensum accedere cupiebat; vide supra p. 186. 192. 218.

[2] Zachariae Delphini; de quo vide *Can.* Epp. I, 478[8] et supra p. 711.

[3] In eadem *epistula *Albertus* asserit Augustinianos monacenses a duce stipem accepisse et, qui in eorum templo contionari solerent, per multos annos ducum pecuniis sustentatos esse.

multuatur et Petrus Canisius qui in Boemia, Bavaria et ubique sua erigit tentoria": Georg Tanners Briefe an Bonifacius und Basilius Amerbach 1554—1567, herausgeg. von *R. v. Stinzing* (Bonn 1879), p. 47.

190.

3. Iulii 1559.

Ex *August. Theiner*, Schweden und seine Stellung zum heiligen Stuhl II (Augsburg 1839), 166—167. Theiner (l. c. p. 3) se has litteras Romae vidisse scribit.

Bavariae dux Societatem laudat eiusque collegium, Lainio et Canisio iuvantibus, Monachii condere vult.

Albertus V. Bavariae dux Monachio 3. Iulii 1559 ad Iacobum Lainium, Societatis Iesu praepositum generalem, scripsit: Certo animadvertimus „conatus vestros eo spectare, id doctrina, fide ac pietate vestrorum perfici, ut Christo Opt. Max. gloria, christianae juventuti proba institutio, et Ecclesiae utilitas publica comparetur. Itaque cum Doctore Canisio libenter egimus, ut non solum Ingolstadii, verum etiam Monachii, ac fortasse paulatim in aliis ditionis nostrae oppidis quaedam instituti vestri collegia in Iesu nomine constituantur. Nunc vero has dare visum est, ut nostrae erga societatem vestram benevolentiae, ac clementiae singularis argumentum non obscurum extaret: erimusque semper qui hactenus, in vos et Societatis vestrae institutum, quod probatis hujusmodi viris ornatum atque cumulatum est, sane propensissimi." *Asserit deinde dux se plane constituisse, Monachii statim collegium Societatis, in quo 14 Socii facile ali possent, parare, atque ea in re Canisii opera libenter usurum esse. Itaque Lainium rogat, ut sex septemve homines ante hiemem, reliquos vere proximo mittat; petit etiam, ut inter mittendos „Germanus Ecclesiastes" civitati monacensi detur.*

191.

A die 20. ad 26. Novembris 1559.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. I" f. 145ᵃ.

Canisius collegium monacense exorditur.

P. Nicolaus Lanoius, collegii monacensis primus rector, Iacobo Lainio, praeposito generali, Monachio 1. Ianuarii 1560:

. . . . Postquam igitur dies festus praesentationis B. Mariae Virginis [1] nos in hac Ciuitate vna cum Reuerendo Patre Prouinciali [2] coniunxisset [3], Dominica subsequente [4] cum Dominis Commissarijs Jl-

[1] Dies 21. Novembris. Cf. quae infra, p. 877 n. 1, dicentur.

[2] Petro Canisio. Cf. supra p. 533. 540. 544. 545.

[3] Cf. infra p. 871. Haud ita accurate hac de re scripsit *Boero*, Can. p. 216.

[4] Die 26. Novembris. Canisium ante hanc diem dominicam Augustam non redisse ex hoc quoque concludi potest, quod in *codice, in quo contiones ab ineunte fere m. Novembri anni 1559 usque ad exeuntem m. Februarium anni 1560 a

lustrissimi Ducis[1] nostri omnia foeliciter transacta sunt et confirmata quaecunque siue ad sustentationem nostrorum siue ad ipsorum exercitia ab ipso duce requisita pertinerent, et quamuis assignata prouisio, ad alendum integrum Collegium non videatur sufficere[2], relicta est tamen Societati spes certa: paulo post tempore, augendae huiusmodi annuae pensionis quae iusto et completo Collegio sit abunde satis futura; et hanc spem paucis abhinc diebus (quemadmodum Dominus Cancellarius D. Simon Eckius retulit) Dux ipse repetita promissione confirmauit. . .

192.

Relatio

a P. *Theodorico Canisio*, monacensis collegii secundo rectore (1560 ad 1564), anno 1563 Monachii conscripta et Romam ad Lainium praepositum generalem missa.

1559—1563.

Ex autographo (4°; pp. 5). Cod. „Germ. Fund. I." p. 134—136.

Collegii Monachii condendi consilium initum. Domicilium apud Augustinianos paratum. Collegii reditus. Petrus Canisius primos Socios excipit adhortaturque. Scholae. Contiones. Ducis favor. Aliquorum e clero invidia. Calumniae. Sacrae hostiae „in vino consecrato intinctae". Aedificia nova. Augustiniani. Comoediae. Doctrina christiana. Pestilentia. Biburgense monasterium. Protestantes ad ecclesiam conversi, aliique fructus a Sociis collecti.

†

IESVS

Anno 1559 in Augustanis comitijs[3] tractatum fuit et conclusum de instituendo Societatis IESV Collegio in hac Monacensi ciuitate. Constitutum autem fuit inter R. p. prouincialem societatis nostrae in superiori Germania[4] et Consiliarios Jllust. Bauariae principis Alberti vt sub autumnum eiusdem anni 10 ex nostris Monacum [*sic*] mitterentur qui Collegio initium darent, ex quibus concionator vnus esset, et Theologus alius, praeceptores etiam nonnulli. Ordinatum etiam fuit vt cum fratribus ordinis heremitarum[5] commune haberemus templum eiusque templi ordinarias conciones curaremus[6]. Habitatio quoque nobis in angusto quodam monasterij angulo, qui[a] infirmorum vsibus aliquando seruierat, est[b] assignata. Sacellum praeterea quod-

[a] quod *autogr.* [b] nobis est *autogr.*

se habitas inscripsit, haec Dominica sermone caret (Scripta B. P. Can. X. O. f. 12b—13a).

[1] Horum praecipui videntur fuisse Simon Thaddaeus Eck et Wiguleus Hundt; vide infra p. 875. [2] Cf. infra p. 871, et supra p. 585. 662[5].

[3] Imperii, a. 1559 Augustae Vindelicorum habitis.

[4] Petrum Canisium. [5] S. Augustini. [6] Cf. supra p. 868.

dam templo adhaerens in scholas est conuersum, quarum quatuor ante nostrorum aduentum pene fuerant adaptatae[a]. Sub octobrem vero eiusdem anni missus est huc Rector jngolstadiensis Collegij, Doctor Nicolaus Lanoyus cum vno ex nostris, vt supellectilem venturis[b] alijs praepararet. Accepit vero 300 florenos a Camera ad necessaria vtensilia comparanda. Denique 20 Nouembris[1], 7 ex nostris accesserunt, partim Roma, partim Vienna, partim Jngolstadio euocati[2], Aderat tum et Reuerendus p. prouincialis, qui postridie, quo die D. Virginis praesentatio in Ecclesia commemorabatur, occasione ab ipso festo sumpta, egregie[c] ad labores pios pro hac repub. alacriter suscipiendos in Christi et gloriosae virginis matris eius nomine[d] nostros hortatus est. Prima Dominica Aduentus[3] coeptum est in templo nobis assignato concionari, fueruntque conciones toto aduentus tempore[e], pro more huius templi, quotidianae[4]. Auditorum corona fuit frequentissima. Sub D. Luciae festum[5] apertae fuerunt scholae[f], et multi statim accurrerunt discipuli. Statutum etiam fuit vt in vsum 10 personarum ex nostris, 600 florenos quotannis acciperemus[6], Concionatum est saepius in his initijs in arce coram Jllust. principe[7], qui vehementer nostrorum concionibus, quae de sacramentis agebant, oblectabatur, qui etiam diuersis munusculis suum in nos testabatur amorem[8]. Anno sexagesimo, prima quadragesimae Dominica[9], cum solemnitate publicatae sunt scholae, recitata est ab vno ex nostris oratio latina quae nostri instituti rationem explicabat[10], huic successit pius quidam

---

[a] *Ab ipso Theodorico C. correctum ex:* exaedificatae.

[b] *Sequitur* fratribus, *a Theod. ipso oblitt.*

[c] *Sequitur* nostros, *a Theod. oblitt.*

[d] *A Theod. correctum ex:* sub Christi *etc.* protectione.

[e] *Sequitur* quotidianae, *a Theod. deletum.*

[f] *Sequuntur verba* absque omni solemnitate, quia nec locus, neque — — *[vocabulum obscurum], postea oblitterata.*

---

[1] Vide, quae infra, p. 877 n. 1, disserentur.

[2] Aliqui ex his nominatim recensebuntur infra p. 875.

[3] Die 3. Decembris.

[4] Per Quadragesimam quoque proxime secutam Socii ibidem cotidie contionati sunt (*Litterae quadrimestres* collegii monacensis, Monachio 22. Martii 1560 datae [ex *archetypo. Cod. „G. Ep. 1" f. 143[a]]).

[5] I. e. sub 13. Decembris. Haud recte igitur scribit *L. Rockinger* scholas illas 21. Novembris 1559 apertas esse (Bavaria I [München 1860], 666). Similiter lapsus est *Boero* (Can. p. 216).

[6] In **relatione* exeunte anno 1587 a collegii monacensis procuratore Romam ad praepositum generalem missa asseritur collegio illi initio 700 florenos „monetae Rhenensis" assignatos esse (ex relationis illius apographo antiquo, quod est in „Compendio historiae collegii Monachiensis", Monachii, in archivo regni bavarici, Iesuit. Münch. Fasc. 91, n. 1787, f. 4—5).

[7] Alberto V. [8] Cf. supra p. 564. [9] Die 3. Martii.

[10] *Agricola* asserit missa sollemniter cantata Martinum Stevordianum germanice et postea alium aliquem e Sociis latine dixisse (l. c. I, Dec. 2, n. 143).

dyalogus a discipulis cum laude recitatus, Carmina latina et graeca cum lectionum indice passim per ciuitatem affixa. Orationi et Dialogo interfuere viri huius vrbis primarij [1].

Eodem anno magna quorundam ex clero concitata est contra nos inuidia propter frequentem poenitentium ad nos concursum, Depositae sunt contra nos querelae tum apud Jllust. principem. tum apud Ordinarium Reuerendiss. Frisingensem [2], quod scilicet [a] per nostrorum ministeria gratis impensa [b], fraudarentur parochi eorumque cooperatores necessarijs ad viuendum subsidijs, adolescentes quoque qui in paroechijs canere soliti erant [c] a solito canendi officio per scholas nostras auocarentur, Praeterea quod seditiose concionaremur, nimium acres scilicet in clericorum vitijs publice perstringendis, Vnde plebeij contra Ecclesiasticos maius odium conciperent [3]. Denique ab haeresi non videri nos alienos quod ex calice populo sacrum porrigeremus, nam cum frequens erat communicantium numerus, pro maiore securitate non ex patena, vt assolent germani, sed ex calice, species plurimas continente, sacrum porrigebamus, fingebant vero illi absurde nimium speciem panis in speciem vini priusquam porrigeremus nos intingere. Criminabantur etiam quod ablutionem ex vitro et non ex calice communicantibus dedissemus. Hi nobis articuli a D. Cancellario [4] scripto sunt exhibiti, quibus etiam eodem suadente quamprimum respondimus, crimina [d] [5] — falso nobis imposita facile diluentes. Jllustrissimus deinde Princeps eiusque Consiliarij, tuendi ab aemulis Collegij curam singularem susceperunt, Eodem fere tempore mali de nobis spargi per ciuitatem rumores coeperunt, et varia nobis scelera affingi, vt in multorum suspitionem incideremus [6]. Sed veritas ipsa propalata est semper, et auctum societatis bonum nomen.

Vrgere tum etiam coeperunt Domini Consiliarij promissam lectionem Theologicam, nam ea tantum quae ad humaniores literas

[a] *A Theod. correctum ex:* Frisingensem, et accusati quod — — *[sequitur vocabulum obscurum].*

[b] *A Theod. correctum ex:* nostrorum ministerijs gratis impensis.

[c] *Sequitur* per, *a Theod. deletum.*

[d] *Sequitur vocabulum obscure scriptum.*

[1] „Convenere Principes Parens, Filius, Alberti Mater et conjunx, Satrapae" etc.: *Agricola* l. c. Cf. etiam *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 4, n. 122.

[2] Mauritium de Sandizell. [3] V. supra p. 779. [4] Simone Thaddaeo Eckio.

[5] *Polancus* P. Theodorico Canisio, Roma 25. Octobris 1560: „Quelle risposte per il Vescouo Friginsense [*sic*] doueranno essere reuiste per il Padre Prouinciale prima che se li mandino. benche doue la uerita è tutta della banda loro è cosa facile far apologie" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 247. Cf. etiam infra p. 877 n. 2).

[6] „Taceo quod aliquoties sedem Confessionis et sacrum altare foedissime conspurcarint, . . . ueneficij nos et cuiusuis criminis reos facere contenderint": *Litterae quadrimestres* collegii monacensis, Monachio 29. Decembris 1560 datae (Ex *archetypo. Cod. „G. Ep. I" f. 147b).

spectant nostri tum profitebantur. Verum quod auditores idonei et assidui non inuenirentur, non est ea inchoata.

Hoc ipso sexagesimo anno actum est cum Dominis Consiliarijs, de ampliori aedificio nostris parando, sed difficiles illi fuerunt propterea quod monasterium, cuius partem inhabitabamus, et nobis et paucis fratribus qui in eo versabantur, abunde sufficere putarent, Tandem tamen effectum est vt nouum illud aedificium in quo nunc agimus construerent in fundo monasterij, partem etiam horti eiusdem monasterij nobis concederent, facto interstitio prope lupulos [*sic*], Jlli enim cum reliqua parte horti fratribus monasterij fuere relicti, quamuis nobis etiam facta sit potestas in eadem horti parte deambulandi.

Assignata etiam nobis in monasterio fuere cubicula aliquot iuxta monasterij bibliothecam, quae deinde a reliquis cubiculis quae a monachis habitabantur[a] asseribus interiectis sunt separata.

Annuit quidem ad haec omnia pater prior monasterij[1], sed timore, vt videbatur, principis coactus, spe etiam ductus quod Jllust. princeps liberaliorem se erga monasterium alijs in rebus vicissim demonstraret, Quod cum non fieret, multis mensibus non satis amicos experti sumus vicinos monachos, qui etiam propterea lectiones nostras quas et publice et priuatim audiebant[2], deseruerunt, Reditum deinde est cum eis in gratiam, familiaritas tamen cum eis nulla deinceps contracta[b].

Crescente discipulorum et poenitentium qui ad nos accederent numero, scripsit in vrbem Jllust. Princeps ad R. P. Generalem, de mittendis huc 10 alijs ex nostris[3], qui quidem huc venerunt mense octobri eiusdem sexagesimi anni[4]. Quo tempore magno cum applausu exhibita est a scholae nostrae discipulis Tragoedia Euripi spectante populi magna multitudine[5], auctus etiam classium numerus vt sex omnino essent, cum antea 4^{or} tantum extitissent, Definitum insuper a Dominis Consiliarijs vt 1000 florenos quotannis hoc Collegium ex teloneo Jllust. Principis perciperet in sustentationem viginti personarum. Plures diuersis temporibus a scholae nostrae discipulis actae sunt comoediae tam publice spectante plebe, quam priuatim coram Jllustrissimo principe et prouinciae huius proceribus, quae res non parum authoritatis et opinionis huic Collegio apud omnes in hac prouincia conciliauit.

Anno sexagesimo primo post pentecostes[c] [?][6] auspicati sumus lectionem doctrinae Christianae, Dominicis et festis diebus, in sacello

---

[a] *A Theod. correctum ex:* cubiculis in monasterio relictis.
[b] *A Theod. correctum ex:* habita.
[c] *Sic;* pentecosten*?* festum pentecostes*?*

---

[1] Cf. supra p. 219[1]. [2] Cf. supra p. 808.
[3] Vide infra p. 878—879. [4] Cf. supra p. 727—732.
[5] Vide infra p. 877—878.
[6] Festum Pentecostes eo anno 25. Maii agebatur.

D. Nicolai, nostris aedibus vicino [1], fuitque ea lectio multis pergrata, quam etiam exornabat puerorum nostrorum cantus qui lectione finita musico concentu vespertinas subinde preces eodem in loco decantare soliti erant. Haec lectio Anno 62° propter saeuientem pestem, et Catechistae nostri discessum intermissa est et nunquam deinde repetita partim ob pestis necdum extinctae timorem, partim propter sacerdotum germanorum inopiam, qui hanc in se prouinciam susciperent [2].

Eodem anno saeuiente in monasterio nobis proximo peste, effectum est diligentia Reuerendi Patris Commissarij [3] et Reuerendi p. prouincialis [4], vt bona pars Collegij, praesertim iuniores, ad Bipurgense monasterium, quod ciuitati Amsperg [*sic*] adiacet [a] in dioecesi Ratisponensi [5], ad tempus sese reciperent, vbi et ab ea lue tuti essent, et sua studia commode prosequerentur, Relicti sunt hoc in loco sacerdotes et coadiutores tam publicis quam priuatis exercitijs nostris pro ea temporis ratione necessarij. Anno sexagesimo tertio remisit se pestis, et sub initium Aprilis reuocati huc sunt ex praefato monasterio nostri . nec multo post apertae denuo sunt scholae quae supra ducentos nunc habent discipulos, plures etiam post publicationem scholarum, Christo fauente, habiturae [b].

Jngens his annis quibus hic agimus factus est Christo authore Monachij fructus: praeterquam enim quod [c] concionatoribus haereticis [d], qui populum pene iam seduxerant, et dubios [e] [?] in fide reddiderant, impositum est nostra praesentia silentium, plurimi etiam ab haeresi resipuerunt et Ecclesiae sunt reconciliati, plurimi in fide confirmati, Ad perfectionis statum quamplurimae virgines et honesti adolescentes adducti, . . Jnfirmi non pauci in extremis adiuti, Jnimicitiae graues compositae. Et id genus alia multa Dei benignitas huius Collegij ministerio operari dignata est, postremis hisce praesertim mensibus, quibus aequiores in nos primariorum virorum experimur animos.“ [6]

---

[a] *Antecedit* proxin, *a Theod. deletum.* [b] habitura *Theod.*

[c] *Sequitur* haereses, *a Theod. deletum.*

[d] *Decem verba sequentia a Theod. in margine addita sunt.*

[e] *Sic Th.; legendumne:* dubium?

---

[1] *J. M. Forster* asserit sacellum illud „S. Nicolaus auf dem Haberfeld“ vocatum et sub a. 1582, cum Societatis collegium aedificaretur, destructum esse (Beiträge zur Geschichte der St. Michaels-Hofkirche in München [München 1883] p. 5). Postea vicino loco Carmelitis exstructa est ecclesia S. Nicolai (*Ad. Schulz,* Die St. Michaels-Hofkirche in München [München 1897] p. 1).

[2] Attamen haud multo post repetita est. Vide infra p. 876.

[3] Hieronymi Natalis; cf. *Sacchini* Historiam S. J. II, l. 6, n. 103.

[4] Petri Canisii.

[5] Monasterium benedictinum Biburg significatur, quod prope oppidum Abensberg exstabat.

[6] *Henricus Samerius* S. J. in *litteris quadrimestribus collegii monacensis, Monachio 1. Septembris 1563 datis: „Clerum“, inquit, „huius urbis experimur

Primum collegii monacensis rectorem fuisse Petrum Canisium scribit *Chr. Gotth. Neudecker*, Geschichte des Evangelischen Protestantismus in Deutschland I (Leipzig 1844), 442. Quod falsum esse iam patet [1].

193.

Relatio

ex „Historia de initio et progressu Collegij Monachiensis", „Monachij" in eodem collegio „mense Octobri anno Domini 1567" conscripta.

1559—1567.

Ex archetypo (2°; 2 pp.), a. 1571 (ut videtur) a Paulo Hoffaeo, praeposito provinciali, Romam ad praepositum generalem misso [2]. Cod. „Germ. Fund. I." p. 4—5.

Collegii praecipui auctores et primi Socii. Nova domus exstructa. Augustinianorum prior generalis monasterii monacensis partem Sociis concedit. Horum ministeria sacra.

Jllustrissimo Principi et Christianissimo in Germania utriusque Bauariae Duci Alberto ueluti primo et praecipuo secundum Deum huius et Jngolstadiensis Collegij Autori et fundatori acceptum ferre decet, quicquid ad Collegij huius Monachiensis pertinet institutum. Caeterum eius Collegij instituendi causam prae caeteris diligenter egerunt D. Simon Eckius Cancellarius, et D. Wigileus [*sic*] Hundius Consiliarius ac D. Henricus Schweickart secretarius eiusdem illustrissimi Principis, quos in hoc instituto promouendo, ut arbitramur, successus Jngolstadiensis Collegij ante decennium prius erecti promptiores effecit. Res primum acta est cum Patribus D. Petro Canisio Prouinciale et D. Nicolao Lanoyo, qui et Collegij huius primus Rector fuit. Jgitur anno Domini 1559. 21 Nouembris [3] . . . nostri Monachium ad hoc inchoandum Collegium primum accesserunt; sacerdotes quidem quatuor, utpote dictus D. Lanoyus Rector, P. Theodorus Peltanus Professor, P. Martinus Steuordianus [4] Concionator, et P. Dominicus

---

Christi gratia satis nunc beneuolum et in propugnanda orthodoxa fide solito acriorem" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. IV" f. 124b).

[1] *Augustus Kluckhohn*, Societati Iesu inimicissimus, ubi de collegii monacensis initiis agit, fateri cogitur: „Unter den ersten Jesuitenlehrern fanden sich nicht allein trefflich begabte, für ihren pädagogischen Beruf begeisterte Gelehrte, . . . sondern auch, wie zu allen Zeiten, Männer, die mit gelehrtem Wissen vollendete Kenntniss der Welt und der Menschen verbanden, und, frei von Pedanterie, sich in gefälligen, einschmeichelnden Formen bewegten": Die Jesuiten in Baiern mit besonderer Rücksicht auf ihre Lehrthätigkeit, in „Historische Zeitschrift, herausgegeben von Heinrich von Sybel", XXI (München 1874), 371.

[2] Monachii in archivo regni bavarici exstat: *libellus inscriptus: „Ex Historia Collegij Monacensis (1559—1722; 4°; 42 pp.) et *„Historia Collegij Monachiensis 1587—1632" (2°) et „Historia brevissima Collegii Monachiensis 1586—1638" (2°): Iesuitica, München, Fasc. 91, n. 1787.

[3] Scribendum erat: „20. Novembris". Vide infra p. 877 n. 1.

[4] *Agricola* minus recte: „Martinus Stevartius" (l. c. I, Dec. 2, n. 141).

Menginus lector[1]: Reliqui uero quatuor non Sacerdotes, ut horum opera Collegium primo anno media ex parte institueretur.

Ad huius Collegij habitationem deputatus est locus in monasterio Fratrum Eremitarum S. Augustini, qui nostris uelut hospitibus primum habitationem concessere, ac deinde Jllustrissimi Principis nomine moniti consensere, ut noua domus e fundamentis extructa in posteriore horti parte in Collegij nostri usum ac proprietatem cederet. Jdemque postea confirmauit P. Vicarius uel Commissarius cum a P. Generali eiusdem ordinis S. Augustini missus ad hoc Monasterium accessisset. Js praeterea secundo Rectori D. Theodorico Canisio affirmauit se nostris ad habitandum et retinendum relinquere et applicare non solum nouam domum ex Principis liberalitate nobis constructam, sed etiam adiunctas habitationes ueteres, quas nostri habitare coepissent, nec non cubicula illa dormitorij in quibus Nouitij praecipue nunc solent commorari. Postea Romae impetratum est scriptum P. Generalis eiusdem Ordinis testimonium quo itidem partem huius Monasterij a nostris precario habitari concedit atque autoritate sua permittit[2]. Et magnis sane sumptibus Jllustrissimo Principi constitit, ut non solum domus Collegij . . . exaedificaretur, sed etiam schola in sex[a] classes distributa construeretur. . . .

Templum Collegij idem est quod Fratrum adiuncti Monasterij, a quibus in postrema templi parte unum duntaxat altare nobis assignatum habemus, in quo liceat quotidie sacrificare et sacram Eucharistiam populo dispensare. Jn eodem templo diebus festis nostri ordinarie concionantur et poenitentium excipiunt confessiones. Habent tamen et aliud sed magis exiguum templum siue Sacellum D. Nicolai non procul dissitum in quo Catechismum diebus festis explicant, et aliquando preces uespertinas pueri scholae decantant. . . .

Ad triplicem hanc relationem de collegii monacensis initiis scriptam (monum. 191. 192. 193) tria adnotari iuverit:

---

[a] *Altera manu (quae Hoffaei esse videtur) correctum ex:* quatuor uel quinque.

---

[1] Mense Iunio anni 1560 praeter hos in collegio monacensi magistri erant: P. Iodocus [Carcaeneus?], Wendelinus Völck (Populus), Caspar Obergasser, Laurentius [Herman, ut videtur], Michaël Maior [Marius, Maier] (*Hansen* l. c. p. 352[2]).

[2] Fr. *Christophorus Patarinus*, ordinis Eremitarum S. Augustini „prior generalis", Romae 11. Augusti 1565 diplomati subscripsit, quo edicit: „Volentes parere vt par est decreto per Illustrissimos Dominos Dominos Cardinales Congregationis super Concilij rebus nuper facto, intuitu Illustrissimj et excellentissimi Ducis Bauariae . . . permittimus et concedimus praecario duntaxat nomine" patribus Societatis Iesu partem conventus monacensis, quam hucusque tenuerunt et possederunt, conventus illius parte maiore et fructibus reditusque integro penes fratres augustinianos remanentibus (Ex *exemplo, cui fidem Ioannes Pfrontner notarius facit, quodque saeculo XVI. aut ineunte XVII. Romam missum est. Cod. „Germ. Sup. Fund. Coll. II" f. 232).

1. Asseritur in tertia relatione modo posita primos monacensis collegii Socios die 21. Novembris 1559 Monachium advenisse; atque idem affirmat *Agricola* (l. c. I. Dec. 2, n. 141); quem secuti sunt *Felix Ioseph Lipowsky*[1], *Ioannes Baptista Hutter*[2], *Carolus de Reinhardstöttner*[3]. At eos 20. Novembris 1559 eo advenisse, et a *Theodorico Canisio* in relatione supra (p. 871) posita, quae tertia illa antiquior est, et in primis monacensis collegii „* *Litteris quadrimestribus*", Monachio 22. Martii 1560 datis et ab ipso B. Petro Canisio Romam ad Lainium praepositum generalem missis, plane affirmatur[4]. At quia die 21. Novembris, qui Beatae Mariae Virgini in templo praesentatae sacer est, Petrus Canisius primos Socios monacenses, sermone ad eos habito, in labores quasi introduxit, multis annis post Friburgo Helvetiorum idem iam senex ad collegium monacense scribere potuit: „Quoties anniuersarius dies recurrit, quem praesentatae in templo Virgini Matri dicauit Ecclesia, equidem non possum vestri Collegii, Fratres, non meminisse; quod eodem die per summi Dei gratiam feliciter est inchoatum."[5]

2. Ex iis, quae Theodoricus Canisius, collegii monacensis rector, de sacris hostiis ob accedentium ad eucharistiam frequentiam non in patena, sed in calice (pyxide, ciborio?) positis refert (supra p. 872), facile patet, quam non recte aliqui de clero monacensi in „visitatione" eo tempore habita de Societatis hominibus conquesti sint, „dass sie die Hostiam vor der raichung in Wein tunkhen mit dem Furgeben, also raichen sie es sub utraque."[6] Quibus ex fabulis etiam ea deduci posse videntur, quae *Stanislaus Hosius*, episcopus varmiensis, Vindobona 9. Augusti 1560 ad S. Carolum Borromaeum rettulit: Ferdinandum caesarem sibi dixisse: „Habet Canisius, et qui sunt de Societate Iesu potestatem usum calicis impertiendj petentibus." „Nunc primum inquam hoc a Maiestate Vestra audio; nec facile mihi persuaderi potest, ut credam" (Ex *apographo [quod eiusdem fere temporis esse videtur] partis huius epistulae, quod est in archivo vaticano. Cod. „Nunz. di Germ. 64" f. 176). P. *Polancus* nomine Iacobi Lainii praepositi generalis Roma 28. Decembris 1560 P. Theodorico Canisio, collegii monacensis rectori, scripsit: „Quanto alla persecutione del clero, deuono procurar dal suo canto di non dar li iusta occassione, et nel resto prepararci con buona pacientia a cio che accadera" (Ex *apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" p. 277).

3. De fabula „Euripi" (supra p. 873), quam a. 1560 a collegii discipulis actam esse Theodoricus Canisius affirmat, *litterae quadrimestres* eiusdem collegii, Monachio 29. Decembris 1560 datae, haec referunt: „Tragoediam Euripi cum applausu frequentissimi populi in publico proscoenio exhibuimus, sicque placuit, ut deintegro coram illustrissimo principe nostro, Reuerendissimo Piae memoriae Praesule salisburgense[7], multisque alijs principibus uiris optime sit acta" (Ex *archetypo. Cod. „G. Ep. I" f. 147ᵃ). Atque eadem sive tragoedia sive comoedia — utroque enim nomine appellatur — omnium, quas Socii in Germania ediderunt, fabularum theatralium prima esse videtur. De qua in collegii vindobonensis „* *Annales*" haec relata sunt

---

[1] Geschichte der Jesuiten in Baiern I (München 1816), 112.

[2] Die Hauptmomente der Schulgeschichte des alten Gymnasiums zu München (München 1860) p. 3.

[3] Zur Geschichte des Jesuitendramas in München, in „Jahrbuch für Münchener Geschichte" 3. Jahrg. (Bamberg 1889), p. 56.

[4] *Litterae hae archetypae exstant in cod. „G. Ep. I" f. 142—143.

[5] Apud *Raderum*, Can. p. 100, et *Knöpfler* l. c. p. 188[1].

[6] *Knöpfler* l. c. p. 64. Alia a clericis aliquibus et ludorum magistris contra Socios prolata proferunt *Knöpfler* l. c. et *Gothein* l. c. p. 714—715. Quae ex eo maxime orta sunt, quod plerique cives Sociis conscientias regendas et liberos instituendos, ceteris templis scholisque relictis, tradebant.

[7] Michaële a Küenburg († 17. Novembris 1560).

in a. 1555: „Mense Septembri Comoedia Euripi magno Auditorum [a] et solatio et emolumento prima omnium publice sub dio acta fuit“ (Cod. „Annal. Vienn.“ f. 6ª. Similiter *cod. vindob. „Hist. coll. Vienn.“ f. 4ª. Plura vide in *Litteris quadrimestribus* III, 710—711). Ac *Nicolaus Lanoius*, eiusdem collegii rector, in litteris Vindobona 27. Maii 1556 Lovanium ad P. Adrianum Adriani S. J. missis de eadem tragoedia iterum acta: „Tragoediam“, inquit, „euripi a Patre leuino brechtano aeditam nuper duodecim pueri cum magno applausu et aedificatione exhibuerunt. similes comoedias seu tragoedias sacras expetunt nostri“ (Ex *autographo Cod. colon. „Litt. Epistt. var.“, f. non sign.). Pragae autem 18. Februarii 1560 „Comoedia Euripi“ „in area scholarum“ collegii clementini coram maxima hominum turba (8000 aut 10 000 adfuisse ferebant) acta et postea, multis petentibus, quater repetita est idque postremo in maxima arcis regiae aula, ipso Ferdinando duce adstante (*Schmidl* l. c. I, 146—147. *Oscar Teuber*, Geschichte des Prager Theaters I [Prag 1883], 17—18) [1]. „Euripo“ illo rerum terrenarum fragilitas et vitae humanae brevitas illustrantur. Quem ludum, a P. Livino Brechto sive Brechtano, ordinis Minorum, antverpiensi, Lovanii latinis versibus compositum, postea P. Paulus Hoffaeus S. J., collegii pragensis rector, germanice vertisse fertur (*Teuber* l. c. *Schmidl* l. c. *Sommervogel*, Bibl. IV, 423). Certe anno 1582 Dilingae in lucem prodiit, a Cleopha Distelmayer, ecclesiae cathedralis augustanae vicario, germanicis versibus conceptus (*Em. Weller*, Annalen der Poetischen National-Literatur der Deutschen im XVI. und XVII. Jahrhundert I [Freiburg i. Br. 1862], 250, n. 19). *Gothein* (l. c. p. 713): „In München wagte man sich [im Collegium der Jesuiten] gleich 1561 an eine Tragödie des Euripides“ [!]

194.

27. Iunii 1560.

Ex *Radero*, qui integram Alberti epistulam posuit l. c. p. 96—99. Eandem vulgarunt: *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 123. *Io. Vervaux* S. J. („Io. Adlzreitter“), Annales Boicae Gentis P. 2, l. 11, n. 15. 16 (in ed. a Leibnitio curata II (Francofurti ad Moenum 1710], 269). *F. I. Lipowsky*, Jesuiten in Baiern I, 114—115. *Flor. de Raemond*, L'Histoire de la naissance, progrez et décadence de l'hérésie de ce siècle (Paris 1605) l. 5, f. 362ª—363ª.

Albertus dux Socios et ingolstadienses et monacenses magnopere laudat; his novos Socios submitti vult; qua in re Canisii consilio se usurum spondet.

Albertus V., Bavariae dux, Monachio 27. Iunii 1560 litteras ad Lainium, Societatis praepositum generalem, dedit, quibus asserebat: Socios monacenses „et vitae sanctimonia, et in docendo mira felicique alacritate caeteros suos fratres Collegas Ingolstadienses laudabili quadam, et Ecclesiae Catholicae vtilissima aemulatione vincere velle videri“; eos Monachii „summa eruditione, innocentique vita“ „haereticorum pertinaciam“ infringere; „reuiuiscentis religionis“ „vnam firmissimam spem“ in iis positam esse etc. Quibus cum, praeter scholarum labores, in templis quoque contionando, „infinitas piorum

[a] *Hoc vocabulum et verbum* prima, *quod mox sequetur, ex cod. vindob. „Hist. coll. Vienn.“ suppleta sunt.*

[1] In dilingana Societatis academia „Tragoediam Euripi“ anno 1566 coram maximis ecclesiae principibus actam esse in alio huius operis volumine enarrabitur.

confessiones audiendo" etc. desudandum esset, iterum se a Lainio flagitare, ut „primo quoque tempore" novos Socios iis subsidio mitteret; se viaticum illis „ad Doctoris Canisii consilium benigne" largiturum esse.

I.

MONUMENTA OENIPONTANA CANISII.

195.

25. Maii 1560.

Ex apographo litterarum Ferdinandi, eodem fere tempore scripto et sic inscripto: „Newe Stifftung vnd Schuel im Kreutterhauss alhie betreffend". Exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae (k. k Statthalterei-Archiv), cod. „Von M. Kay. Mt. 1557—1560 (B 10)" f. 550ª—551ᵇ.

Ferdinandus I. officiales suos cum Canisio et Lanoio ac primoribus quibusdam de collegio Oeniponte condendo consultare iubet.

Ferdinandus I. imperator Vindobona 25. Maii 1560 Oenipontem scribit ad „regimen" et ad „cameram" Austriae superioris:

Ipse Oeniponte separatim et capitulum quoddam, quod officia divina sollemniter peragat, et scholas a Societate Iesu administrandas constituere vult. „Nachdem wir Doctorem Canisium als Praepositum Collegiorum eiusdem societatis in Germania[a] vnnd dann Doctorem Nicolaum Lanoyum zuuermugen gedennckhen, dass sy sich zum furderlichisten gen Ynnsprugg begeben, das Hauss so wir zu der Schuel deputiert, besichtigen [1], vnnd alle anndere notturfft, souil zu der Schuel gehördt, bedennckhen sollen, So ist darauf vnnser ferner genediger beuelch, dass Jr nit allain Jetzgehörte bede Doctores mit Zerung aus, vnnd Ein, auch mit vnnderhaltung daselbst Eerlich vnnd wol versehet [2], sonndern auch die sachen also mit Jrem Rhat vnnd guetbedunckhen hanndlet, vnnd in sonderhait souil die Jetzig Pfarr Schuel daselbst [3] belangt (welche vnnsers erachtens villeicht vnnder der Administration der Pfarrkirchen, oder Stat Rhats sein mochte) den Pfarrer [4] vnd etliche des Stat Rhats verordnete auch dar zue ziehet, vnnd vnns volgenndts vber solches alles [5], Ewre bedennckhen vnnd aussfuerlich guetbedunckhen zue khumen lasset." . . .

[a] Germaniae *apogr.*

[1] Ex apographi nostri indice sive titulo intellegitur domum hanc „Kreutterhauss" vocatam esse.

[2] Ioannes Schaüber, quaestor tirolensis („tirolischer Camermaister"), Oeniponte 21. Iunii 1560 Canisio et Lanoio 40 florenos dedit, quibus itineris oenipontani impensas iis compensaret (* Cod. „Hannsen Schaübers . . . Ambts-Raittung" in a. 1560 f. 333ᵇ. Oeniponte in archivo praefecturae caesareae).

[3] Latina haec schola discipulos sub a. 1565 habuit 50, postea 24, deinde 12 (*Hirn* l. c. I, 231[1]). [4] Trogenhofer (*Hirn* l. c. I, 89).

[5] Imprimis scribendum iis erat, quot famulos necessarios esse et quanti tum capitulum tum scholas singulis annis constare putarent.

196.

Mense Iunio a. 1560.

Ex apographo, eodem fere tempore in collegio S. J. coloniensi scripto et sic inscripto: „Ex literis P. D. Theodorici Canisij Rectoris Monachij". Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 9[b].

Ex eodem apographo haec typis exscripsit *Hansen* l. c. p. 351—352.

Canisius collegia vindobonense et pragense visit, Oeniponte de collegio condendo egit.

P. Theodoricus Canisius, collegii monacensis rector, P. Leonardo Kessel, rectori collegii coloniensis, Monachio 26. Iunii 1560 scripsit:

— — Redijt diebus proximis ex Vienna Reuerendus pater Canisius et mira nobis de Viennensi et pragensi collegijs retulit, quo pacto scilicet et in spiritualibus et in temporalibus eximios ad maiorem dei gloriam faciant progressus. Imperator totus noster est eiusque iussu Reuerendus p. Canisius Oenipontum Thirolensis comitatus primariam ciuitatem, paulo ante profectus est ut de nouo ibj Collegio constituendo cum Senatoribus ageret. Et Deo Opt. Max. gratia, quae ad Collegij illius erectionem spectant, omnia supra etiam expectationem foeliciter sunt constituta. . . . . Monachij 26 Junij 1560.

197.

FERDINANDUS I.,

imperator,

REGIMINI SUO [AUSTRIAE SUPERIORIS] OENIPONTANO.

Vindobona 20. et 24. Octobris 1560.

Ex apographo eiusdem temporis, quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Von M. Kay. Mt. (B 10) 1557—1560" f. 626[a]—627[b].

Commentarium (vel alterum apographum) est in eodem archivo, fasc. „Innsbruck, Jesuiten 1560—1624" A vi. 1.

Caesar Oeniponte canonicos saeculares, communiter tamen viventes nec breviario quinoniano utentes (id quod etiam Canisio etc. videtur), degere vult; qui a regimine et a Sociis quaerendi erunt. Placet caesari, ut, prioribus consiliis relictis, aedes lichtensteinianae in scholas convertantur. Canisius quam primum Oeniponte ea de re agere iubetur. Caesar Sociis supellectilem, ligna, 1000 florenos annuos dabit. Quaerendus, qui iuris principia Oeniponte tradat. Canisio, cum Oenipontem veniet, necessaria omnia praeberi oportet.

Edl Ersam etc. Wir haben Eur vnnderthenig schreiben, vom XII[ten] tag diss ablauffennden monats, sambt allen desselben beygelegten, vnnd der vorstehennden Schuel gepeu überschlegen Emphanngen, vnnd daraus wasmassen Jr Euch auf vnnsern hieuor vom XXV tag May an Euch ausgegannngnen beuelch, mit den Ersamen Gelerten, vnnsern andechtigen lieben, Doctor Canisio, vnnd dann Doctor Nicolao Lanoyo (die wir derhalben zu Euch verordnet) aller sachen beratschlagt[1],

[1] Vide supra p. 663—668.

was auch auf söliche vorhabennde Schuelgepeu, vnnd dann derselben zuegehörigen personen jerlichen vnnderhaltung, lauffen werde, alles nach lenngs gnediclichen angehört vnnd verstannden, Geben Euch darauf . als vil erstlich belanngt . Euch wess ordenns die Canonicij sein sollen zuberichten, gnedigen mainung zuuernemen, Dass sy Canonici sacerdotes seculares vnnd nicht Regulares sein, vnnd doch mensam vnnd habitationem Communem haben sollen, Derwegen so werden Jr nach dergleichen personen, vermug obgemelts vnnsers beuelchs, auch mit Rat vnnd hilff annderer guethertziger Catholischer leut, sonnderlichen der Jhesuiten zutrachten wissen. Gleichsfals wellen wir bey Jnen den Jhesuiten, auch gnedigiste anmanung thuen . vnnd darob sein, damit sy Jrestails, auch auf dergleichen personen. bedacht sein. vnnd hier Jnnen alle guette befurdrung thuen sollen.

Was dann beruert, dass die Canonici vnnd Stipendiaten die sibenzeitgepet, nit secundum nouum sed veterem vsum Romanum volbrinngen sollen. Da lassen wir vnns söliche Eur vnnd der Jesuiten gehorsam guetachten gnediclich gefallen [1], Dann da man die nach dem neuen breuier volbrinngen solte, so muste Cantus Gregorianus fast aller verenndert werden, der doch zuuerpessern nicht wol muglich.

Betreffenndt die anschleg des Schuelgepeus, auch was fur gepew der gefennckhnus des Kreutterhauss, Desgleichen der Statt Schuel, auch aines Caplans vnnd organisten hauss halben, furzunemen [2], sein söliche artiggl derzeyt zuueranntwurten vnnot. Jn bedennckhung, das sy durch nach uolgennden weg, so derselb sein furganng erraicht, alle abgeschniten, vnnd sölcher vncossten, Ja auch vil vngelegenhaiten erspart vnnd verhuet werden mugen, vnnd lassen vnns derowegen Eur Ratsam bedennckhen, mit Erkaufung der Grauen von Liechtenstain behausung, aus denen in Eurem schreiben angetzogen vnnd begrunten vrsachen. gnediclich vnnd vast wol gefallen, Schreiben auch demnach Doctor Canisio, hiemit gnediclich beuelchenndt. Dass Er sich nochmals vnnd mit dem furderlichisten, so es sein kann, zu Euch verfuegen. söliche behausung neben vnnd mit Euch besichtigen. auch sich verner ob vnnd wie die am fuegelichisten vnnd Ehenndisten zu der Schuel nottwenndig erpaut. vnnd zuegericht werden möchte, aller notturfft nach. beratschlagen wölle, wie Jr dann aus hiebeygelegter Copia desselben schreiben, weitleuffiger vernemen mugt [3].

Als vil nun Jr begerte Jarliche vnnderhaltung berurt, vnnd das Sy sich, wann nun das ganntz haushaben mit Peth Petgewanndt, Tischtuechern, Kuchen, vnnd Kellergeschirr, vnnd annderer haus-

---

[1] Breve illud et expeditum „Breviarium sanctae crucis", a cardinali Francisco Quinonio O. Min. a. 1535 primum editum, et tantum, ut privatim recitaretur, primum a pontifice approbatum, paulatim etiam in ecclesiarum collegialium et similium choris usurpari coeptum est (*Suitb. Bäumer* O. S. B., Geschichte des Breviers [Freiburg i. Br. 1895] p. 393. 406. 407). [2] Vide supra p. 661—668. 750—751.

[3] Eam epistulam posuimus supra p. 749—752.

notturfft staffiert, auch Jnen das Holtz, sambt der fuer vnbetzalt von Hof gegeben wurde, Järlichen mit Tausenndt gulden, fur alle vnnderhaltung benuegen lassen wöllen, khönnen wir gleichsfals, wie Jr söliches fur kainen überfluss ansehen, sonnder sein gnedigclich vrpietig. Jnen dasselb volgen, vnnd daruber auch alle notturfft aufrichten zulassen,

Wir wöllen vnns auch zu aufnemung der Schuel vnnd merer discipulen, auch gmainer Lanndtschafft zu gnadem vnnd guettem nit zuwider sein lassen, ain Lectorem in Jure, der allain Jnstitutiones vnnd prima fundamenta lerne, vnnd lese. dahin zuordnen,

Dieweil sich aber (wie Jr selbs gehorsamlich meldet) der Jesuiten Profession nicht dahin erstreckht, das Sy Jura profitiern oder leeren [1], So will derhalben die notturfft erfordern. Dass Jr sambt gedachtem D. Canisio, neben den anndern sachen, auch dise, wie Sy gelegenlich angericht werden muge, Jn beratschlagung ziehet. Vnnd vnns volgenndts über sölches alles Euren fernnern bericht, Rat vnnd guetbedunckhen vnsaumlichen zuekhomen lasset. an dem thuet Jr vnnsern gnedigen willen vnnd mainung, Vnnd wir wolten Euch sölichs in anndtwurt Eurs schreibens, Euch darnach zurichten wissen. gnedigen mainung nit pergen. Datum wienn den XX tag octobris. anno etc. im LXten.

Post Scripta, Ist vnnser gnediger beuelch. Jr wellet gedachten Doctor Canisium, mit Zerung aus vnnd ein, notturfftigiclichen versehen. vnnd Jne disfals one Clag halten. Daran erstattet Jr vnnsern willen. Datum wienn den xxiiij. octobris. anno etc. im LXten.

Ferdinanndt

Ad mandatum Sacrae Caesareae
Maiestatis proprium

Vidit Seld. D. V. Rosst.

An die Regierung zu Ynsprugg.

198.

Inter 4. et 23. Novembris 1560.

Quo tempore Canisius a. 1560 alterum iter oenipontanum confecerit. Victus et viaticum ei praebita. Consilia Oeniponte cum consiliariis inita. Caesar ibi neque universitatem neque canonicos regulares constituere vult. Monasteriorum nomen exosum, disciplina magnam partem dissoluta.

a) Canisium inter dies 4. et 23. Novembris iter illud oenipontanum confecisse ex eo intellegitur, quod in *codice contionum ab initio mensis Iulii usque ad medium mensem Decembrem a. 1560 Augustae ab eo habitarum post contionem Dominicae 22. post Pentecosten, quae eo anno dies 3. Novembris erat, ab eius librario notatum est: „Ob profectionem Oenipontanam Dominicae duae sunt intermissae“, et sequitur contio „Dominica ultima“ [post Pentecosten], quae 24. Novembris erat, habita; quam

[1] Vide supra p. 751[2].

Canisius sic exorditur: „Es wirdt mir niemant verargen ut plane spero quod duabus mox praecedentibus Dominicis officium hoc meum contionandi intermisj; non id factum est absque grauibus et necessarijs causis" etc. (Cod. „Scripta B. P. Can. X. R." f. 154).

b) *Ioannes Schaüber*, tirolensis camerae magister („Camermaister"), in publicum *codicem accepti et expensi haec rettulit: Se, prout ab imperatore iussus esset (cf. supra p. 882), 13. Novembris 1560 Mathiae Reychart cauponi oenipontano 10 florenos et 51 crucigeros solvisse, quos idem caupo sumptuum ratione camerae tradita sibi dari postulasset pro victu patribus Petro Canisio et Nicolao Lanoio eorumque famulo per quattuor dies apud se praebito; eodem die caesaris iussu Canisio 24 florenos ad itineris expensas solvendas a se traditos esse (Cod. „Hannsen Schaübers.. Ambts = Raittung" f. 333b—334a. Oeniponte, in archivo praefecturae caesareae).

c) P. *Guilielmus Elderen* S. J. Augusta 16. Novembris 1560 Sociis coloniensibus scripsit: „Pater Canisius prouincialis Caesareis literis est euocatus Oenipontum, vt de Collegio dispiciat ac disponat nostro aptum instituto, reditum illius singulis horis expecto" (Ex *apographo, a P. Leonardo Kessel, rectore coloniensi, scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1560, f. 58).

d) Assertum quidem est nuper (*Studien* und Mittheilungen aus dem Benedictiner- und dem Cistercienser-Orden, 17. Jahrg. [Brünn 1896] p. 24), Canisium anno 1560, cum ex concilio tridentino Augustam rediret, Faucenae (Füssen) per aliquod tempus contionatum esse et aegrotos pestilentia laborantes adiuvasse; at typographi vitio annus 1560 positus esse videtur; neque enim Canisius a. 1560 concilio interesse poterat, neque in fontibus antiquis invenitur eum a. 1560 Faucenae moratum esse [1].

e) *Ferdinandus I.* caesar Vindobona 16. Decembris 1560 Oenipontem ad Austriae superioris „regimen" et „cameram" scripsit: Se ex ipsorum litteris intellexisse, cum Canisio et Lanoio eos aedes lichtensteinianas inspexisse de iisque in scholas convertendis consultasse; quae ipsi ea de re sibi proposuissent, probari sibi et ad effectum adducenda esse. Ex eo autem, quod ipsi a se petissent, ut „facultates conferendi gradus" a pontifice impetraret, conicere se, ipsis hoc propositum esse, ut schola illa universitas quaedam fieret (cf. supra p. 882); ea vero in re se addubitare, „fürnemblich dieweil wir sehen, Je mer man hohe Schuelen der Zeit aufrichte, ye weniger schier die gueten Studia, vnd Disciplin, in achtung gehalten werden". Ideo exspectandum fore, num schola illa magnopere floreat; tunc enim „steet vns Jeder Zeit beuor, dieselb nit allain zu ansehenlichen Priuilegien zubefürdern, sonndern die auch derselben selbs mittzuthaylen". Quod autem ipsi „canonicos regulares" Oeniponte esse vellent (cf. supra p. 661. 881), esse „diser Zeit der Namen der Clöster so gar verhasst", „das alt recht Clösterlich leben vnd wesen schier allenthalben genntzlich zerfallen vnnd erloschen", „das Closterleben in Jtalia (.wie wir bericht.) an vilen orthen vasst dissolut"; superesse quidem bonos monachos in Belgio et in Hispania; at eos Oenipontem adduci difficile fore (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Von der Kay: Mt: 1561—1564" f. 9b—13a. Oeniponte in archivo praefecturae caesareae).

K.

MONUMENTA LITTERARIA CANISII.

199.

1556 vel 1557.

Minimi catechismi canisiani editio germanica, quae videtur esse princeps. Libelli una cum ea (aliqua Canisii opera intercedente?) evulgati: „Ritus Communionis"

---

[1] Cf. *Ant. v. Steichele,* Das Bisthum Augsburg IV (Augsburg 1883), 403. 423 ad 429).

latinus et germanicus. Sermo germanicus ad eos, qui eucharistiam sumpturi sint, habendus. Alberti V. „Declaratio".

In bibliotheca regia monacensi volumen asservatur [1], quod varia opuscula complectitur ac corio ligatum est albo, variis figuris lineamentisque impresso; maxime autem in adversa huius involucri parte prominet annus „1557". In quo volumine, praeter alia, haec sunt:

1.) „RITVS COM- | munionis Catho- licus." Sine nomine auctoris, loco, anno, nomine typographi; 4⁰; ff. 8 numeris non signata, et praeterea titulare et unum album, quod extremum est.

In praefatione dicitur: Ne in „Missae celebratione, uel Sacramenti etiam dispensatione" „Ecclesiae sanctiones, et patrum leges" violentur, „diligentius Ecclesiasticus ritus sacrificulis nostris inculcandus erit". Deinde 11 capitibus monentur sacerdotes, ut fideles per „confessionem Sacramentalem" ad communionem corporis Christi praeparent, ad missam eos convenire iubeant, missam, „etiamsi non adsit communicans", eamque integre et catholico ritu celebrent, eucharistiam aegrotorum gratia in „pixide" asservent; expedire etiam, ut nonnunquam populus communicaturus de passione Christi et de eucharistia edoceatur, ad eamque rem usui esse posse homilias Chrysostomi, Augustini etc. atque etiam „doctissimi Gabrielis Biel" [2]; „sub missa, et non post, communicandum esse populum"; sacerdoti sacramentum porrigenti dicendum esse „Corpus Domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in uitam aeternam"; exponitur, quid valeat „confessio generalis" communioni praemittenda etc. Sequitur proxime

2.) „Catholische / vnd | Christliche ordnung | der Commu= | nion." Sine nomine auctoris, loco, tempore, nomine typographi; 4⁰; ff. 11 numeris non signata et titulare.

Est versio germanica libelli superioris. Sequitur proxime

3.) „An die / so auß der | Consecration des Canons / das Sacra= ment des Altars | empfahen | Vermanung." Sine auctore, loco, tempore, typographo; 4⁰; ff. 4 numeris non signata; in altero ex inferioribus angulis folii primi est littera A, atque eodem modo in ff. 2. et 3. A ij et A iij, in 4. nihil.

Est brevis sermo, ad eos habendus, qui eucharistiam sumpturi sint; docentur in missae sacrificio memoriam passionis Christi renovari, et in eucharistia Christi corpus vere adesse; proponuntur eius sacramenti fructus praeclari; ostenditur non esse illud sumendum ab iis, qui gravi culpa inquinati sint, et maxime cavendum esse ab errore eorum, qui dicant communionem sub utraque specie necessariam esse.

Ultimam huius opusculi sententiam sequitur in eodem folio vocabulum

„Cathechi=",

et proxime sequuntur folia, in quibus est

[1] Signatum est „Liturg. 388". Primus volumen hoc perlustravit R. D. Dr. *Nicolaus Paulus*, qui etiam primus et intellexit et editorem humanissime monuit in eo contineri antiquissimam editionem catechismi canisiani etc. Postea editori ipsi data est voluminis eiusdem inspiciendi opportunitas.

[2] Vide quae infra, monum. 208, de prima Sociorum ingolstadiensium bibliotheca dicuntur.

4.) „Catechismus oder die | Summa Christlicher leer für die | ainfeltigen in fragstuck gestellet.“ Sine auctore, loco, anno, typographo; 4⁰; ff. 28. quae in superioribus quidem angulis non sunt numeris signata, in inferioribus autem habent litteras B, B. ij, B. iij etc.; folium paenultimum habet H iij.

Est Canisii catechismus ille „minimus“, qui latine primum editus est Ingolstadii anno 1556 typis Alexandri et Samuëlis Weyssenhorniorum [1], et germanice versus anno 1558 Dilingae ex officina typographica Sebaldi Mayer in lucem prodiit [2]. Sicut hae duae editiones, ita hic „Catechismus“ 6 capitibus (5. de peccatis, 6. de bonis operibus etc.) 59 quaestiones cum suis responsionibus comprehendit (hoc ordine: 11, 7, 10, 10, 9, 12 quaestiones); sequuntur preces eaedem, quae in editione dilingana continentur, et eaedem institutiones ad rite suscipienda sacramenta paenitentiae (13 quaestiones, cum „speculo confessionis“, quod vocant) et eucharistiae (4 quaestiones et variae preces); in paucis tantum parvisque rebus cum dilingano illo hic libellus discrepat [3].

Ultimam catechismi huius (n. 4.) sententiam sequitur in eodem folio verbum

„Von“,

et proxime sequuntur folia, in quibus est

5.) „Von Gottes genaden Albrecht Pfaltzgraue bey Rhein / Hertzog in Obern / | vnd Nidern Bayrn etc. | VNsern grůß zůuor lieben“ ꝛc. Sine loco, anno, nominibus editoris et typographi; 4⁰; 4 ff.; e quibus primum, secundum, tertium in angulis inferioribus signata sunt: J, J ij, J iij. Extrema verba sunt: „Datum München / den letsten des Monats Martij Anno etc. Lvj.“

Continet famosam illam „declarationem“, quam Bavariae „ordines saeculares“ ad protestantismum transire cupientes in comitiis Monachii anno 1556 habitis ex Alberto V. duce extorserunt; qui litteris illis pronuntiat: Se, donec causa religionis in proximis imperii comitiis componatur, non puniturum eos, qui sacram eucharistiam sub utraque specie daturi sint vel sumpturi, non contemnentes eos, qui eam sub una specie sumant, neque etiam animadversurum se in eos, qui ex necessitate quadam et sine legis contemptu diebus abstinentiae carnem manducaturi sint; nec tamen sacerdotes ad utramque speciem porrigendam cogendos esse, sed propriae cuiusque conscientiae id a se permitti; per legatos etiam se cum episcopis acturum, ne quicquam „declarationi“ suae contrarium faciant, puniendo, mandando etc. Ceterum dux planis verbis fatetur suum non esse, communionem sub utraque specie

[1] „Summa Doctrinae Christianae, per Quaestiones tradita, et ad captum rudiorum accommodata“, appendix libelli „Principia Grammatices“, ab Hannibale Codretto S. J. conscripti. Cf. *„Zeitschrift* für katholische Theologie“ 14. Jahrg. (Innsbruck 1890), p. 733—736, et *editoris* „Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen“ etc. p. 103—106, ac *Can.* Epp. I, XVIII. 592².

[2] Titulus generalis totius libelli hic est: „Der Klain Catechismus sampt kurtzen gebetlen für die ainfältigen.“ Catechismi titulus specialis est idem ipse, quem supra n. 4 posuimus. Cf. *editoris* „Entstehung“ etc. p. 108—109.

[3] Deest ei v. g. kalendarium, quod dilingano catechismo praepositum est.

vel usum carnis promiscuum cuiquam concedere, atque sancte affirmat se in catholica religione permansurum nec permissurum, ut eius doctrina, sacramenta, caerimoniae mutentur; curaturum se, ut docti et pii sacerdotes parochiis praeficiantur etc.

Haec quinque opuscula ex eadem officina typographica prodisse ipsi typi ostendunt, quibus exscripta sunt. Opuscula autem 3., 4., 5. coniunctim edita esse patet ex verbis „Cathechi-“ et „Von“, quibus 3. cum 4., et 4. cum 5. iunguntur, atque ex modo, quo eorum folia signata sunt; signaturam enim, quam dicimus, habent non distinctam, sed unam, quae a littera 𝔄 (n. 3.) usque ad J iij (n. 5.) progreditur. Porro cum in n. 5. lex proponatur 31. Martii 1556 lata, et cum tria haec opuscula cum ceteris colligata sint anno 1557, patet ea typis descripta esse vel anno 1556 vel 1557.

Habemus igitur „minimi“ catechismi germanici a Canisio conscripti editionem, quae antiquior est ceteris omnibus, quae quidem usque huc notae erant, et corrigenda sunt, quae huius libri *editor* de catechismi eiusdem „editione principe“ alio loco scripsit[1].

Haud ita facile est, definire, quo loco quinque hi libelli typis descripti sint. Valde quidem similes sunt hi typi illorum, quibus Sebaldus Mayer utebatur Dilingae. At ea urbs suebica est et episcopo augustano subiecta erat[2]; hi autem libelli ex bavarica aliqua officina prodisse videntur; nam unus eorum nihil aliud continet quam legem a Bavariae duce latam; accedit, quod anno 1554 Simon Thaddaeus Eck cancellarius burghusanus Alberto duci suaserat, ut catechismum ab universitate ingolstadiensi conscribendum curaret, quo „elementarii“ uti possent; catechismos enim, quos synodus muhldorfiensis anno 1553 commendasset, longiores et difficiliores esse[3]; valde igitur probabile est Canisii catechismum minimum rogatu ducis et universitatis ingolstadiensis vulgatum ideoque Ingolstadii ab Alexandro et Samuële Weyssenhorniis typis descriptum esse.

Eiusdem ducis iussu atque eodem fere tempore vulgati etiam esse videntur libelli nn. 1. et 2.; nam magistratus alicuius auctoritate et nomine eos in lucem prodisse, eorum praefatione sat clare significatur[4]; argumentum autem eorum cum argumentis nn. 3. et 5. quam maxime conexum est; atque exeunte anno 1557 Albertus in comitiis landishutensibus multa facinora enumeravit, quae a sacerdotibus quibusdam bavaris in administranda eucharistia committerentur; ideo se „ordinem

---

[1] Significavi editionem dilinganam anno 1558 factam esse „principem“ (Entstehung etc. p. 106—109).

[2] Est etiam aliud, ex quo conicere liceat hos libellos Dilingae editos non esse: Conferenti hunc „minimum“ catechismum Canisii germanicum cum eo, qui anno 1558 Dilingae in lucem emissus est, facile patet eos eadem quidem habere verba, sed saepe diverso modo scripta; v. g. in notissima illa oratione pro communibus christianorum necessitatibus recitanda hic habet: „gemein, geystliche, stercke, feind“, ubi ille habet „gemain, gaistliche, sterck, feindt“; alteris scriptionibus suebicus potius sermo exprimitur, alteris bavaricus.

[3] *Knöpfler* l. c. p. 13—14. 11. [4] Vide supra p. 884.

christianum" vulgandum curasse, quem sacerdotes in posterum sequi deberent (*Knöpfler* l. c. p. 25—26); in nostro autem „Ritu communionis catholico" (n. 1. et 2.) ea ipsa facinora reprehenduntur et corriguntur, de quibus Albertus questus est [1].

Sermo vero latinus, quo „Ritus" hic conscriptus est, ab eo, quo Canisius utebatur, sat diversus esse videtur. Attamen per se quidem licet suspicari Canisium ducis rogatu „Ritum" hunc et latina lingua vulgandum sive typis describendum curasse (n. 1.) et germanice vertisse (n. 2.) atque etiam germanicum illum sermonem (n. 3.) vel composuisse vel saltem prelo subiecisse, qui cum hoc catechismo eius (n. 4.) coniunctus est; nam etiam postea aliorum opera vertit et typis describenda curavit. Fortasse igitur non solum catechismum suum, „Lectiones et precationes" suas, grammaticam Codretti, sed etiam haec 3 opuscula significavit, cum Ingolstadio 10. Ianuarii 1556 Henrico Schweickero, Alberti V. secretario, scriberet: „Ego dum hic adsum, . . . pergam in praelegenda Cura, ut uocant, pastorali, in munere contionandi alijsque nonnullis hic excudendis ad Ecclesiae utilitatem" [2], aut cum Ratisbona 11. Februarii 1557 ad Lainium referret se modo libellos quosdam germanicos et catechismum in usum parvulorum typis exscribendos curare [3]. Quae verba dum expendo, magis feror ad dicendum, vere anni 1557 minimi illius catechismi germanici editionem principem in lucem prodisse. „Declarationem" tamen illam (n. 5.) Canisio curante typis descriptam et evulgatam esse vix quisquam sibi persuaserit; nam Canisius sat claris verbis eam reprobavit [4]; quare haec potius duce iubente, Canisio autem inscio et invito, eius catechismo addita esse videtur a typographo, ea licentia uso, quam typographos illorum temporum nonnumquam sibi sumpsisse praeter multa alia hoc ipsum probat, quod annis 1559 et 1560 Canisio inscio et invito catechismis eius nomen auctoris ascripserunt et (ut videtur) alienum quoddam opusculum adiunxerunt [5].

Clarissimus D. Dr. *Nic. Paulus* editori scripsit in bibliothecae regiae monacensis volumine „Polem. 1127. 4°" exstare nn. 2. 3. 4. 5, et eiusdem bibliothecae vol. „Polem. 802ª. 4°" tantum n. 1., et vol. „Liturg. 484. 4°" tantum n. 2. continere, atque in huius n. 2. folio titulari „Ioh. Hartmann" notasse se anno 1577 libellum illum nondum ligatum emisse „6 dl." Haec certe probant nn. 1. et 2. etiam separatim veniisse. Fortasse etiam singuli ex nn. 3. 4. 5. separatim venales erant.

A. 1558, ut iam notatum est, minimi catechismi canisiani altera editio germanica in lucem prodiit, eaque Dilingae a Sebaldo Mayer sine auctoris nomine excusa: „Der Klain Catechismus sampt | kurtzen gebetlen für die ainfältigen. | Begreifft auch ainen |

---

[1] „Ritum" hunc post annum 1551 conscriptum esse liquet ex eo, quod in eodem mentio fit sessionis XIV. concilii tridentini, 25. Novembris 1551 habitae (*Ritus* f. A iij ª). [2] *Can.* Epp. I, 592.

[3] „Io faccio stampar adesso certe cosette in Tudescho, et un Catechismo per li putti" (supra p. 69).

[4] *Can.* Epp. I, 609².

[5] *Editoris* „Entstehung" etc. p. 74; et supra p. 681. 704. 745.

Kalender, vnd Christenli- che vnderricht von den haili- gen Sacramenten der Büß, vnd des Fronleichnams | IESV Christi. Trenorum III. Es ist gůt dem Menschen, daß er das | joch des Herren in seiner ju- gent auff sich neme. M. D. LVIII." (16°; ff. LI, et in initio 8 non signata, addito titulari). Unicum huius editionis exemplum, quod nos quidem norimus, Berolini exstat in bibliotheca regia. Plura vide in *editoris* „Entstehung" etc. p. 108—110.

200.

Vere anni 1557.

„Confessionis fidei" ab Hosio compositae pars prior Dilingae excuditur, plagulas emendante Canisio.

De „Confessionis fidei catholicae", anno 1551 in synodo piotrcoviensi a Stanislao Hosio, episcopo varmiensi et romani imperii principe, conscriptae parte priore, quae primum Cracoviae anno 1553 typis exscripta erat (huius editionis titulum v. in *Can.* Epp. I, 537[2]), *Fridericus Staphylus* Nissa 23. Aprilis 1557 Hosio scripsit: „Vidi ego inchoati operis 12 quaterniones impressos, antequam Ratispona discederem. D. Canisius in corrigendo exemplari fidelem operam navavit, siquidem valde corrupta fuit Cracoviensis editio" (*Stanislai Hosii* . . . Epistolae. Tom. II. Edd. Fr. Hipler et Vinc. Zakrzewski [Cracoviae 1886. 1888], p. 816).

Atque *Hosius* ipse Heilsberga 10. Iunii 1557 Stanislao Karnkowski, secretario regio, scripsit: „Perlata est etiam ad me prior pars confessionis Dilingae, quod oppidum est Cardinalis Augustani, impressa. . . . Canisius ut audio corrigendi laborem suscepit ipse. Quin eo delecter, obscure ferre non possum" [1] (ibid. II, 833; cf. ibid. p. 1007). Canisius igitur plagulis emendandis praefuisse sive „correctorem" egisse videtur libri: „CONFESSIO | FIDEI CATHOLICAE | CHRISTIANA, AVTORITATE | SYNODI PROVINCIALIS, QVAE HABITA EST | Petrcouiæ, Anno M. D. LI. mense Iunio, edita: | Præsidente Reuerendissimo in Christo pa- | tre Domino Nicolao Dei gratia Archiepiscopo Gnesnensi, Le- | gato nato & Regni | primate. OPVS PRAECLARVM, SI QVOD VSQVAM EX- | tat pro asserenda Religione Catholica editum: tam gra- uiter, ingeniosè, solidè, piè ac eleganter ostendit, quid | hoc præsertim tempore contra hæreses Catholicè dis- | cendum atque docendum sit de Fide, Ecclesia, Scriptura, Concilijs, Sacramentis, Ceri- | monijs. Summam uerò et indicem Ca- | pitum, quæ ex ordine tractantur, | post epistolam ad Regem de- | dicatoriam Lector | offendes. | *Cum Gratia & Priuilegio Imp. Maiest.* | *Dilingæ, Anno salutis humanæ* | M. D. LVII." In fine libri: „*Dilingæ excudebat Sebaldus Mayer.*" 4°; ff. 289, et praeterea in initio 8 ff. non sign., addito titulari. Hosii nomen positum non est.

[1] Cf. etiam supra p. 76. Errasse igitur videtur *Staphylus*, cum in litteris modo memoratis Hosio de ipsius „Confessione" scriberet: „Ingolstadii . . prior pars tui operis nunc editur, credo."

In libri initio epistula est dedicatoria, a Nicolao Dzierzgowski, archiepiscopo gnesnensi, ad Sigismundum Augustum Poloniae Regem data, cui nec tempus nec locus ascripta sunt. Pulchrae huius editionis exemplum Coloniae in bibliotheca urbana exstat.

Libri laudationem in ipso huius editionis titulo comparentem a Canisio conscriptam esse consideranti, quae infra, monum. 204, de hosiana catholicae doctrinae „Propugnatione" sive „Brentii confutatione" Canisii cura evulgata scribuntur, haud difficulter persuaseris. Editionem hanc cracoviensi „multo castigatiorem" esse epistularum Hosii editores affirmant (ibid. II, 1007).

Cum Canisium post medium mensem Martium a. 1557 Romam profectum esse neque ante mensem Iulium eiusdem anni inde in Germaniam redisse constet, dicendum est eum „Confessioni" primis anni 1557 mensibus ac fortasse etiam exeunte a. 1556 operam navasse.

Eundem librum eodem anno ex eademque officina typographica etiam in 8° prodisse intellegitur ex *Ludovici Rosenthal* „Bibliotheca Catholico-Theologica quarta" (Catal. XXXIV), n. 1419. 1420; ubi tamen haec editio accuratius descripta non est, neque umquam eam ipse vidi. Integra „Confessio" primum eodem hoc anno 1557 Moguntiae ex officina Francisci Behem, parum tamen emendata, in lucem emissa est.

201.

Mense Iulio a. 1557.

Canisii „Lectiones et Precationes Ecclesiasticae" iterum editae.

Liber ille precationum, quem Canisius, potissimum in usum iuventutis litterarum studiosae, anno 1556 primum vulgaverat Ingolstadii (vide *Can.* Epp. I, 592[2]), ibidem mense Iulio anni 1557 iterum in lucem emissus est, auctus et recognitus. Titulus hic ponitur, quia nusquam tam accurate positus est: „Lectiones & Pre- | cationes Eccle- | siasticæ. | Opus planè frugiferum, & ad usum | Scholarum Catholicarum, omni- | umq; pietatis ueræ studiosorum accommodatum, ut statim ex | Indice & præfatione cog- | noscetur: nunc demum | auctum & reco- | gnitum. | *Cum Gratia & priuilegio Cæsareæ Maiestatis.* | *INGOLSTADII. M. D. LVII.*" Versus 1. 2. 3. 12. 14 rubri sunt. In extremo folio (f. 316ª): „Ingolstadij Alexander et Samuel Vueyssenhornij, ediderunt Mense Iulio post Christum natum Anno M.D.LVII." 8° min.; ff. 316, et in initio 16 non sign. „Epistolae et evangelia" terminantur f. 293. Cetera sicut a. 1556. Exemplum exstat Monachii in bibliotheca regia, Liturg. 691.

202.

1557—1559.

Canisii „Parvus catechismus Catholicorum" primum typis exscriptus Coloniae anno 1558. Eius editiones anno 1559 in lucem emissae. Praefatio (a P. Ioanne Rethio?) eidem praeposita.

a) Ex „Ephemeridum" gymnasii trium coronarum coloniensis a P. *Ioanne Rethio* S. J. conscriptarum apographo sub a. 1620 scripto (Cod. colon. „Reth." f. 25ª. 27ᵇ. 28ᵇ), et ex *litterarum* menstruarum collegii coloniensis exeunte mense Novembri a. 1559 datarum apographo saec. XVII. scripto, quod est in cod. colon. „Annuae litterae 1553—1660" (quem descripsit *Hansen* l. c. p. XXVII) f. 33.

Etiam in *editoris* „Entstehung" etc. p. 116—117. Multa etiam apud *Hansen* l. c. p. 323[1]. 336.

Ex *Canisii* epistulis inter mensem Septembrem a. 1557 et mensem Februarium a. 1558 datis intellegitur eum eo tempore, a theologis quibusdam lovaniensibus monitum, „Summam“ suam in epitomen quandam coëgisse, quam ipse „Parvum catechismum Catholicorum“ vocabat atque Coloniam, ut ibi typis exscriberetur, mittere cogitabat (supra p. 134. 188. 207).

Exeunte autem mense Novembri (24. Novembris vel paulo post) a. 1558 P. *Ioannes Rethius* S. J., coloniensis gymnasii „trium coronarum“ „regens“, in eiusdem gymnasii „Ephemeridibus“ notavit:

„Circa hanc studiorum renovationem curavimus imprimi orationem pro rege Deiotaro, emendatam ad exemplar Caroli Stephani, adjunctis in margine varijs lectionibus apud Maternum Cholinum. Item apud eundem parvum Catholicorum catechismum, quem a se confectum nobis miserat Canisius.“

Atque *idem* ibidem initio mensis Aprilis a. 1559:

„Circa hoc festum paschatis [1] parvus societatis catechismus secundo impressus est Coloniae in domo Gymnici.“ [2]

Et 4. Iunii 1559:

„Item parvus Canisii Catechismus latinus tertio hic impressus est per auctorem auctus et correctus.“

In litteris quoque Colonia 28. Novembris 1559 datis, quibus *Socii colonienses*, quae eo mense a se gesta sint etc., narrant, haec sunt:

„P. Canisij Catechismus . . minor intra vnum hunc annum ter in hac Ciuitate impressus est et nunc quarto imprimetur.“ [3]

De alio aliquo „Parvo catechismo“ Canisii, qui nescio an fuerit eiusdem catechismus minimus P. Nicolao Goudano iuvante scriptus vel recognitus, *Rethius* in gymnasii sui fastis (f. 19) scripsit: „Jpsis idibus [Aprilis 1557] curavimus imprimi Catechismum R. P. Nicolai Goudani, qui Catechismi Canisij est compendium“ (Ex *iis, quae P. *Iacobus Boyman* S. J. [† 1669] ex Rethii fastis autographis excerpsit et P. *Iacobus Kritzradt* S. J. [† 1672] cum iisdem contulit. Cod. „Hist. gymn. tr. cor.“ f. 47[a]). In eiusdem gymnasii „*Tabula lectionum*“ Kalendis Maiis a. 1557 vulgata edicitur: „Jn vtroque porro Grammaticorum ordine . . diebus . . Sabbathinis . . . quarta . . hora Catechismum illum breuem qui doctrinae Christianae compendium est, studiosi discent“ (Ex huius tabulae *apographo saeculo XVII. [ante medium] scripto. Cod. „Hist. Gymn. tr. cor.“ f. 100[a]). Et 2. Ianuarii 1558 *Rethius* Colonia Romam ad Lainium scribit: „Paruus Catechismus Canisij, quem Grammaticis nostris praelegimus, circa festum Epiphaniae secundo imprimetur: circa festum Paschae impressus est primo“ (Ex *autographo; hic locus et duo superiores ab *editore* germanice positi sunt in „Entstehung . . der Katechismen“ etc. p. 114—115).

[1] Festum paschale eo anno 26. Martii agebatur.

[2] Typographia haec („sub monocerote“), quam post Gymnicos (Gymenich) familiae Hierat, Kinck, Rommerskirchen, Mellinghaus etc. habuerunt, usque ad nostram aetatem permansit.

[3] De catechismo Canisii „iam tertio cum omnium applausu Coloniae excuso“ scribit etiam *Henricus Dionysius* S. J. in litteris Colonia 8. Iunii 1559 Romam missis (Ex earum *apographo saec. XVII. scripto. Cod. colon. „Annuae“ [etc., ut supra p. 889] f. 26). Cf. etiam *editoris* „Entstehung“ etc. p. 116[3, 4].

b) Ex cod. „Hist. gymn. tr. cor." f. 57.

Eadem praefatio, cui tamen carmen ascriptum non est, exstat in cod. „Historia gymnasii novi Trium Coronarum" (f. 70), qui nunc in praedio Kendenich prope Coloniam in bibliotheca Domini de Kempis asservatur, quemque describit *Hansen* l. c. p. XXXVI—XXXVII.

Praefationis partem posuit *De Backer,* Bibl. I, 1059, et ex eo *Sommervogel,* Bibl. II, 634.

„Parvi catechismi Catholicorum" primae tres editiones, Coloniae factae, aut prorsus perisse, aut delitescere videntur. Superest tamen „praefatio" quaedam cum carmine Coloniae 26. Novembris 1558 eidem catechismo praeposita, quam P. *Iacobus Boyman* S. J. (de quo supra p. 890) historiae gymnasii trium coronarum coloniensis a se conscriptae inseruit, affirmans se eam ex editionis principis Coloniae sub 25. Novembris 1558 apud Maternum Cholinum in 12^{0} factae exemplo, ibidem sub a. 1649 „ex officina librarij cujusdam veteramentarij" a P. Ioanne Grothaus S. J. eruto, cuius tamen folium titulare evulsum esset, exscripsisse, simulque adnotans eam praefationem, „ut quidem ex Stylo apparet, a P. Rhetio cum subjecto carmine concinnatam" esse:

„PRAEFATIO.

Ad pueros novi Coronarum Gymnasij.

Sedulo vos quidem hactenus ut caeteros ad pietatem, Christianamque Religionem exercuimus; verum ut id majore cum facilitate, et uberiore vestra utilitate deinceps faciamus: en Caesareae Majestatis Catechismi nunc vobis damus breve hoc compendium, vos illud a docto viro in vestrum usum confectum, eo, quo offertur animo, libenter suscipite, atque singula studiose memoriae commendate, et moribus, vitaque recte exprimite: quo per vos tanquam probos Christianorum filios Christi Jesu semper nomen commendetur. Coloniae VI. Cal. Decemb. MDLVIII.

ad eosdem.

Frustra Christicolae puer usurpabis honorem,
 Ni bene cognoscas, quae docet iste liber.
Ni pietate flagres et Relligionis amore,
 Non potes aetherei scandere regna poli:
Alma fides literis, probitas servetur avita;
 Jllustris virtus praemia larga feret."

Hanc praefationem etiam in una vel pluribus editionibus posterioribus repetitam esse ostendunt ea, quae refert *De Backer,* Bibl. I, 1059, cum secundam editionem coloniensem vel alteram ex duabus editionibus proxime ibidem secutis describit.

Anno 1559 hic catechismus etiam editus est Antverpiae apud Ioannem Bellerum (v. supra p. 681[1] ac *Sommervogel* l. c. II, 634 et *editoris* „Entstehung" etc. p. 121) et Vindobonae: „PARVVS | CATE-

CHISMVS | CATHOLICORVM. *Viennæ Austriæ In Aedibus Cæsarei Collegij Sotietatis* [*sic*] IESV. M. D. LIX." (16°; 39 [addito tit.] ff. sign. et 2 non sign.; 7 parvae imagines ligno incisae; 5 capita, 122 quaestiones; titulum sequitur praefatio quaedam, qua „M: Gulielmus Sulenius Columna" [de quo supra p. 572[6]] librum commendat. Canisii in hac editione nulla fit mentio; plura vide in *editoris* Entstehung . . der Katechismen des seligen Petrus Canisius p. 120—121). De hoc catechismo *Polancus* nomine Lainii praepositi generalis Roma 30. Decembris 1559 P. Victoriae, collegii vindobonensis rectori, scripsit: „Del cathequissmo picolo stampato si sta in latino, si mandi qua una copia." *Victoria* autem Vindobona 1. Februarii 1560 Lainio rescripsit: „Il catechismo latino procurero mandare. credo che in Roma sia stato stampato[a] [?] nel tempo che vi fu il padre prouinciale, et in Colonia almeno doi volte stampato, et da noi vltimamente, emendato dal medesimo Padre Prouinciale" (Ex harum epistularum *apographis eodem tempore scriptis, quae sunt in codd. „Germ. 1559" p. 79—80 et „G. Ep. I" f. 24[a]). Ac *Polancus* Lainii iussu Roma 9. Martii 1560 Canisio scripsit: „Riceuemmo . . . quel cathechismo picolo della R. V. qualle è parso molto buono" (supra p. 606).

Eundem „Catechismum parvum Catholicorum" significare videtur provinciae bohemicae Societatis Iesu historicus (*Schmidl* l. c. I, 137), cum in a. 1559 scribit: „Catechismus P. Petri Canisii (quem primum librum Collegium Pragense typis edidit) Latina, Bohemica, et Germanica lingua vulgatus, scholis Nostris illatus, et in populum sparsus est." Hunc scriptorem sequitur *Ios. Jungmann,* Historie literatury české. Druhé wyd. (w Praze 1849) IV, n. 1268. *I. G. Th. Graesse* hunc titulum ponit, qui tamen num ex archetypo accurate transcriptus sit, dubito: „Petra Canisia Katechismus katolický poprwé wydán lat., česk. a něm. w Prazske, Koll. Iesuit. 1559" (8°) (Trésor de livres rares et précieux II [Dresde 1861], 36).

Plura de primis huius catechismi editionibus scripserunt: *I. B. Reiser,* B. Petrus Canisius als Katechet in Wort und Schriften (2. Aufl., Mainz 1882) p. 64—71; *De Backer,* Bibl. I, 1055—1063; III, 2054—2055; *editor* l. c. p. 113—135. Plurimas eiusdem editiones recensuit et descripsit *Sommervogel* l. c. II, 634—666. Cf. etiam *P. Bahlmann,* Deutschlands katholische Katechismen bis zum Ende des sechzehnten Jahrhunderts (Münster 1894) p. 45—49.

Ex his omnibus rebus elucet lapsos esse, qui scripserint catechismum hunc compositum vel typis primum exscriptum esse anno 1554 (ita *Ant. Klein,* Geschichte des Christenthums in Österreich und Steiermark IV [Wien 1842], 136), vel anno 1556 (ita *Ch. Daniel* S. J., Des études classiques dans la société chrétienne [Paris 1853] p. 289. 415), vel anno 1561 (ita *Christ. Moufang,* Katholische Katechismen des sechzehnten Jahrhunderts in deutscher Sprache [Mainz 1881] p. 560,

[a] *Vocabulum obscure scriptum.*

Anm.), neque etiam cum *I. G. Th. Graesse* asseri posse, Coloniae anno 1559 hunc librum Canisii „à son insu" evulgatum esse (Trésor de livres rares etc. II [Dresde 1861] p. 36).

203.

Initio anni 1558.

Canisius libello a protestantibus de religionis colloquio vormatiensi scripto libellum (tacito nomine suo) opponit, in quo iisdem dirempti colloquii culpam omnem assignat.

De libello, quem Canisius de colloquio religionis a. 1557 Vormatiae habito conscripsisse fertur, neque apud scriptores vitae eius, neque apud eos, qui Societatis Iesu bibliographiam tractaverunt, excepto novissimo eorum (*Sommervogel*, Bibl. II, 668), quicquam invenitur, neque etiam huiusmodi libellus exstat, qui Canisii nomen prae se ferat.

At certum est Canisium eiusmodi libellum scripsisse. Nam *ipse* Straubinga 22. Martii 1558 Antonio Brus, electo episcopo vindobonensi, scribit: „Mitto libellum puerilem, sed vulgo ni fallor, hoc tempore commodum. . . . Adiunxi Catholicum responsum quod opponi possit scripto aduersariorum de colloquio nuper dirempto. Tuum de his iuditium liberum esto" (v. supra p. 232). Quae verba iis illustrantur, quae in *Henrici Schweickeri,* Bavariae ducis secretarii, litteris Monachio 23. Aprilis 1558 ad Canisium datis sunt: „Audio aliquid de colloquio Wormatiensi pro Defensione Catholicorum per .R. p. v. [i. e.: Reuerendam paternitatem vestram] scriptum, quamuis ipsius nomine non sit editum, Cupio tamen huiusmodi omnia vestra oportunitate habere, ut etiam ea Illustrissimus princeps videat et confortetur" (supra p. 251). Schweickero vera nuntiata esse *Canisius* ipse tacendo sive indirecte, ut dici solet, confirmavit, cum Augusta Vindelicorum 28. Aprilis 1558 ad eum rescriberet: „Scriptum pro Catholicis contra Confessionistas quod ad colloquium spectat, nostri Jngolstadio mittent vna cum alijs quibusdam eodem spectantibus. quaeso ut Jllustrissimus princeps uideat omnia" (supra p. 266). Atque in litteris Roma 11. Iunii 1558 ad Martinum Cromerum, Poloniae regis apud Ferdinandum I. caesarem legatum (cui etiam „Summam" suam anno 1555 miserat; v. *Can.* Epp. I, 537), datis, postquam de dissensione in novissimo colloquio vormatiensi inter protestantes exorta scripsit, sic pergit: „Qua de re meas qualescunque annotationes tibi non displicuisse laetor" (supra p. 275).

Iam vero inter libellos, qui de colloquio illo scripti supersunt, unus tantum comparet, qui Canisii nomini addici possit; ceteri enim aut alius auctoris (Staphyli, Ioannis a Via etc.) nomen sibi habent adnotatum, aut res continent a Canisii mente alienas (v. g. libellus a protestante aliquo in 4° editus „Vom Abschied des Colloquii zu Wormbs 1558"); atque ex altera parte unius illius libelli auctorem quaerenti alius nemo occurrit nisi Canisius. En eius titulum: „Vom

Abschiedt des Colloquij zu Wormbs M. D. LVII. Warhafftiger gegenbericht auff das Büchlin zu Franckfurt am Mein den VI. Decembris ausgangen." (4⁰; ff. 6 non sign., addito titulari.) Libello nec tempus nec locus ascripta sunt. At tempus ex iis, quae modo diximus, cognoscitur; ac typis exscriptus videtur aut Dilingae a Sebaldo Mayer aut Ingolstadii in officina weyssenhorniana; in utroque certe oppido Canisius, postquam ex colloquio rediit, moratus est, diutius tamen Ingolstadii, atque hinc libellum Schweickero mittendum curavit (supra p. 893).

De protestantium libello francofurtensi, cui hoc Canisii scriptum (ut videtur) recta opponitur, supra p. 181 diximus. Canisius scribit colloquium non plane dissolutum, sed suspensum esse, donec eius acta imperii ordinibus proponi possent. Ex his actis, quae interea silentio tegi oporteat, intellectum iri, protestantes ab ipso initio maledicendo et incusando animos exacerbasse et, in id solum intentos, ut „papismo" magnum detrimentum inferrent, probis omnibus pacis cum catholicis ineundae spem omnem ademisse, immo etiam inter seipsos tantopere dissensisse, ut quinque theologi protestantes a septem reliquis e colloquio expellerentur. Solis igitur protestantibus colloquii dirempti culpam assignandam esse. Cf. supra p. 160—181. Septem illis theologis etiam hoc exprobratur: „Damit sie den Riss, den ihre Confession gewonnen, etwas zukleiben, ziehen sie in der Unterschreibung der zu Franckfurt ausgegangenen Schrift Personen zu sich, die dem Colloquio niemals eingeleibet worden" (f. B 1ᵃ). Plura v. in *„Zeitschrift für katholische Theologie"* 14. Jahrg. (Innsbruck 1890), p. 736—738.

Duo tantum libelli exempla repperi: unum Londini in musaeo britannico, alterum Dilingae in bibliotheca regia.

Melanchthon fortasse hunc libellum significavit, cum 1. Septembris 1558 principi cuidam scriberet: „Nunc de nobis triumphos agunt Staphilus, Canisius, et alii in factione Papistica" (Corpus Reformatorum IX, 607).

204.

1558.

Hosii „Verae . . doctrinae solida propugnatio" sive „Confutatio Prolegomenorum Brentii" cura Canisii edita. Canisius multos exstare Hosios cupit. Quid Canisius in ea editione praestiterit. Iacobus Andreae libro edito Brentium defendit, Hosium Canisiumque sordidis verbis lacessit.

Canisius Ingolstadio 23. Februarii 1558 Lainio scripsit: „Tengho nelle mani un bellissimo libro, fatto da un Vescovo in Polonia contra Brenzio, et pro Petro Soto . . . Et questo libro mi è dato dal Reuerendissimo Cardinale Augustano per rivederlo et conciarlo, che quanto più presto se può, vadi in stampe, hauendo le sue distintioni, Capi, et Annotationi marginali. Et per far tutto questo, bisogna certo haver tempo; et poco aiuto mi possono dare li nostri di questo Collegio. Et par essere d' importantia de farlo stampare ben corretto" (cf. supra p. 203). Haec qui consideraverit, non dubitabit, quin Canisii cura in lucem prodierit hic liber:

„VERAE, CHRISTIANAE, CATHOLICAE' QVE | DOCTRINAE SOLIDA PROPVGNATIO, | VNA CVM ILLVSTRI CONFVTATIONE PROLEGOMENORVM, | quæ primùm Ioannes Brentius aduersus Petrum à Soto Theo- | logum scripsit, deinde verò Petrus Paulus Vergerius apud Polonos temerè defendenda suscepit. | *Autore Reuerendissimo in Christo Patre atq; Domino, D. Stanislao Hosio, Episcopo Varmiensi.* Opus elegantissimum, nunc recèns aeditum, & in quinq; libros distributum, | nostri temporis hæreses primùm ab origine recensens, dein eas comple- | ctens controuersias maximas, quæ nunc de fide & religione po- | tissimùm agitantur, vti sequens mox pagina indicabit. COLONIAE, | Apud Maternum Cholinum. | M. D. LVIII.“ (2^0 min.; pp. 405, et praeterea in initio 9 ff. [addito titul.] non sign. et in fine 1 p. non sign.). Folium titulare sequuntur litterae dedicatoriae, ab Hosio 15. Octobris 1557 ex „castro“ suo „Heilsbergk“ ad Sigismundum Augustum Poloniae regem datae (4 pp.), „Praemonitio ad lectorem“ ($1^1/_2$ pp.), a tertio quodam — anonymo, quem tamen Canisium fuisse satis certum est — conscripta, „Index rerum omnium memorabilium“ alphabeticus ($8^1/_2$ pp.), quem et ipsum a Canisio collectum esse ea, quae paulo infra „Erratis“ libri praenotantur, ostendunt, „Errata“ (1 p.). In fine monitio apparet „lectori candido“ inscripta et ab eodem illo anonymo (Canisio) composita (1 p.). Editionis huius exemplum superest Valkenburgi (Valkenburg) in Neerlandia, in Societatis nostrae collegio S. Ignatii (Ad V, 1).

Canisius et in „praemonitione“ et in postrema monitione Hosium huncque eius librum (atque in praemonitione etiam eius „Confessionem“) magnis laudibus extollit, praeter alia haec scribens (l. c. f. a 4^b), iis, quae 23. Februarii 1558 Lainio de Hosio scripsit (supra p. 203—204), valde similia: „Quanto rectius causa Religionis haberet, quantoque commodius et impietas disijci, et pietas orbi restitui posset, si multos id genus Hosios haec aetas ferret, nimirum qui in pascendo seruandoque grege Dominico, qui in arcendis lupis, et conuincendis haereticis non dissimili vigilantia parique doctrina, copia, grauitate, synceritate et fide praestare, seque muros pro domo Dei aduersus Philistaeos istos opponere vellent et possent.“

De suo autem labore *Canisius* in fine libri: „Etsi uero“, inquit, „ut nihil celemus, dignissimus hic Author . . . non distinxerit hoc opus in libros et paragraphos, ut quidam uocant, sed continuam textus seriem amanuensis illius ubique sit sequutus, et capita tantum posteriora maiusculis expresserit, nimirum de authoritate scripturae, de Traditionibus, et de Catholica Ecclesia: Tamen quoniam sic uisum est eruditis, quorum hac in parte iudicium, ut speramus, Author non contemnet, accessit ea, quam uides, totius operis in libros quinque distributio. Tum ut minore negotio et maiore cum fructu omnia legantur, facta est illa sectio linearum seu uersuum, ut ubi noui aliquid sensus, aut alterius tractationis est initium, initiales etiam literae

proponantur. Quae res mirum quantopere Lectorem iuuet ac recreet, non solum in legendo, sed multo magis in intelligendo: ac de mente quidem uerbisque scriptoris nihil decedit, nisi quod sensus ubique magis perspicue et ordine quodam accipiatur." Addit *Canisius* se „summam fere argumenti, de quo agitur", marginibus ascripsisse.

Ipsum etiam libri titulum a Canisio, non ab Hosio positum esse *editores* epistularum hosianarum ex eo colligunt, quod libri inscriptio inde ab editione tertia („ab autore aucta") mutata est in „Confutatio prolegomenon Brentii" (*Hosii* Epistolae II, 824. 1037—1040. V. etiam *Wetzer* und *Weltes* Kirchenlexikon VI, 298).

Huius libri editiones recensuerunt *editores* Epistolarum Hosii II, 1039—1040. Qui ibidem notant Canisii nomen, in omnibus editionibus prioribus omissum, tandem in editione operum Hosii Venetiis apud Nicolinum et Franciscum Francisci anno 1573 facta, quam *Hosius* ipse recognovit et auxit (l. c. p. 1008), huic libro additum esse.

Brentium librum hunc valde graviter tulisse, ex eius litteris Stugartia 9. Novembris 1559 ad Christophorum Wurtembergae ducem datis elucet, quas typis descripsit *Th. Pressel*, Anecdota Brentiana, Ungedruckte Briefe und Bedenken etc. (Tübingen 1868) p. 465—466.

Mense autem Martio a. 1560 *Iacobus Schmidelinus*, vulgo Andreae, Lutheranorum minister goeppingensis (v. supra p. 171[1]) Hosio librum opposuit, Alberto Borussiae ac Christophoro Wurtembergae ducibus dedicatum et ab ipso Brentio „praefatione" munitum: „Refutatio pia et perspicua criminationum, calumniarum et mendaciorum, quibus Stanislaus Hosius non solum Prolegomena Ioannis Brentij, uerumetiam uniuersam uere piam doctrinam contaminare conatus est" (Frankoforti 1560). Andreae etiam „praemonitionis" libro illi hosiano praepositae auctorem, quem tamen Canisium esse ignorat, conviciis proscindit, asserens v. g. eum „exemplo Caiaphae ueritati se opponere in hoc opere commendando" (p. 4). Ac cum Canisius in illa „praemonitione ad lectorem" Stanislaum Hosium fide, doctrina, industria veteri illi Hosio, episcopo cordubensi, similem esse significasset, Andreae in libri sui epilogo (p. 451—452): „Habes", inquit, „Christiane Lector nunc Hosium, non quidem Magnum illum ac uere sanctum Cordubensem, cui a sanctitate nomen est, multorum scriptis celebrata, sed Vuarmiensem Episcopum natione germanum. Quisquis autem hunc nostrum cum illo conferre ausus est, uocabuli ambiguitate lapsum esse uideo. Cordubensis enim ὅσιος, hoc est, sanctus erat, et in Ecclesia, doctrina, pietate, fide et sanctimonia clarus. Noster uero, non ὅσιος sed Hos, quod apud Germanos caligas sonat. Siue igitur authorem hunc Hosen, siue librum eius spectes, nihil sanctitatis, nihil pietatis, nihil fidei habent, sed Caligae sunt, in quas, sit uenia dicto, Sathan forti medicamento purgante accepto, horrendis blasphemijs, execrandis mendacijs, diabolicis calumnijs, improbis scripturae deprauationibus, et crassissimis sophismatis sese exonerauit. Eant nunc alij, et eius sanctitatem,

pietatem, eruditionem, aliasque hominis uirtutes, commendare pergant. De me ingenue fateor, mihi plus, quam dici potest, molestum fuisse, hunc foetorem ferre ac sustinere, donec ab hoc stercore, Brentij Prolegomena repurgauerim." Cum sordidis hisce mordacibusque verbis conferri oportet ea, quae Canisius de ratione, qua contra protestantes scribendum esset, ad Lindanum scripsit (supra p. 72—73. 77).

205.

Mense Octobri a. 1559.

Canisius breviarium augustanum recognoscit.

Canisius anno 1559 in litteris Augusta Vindelicorum ad Lainium datis satis clare significat breviarium augustanum nimis longum esse nec multa eius superesse exempla typis exscripta (supra p. 522). Hoc quoque in litteris Augusta 21. Octobris 1559 datis ad Lainium refert: „Applaudunt [mihi] et Canonici, quibus quotidie fere duas horas tribuo ad Breviarium huius Ecclesiae recognoscendum" (supra p. 541). Nec tamen inter annos 1522 et 1569 nova breviarii augustani editio facta esse videtur (cf. supra p. 522[1]). Deinde autem in lucem emissum est „BREVIARIVM AVGVSTANVM | PII V. P. M. auctoritate restitutum. | ROMÆ, Apud Iosephum de Angelis, | M D LXX." (Haec omnia rubra sunt, exceptis verbis „Apud Iosephum de Angelis".) Folium titulare exhibet imagines ligno incisas Beatae Mariae Virginis puerum Iesum tenentis ac SS. Udalrici et Afrae; liber est in 8°; pp. 1228 et 86, ac praeterea ff. 13 (addito titul.) non sign.; typi gothici; uno volumine totum officium divinum comprehenditur; lectiones sacrae Scripturae melius distributae, vitae Sanctorum magis completae et ad artis criticae regulas conformatae, „rubricae" copiosius expositae sunt. Exemplum huius breviarii exstat Monachii in bibliotheca regia, Liturg. 80.

Otto cardinalis augustanus in praefatione: „Breuiarium", inquit, „Augustanum, quo iam trecentis fere annis ecclesia ista vtitur, ex S. D. N. Pij Quinti auctoritate, delectis quibusdam in Vrbe viris, pietate, et doctrina praestantibus inspiciendum dedimus, ut si quid in eo alienum aut incertum, aut minus recte positum animaduerterent, id omne emendarent, et conformarent, quod sane ab ipsis studiose et diligenter praestitum est." Fieri certe poterat, ut, quae Canisius anno 1559 in recognoscendo breviario illo praestiterat, postea romanis illis recognitoribus proponerentur, vel ut ipse Canisius, anno 1568 cum cardinali Ottone Romam profectus, illic et ipse huic operi manum iterum admoveret; fateri tamen me oportet usque huc huius rei certa vestigia non comparuisse.

Anno 1597 breviarii romani usum in dioecesim augustanam introductum esse ostendit *F. A. Hoeyink*, Geschichte der kirchlichen Liturgie des Bisthums Augsburg (Augsburg 1889) p. 294—295.

206.

1560.

Hosii libri „Dialogus" et „De expresso Dei verbo" Canisio curante anno 1560 Dilingae editi.

1.) P. *Dominicus Menginus* S. J. 15. Decembris 1558 Piotrcovia, quo Canisium comitatus erat, ad P. Ioannem de Polanco S. J. scripsit: Stanislaus Hosius, episcopus varmiensis, „dialogum edidit de communione sub vtraque specie, et de coniugio sacerdotum, cuius librj

cum non extarent exemplaria, pater [Canisius] eundem relegit atque correxit diligenter, vt iterum prelo subijciatur" (v. supra p. 832). Affirmat autem *Fr. Hipler* Dialogum illum Hosii primum typis exscriptum esse anno 1558 Dilingae, eamque editionem ilico secutas esse duas alias, et versionem germanicam [1].

Censeo igitur Canisii opera in lucem prodiisse hanc editionem: „Dialogus | DE EO. NVM | CALICEM LAICIS, | & vxores Sacerdotibus per- | mitti, ac diuina officia uul- | gari lingua peragi | fas sit. | AVTHORE REVERENDISSI- | mo in Christo Patre atq; Domino, | D Stanislao Hosio, Episco- | po Varmiensi. | *Cum gratia & priuilegio Imp.* | *Dilingæ excudebat Sebaldus Mayer,* | *Sumptibus Christophori Schick.* | Anno dñi M. D. LX." 16°; ff. 87 (addito titulari) non signata. Huius editionis exemplum vidi Coloniae in bibliotheca urbana, G. B. IV, 3.

2.) Ibidem exstat liber: „DE EXPRES- | SODEIVERBO. [*sic*] | AD SIGISMVNDVM | AVGVSTVM | Poloniæ Regem. | REVERENDISS. D. STA- | NISLAI HOSII | Episcopi Varmiensis. | Libellus valde vtilis, ac his tem- | poribus necessarius. | *Dilingæ excudebat Sebaldus Mayer,* | *Sumptibus Christophori Schick.* | Anno dñi M. D. LX." 16°; ff. 120, et praeterea in initio ff. 16 (addito titulari) non signata: titulum sequitur praefatio, cui nec tempus nec nomen ascriptum est, index rerum alphabeticus, catalogus locorum sacrae Scripturae. Cum autem is Hosii liber eodem anno ex eadem officina typographica eiusdem hominis impensis eademque forma, ac prior ille, prodierit, cumque ex eius praefatione (in qua Hosius laudatur) conici possit eam editionem ab altero aliquo curatam esse, a Canisio curatam esse puto.

207.

1560.

De parvo catechismo germanico una cum libro precationum germanico a Canisio edito. Quid is anno 1563 de editione hac principe scripserit. Cur nomen suum ei ascribere noluerit.

Ex iis, quae *Polancus* Lainii nomine Roma 25. Octobris et 14. Decembris 1560 ad Canisium et *Canisius* 26. Novembris 1560 ad Socios colonienses scripserunt (supra p. 753. 766. 778), intellegitur aestate vel autumno (ante mensem Novembrem) anni 1560 catechismum quendam germanicum una cum precationibus germanicis a Canisio editum esse.

In praefatione autem libri Dilingae editi „Catechismus. Kurtze Erclärung der fürnemsten stuck des wahren Catholischen Glaubens. Auch rechte vnd Catholische form zu betten. Alles von newem mit fleiss gebessert vnd gemehret, durch D. P. Canisium Thůmpredigern

[1] Wetzer und Welte's Kirchenlexikon VI, 298. Vide etiam *X. Ind. Bukowski,* Dzieje Reformacyi w Polsce I (Kraków 1883), 465.

zů Augspurg . . . M. D. LXIII", in quo „Parvi catechismi Catholicorum" versio germanica una cum multis precationibus germanicis multisque imaginibus ponitur, *Canisius* scribit: „DJss Betbůch samt dem Catechismo wirdt jetz abermal getruckt, vnd, wie ich vernim, mit grossem verlangen viler gůthertzigen, die sich mit der ersten edition nit wol ersetigen kondten. So hab ich dise arbeit auff mich genommen, das gantze Bůch widerumb zu vberlesen, zu Corrigiren vnd zubessern. . . . Jch hette aber meinen namen auff diss mal, wie vor, gern vnderlassen, zum thail darumb, dass ich bey der einfaltigkeit blibe, vnnd des rhůms můssig gienge. Zum theil auch, damit den zänckischen zů diser zeit weniger vrsach zum hader, neyd vnd widerwillen gegeben wurde. Jetzunder aber" etc. (Catechismus f. A ij).

Dolendum est primae editionis libri huius unum tantum usque huc innotuisse exemplum, idque mancum; folium enim titulare et aliquot ex sequentibus foliis in eius initio ac multa folia in eius posteriore parte desunt. De quo exemplo R. D. *Ioannes Baptista Reiser,* cathedralis ecclesiae passaviensis canonicus, qui a. 1894 illud invenit, haec refert (*Theologisch-praktische Monats-Schrift* V [Passau 1895], 135—137. *Der Katholik* 75. Jahrg. I [Mainz 1895], 189—192):

Typis exscriptum est Dilingae a Sebaldo Mayer in 8° min. Primum locum occupant kalendarium, temporum digestio ab anno 1560, „darinnen dieser Kalender gestellet ist", exordiens, versus aliquot extremis syllabis consonantes, quibus „de anno dividendo" agitur, in foliis non signatis posita. Sequitur catechismus 72 ff. numeris signata occupans et ex Canisii „Parvo catechismo Catholicorum" latino fere ad verbum germanice redditus (112 quaestiones) ac 47 imaginibus in lignum incisis ornatus. Cui, sat longa praefatione praeposita, adiungitur (in foliis numeris signatis) liber precationum.

Falsum igitur est, quod *editor* anno 1893 in „Entstehung" etc. (p. 127—133) scripsit: Medium sive „parvum" catechismum canisianum germanice primum evulgatum esse anno 1563. Corrigendi sunt etiam *Sacchinus* (Can. p. 179) et *Boero* (Can. p. 234) scribentes libellum hunc precationum anno 1561 primum in lucem prodisse.

Editioni huic principi, cum a Canisio ipso „Catechismus una cum precationibus . . editus" dicatur (supra p. 766), titulum primarium eundem fuisse conieceris, qui secundae erat: „Catechismus". Notandum tamen est eam et a Polanco (supra p. 753. 778), et a P. Guilielmo Elderen, Canisii socio augustano, in litteris proxime proponendis, et a Ioanne Schaübero, camerae tirolensis „magistro", in codice dati et accepti anno 1561 scripto (vide *editoris* „Entstehung" etc. p. 129[3]) „librum precationum" vocari. Tertia certe libri editio, Dilingae anno 1564 facta, quae et ipsa medium sive „parvum" catechismum continet, „Catechismus, vnd Betbůch" inscripta est[1]; editiones vero Dilingae annis 1568 (quarta)[2], 1575 (sexta)[3], 1590[4] factae, in quibus in locum parvi catechismi minimus substitutus est, „Betbuch vnd Catechis-

---

[1] Huius editionis exemplum in bibliotheca collegii S. J. Exaeten superest.

[2] *Editoris* „Entstehung" etc. p. 110[3]. [3] Ibid. p. 110[4].

[4] Huius editionis exemplum vidi Pragae in bibliotheca universitatis (XXXIII H 9). Vide etiam *Sommervogel,* Bibl. II, 628.

mus" sunt inscriptae. Labuntur *Ioannes Dorigny* S. J. (La vie du révérend Père Pierre Canisius [Paris 1707] p. 189) et *Petrus Python* S. J. (Vita R. P. Petri Canisii [Monachii 1710] p. 180), cum huic precationum libro titulum „Manuale Catholicorum" fuisse affirmant; nam „Manuale" hoc multo post (primum, ut videtur, anno 1587) a Canisio editum est; vide *Sommervogel*, Bibl. II, 677—679.

Fortasse editionis principis utraque vel saltem altera pars etiam separatim venalis erat.

P. *Guilielmus Elderen* S. J. in *litteris historicis, Augusta Vindelicorum 8. Maii 1561 datis, quibus res a Sociis ibidem ab anno 1559 usque ad id tempus gestas narrat, haec scribit: „Edidit Pater [Canisius] librum precatorium sed germanica lingua scriptum, qui summa quidem cupiditate quaeritur, emitur, teritur. Placuit is liber tum alijs, tum magnatibus admodum, praesertim vero Imperatori[1], qui postulauit eum de verbo ad verbum latine reddi, quod nihil illic addendum uel demendum arbitraretur. Exemplaria libri perpauca supersunt, vt iam Typographus nouam paret aeditionem, quod exteri hunc nouum precandi modum vehementer commendent, et ament." [2]

Ad novam hanc editionem spectare videntur, quae Polancus Lainii nomine Roma 14. Decembris 1560 Canisio (italice) scripsit: „Expediet vel episcopum vel eius vicarium auctoritatem suam interponere, neque abs re fore videtur, auctoris nomen saltem litteris aliquibus, quas vicarius conscripserit, inseri, ne lex illa, qua libri incertis auctoribus vetantur typis exscribi, violetur" (supra p. 778). Quam in rem haec notanda sunt: Concilium tridentinum 18. Aprilis 1546 (sess. IV.) edixerat: „Nulli liceat imprimere vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris"; quae tamen lex anno 1560 promulgata nondum erat, et probabile est eam solas sacrae Scripturae et eiusdem interpretationum et adnotationum editiones spectasse. In „Indice" vero Pauli IV. iussu a sacra „Inquisitione" sub initium anni 1559 evulgato prohibiti sunt „Libri, libelli et opera universa . . . quaecunque a quadraginta annis citra sine nomine auctoris aut impressoris aut temporis aut loci impressa sunt", atque „libri et quaecunque posthac imprimentur cum titulo vel sine titulo auctoris, impressoris, temporis vel loci sine licentia et approbatione in scriptis habita ab Ordinario et Inquisitore loci, ubi opus excusum fuerit . . . et sine fide ejusdem licentiae et approbationis in eodem libro pariter impressa" (Ex nova editione huius Indicis, quam curavit *Fr. H. Reusch*, Die Indices librorum prohibitorum des sechzehnten Jahrhunderts [Tübingen 1886] p. 196). At hic Index in ipso statu ecclesiastico, maxime postquam Paulus IV. anno 1559 vita functus est, haud semper ad amussim servatus, in aliis vero quibusdam Italiae partibus, Gallia, Hispania, Germania fere neglectus esse videtur (*Reusch*, Der Index I [Bonn 1883], 294—299); et ipso a. 1564 *Franc. Forerius* O. Pr. in praefatione Indici tridentino praeposita „in aliquibus provinciis ac locis hactenus eum Indicem [Pauli IV.] receptum non esse" fatetur (in „Indice" Coloniae anno 1609 evulgato p. 11). In Germania certe neque hic Index neque litterae apostolicae promulgatae esse videntur ab ipso Paulo IV. eidem Indici 21. Decembris 1558 quasi praemissae, quibus librorum haereticorum etc. legendorum facultates antea concessae revocabantur, anathema eosdem legentibus etc. intentabatur, episcopi singuli eas ipsas litteras, ne quis ignorantiam causari posset, promulgare iubebantur (*Raynaldus*, Annales ecclesiastici T. XXI, in a. 1558, n. 21). Saeculis autem et XV., et XVI., et XVII. viri graves erant, qui probabile esse censerent legibus pontificiis, antequam in singulis provinciis promulgatae essent, homines

[1] Ferdinando I.

[2] Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. II" f. 106a.

non teneri; ita v. g.: B. *Angelus Carletus* (de Clavasio, † 1495) O. Min. Obs., Summa (Angelica) de casibus conscientiae in v. Lex n. 13 (Argentinae 1489) f. CCXXII[b]; *Bartholomaeus a Medina* († 1581) O. Pr., Expositio in primam secundae Angelici Doctoris. Q. 90, art. 4 (Venetiis 1580) p. 481; *Martinus Becanus* († 1624) S. J., De legibus c. 6, n. 6 (Opera omnia [Moguntiae 1649] p. 235). Quam sententiam ipse Sanctus *Alphonsus de Ligorio*, cum de pontificiis constitutionibus certis quibusdam „clausulis" non munitis ageretur, probabilem esse concessit (Theologia moralis l. 1, n. 96). Accedit hoc, quod hac in re maximum est: Anno 1559 Ottoni cardinali augustano, cum litteris Romam missis „summas difficultates", quae „promulgationem et exsecutionem" Indicis in episcopatu suo „impedirent", proposuisset, „responsum est, ut nihil metueret, quamdiu aliud non accederet praeceptum" (supra p. 500). Quare mirum videri non potest Canisium Indice illo vel saltem aliquibus eius capitibus se non teneri censuisse. Quod autem librorum quorundam eo indice prohibitorum legendorum et eorum, qui sine licentia eos legissent, absolvendorum facultatem a romana curia et sibi et aliis petiit (supra p. 444. 467 etc.), id, ut et ipse securiorem viam ingrederetur et aliorum conscientias tranquilliores redderet et ceterorum Sociorum agendi rationem imitaretur, facere poterat. Ceterum ipsis verbis, quibus Lainius Canisii librum in posterum cum auctoris nomine et episcopi licentia edendum esse scripsit („sara bene", „non pareria mal" [expediet, abs re fore non videtur]), satis significari videtur Lainium eam legem haud ita vehementer urgere voluisse. Canisius, cum anno 1563 librum illum precationum germanicarum una cum parvo catechismo germanico iterum editurus esset, et nomen suum in folio titulari apponi iussit, et huius editionis (Dilingae) faciendae facultatem a capitulo augustano petisse et impetrasse videtur, quamquam in ipso libro non facultatis approbationisve ecclesiasticae, sed caesarei tantum privilegii fit mentio. Cf. *editoris* „Entstehung" etc. p. 128—130. 52—54.

L.

MONUMENTA VARIA CANISII.

208.

1549—1558.

De initiis bibliothecae collegii Societatis Iesu ingolstadiensis.

a) Ex fasciculo „Jesuitica in genere, Fasc. 19. N. 316½" f. 50[b]. Monachii, in archivo regni bavarici.

Libri inter annos 1550 et 1552 a Canisio eiusque Sociis collecti.

Bibliothecae cuiusdam Sociorum ingolstadiensium prima vestigia et initia in hoc comparent librorum catalogo, quem Canisius Ingolstadii inter annos 1549 et 1552 — id ex iis, quae in fonte nostro eundem catalogum antecedunt et sequuntur, intellegitur — sua manu ita conscripsit:

Biblia.	Logica [1].	Thomae 1 pars [3].	Juditium Coloniense [6].
Concilia.	Sententiae [2].	Canon Biel [4].	Gropper [7].
Cyprianus.		1ª pars Antoninj [5].	Enchrydion [*sic*] Eckij [8].

[1] Aristotelis libros de re logica scriptos significari puto; de quibus vide *Can. Epp.* I, 663.

[2] Adnotationes 2.—8. videas in pag. sequente.

Cum inter mensem Martium anni 1552 et mensem Iulium anni 1556 Societas Iesu Ingolstadii sedem non habuerit (Sociis omnibus inde avocatis), probabile est hos libros ante mensem Aprilem a. 1552 aut alio (Vindobonam?) translatos, aut, si Socii ex bibliothecis universitatis vel collegii georgiani eos mutuos sumpserant, iisdem restitutos esse.

b) Ex cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 10[a].

Liberalitas Alberti V., Wigulei Hundii, Henrici Schweickeri, Ioannis Agricolae. Bibliotheca collegii georgiani. Libri a Nicolao Appel et Henrico Kurz legati. Opera Feri et Lipomani. Pars bibliothecae Aventini collegio donata.

Unus e primis collegii ingolstadiensis Sociis, 7. Iulii 1556 eo advectis, (Thomas Lentulus rector?) haec refert:

„Cum hoc Collegium bonis et necessarijs libris uacuum esset, neque ex nouo Collegio[a] [9] huiusque bibliotheca ablati sufficerent professoribus, pro librorum[b] supellectile, apud mecaenates [*sic*] solicitare oportuit, nec frustra id tentauimus. vbi enim primum hoc denunciaretur Excellentiae suae [10] e uestigio adsunt 6. Augusti anno 1556. duo vasa selectissimorum voluminum et laudatissimorum Authorum 62. quos Doctor Apelles [11] moriens legauerat capitulo [12], misit [?][c]. Deinde opera

[a] nouj Collegij *cod.* [b] liberorum *cod.*

[c] *Sic; sed locus hic certe corrigendus est. Fortasse omittendum est vocabulum*

[Adnotationes in pp. 901 et 902.]

[2] „Summa“ sive „Libri quattuor Sententiarum“ Petri Lombardi († 1164), e quibus quartum Canisius a. 1549 in universitate ingolstadiensi explicare coeperat (*Can.* Epp. I, 296[2]. 316[2]. 317. 348).

[3] Summae theologicae S. Thomae prima pars significari videtur.

[4] Gabrielem Biel († 1495), spirensem, in universitate tubingensi theologiae professorem, „Expositionis sacri Canonis missae“, quae primum Rutlingae a. 1488 typis evulgata est, auctorem esse communiter tradunt.

[5] Primae editiones „Summae theologicae“ (in quattuor partes distinctae) S. Antonini O. Pr., archiepiscopi florentini († 1459), inter annos 1477 et 1480 Norimbergae et Venetiis in lucem prodisse feruntur.

[6] „Iudicium deputatorum Universitatis et Cleri secundarii Coloniensis de doctrina et vocatione M. Buceri“ ab Everardo Billick O. Carm. Coloniae a. 1543 editum. Cf. *Can.* Epp. I, 149[1].

[7] Ioannes Gropperus (de quo v. *Can.* Epp. I, 204[5] et supra p. 122) complures libros edidit, de quibus vide *Streber* in „Wetzer und Welte's Kirchenlexikon“ V, 1289—1292. Significatur fortasse eius „Institutio compendiaria doctrinae christianae“ (Coloniae 1538 et saepius) vel „Antididagma“ (Coloniae 1544). Cf. *Can.* Epp. I, 205[1].

[8] De „Enchiridio locorum communium“ etc. vide supra p. 771[1].

[9] Seminario georgiano.

[10] Alberto V. duci id relatum esse videtur ab Henrico Schweicker, eius secretario; vide *Can.* Epp. I, 721.

[11] Nicolaus Appel (Apel, Apelles), ex Egweil ortus, Reuchlini discipulus, philosophus et theologus praeclarus, a. 1522—1532 professor universitatis ingolstadiensis (*Mederer* l. c. I, 115—116. 196. *Prantl* l. c. II, 487).

[12] Capitulum moosburgense significari videtur; in eo enim oppido ab anno 1532 usque ad mortem (1545) contionator fuerat. Fortasse dux vel universitas illos libros a capitulo emerant.

D. Doctoris Hondij[1] concessit optimus Princeps, pro sua liberali uoluntate, ut a Bibliopola[2] emerentur libri qui defuerunt in humanitate 40. florenis. Mox tria Volumina Feri Germanice aedita eiusdem Hondij beneuolentia et principis expensis donata fuerunt, quae concionatoribus deseruirent[3]. Anno quoque 1558, idem Hondius ut animum suum perpetuo aliquo testimonio erga nos propensissimum declararet, duobus Apophoretis pulcherrimis operum Lippomanj in Genesim et Exodum librariam[a] nostram supellectilem illustrauit[4], pridie Circumcisionis dominj[5]. quo etiam tempore, aut paulo post Vniuersitas beneficio tamen domini Camerarij[6] apud nos deposuit ac fidej nostrae tradidit mirificam librorum copiam quam ab eruditissimo Viro et Reuerendo Patre Domino Henrico Curtio Suffraganeo pataviensi[7] testamento legatam obtinebat[8]. Postremo ex Landtshuta eodem fere tempore per Dominum Henricum Schweicherum[b] patronum intimum nostrum, iubente Principe, missa sunt Joannis Auentini 24. egregia uolumina graeca et latina[9], quorum omnium librorum Cathalogus penes Rectorem huius Collegij est."

misit; *vel inserenda aliqua verba ante vel post* 62, *ita ut dicatur praeter duo illa vasa librorum etiam libros Apellis Sociis datos esse.*

[a] *Huic verbo eadem, ut videtur, manu superscriptum est:* cartaceam.

[b] Scheicherum *cod.*

[1] Wigulei Hundt.

[2] Alexander et Samuel Weissenhorn Ingolstadii tabernam librariam habebant; cf. supra p. 7.

[3] Ioannes Wild, vulgo Ferus (1495—1554), suebus, ordinis sancti Francisci, contionatoris munus per multos annos Moguntiae in ecclesia metropolitana administraverat et postillam germanice conscripserat, quae, per quattuor partes distincta, Moguntiae primum edita est annis 1552. 1554. 1555; duae partes „de tempore“ (diebus dominicis, Quadragesima etc.) erant, duae „de Sanctis“, atque hae duae in exemplo illo ingolstadiensi, quoniam breviores erant, uno volumine a bibliopego comprehensae esse videntur: *Nic. Paulus,* Iohann Wild (Köln 1893) p. 70—71. A Clemente VIII. haec postilla ceteraque Feri opera, paucis exceptis, a. 1596 relata sunt in indicem librorum prohibitorum, „donec emendarentur“, ac nunc quoque ibidem cernuntur.

[4] Aloysius Lipomanus (Lippomani), episcopus veronensis et postea bergomensis, conscripserat „Catenas“ in Genesim (Parisiis 1546) et in Exodum (Parisiis 1550), quae etiam coniunctae in lucem prodierunt Lugduni anno 1557.

[5] Ex iis, quae infra de Aventino dicentur, probabile fit Lipomanum datum esse 31. Decembris 1557, non 1558.

[6] Ioannis Agricolae (Peurle).

[7] Henricus Kurz episcopus (titularis) erat chrysopolitanus et suffraganeus episcopi passaviensis (*Wiedemann* l. c. I, 214. 218. *Ios. Schöller,* Die Bischöfe von Passau [Passau 1844] p. 332).

[8] Universitatis ingolstadiensis historici huius donationis mentionem non faciunt.

[9] Notissimus ille ducum Bavariae historiographus aulicus Ioannes Turmair sive Aventinus, cum „Annales Boiorum“ aliaque opera pararet, multos collegerat codices manu scriptos, nec dubium est, quin etiam multos sibi comparaverit libros typis exscriptos.

Ad reliquias bibliothecae Aventini collegio ingolstadiensi donatas fortasse hae quoque spectant *litterae, ab *Henrico Schweickero,* Alberti V. secretario, ad P. Thomam Lentulum, collegii ingolstadiensis rectorem, datae, quarum apographum aequale est in cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 11ᵃ:

„Reuerende Pater Domine et Amice plurimum honorande: Mitto ex Commissione Jllustrissimi Ducis aliquos libros Graecos, prout Paternitas .V. ex allegato cognoscet. Jnueni hic eos in vaporario quodam puluere et tinea quasi consummatos, Vt igitur uobis usui essent nec plane perirent D.D. Hundij et mea opera effecimus, ut sua excellentia illos uobis transmittendos recte iudicaret, proinde eos a famulo Alexandrj Weissenhorn accipietis. Ac an recte redditi sint me certiorem facietis. Jn reliquis omnibus operam meam promptissimam uobis offero meque iterum atque iterum commendo. Datae Celeriter Landtshutae 19. Decembris Anno 1557.

Vobis omnibus deditissimus
H. Schweyckher Secretarius.

Mitto his coniunctas litteras ad D. Baptistam Weber [1], Jncluso Breui [a] Apostolico: quare [curet] D. V. ut bene reddantur, deque eo me certiorem etiam faciat.“

209.

1. Februarii 1557.

Ex *Friedr. Wilh. Schirrmacher,* Johann Albrecht I. Herzog von Mecklenburg II (Wismar 1885), 307.

Dux megalopolitanus „furorem“ Canisii damnandum proponit.

In „formula concordiae“, „Suerini [Schwerin] Cal. Februarii Anno 1557“ data, quam Ioannes Albertus I., dux megalopolitanus (Mecklenburg), ut inter Flacium Illyricum et Melanchthonem pacem conciliaret et apud protestantes megalopolitanos „docentium dissensionem“ tolleret, (per Davidem Chytraeum?) conscribendam curavit et per legatos ad Melanchthonem misit, haec sunt:

. . Damnamus et Petri Canysij Iesuitae furorem, qui, ut invocationem hominum mortuorum stabiliat, asserit filium dei, dominum nostrum Iesum Christum, nunc sedentem ad dexteram patris, tantum ratione meriti et non ratione intercessionis esse mediatorem, nec tanquam mediatorem aut deprecatorem invocandum esse contra expressa dicta Ebr. 7. Christus salvare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad deum, semper vivens, ut intercedat pro eis. Rom. 8. Christus est ad dexteram dei et intercedit pro nobis.

[a] Breue *apogr.*

[1] Iuris professorem in universitate ingolstadiensi.

Docemus itaque, et confitemur, filium dei *ὁμοούσιον* aeterno patri, verum deum, et hominem, nostrum aeternum sacerdotem esse, qui nunc quoque pro nobis intercedat, et deprecetur. . .

Ioannem Albertum ducem anno 1556 per ipsum Melanchthonem de hoc Canisii „furore" certiorem factum esse notatum est in *Can.* Epp. I, 769. Ibidem p. 768 ostendimus Canisium docuisse omnia per Christum a Patre aeterno petenda, sanctos vero tantum „mediatores ad hunc ipsum mediatorem" esse. Melanchthon exeunte mense Februario a. 1557 „formulam" illam megalopolitanam reiecit (*Jul. Wiggers,* Kirchengeschichte Mecklenburgs [Parchim und Ludwigslust 1840] p. 148).

210.

4. Februarii 1557.

Ex libro „Ioannis Calvini opera quae supersunt omnia". Edd. *G. Baum, E. Cunitz, E. Reuss.* Vol. XVI (Brunsvigae 1877), p. 410.

Calvino scribitur damnanda esse, quae Canisius de Christo mediatore doceat.

Martinus Schallingius, Lutheranorum minister ratisbonensis, in litteris Ratisbona 4. Februarii 1557 ad Calvinum datis, postquam breviter de Georgio Vicelio, Friderico Staphylo, Petro Conyza scripsit, haec subiungit:

Canisius, Iesuitarum per Germaniam praefectus, negat filium Dei iam invocandum tanquam intercessorem, ut stabiliat invocationem mortuorum. De his tantis rebus nos conferre oportebat, et exstare cupiunt omnes nostrarum ecclesiarum coniuncta contra illos testimonia.

Philippum Melanchthonem anno 1556 simili ratione de Canisio ad complures amicos scripsisse iam ostensum est in *Can.* Epp. I, 769. Ibidem p. 768, quid reapse Canisius ea de re docuisset, expositum est. Cf. tamen supra p. 685.

211.

Sub a. 1557.

Ex libro infra memorando.

Illyricus catechismum Canisii criminatur.

Flacius Illyricus, qui „Canisii clamores contra intercessionem filii Dei . . . rem magni momenti esse, dignamque quae refutaretur" *censebat (Can. Epp. I, 769), sub a. 1557 vel haud multo post, ut videtur, librum, nec loco, nec tempore ascriptis, edidit:* „Symphonia der Lehr oder Religion Christi vnd des Bapsts", *in quo (f. A 3a) catechismi a Canisio conscripti mentionem facit, scribens*[1]*:*

„Christus. Alle Propheten zeigen von mir, das kein nahme vnter dem Himel sey, dadurch die leute gerecht vnnd selig werden, denn durch mich alleine. Act. 4.

---

[1] *W. Preger* (Matthias Flacius Jllyricus und seine Zeit II [Erlangen 1861]. 547) existimare videtur hunc libellum anno 1550 editum esse; at „catechismus Jesuitarum" primum in lucem prodiit anno 1555.

Bapst. O es seind viel weise, dadurch die leute vergebung der Sünden bekommen vnd selig werden, Vide Catechismum Jesuitarum, gute wercke, Messe, Vigilien, Ablasbrieue, Walfarth, die guten werck der Münche etc. Ziehe an eine Kappe so wirstu eben also rein, als wenn du erst getaufft werest Thomas Aquin."

Ignorabat Flacius vel potius fateri nolebat in „catechismo Jesuitarum" plane doceri, per virtutem passionis Christi hominibus peccata ignosci, ex Christi sanguine, cruce, vulneribus, morte continuo solacium, sanitatem, virtutem in peccatores profluere, in solo nomine Christi salutem nostram constitutam esse etc. Vide *editoris* „Entstehung" etc. p. 37—38. 65—67. 83—84.

212.

Anno 1557 exeunte et anno 1558 ineunte.

Ubi Canisius Tabernis Alsatiae habitaverit et contionatus sit.

Tradunt Canisium Tabernis Alsatiae (Elsass-Zabern) — ubi is a. 1557 exeunte et 1558 ineunte fere per mensem degebat; v. supra p. 183. 188 — in monasterio Franciscanorum, in quo nunc religiosae magistrae („Schulschwestern") scholas habent, habitasse et in ecclesia parochiali ad populum dixisse; ubi nunc a dextro latere sacri suggestus in fenestra picta Beatus Petrus Canisius contionem habens cernitur (*Canisius-Stimmen*. Neue Serie, 1. Jahrg. [Konstanz 1896] p. 122—123). Notandum autem est in ecclesia illa nunc quoque suggestum illum superesse, qui a. 1499 a praeclaro illo sculptore Ioanne Hammerer in ea positus est (*A. Woltmann*, Geschichte der deutschen Kunst im Elsass [Leipzig 1876] p. 166).

213.

17. Ianuarii 1558.

Quo die Canisius Argentorati contionatus sit, et ex quo suggestu dixerit.

Canisius Ingolstadio 1. Februarii 1558 Lainio scripsit: Post „ferias natalitias" „reuersus Argentinam . . . insolita cum auditorum frequentia de nuptiis illis Galileae sum in cathedrali ecclesia concionatus, magno certe gaudio catholicorum" (supra p. 188). Cum autem evangelium illud „Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae" etc. (Io. 2, 1—11) et a romana ecclesia et in „Postillis" Eccii (Parisiis 1541), Hoffmeisteri (Ingolstadii 1555), Nauseae (Coloniae 1555), Heldingii (Moguntiae 1568) in „Dominica secunda post Epiphaniam" ponatur, sat certum est Canisium 17. Ianuarii 1558 in summo templo argentoratensi contionatum esse; in hunc enim diem (non in 16., quem *Riess* l. c. p. 235 posuit) eo anno Dominica illa incidit. Neque dubitari posse videtur, quin Canisius e praeclaro illo suggestu dixerit, qui a. 1485 ad 1487 in usum et honorem Ioannis Geileri a Kaysersberg exstructus, etiam nunc in summo templo argentoratensi exstat (*Fr. Xav. Kraus*, Das Münster von Strassburg [Strassburg 1877] p. 65. 143—144).

214.

Ineunte anno 1558.

Ioannes Fabri O. Pr. Canisium eiusque socios in Germania laborantes laudat.

P. *Ioannes Fabri* (Schmidt, Cussius) O. Pr., qui et libris conscriptis, et contionibus variis locis, maxime Augustae Vindelicorum in summo templo, habitis catholicam fidem invicto animo propugnavit,

in libro suo: „Antwort auff das vnnütz, vnrain, jrrig geschwetz Mathie Flaccij Jllyrici" (Dilingen 1558), quem paulo ante mortem († 27. Februarii 1558) composuisse videtur, Canisium una cum Hosio, Conrado Bruno, Lindano in numero eorum posuit, qui sedulo et graviter contra haereticos suae aetatis scripsissent (f. 2^b—3^b), et de Societatis Iesu scholis germanicis scripsit (f. 142): „Es ist klagens werdt, das vil vngelerte, vngeschickte, vntaugliche zu Priestern seind geweicht worden, auss dem nit klaine ergernus des gemainen manns erwachsen . . . Welchem vbel jetzund an etlichen orten stattlich vnd ernstlich begegnet wirdt, durch dapffere gotsförchtige gelerte menner, welche die junge pflantzung mit grosser arbait in künsten vnd gutem leben bawen vnnd auffziehen, damit das edel Teutschland an seelregenten in den bösen zeyten, in den allerlay grausame ketzerey gern wurtzeln vnd sich aussbrayten wolten, kain mangel hette. Solcher rainer gůter eyffer auff zupflantzen die blůend jugent, in hailiger Catholischer lehr vnnd gutten sitten, erscheint in den Christenlichen schůln Teutschlands: vnd in der fleyssigen arbait dero so genent werden, De societate Iesu, vnd in andern mehr, so mit gleychem ernst vnnd Catholischen eyffer die jugent auff ziehen."

215.

21. Septembris 1558.

Canisius et Collinus, academiae pragensis professor.

De Matthaeo Collino, qui Vitembergae Melanchthonem magistrum habuerat et anno 1542 graecarum litterarum professor in academia pragensi constitutus erat, idem *Melanchthon* 21. Septembris 1558 doctori Melchiori Winsio, electoris brandenburgensis consiliario Francofurti ad Viadrum degenti scripsit: „Collino, optimo viro et eruditissimo, quia docet recte invocare Deum, Canisius munus docendi ademit. Sed sperat fore, ut regis Maximaeliani autoritate restituatur" (Corpus Reformatorum IX, 613).

Certe „camera" regia hoc anno 1558 Collino salarium, quod solvere solebat, solvere desiit, pago illo, cui huius solutionis onus adnexum erat, a camera ad privatum quendam translato. Sed a. 1561, ordinibus Bohemiae auctoribus, camera iterum solvit, et solvere perrexit, donec Collinus in eodem officio anno 1566 mortem obiit (*W. Wl. Tomek,* Geschichte der Prager Universität [Prag 1849] p. 156. 177—178. 196—198). Fortasse igitur falsus nuntius *Melanchthoni* allatus est; hic certe eo tempore a Canisio metuebat; nam e. g. Kalendis Maiis 1558 Ioanni Baptistae Hencelio scripsit: „Habemus Typhonas, qui nos terribiliter adflant, Staphylos, Canisios, Stenckfeldios, *καὶ τὸ βλακῶδες τάγμα*" (Corpus Reformatorum IX, 539—540). Collinum Sociis pragensibus se haud valde amicum praestitisse constat ex iis, quae refert *Schmidl* l. c. I, 126.

216.

Exeunte anno 1559.

Ex autographo Canisii. Cod. „Scripta B. P. Can. X. N.“ f. 163[a].

De Germanorum moribus corruptis ac de poenis a Deo Germaniae inflictis.

Canisius in codice, in quo sermones sacros a 24. Iunii usque ad 2. Novembris 1559 in cathedrali ecclesia augustana a se habitos scribendos curabat, haec sua manu scripsit (ita tamen, ut non partem quandam sermonis, sed cogitationes tantum suas adnotare voluisse videretur [1]*):*

Puniti diuinitus hoc tempore Germani. Vbi uetus illa bellandi et uincendi gloria? ubi consensus principum et coniunctio animorum? ubi cura Religionis atque sacrorum? pessundare malumus quam retinere quae pie maiores constituerunt. ubi Germana fides grauitas atque fortitudo? quis iam ubique luxus, quae delitiae masculos animos effeminantes[a]. Non ut uiuamus edimus et bibimus, sed potius ut comessemur atque compotemus uitam agimus. quis fructus Consiliorum atque comitiorum, in deterius abeunt omnia, neque domi, neque foris laudanda committimus, irato Deo instituimus et conficimus negotia. uix in pace vnde viuamus est reliquum. communis nobilium et ciuium[b] auditur querela de annona difficili, de corrupta disciplina, de omnis aetatis et sexus et conditionis deprauatione: neque pueri neque serui in offitio contineri possunt.

Annon uidemus aetate nostra, quid ex permutata religione sit consequutum. proh dolor et pudor. Centena milia rusticorum et eo amplius miserrime cesa, nec minor[c] fuit militum numerus qui in Hungaria desiderati. Caesar et Rex in fugam adacti. Capita Reip. Lutheranae in seruitutem abducta[2]. Principes ita locupletati, ut animam debeant. Milites facti Cretenses uentres pigri male bestiae[3]. Sacerdotes commixti inter gentes didicerunt opera eorum[4]. Mulieres quae confiteri pudor erat, impudenter factitant. Populus quales optabat Magistros reperit, ut audiat placentia[5], et mutet subinde Religionem.

[a] effominantis *autogr.* [b] *A C. ipso correctum ex:* diuitum.
[c] *A C. ipso correctum ex:* totidem.

[1] Superscripsit ipse: „Jncidentia“.
[2] Canisius ea significat, quae in bellis rusticorum (1524—1525), smalcaldico (1546—1547), turcicis (1529. 1532 etc.), in seditione a Mauritio Saxoniae electore mota (1552) etc. acciderunt.
[3] *S. Paulus* ad Titum 1. 12, ex *Epimenidis* „Oraculis“.
[4] Ps. 105, 35. [5] Is. 30, 10.

217.

Vere et aestate anni 1560.

Ex litteris autographis. Cod. „G. Ep. I" f. 139.
Iis litteris usus esse videtur *Boero*, Can. p. 205.

Stephanus Agricola „iunior", contionator lutheranus, auctore Canisio a Sociis ingolstadiensibus sacris exercitiis excultus et ad catholicam ecclesiam reductus, iam cum monachis vivit librosque pios evulgat.

„Hermes Semicolanus" (Halbpaur) S. J. in litteris quadrimestribus collegii ingolstadiensis, Ingolstadio 1. Septembris 1560 datis, scribit:

. . . . Quidam Concionator Lutheranus Melanthonis olim discipulus, ex Lutherano concionatore procreatus[1], dum singularj Dej clementia incipit haereticam doctrinam et sectas, quibus per totam uitam fuerat addictus detestarj, uarijs cogitationum fluctibus exagitatur, dubitans quanam uia, e tantis tenebris ad lucem Catholicae ueritatis sese posset ocius proripere. Monstratum est itaque fluctuantj salutare remedium, nempe si uellet nouam ac salutarem uitam deinceps inchoare, poeniteret eum ueteris, et media a Christo Saluatore instituta ex animo susciperet. Hinc factum est ut a R. P. Prouinciale nostro D. Petro Canisio ad nos Jngolstadium missus sit, ut primum exercitia spiritualia Societatis nostrae faceret, ac deinde confessione generali totius uitae sordes detergeret, Apud nos igitur per aliquot hebdomadas in loco mansit huic exercitationi oportuno, et cum magna cordis compunctione, et lachrymarum imbre sua peccata, Domino miserante, diluit. quo facto, maxima cum[a] consolatione animi suj a nobis discessit, et iam in quodam celeberrimo monasterio Monachos instituit, cum quibus etiam sponte sua nocte surgit et preces tum nocturnas,

[a] *Vocabulum altera manu antiqua additum.*

[1] Stephanus Castenpaur, vulgo Agricola, „iunior", Augustae Vindelicorum natus erat patre Stephano Agricola „seniore" († 1547), qui ex sacerdote ordinis Eremitarum Sancti Augustini Lutheranorum augustanorum contionator factus erat et postea Islebiae in aula Alberti comitis mansfeldiensis, Lutheranorum patroni, contionatorem egerat. Vitembergae, ut videtur, litteris excultus, a Melanchthone valde laudatus, a compluribus collegis, quod bona opera ad salutem necessaria esse affirmabat, vehementer impugnatus, a. 1553 Helbrae, a. 1555 Merseburgi Lutheranorum parochus, a. 1557 eorundem contionator in ecclesia cathedrali naumburgensi constitutus erat. Canisio fortasse commendatus est a Iulio Pflugio, episcopo naumburgensi. Otto cardinalis augustanus litteris Roma 27. Iulii 1560 datis ei reditum ad ecclesiam gratulatus est eumque, ut Romam ad se veniret, vehementer invitavit (*Franc. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana IV [Augustae Vindelicae 1788], 197 ad 199. *J. G. Schelhorn*, Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Literatur II [Ulm und Leipzig 1763], 715—717. *Pogiani* Epistolae II, 91—92. *Alb. Fraustadt*, Die Einführung der Reformation im Hochstifte Merseburg [Leipzig 1843] p. 256 ad 258. *H. I. Floss*, Agricola, Stephan, junior in „Wetzer und Welte's Kirchenlexikon" II, 362—364).

tum diurnas, ac si monachus foret persoluit in Ecclesia [1]. Jn uertendis optimis quibusque libellis, ex latino sermone in germanicum crebro desudat [2]. Nuper etiam excudi curauit. Spirituales Canones D. Blosij Abbatis Lesciensis quibus adiunxit quasdam regulas .P. nostrj Jgnatij a P. Andrea Frusio uersibus conscriptas, quas unde habuerit ignoramus [3]. . . .

218.

Aestate et autumno a. 1560.

Stephanum Agricolam lecto Schmidelini libro in Societatem contumelioso et Canisii eiusque sociorum virtute perspecta, ad fidem catholicam transisse eamque scriptis et vita tenuisse.

P. *Ignatius Agricola* S. J., provinciae Societatis Iesu Germaniae superioris historicus, l. c. I, Dec. 2, n. 99. 100: „Jacobus Andre", inquit, „Göpingensis praedicans, . . . vulgato typis libro, mendaciis foedissimis Societatem proscidit [4]. Ast en! salus ex inimicis! Stephanus Agricola Jacobi Symmista, ab ipso Melanchtone in summam novi Evangelij spem educatus, jamque permagni inter suos nominis lecto calumniatoris Socienni sui libro, moribus simul Canisii duorumque ejus Sodalium [5] curiose exploratis, cum praeter eruditionem, alias etiam praeclaras in iis virtutes deprehendisset, sapienter conclusit, nihil sani in Schmidelini, aliorumque dogmatis esse, quorum os et calamus meram rabiem et fel draconum despumaret, nullo veritati charitatique Christianae relicto loco; itaque non satis habens ad Orthodoxos transiisse lucubrationem quoque Vernacula lingua edidit, qua suas nuper oviculas ad salutaria pascua reduceret [6]: quin Canisij suasu, ut Monasterij cujusdam inquilinus admitteretur, exoravit; atque in eo probitatis ac Regularis vitae, quamvis citra voti obligationem, laudatissimo cursu ad mortem usque perseveravit."

Haec unde hauserit Ignatius Agricola, incertum est; quem certe, cum Stephanum in monasterio usque ad mortem mansisse scriberet, lapsum esse in tertio huius operis volumine ostendetur.

219.

Inter ver et hiemem a. 1560.

Stephanus Agricola „iunior", Canisio, Kleindienstio, aliis iuvantibus, Cromeri, Contareni, Blosii, aliorum libros germanice vertit vel in lucem emittit, primam S. Ignatii biographiam germanicam et Societatis Iesu apologiam evulgat, Canisium et Marcum Velserum laudat.

Stephanus Agricola „iunior", cum Lutheranus esset, complures libros a Luthero, Brentio, Crucigero scriptos ex latino in germanicum sermonem transtulit; e quibus versionibus aliquot in editiones operum

---

[1] Ex epistula dedicatoria libelli, qui infra, monum. 219, sub n. 8 ponetur, intellegitur Agricolam in monasterium caesareense (Kaisersheim, Kaisheim), quod ordinis cisterciensis et prope Donauwerdam (Donauwörth) in agro suebo-neoburgico et dioecesi augustana erat, se recepisse.

[2] Vide infra p. 911—913. [3] Vide infra p. 912 n. 7.

[4] De Iacobo Andreae sive Schmidelino vide supra p. 896 et infra, monum. 225.

[5] Cum Canisio tunc P. Guilielmus Elderen et iuvenis Andreas Stör, qui tamen de Societate non erat, Augustae degebant; eodem interdum Ingolstadio et Monachio PP. Lanoius, Cuvillonius etc. ad tempus veniebant. [6] Vide infra p. 911.

Lutheri altenburgensem et lipsiensem receptae sunt[1]. Ad catholicam vero fidem eum reductum „in vertendis“ catholicis „libellis crebro desudare“ Socii ingolstadienses 1. Septembris 1560 rettulerunt (v. supra p. 910). Vix autem dubitari potest, quin eius rei vel auctor vel adiutor fuerit Canisius, quem etiam, ut Societatis apologia ab Agricola scripta Coloniae impensis archiepiscopi typis exscriberetur, curasse supra p. 679. 739 vidimus. Quare operae pretium fuerit, libros, quos ab Agricola catholico editos nos quidem cognovimus, hic ponere:

1. „Von den Allgemainen Concilijs, vnd wie man sich zur zeyt eines Schismatis oder einer Spaltung halten soll.“ Libellus ab *Ioanne de Hagen*, alias „de Indagine“, Carthusiano erfordiensi, sub annum 1453 latine compositus, modo autem a Stephano Agricola, qui eum „interventu D. Julii Pflugii episcopi Naumburgensis, a Simone Krausen, Priore Carthusiae Erfordensis, una cum brevi Vitae Auctoris synopsi“ acceperat, germanice versus et primum editus anno 1560 Dilingae apud Sebaldum Mayer, ac Danieli Brendelio, archiepiscopo et electori moguntino, dedicatus[2]. Huius libri exemplum vidi Monachii in bibliotheca regia, „P. Lat. 837“.

2. „Christliche getrewe Ermanung, fürnemlich der alten Christlichen Religion halben“. Libellus a *Martino Cromero* Poloniae regi et ordinibus oblatus, a Stephano autem Agricola ex latino sermone in germanicum versus et Dilingae apud Sebaldum Mayer a. 1560 evulgatus. In litteris dedicatoriis ad Albertum V. Bavariae ducem datis Agricola testatur se a Bartholomaeo Kleindienst O. Pr., Ottonis cardinalis augustani capellano aulicoque contionatore dilingano ac suo „praeceptore“, ad eum laborem suscipiendum permotum esse. Libelli exemplum vidi loco supra (n. 1) memorato.

3. „Von des Bapstes zu Rom gewalt.“ Libellus a *Gaspare* cardinali „*Contareno*“ latine conscriptus, a Stephano autem Agricola germanice versus et Dilingae apud Sebaldum Mayer a. 1560 evulgatus ac Michaëli a Küenburg, archiepiscopo salisburgensi, dedicatus. Cuius exemplum loco supra (n. 1) memorato vidi.

4. „Catechesis, | oder | Kurtze Summa der Lehre | der | heiligen Christlichen Kirchen, | für die Kinder und einfeltigen. | Gestellet in Lateinischer Sprach, durch den Hochwürdigsten in Gott, Vatter | und Herrn, Herrn | Gaspar Contarenum, | der heiligen Römischen Kirchen Cardinal etc. | Der Catholischen jugent und den einfeltigen zu nutz verdeutscht. | Durch | M. Stephanum Agricolam Augustanum. | Anno M. D. LX.“ In fine libri: „Getruckt zu Dilingen, durch Sebaldum Mayer.“ Cum litteris dedicatoriis ab Agricola ad Antonium, Ioannem Iacobum, Georgium Fuggeros, liberos barones in Kirchberg et Weissenhorn etc., caesaris consiliarios, datis. Ita *Christoph. Moufang*, Katholische Katechismen des sechzehnten Jahrhunderts in deutscher Sprache (Mainz 1881) p. 539—558; qui ibidem integram hanc „Catechesim“ denuo typis exscripsit.

5. „De ecclesia Christi ab haereticorum conciliabulis dinoscenda praeclari libri duo, antehac nunquam aediti, authore Jacobo Noguera S. Theol. doctore, decano Vienn. et Caes. Maj. a sacris. Dilingae apud Sebaldum Mayer anno Domini MDLX.“ Ita quidem *Hieronymus Lagomarsinius* S. J. in Pogiani Epistolis II, 206; qui ibidem scribit eam editionem a „Stephano Agricola augustano“ curatam et litteris dedicatoriis 29. Iunii 1560 datis Michaëli a Küenburg, archiepiscopo salisburgensi, oblatum esse. Noguera Canisio amicus erat (vide supra p. 148).

6. In litteris dedicatoriis libelli supra in n. 1 positi *Agricola* affirmat se S. Vincentii Lirinensis „Commonitorium adversus haereses“ germanice vertisse et

---

[1] *Floss* l. c. col. 363.

[2] Eo tempore scriptoribus usitatissimum erat, libros suos principibus, episcopis etc. cum sollemnitate quadam dedicare; a quibus pecuniam — eam maxime, qua libri ipsi excuderentur — aliaque beneficia se accepturos esse sperabant.

mox latine quoque evulgaturum esse. Ita quidem *Franc. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana IV (Augustae Vindelicae 1788), 198.

7. Agricolam „Spirituales Canones" *Ludovici Blosii* O. S. B., abbatis laetiensis, Societati Iesu amicissimi (de quo *Can.* Epp. I, 404—405), „nuper excudendos curasse" iisque „quasdam regulas" *S. Ignatii de Loyola* „a P. *Andrea Frusio* versibus conscriptas" addidisse, Socii ingolstadienses 1. Septembris 1560 (supra p. 910) notaverunt. „Canon vitae spiritualis" 38 capita complectens, primum a Blosio anno 1539 evulgatus, postea compluries recusus et cum aliis eiusdem auctoris libris in unum quoddam corpus, quod „Paradisus animae fidelis" inscribitur, coniunctus est; exstat e. g. in Blosii operibus, ab *Antonio de Winghe* O. S. B. collectis (Antverpiae 1632) p. 3—37. „Regulae" illae S. Ignatii, a Frusio novem distichis latinis comprehensae, postea compluries prelo subiectae sunt; vide *Sommervogel*, Bibl. V, 123.

8.) „Vom Anfang vnd Vrsprung der heiligen | Gesellschaft Jesu, Gründtli= | cher warhafftiger Bericht, inn | Lateinischer Sprach durch ein fürtreffliche glaubwirdi= | ge Person gestellet, | Verteutscht durch | *M. Stephanum Agricolam Augustanum.* | Anno Dñi *M. D. LX.*" In pagina ultima: „Gedruckt zů Dilingen bey Sebaldo Mayer." 16°; ff. 14 numeris non signata. Cum epistula dedicatoria, ab Agricola Caesarea 24. Iunii („Kaisersheim, den tag Johannis des Tauffers") 1560 ad Marcum Velserum („seniorem"), civem augustanum, data; in qua *Agricola:* „Es haben", inquit, „jr vil, gůter vnd böser mainung, offtmals von mir bericht begert, was es für ein gestalt hette vmb den newen orden, so man die Gesellschafft Jesu nennet, sonderlich, nachdem Gott der Allmächtig, auss sondern gnaden, den Ehrwirdigen, Hochgelerten, Fürtrefflichen Mann, Herrn Doctorem Petrum Canisium, sollicher Gesellschafft in Teutscher Nation obristen Probst, vnserm lieben Vatter land der löblichen statt Augspurg, zum Prediger verlihen. Denen hab ich, souil mir dauon, auss gemeltes Herrn Doctors, vnd andern derselben Gesellschafft, oder denen, welchen derselben gelegenheit bekannt, vormeldung, bewusst, angezeigt." Ea hominibus vere catholicis placuisse; reliquos vero, cum alia vituperatione digna non invenissent, nomen novi illius ordinis improbasse. Jam autem se eam relationem probis aliquot hominibus petentibus germanice versam Velsero dedicare, quia is et sancta illa societate singulariter delectaretur, et, cum diu in Hispania degisset, eam narrationem testimonio suo confirmare posset; atque etiam ea ratione se gratiam referre velle familiae velseranae, quae se suosque beneficiis cumulasset. — Agricola hoc libello opusculum „De Societatis Jesu initiis", ab *Ioanne Alberto Widmanstadio* Ingolstadii a. 1556 latine editum (v. supra p. 30—32), vertit, ita tamen, ut, appellatione „Societatis Jesu" in praefatione breviter defensa et vindicata, fere vitam tantum S. Ignatii ex eo depromeret. Huius libelli exemplum superest Monachii loco supra (n. 1) memorato.

Haec omnium biographiarum S. Ignatii germanice evulgatarum longe prima est. Quae romanis Sociis haud ita probata esse videtur; *Polancus* enim Roma 7. Septembris 1560 Victoriae scripsit: „Jn quella uita che si manda del padre Jgnatio ha alcune cose che non estan bene, oltra che si dice poco. forsa per un altra uolta

si rimandara quella emendata et saria bene che per l' auenire nelli nostri ne anche gli amici stampassino cose apartenenti alla compagnia se non fossino reuiste et giudicate degne della stampa" (Ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 224—226).

9.) „Für die ge= | sellschafft Jesu. | Gegrundte verantwort= | tung vn̄ entschuldigung auff | etlicher newer anklag | vnd erbich= | tung. | Durch | *M. Stephanum Agricolam Au-* | *gustanum.* | IOAN VII. | Nolite secundum faciem iudicare, sed | iustum iudicium iudicate. | Getruckt zu Cöln durch Ma= | ternum Cholinum. | M. D. LX." 8° vel 16°; ff. 26 numeris non signata (addito titulari). Agricola libellum hunc Augusta Vindelicorum 16. Iulii 1560 Ioanni Gebhardo a Mansfeld, archiepiscopo et electori coloniensi, inscripsit [1]. Cuius ut impensis Coloniae typis exscriberetur, a Canisio et Sociis coloniensibus effectum esse vidimus supra p. 679. 693. 704. 720. Libelli exemplum exstat Ratisbonae in bibliotheca provinciali, Theol. syst. 113.

220.

Exeunte anno 1560.

Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto, quod est in cod. august. „Registr." f. 46ᵇ—47ᵃ. Eadem epistula etiam est in *Cypriani* Tabulario p. 550 et in *Pogiani* Epistolis II, 182—183.

Stephanus Agricola, a gravibus viris commendatus, Romam venit. Pflugio efficiendum, ut eius familia Augustam veniat, ubi Canisius eiusdem recte collocandae curam suscepit.

Otto cardinalis augustanus Iulio Pflugio, episcopo naumburgensi, Roma 21. Decembris 1560 scripsit: . . . . „Venit ad me Romam accersitu meo Magister Stephanus Agricola, cuius religionem et summissionem animi plane christianam, cum multorum grauium uirorum testimonijs, commendatam [2], tum a me ipso cognitam habeo. Hunc, quia sic intelligo, postulare eius rerum statum, apud me magna eiusdem uoluntate esse uolui." Id autem cardinalis a Pflugio vehementer petit, is „ut uetera sua in Agricolam merita noua hac accessione cumulari uelit, ut eius familiam per suos et adduci in eam sententiam, si forte ab ea ratione circumuenta haereticorum artificijs, et consilijs, abhorreat, ut Augustam se conferat, et eodem deduci iubeat, iuuetque,

[1] P. *Leonardus Kessel* Colonia 6. Augusti 1560 ad P. Everardum Mercurianum, Germaniae inferioris praepositum provincialem, *scripsit: „R. p. Canisius misit nobis quandam defensionem Societatis, compositam in lingua Superioris germaniae per quendam M. Stephanum agricolam augustanum, hoc scriptum traditum est Episcopo nostro per officialem vt imprimatur, nihil ad huc responsi accepimus; proximo nuncio Copiam ad vos mittemus" (Ex commentario totius epistulae, a Kesselio ipso scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1560 f. 16ᵃ). *Victoria* mense Novembri a. 1560 librum hunc Vindobona Romam ad Lainium misit (*Cod. „G. Ep. I" f. 64ᵇ).

[2] Dubitari vix potest, quin Agricola etiam a Canisio Ottoni cardinali commendatus sit. Eius familia Naumburgi remansisse videtur; cf. supra p. 909¹.

si opus fuerit, uiatico, dum eo peruenire possit." „Quicquid enim in illam contuleris, id tibi Augustae bona fide reddetur. Vbi ego eandem familiam recte et excipiendam et collocandam curaui, eam curam et cogitationem suscipiente Reuerendo Patre Canisio." . . .

221.

1560.

Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto, quod est in cod. august. „Registr." f. 40a—41a. Exstat etiam in *Pogiani* Epistolis II, 145—148 et apud *Weber* l. c. p. 43—46.

Canisius cardinalis Augustani nomine dudum cum Hosio agit, ut hic de augustana confessione scribat.

Otto cardinalis augustanus Roma 2. Novembris 1560 Vindobonam ad Stanislaum Hosium episcopum varmiensem scripsit:

. . . Neque uero aliter censeo de confessione [augustana] disserendum, quam quomodo ipse scribis [1], nam ista ratione quot et quanta menda contineat, facilius apparebit, quam rem uti etiam literis mandes, id quod memini olim [a] Petrum Canisium meo nomine tecum agere, a te etiam atque etiam peto, nam confido fore, ut illis uitijs, et plane ruinis Augustanae Confessionis te monitore animaduersis, plurimi resipiscant. . .

222.

Exeunte a. 1560.

Ex epistula Putei archetypa, quae exstat Gothae in bibliotheca ducali, cod. „Nr. 381" f. 141; edita est in *Cypriani* Tabulario.

De controversia inter Canisium et Cythardum orta.

Iacobus cardinalis Puteus Roma 22. Novembris 1560 Vindobonam ad Stanislaum Hosium episcopum varmiensem et sedis apostolicae apud caesarem nuntium scripsit:

. . . Quae autem [in litteris] accidisse Cytardo, Canisioque narrasti, quamquam ego neutrum in ea re errasse puto; tamen erit mihi gratissimum si quid esse eiusmodi existimabis, ut id scire me aliquid interesse cuiusquam possit, si me certiorem feceris. Ceterum iam ad te perlatas esse litteras instauratae condonationis, et indulgentiae arbitror. . . .

Canisium cum P. Mathia Cythardo, Ferdinandi I. contionatore et confessario (cf. supra p. 793. 844), brevi in gratiam redisse ex laudibus cognoscitur, quas Canisius in relatione de rebus Germaniae ineunte mense Decembri 1560 Romam missa Cythardo tribuit (vide supra p. 768).

---

[a] *Hoc vocabulum in Pog. Epp. deest.*

---

[1] Hosius hoc potissimum monebat: Augustanam confessionem ab ipsis protestantibus saepe mutatam et depravatam esse. Cf. v. g. eius litteras Tridento 10. Decembris 1560 ad Albertum Borussiae ducem datas, in *Pogiani* Epistolis l. c. p. 146 f.

223.

1560 et 1599.

Ex libro: „Bekendtnis der Prediger in der Graffschafft Mansfelt, vnter den jungen Herren gesessen. Wider alle Secten, Rotten, vnd falsche Leren, wider Gott wort, die reine Lere D. Luthers seligen, vnd der Augspurgischen Confession, an etlichen örten eingeschlichen, mit notwendiger widerlegunge derselbigen. Gedruckt im Schloss zu Eisleben, durch Vrban Gaubisch. M. D. LX." (f. 70—82).

Lutherani ministri mansfeldienses docent: Papistae sperant fore, ut per sectae iesuiticae scholas doctrina Antichristi restituatur, a qua in Germania iam docti fere omnes ad Lutheranismum transgressi sunt. Jesuitae sive Canistae a Canisio haeresim suam acceperunt, in hoc positam, quod Christus mediator et intercessor noster esse iam cessasset, sanctis in id munus substitutis. Schlüsselburg haec repetit.

Ministri lutherani illius partis comitatus mansfeldiensis, quae „dominis iunioribus" suberat[1]*, anno 1560 Islebiae „Confessionem" germanice atque, ut videtur, etiam latine vulgaverunt, in qua hoc sibi proponebant, ut „sectas" novissimas reprobarent refutarentque. Quas „sectas" ipsi sic recensuerunt (l. c. f. A VIII"):*

Secten vnd Rotten, so in diesem Buche widerleget werden. Widerteuffer. Seruetisten. Stancaristen. Antinomer. Jesuiter. Schwenckfeldisten. Sacramentirer. Osiandristen. Misbraucher der Lere vom Freien willen. Widerbringer der Lere von der notwendigkeit der wercke zur Seligkeit. Adiaphoristen.

De „Jesuitis" autem dicunt:

Von den Jesuitern vnd jrthumb Canisij. Einer mit Namen Canisius, ein Oberster der Jesuiter Mönniche, welche in wenig jaren, auch in Deutschland eingeschliechen sein, als solche Mittel Personen, dadurch man das gefallene, vnd zurbrochene Bapsthumb, widerumb auffrichten möchte.

Nu ist fur vielen jaren, etlicher Cardinel, im Namen des Bapsts versamlet, letzter, vnd krefftigster Rathschlag gewesen, das man Schulen auffrichte, darinnen die junge jugend zu rechter erkentnis des Bapsthumbs, vnd der Antichristischen Lere, aufferzogen würde, die dan hernach dem Bapsthumb widerumb auff seine füsse helffen, vnd dasselbige pflantzen, vnd erhalten, vnd vber das der Lutherischen Lere vnd waren Religion, abbruch thun könte. Als dan were zu hoffen, das der Bapst mit seinen falschen Leren, widerumb raum vnd platz bekomen, vnd erlangen möchte.

Dieser Rathschlag ist letzlich nu, durch den newen orden der Jesuiter, in das werck gesetzet. Gott gebe, das sie nicht viel ausrichten, vnd das Ihesus der Son Gottes, das Blat vmbkere, vnd schaffe

---

[1] Comitatus mansfeldiensis (Mansfeld) olim ad circulum Saxoniae superioris pertinebat; nunc regni borussici pars est: comites mansfeldienses, in complures familias divisi, partim catholici, partim protestantes erant.

dis Gottlos furnemen in andere wege, die jm zun ehren dienen mögen, der gestald, gleich wie die Papisten verhoffen, durch hülffe der Jesuiter, wo sie gelert, vnd geschickt sein werden, das Bapthumb, vnd die Antichristische Lere, widerumb auffzurichten, das es eben durch dis mittel vollet gar zurbrochen, vnd gestürtzet werde. Vnd wollen nur von hertzen wündschen, das die Jesuiter Mönche, an Kunst vnd geschickligkeit wachssen vnd zunemen, als dan haben wir deste grösser vnd gewisser hoffnung, das sie sich deste leichter, zum Reiche Christi, vnd zur rechten Religion bekeren werden. Wie dan (Gott hab lob) bereit zuuorn geschehen ist, das die aller Gelersten im Bapsthumb, in Deutschen Landen zu vns getreten sein, vnd hiruon nichts mehr vberig bey den Papisten, als des Bapstesels hefen, vnd grundsuppen, welche jrer vngeschickligkeit halben, weder zu sieden, noch zu praten tügen. Vnd da noch gleich etliche bey jnen möchten Gelert sein, vnd bey jnen bleiben, so werden dieselbige allein von der bekerunge zu vns, durch den geitz, vnd die fetten Prebenden auffgehalten, vnd ist jnen doch sonst die Bepstliche Religion kein ernst.

Von diesem Canisio, haben nu die Ketzer, die Canisten oder Jesuiter, jren Jrthumb empfangen. Vnd ist solcher Jrthumb, eine vnuerschemete vnwarheit, wie dan auch die Canisten, oder Jesuiter, vom Canisio, welcher seinen Namen von einem Hunde hat, disfals auch alle scham abgeleget haben.

Frage.

Was ist dan der Jrthumb der Canisten, oder Jesuiter?

Antwort.

Das ob gleich Christus, vnser Mitler, vnd vorbitter gewesen ist, so sey ers doch nicht mehr. Sonden das die lieben Heiligen nu allein vnsere Mitler vnd Vorbitter sein. Item das man Jhesum Christum, auff diese vnd dergleichen weise, nicht sol anruffen: Du Son Gottes vertrit, versprich, vnd verbitte mich, bey deinem ewigen Vater etc.

Sequuntur quinque rationes, quibus Iesuitae eam doctrinam confirmare conentur (nec tamen, ubi et quando eas protulerint, aperitur); quibus sacrae Scripturae et sanctorum patrum sententiae opponuntur.

In libro Exercitiorum spiritualium, quem anno 1548 a Paulo III. litteris apostolicis approbatum (*Can.* Epp. I, 286[3]) Canisius summi faciebat (cf. supra p. 785[3]), *S. Ignatius* in tertio exercitio primae hebdomadae praecipit: „Secundum colloquium fiat similiter ad Christum Dominum et mediatorem nostrum, ut illa eadem [detestationem peccatorum, rerum nostrarum rectam dispositionem etc.] nobis impetret ab aeterno Patre.“ Et in „meditatione de duobus vexillis“ (die 4. hebdomadae secundae): „Secundum colloquium ad Christum hominem dirigitur, ut mihi a Patre impetret“ etc. Vide, quae Albertus contra Mansfeldienses scripsit, infra, monum. 224.

Notandum est hanc „Censvram Theologorvm comitatus Mansfeldensis, de Iesuitis et erroribus Canisij Hypocritae“ exeunte sae-

culo XVI. iterum latine evulgatam esse a *Conrado Schlüsselburg*, Lutheranorum stralesundensium superintendente, in „Catalogo Haereticorum“ Lib. VIII. De Iesuwitis (Francoforti 1599) p. 269—272.

224.

1560 et 1563.

Canisius adversus lutheranorum ministrorum mansfeldiensium criminationes ab Ioanne Alberto, professore ingolstadiensi, defenditur.

Ioannes Albertus, wimpinensis, artis oratoriae professor in universitate ingolstadiensi (laicus nec de Societate is erat), in libro „Bericht von der Gesellschaft Jesu“, anno 1563 Ingolstadii a se edito (f. 53—55), haec notavit:

... Es ist in kurtzen jarn ain newe Confession der Predicanten, wölche in der Grafschafft Manssfeldt sein, Teütsch vnd Lateinisch aussgangen, darinn dise newe Confessionisten, als ob sie frümmer Lutherisch weren dann die andern, allerlay newen Secten, auch der jrigen mit grossem eyfer verdam̄en vnd verbannen... Nun höre doch lieber leser ain wunder, es müssen auch in dises Sectisch bůch die Jesuiter eingeflickt werden. Warumb aber? Canisius der Jesuiter anfenger soll sagen vnd lehren, Christus sey nit vnser fürsprecher vnd Mitler. Es sollen aber dise grosse vnd scharpffe Richter vnd Maister mit dem geringsten bůchstaben [anzaigen], dass D. Canisius in diser Gesellschaft nit der geringste Theologus, wölcher auch auss dem nechsten Colloquio zu Wurmbs gehalten, jhnen nit gar vnbekanndt, yemals solche vnchristliche red gefürt, oder geschriben habe... Zům vierten, mit was fůg sie jmmer wöllen demselbigen D. Canisio zůschreiben, solliche Argumenta, wölche sie nur nach jrem wolgefallen auss zänckischem neidigem gemüt erdacht, vnnd sich also mit jhrem Philippo on alle not, der Jesuiter halben bemühen. Diss alles sag ich, sollen sie deütlich anzaigen, mit der warhait darthon, vnnd warumb sie es geschriben, klärlich entdecken. Es bedunckt mich aber, sie wöllen dem frum̄en Canisio diss pancket schencken. Dieweil sie ja wissen vnnd erfarn, das er biss hieher im Weingarten des Herrn nit wenig nutz geschafft, ja für jren schedlichen jrrthummen vil Leut trewlich gewarnet, vnd behüttet, auch die Catholischen nit wenig in Christlicher lehr recht vnderricht vnnd gelehrt hatt, wolten sie das er gantz vnd gar hinweg wer...

225.

1560.

Ex „Corpore Reformatorum“. Ed. *Car. Gottl. Bretschneider.* Vol. IX (Halis Saxonum 1842), 1051.

Melanchthon affirmat Canisium, pecunia pontificia conductum, scientem veritati bellum inferre.

Philippus Melanchthon, qui et anno 1556 in editione germanicorum Lutheri librorum (Can. Epp. I, 63⁴), et anno 1557 in colloquio religionis vormatiensi (v. supra p. 799) Canisium iis, qui contra propriam conscientiam veritatem impugnarent, adnumeraverat, ipso, quo mortem obiit, anno 1560 in praefatione „Corporis doctrinae christianae", quo praecipua scripta sua theologica comprehendit[1], *praeter alia haec asseruit:*

. . . . Manifestissima impudentia est, contendere, nihil errorum fuisse et esse in Monachorum doctrina et Pontificiis ritibus, ut nunc audacissime contendunt Rhetores conducti Pontificia pecunia Staphylus, Wicelius, Canisius et multi alii, qui vociferantur, seditionem adversus Ecclesiam motam esse, et sophismatum praestigiis idola et errores tuentur, et reges incitant ad barbaricam saevitiam. Adversus horum sophisticam et rabiem consolatio tenenda est firmissima, vox filii Dei, qui ait, blasphemiam non remitti. Nec dubium est, blasphemos esse illos, qui scientes manifestae veritati bellum inferunt. . . .

Has Melanchthonis declamationes et contumelias imitatus est *Iacobus Schmidelinus* (Andreae, de quo supra p. 896), „doctor et parochus" goeppingensis, qui in libro „Bericht Von der Einigkeit vnd Vneinigkeit der Christlichen Augspurgischen Confessions Verwandten Theologen" etc. (Tüwingen 1560) Societatis Iesu homines, Canisii tamen nomine non prolato, variis modis sugillavit (f. 𝔉^{a}—𝔉$_{II}^{a}$): „Dise newen Ordensleut mit jren vierecketen hütlin vnd langen Phariseischen Röcken" sind „die grössesten Gleissner, als sie leben mögen". Qui non Iesuitae, sed „Jebusitae" vel „Jesuwider" (adversarii Iesu) vocari debent etc.

---

[1] „Corporis" huius editio „princeps" mense Ianuario a. 1560 Lipsiae in lucem prodisse videtur (*K. Hartfelder*, Philipp Melanchthon als Praeceptor Germaniae [Berlin 1889] p. 617). Melanchthon 19. Aprilis 1560 mortuus est.

IX.

INDEX ALPHABETICUS EORUM,

quibus Canisius scripsit.

Numeri sunt epistularum, non paginarum.

X.

INDEX ALPHABETICUS EORUM,

qui Canisio scripserunt.

Numeri sunt epistularum, non paginarum.

Corrigenda et addenda.

P. 48[2] *vers. 3 et 4 pro* At is 15. Octobris 1557 Coloniae phthisi consumptus erat *lege:* Qui 15. *etc.* est.

P. 95[2] *v. 1 pro* (Völck) wurtembergensis *lege:* (Völck; quem A. Flotto S. J. [Historia Prov. S. J. Germaniae Superioris P. III. n. 932] „in Wirtenbergia natum" esse scribit; vide tamen infra p. 503[6]).

P. 382[1] *v. 7 pro* eiusdem anni *lege:* anni 1560.

P. 391[5] *adde:* At hoc loco Canisius non hunc significat (v. infra p. 484. 504. 512 etc.), sed (ut videtur) M. Theodorum Peltanum, de quo supra p. 382—383; cf. infra p. 485. 520. 524. 562 etc.

P. 407[4] *pro* Theodorico Westphalo *lege:* Theodoro Peltano.

P. 526[3] *ad* Philippus Bekh *etc. adde:* Certe longe verisimilius est hos duos inter se distinguendos esse.

P. 596[4] *adde:* Hunc tamen Christophorum a Christophoro Lindauer distinguendum esse valde probabile est; v. infra p. 730[1].

P. 643[3] *pro* Nescio num „Philippus Bekh *etc. lege:* Maxime dubito, num „Philippus Bekh *etc.*

P. 733 in latina versione v. 4 ab imo pro vel restringere vel tollere *lege:* vel limitare vel suspendere.

XI.

INDEX ALPHABETICUS NOMINUM ET RERUM HUIUS VOLUMINIS.

Numeris maioribus paginae, minoribus adnotationes significantur.
C. = Canisius.

lichen Standpunkt aus. Diese scheint in der Ausgabe Braunsbergers, von der der erste Band vorliegt, welcher die Schriftstücke der Jahre 1541—1556 bringt, jetzt in ausgezeichneter Weise zu erfolgen. . . . Ohne Zweifel wird dieser Briefwechsel einer der wichtigsten und best herausgegebenen für die 2. Hälfte des 16. Jahrhunderts werden.“
(Centralblatt f. Bibliotheks-Wesen. Berlin 1896. 12. Heft.)

„A juger des soins que le savant éditeur a mis à réunir les matériaux, de l'élasticité de son plan et de la façon remarquable dont il l'a exécuté dans ce premier volume, amis et adversaires du grand apôtre de l'Allemagne pourront se réjouir de posséder bientôt un splendide monument d'histoire ecclésiastique, civile et littéraire. . . .“ (Analecta Bollandiana. Bruxelles 1897. 3. Heft.)

„. . . Par ce résumé de toute une vie de combat, on peut prévoir le puissant intérêt qu'offriront les 6—8 volumes que le P. Braunsberger nous promet.

Dans ses lettres comme dans ses œuvres polémiques, Canisius se montra digne du bel éloge que lui décerna son rival de lutte et de gloire, le cardinal Hosius: *Fuit haereticorum malleus.* . . .

Au troisième centenaire de sa mort (1597—1897), ses confrères ont voulu lui élever un monument historique et littéraire digne de lui et d'eux-mêmes. Ils ne pouvaient mieux faire que d'éditer ses lettres si précieuses pour la controverse et pour l'histoire. Elles nous montrent à nu l'âme ardente d'un apôtre, l'esprit d'un savant et les sentiments d'un saint.“ (Revue des Sciences Ecclésiastiques. Lille 1897. Nr. 452.)

„. . . Le R. P. Braunsberger est un annotateur d'une haute valeur critique; son contrôle est sévère; il a rectifié, grâce à cette précieuse correspondance [de Pierre Canisius], plus d'une date fautive, à l'exactitude de laquelle on n'arrivait pas jusqu' à présent. . . .“ (Revue Bibliographique Belge. Bruxelles 1896. Nr. 9.)

“. . . The correspondence [of Peter Canisius] is edited with German throughness, and the introductions and annotations, which, like the letters themselves, are in Latin, must represent a prodigious amount of research. We heartily wish Father Braunsberger the health and leisure necessary to bring this great undertaking to its completion.” (The Month. London 1897. Nr. 9.)

“. . . We have no hesitation in prophesying that this work will be regarded as one of the most important contributions to Catholic historical investigations in the present generation. . . .” (The American Catholic Quarterly Review. Philadelphia 1896. Nr. 84.)

„. . . Als een welverdiende hulde, aan onzen vermaarden landgenoot gebracht, als een waardige cijns van dank voor op Neêrland's vrijen grond genoten gastvrijheid, als een duurzaam monument, hetwelk een zoon der Sociëteit van Jezus met onbegrensde piëteit opricht, om den eersten, en zeker ook grootsten, Duitschen (liever gezegd Nederlandschen) Jezuïet in zijn geschriften te doen herleven, verdient dit werk onze volle opmerkzaamheid. . . .“ (Museum. Groningen 1897. Nr. 2.)

„. . . Il P. Braunsberger è un vero tedesco, un *Fachmann,* uno specialista per le *Canisiana.* . . . Il suo pieno conoscimento della storia del tempo che visse il suo gran cittadino, la pazienza nel frugare gli archivii, la perspicacia nel raffrontarne i documenti sono sue qualità, da molto tempo palesate dai suoi lavori ed ora confermate in questa magnifica pubblicazione.“ (Civiltà Cattolica. Roma 1896. Quad. 1115.)

„. . . Dicho esto, fácilmente entenderá el lector la importancia de una obra que viene á aumentar por manera tan notable y con documentos inéditos la divulgación de los monumentos con los que es esclarecida en nuestros tiempos la historia del siglo XVI, tan importante en los anales del género humano.“
(Soluciones Católicas. Valencia 1896. Nr. 6.)

„Caudal riquísimo de documentos para la historia religiosa y científica del siglo XVI han de encerrar las *Cartas* y *Actas* del Beato Pedro Canisio, á juzgar por el *volumen primero* que tenemos á la vista. La actividad extraordinaria y fecundísima del insigne varón á quien se erige este monumento literario, las relaciones que mantuvo con innumerables Santos y sabios de su época, y la parte que tomó en la gran obra de restauración católica, encaminada á atajar los vuelos del Protestantismo, dan á las Cartas y demás escritos que forman la colección ordenada por el P. Braunsberger un interés y una importancia que nunca se encarecerán bastante. Las ilustraciones de todo género que acompañan á la obra suponen exquisita diligencia, copiosa erudición y completo dominio del asunto. De desear es que no tarden en publicarse los restantes volúmenes de la colección.“ (La Ciudad de Dios. Madrid 1896. Nr. 6.)